MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS III.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCVI.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS III.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCVI.

PASSIONES VITAEQUE SANCTORUM AEVI MEROVINGICI ET ANTIQUIORUM ALIQUOT.

EDIDIT

BRVNO KRVSCH.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCVI.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Quamvis iam tomo horum scriptorum secundo vitae aliquot selectae aevi Merovingici contineantur, uberrima earum seges hoc demum volumine demeti coepta est. Sed non ab eis tantum temporibus nobis incipiendum erat, quibus Childericus et Chlodovechus Francorum regnum in Gallia Romana armis fundaverunt et stabilierunt, immo redeundum ad saecula priora et ad eos sanctos, qui Romanis imperantibus in Germania vixisse dicebantur; neque ii penitus omittendi erant qui vel in tempestatibus Hunicis vel in regnis Burgundionum Wisigothorumque nobis occurrunt. In quibus temporis ordo ita servatus est, ut, quantum fieri potuit, secundum annos obitus sanctorum altera vita alteram sequatur.

Hac ratione usis usque in initia saeculi VII. progredi nobis nunc licuit, ceteris sanctorum actis amplissimis usque ad medium saeculum VIII. aliis duobus huius seriei tomis reservatis. Aetas enim Merovingica ut hominum sceleratorum inprimis ferax, sanctorum quoque numerum non exiguum produxit.

Quam vitarum molem huc usque indigestam cum socius noster Bruno Krusch Merovingicarum rerum elocutionisque peritissimus diligentissime perscrutaretur, loquendi normam potissimum secutus, textum quemque antiquissimum et genuinum semper restituere nisus est, neglectis fere eis auctoribus, qui

post saeculum IX. finitum stilo potius quam historiae in his vitis elaborandis inservierunt. In quo opere editor magis magisque de fide vel parva vel nulla magnae harum vitarum partis certior factus est. Quae de his rebus partim in commentationibus iam antea compositis, partim in prooemiis huius tomi acute exposuit, fundamento solido posito, ut ab aliis iterum iterumque examinentur et suppleantur fore speramus.

Ingens librorum manuscriptorum copia, CCC fere numero, huic volumini eisque quae mox subsequentur adhibita est, quorum haud pauci ab editore ipso a. 1892. *in itinere Gallico collati, plurimi a bibliothecarum praefectis non solum Germaniae et Austriae, sed etiam Helvetiae, Galliae, Italiae ea qua excellunt erga nos comitate Marpurgum et Hannoveram missi, alii denique ab aliis studiorum nostrorum vel fautoribus vel sociis hic illic excussi sunt. In quibus digni patrum Bollandistarum de his quoque temporibus meritissimorum successores et continuatores Bruxellenses operi nostro eiusque editori alacri animo favebant. Quibus omnibus gratias agimus quam maximas.*

Dabam Berolini, 29. *Nov.* 1896.

E. DÜMMLER.

VITA LUCII CONFESSORIS CURIENSIS.

Ecclesiae Curiensis origo a Lucio ducitur confessore, monasteriumque, quod hodie seminarium episcopale occupat, in eius honorem conditum esse volunt a Valentiano episcopo Curiensi. Huius enim epitaphium ibidem olim extabat, depositi 'sub d(ie) 7. Id. Ia. sep(ties) p. c. Basi(lii) vccs. ind. 11'[1]*, i. e. anno p. Chr. n. 548, ipsumque in charta Gregorii V. papae 'beati Valentiani prope castra Martiola' monasterium appellatur*[2]*. At charta falsa indicatur*[3]*, titulusque Valentiani S. Mariae dicatus ad Lucii monasterium referri non potest.*

Lucii primus Victor Curiensis episcopus meminit, Ludowico imperatori c. a. 821—823. pro misero ecclesiae suae statu supplicans[4]*. Comites enim Rodericus et Herloinus episcopatum depraedati, ecclesias ei omnes abstulerant:* nec etiam, *inquit,* illud sacratissimum corpus beati Lucii confessoris nobis reliquerunt, qui ipsam civitatem de diabolico errore ad cultum viri Dei praedicando convertit. *Ex hoc antiquissimo testimonio colligi licet, Lucium confessorem tunc ut praedicatorem gentilitatis Curiensis cultum esse, cultuique eius iam inde antiquitus adhaesisse Curienses. Corpus vero sancti in ecclesia maiore servabatur neque tunc extabat monasterium ei dicatum, id quod probis argumentis nuper Friedrich demonstravit*[5]*.*

Est etiam alter Lucius Britanniae rex, qui genti suae christianam fidem attulisse dicitur. Eius prima mentio fit in Libro pontificali his verbis[6]*:* Eleuter — — accepit epistula a Lucio Brittanio rege, ut christianus efficeretur per eius mandatum, *unde Beda hausit*[7] *ea quae in Hist. eccl. Angl. I, 4. et brevius in chronico rettulit. Utrumque Lucium in unum confudit is qui saec. VIII. ex. Vitam confessoris Curiensis condidit: Eleutheri autem papae nomen callide suppressit, cuius mentione saeculo II. ex. attribuisset sanctum, quem in apostolica tempora promovere studebat, maluitque Timotheum Pauli discipulum in Gallias Britanniasque peregrinari ad Lucium regem cum gente sua baptizandum. De his vero illius itineribus aliunde nihil constat. Neque auctor credendus est ad Vitam conscribendam qualescumque habuisse fontes, sed ipse sibi excogitavit omnia quae enarravit. Ideo ad Scripturam sacram confugiens, ad nauseam inde deprompsit locos pios. Erat autem Curiensis urbis clericus vel monachus; clausit enim opusculum suum, 'fratres karissimos' adhortatus, ut Deo omnipotenti gratias agerent, quod sibi 'infra cacumina montium velut in tenebris residentibus ex regibus gentium apostolum suscitaverit'.*

Haec vero Vita die festo sancti legenda posteris non satisfecit, cumque martyrium ibi desideraretur, novas fabulas affinxerunt, quas longius prosequi taedet[8]*.*

In Martyrologiis Lucii commemoratio non fit ante Notkerum (a. 896). Is autem Vitae quae extat haud multam fidem attribuisse videtur. Res enim a sancto gestas ad illum fontem celeriter perstringens, verbis cautis utitur, immo aperte dubitavit, quin rex

1) *Cf. Th. Mommsen in 'Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich' X, 106. Postquam per tria saecula lapis latuit, eius fragmentum nuper repertum est; cf. 'Anzeiger f. Schweiz. Gesch. und Alterthumskunde' 1866, p. 6.* 2) *Mohr, 'Cod. dipl. zur Gesch. Cur-Rätiens' I, 104.* 3) *Jaffé, Reg. n. 3889*[2]. 4) *Mohr l. l. I, 27.* 5) *'Kirchengeschichte' II, 626 sqq.* 6) *Cf. Catal. Felicianum editum a Duchesne I, 58.* 7) *Cf. Mommsen, 'N. Archiv' XIX, 292.* 8) *Legendam posteriorem enarraverunt Rettberg, 'Kirchengeschichte' I, 142; Friedrich l. l. I, 183.*

fuerit confessor ille Curiensis: Cuius, *inquit*[1], sepulchrum, id est qui in Rhetia requiescit, sive rex quondam ille, sive quicumque servus Dei fuerit, creberrimis virtutibus celebratur. *Haec die* 25. *Maii rettulit Notkerus. In Calendariis vero saec. X. die* 3. *Decembris Lucius colitur et Sangallensi (est cod. n.* 566, *idem qui V. Lucii continet, v. infra* 1**):* Lucii confessoris, *et Turegensi*[2]*:* In Curia depositio Lucii conf., *idemque hodie eius manibus sacer est dies. Translatio vero die* 9. *Octobris celebratur, illa scilicet quae a.* 1252. *ab Hainrico Curiensi episcopo facta erat.*

Vitae antiquioris supersunt codices tres:

1) *Codex Sangallensis n.* 567, *formae octavae, p.* 199, *diversis temporibus scripta continet. V. Lucii (p.* 135—152*) saec. VIII/IX. exarata quaternionem rescriptum occupat, in quo prophetae Michaeas et Ionas olim legebantur, litteris semiuncialibus exarati.*

1*) *Codex Sangallensis n.* 566, *formae quadratae, saec. X, p.* 81—95.

1**) *Codex Einsidlensis n.* 257, *formae magnae, p.* 426, *saec. X, sed V. Lucii, p.* 414—418, *saec. XI. demum exarata est, eiusque dimidia pars periit, tribus foliis excisis.*

Codex 1, *membrana laesa, duobus locis hiat, versusque bini perierunt, atque bini versus iisdem locis vacui relicti sunt in* 1*, *sed priorem lacunam m. alia postea ex optimo fonte ibi supplevit. Unde manifestum est, librum* 1* *ex* 1 *fluxisse eumque, excepto loco quem dixi, ad textum emendandum inutilem esse. Ea ipsa pars, in qua hi libri hiant, codici lacunoso* 1** *deest, quare pro certo affirmari non potest, utrum ex* 1 *pendeat annon. At codex vetustissimus* 1 *tam accurate scriptus est, ut mendis fere omnino careat, ideoque eum ipsum ad unguem exprimere satis habui*[3].

Editio unica, quae ex eodem codice pendet, Lütolfii, 'Die Glaubensboten der Schweiz', Lucernae 1871, *p.* 115—121, *falsis lectionibus scatet, cum apographon a.* 1865. *editori ex monasterio S. Galli transmissum ab homine imperito compositum esset.*

B. Krusch.

INCIPIT CONVERSIO VEL VITA BEATISSIMI LUCII CONFESSORIS.

(1).[a] Diem festum celebrantes beatissimi Lucii, fratres karissimi, ad memoriam revocemus, qualiter locus iste de tenebrarum caligine liberatus, lumen rerum perciperit. Hinc ergo psalmi resonent, inde concrepent lectiones, hinc tota simul in voce confessionis erumpat ecclesia, que talem ac tantum meruit habere patronum, cuius meritis ac suplicationibus omnibus malis exuta, pleps universa exultat. Omnes ergo congratulemur in Domino et ad edificationem populi, qualiter nobis beati viri adventus inluxerit, perscrutemur, quia sancti viri relegio non peregrinis assertionibus, sed apostolicis surrexit dogmatibus, et de illo vivo fonte, quem Dominus
cf. Act. 9, 15. vas electionis esse praedixit, vite poculum ministravit.

(2). Tempore enim illo, quo erat beatissimus Paulus apostolus post resurrectionem domini nostri Iesu Christi in urbe Roma et per biennium, nemine prohibente, disputaret cum Iudaeis atque Grecis, videns cecatum cor eorum et salutaribus
cf. 2. Cor. 3, 15. monitis nolle adquiescere, et quia Moyses velamen est positus super cor eorum,
ib. 3, 6. cum videlicet sequantur occidentem litteram et non vivificantem spiritum[a], relictis Iudaeis, ad[b] gentium se praedicationem convertit. Convocans itaque praedictus

Capp. 1. 2. 1.
Cap. 1. a) *numeri des.* 1.
Cap. 2. a) sp⁻: *pr. m.* 1. b) et? *pr. m.* 1.

1) *Canisius, Lectiones antiquae ed. Basnage II,* 3, *p.* 132*; Dümmler, 'Forsch. zur Deutsch. Gesch.' XV, p.* 204. 207. 2) *Lütolf p.* 103. 3) *Neque vero admisi* ę *pro* e.

apostolus Timotheum discipulum suum, dixit ei: 'Surge et vade in regionem Galiarum, et quocumque perveneris, praedica euangelium regni Dei, sicut scriptum est: *Adnunciate inter gentes magnalia et mirabilia Dei*'. cf. 2. Mach. 3, 34.

(3). Tunc Timotheus gaudens de praecepto Domini, simul eciam et de doctrina magistri sui, pervenit in partibus Galiarum[1], praedicans baptismum et penitentiam in remissionem peccatorum. Cumque pervenisset in portum qui dicitur Bordoelem[2] civitatem, praedicans euangelium regni Dei, beatitudinem credentibus, non credentibus autem supplicium denuncians, convertebatque omnes ad fidem Christi, *quod-quod erant praeordinati*[a] *ad vitam eternam;* Act. 13, 48. baptizatis ergo universis qui crediderant, et traditis mandatis, quomodo ad simulacrorum contaminatione mundarentur, et quomodo fidei regulam incorruptam servarent, et quomodo renovari per gratiam baptismatis permanerent, monebat, dicens: '*Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Gal. 3, 27. Expoliantes ergo vos[b] veterem hominem, id est diabulum cum criminibus suis, induite novum, hoc est Christum cum virtutibus sanctis, cf. Colos. 3, 9. cf. Eph. 4, 24. ut in novitate vite ambulantes, cf. Rom. 6, 4. *liberati a peccato, servi autem facti Deo, habeatis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam aeternam*'. ib. 6, 22. Cumque per singulos dies fidelium numerus cresceret, et signis atque virtutibus ostensis, multiplicarentur ad fidem, ordinatis sacerdotibus ac ministris, qui eis divina mysteria celebrarent, distruentes templa idolorum, aedificabant ecclesias.

(4). Peracto ergo ibi non modico tempore et confirmatis in fide Christi discipolis, cepit inquirere, sicubi essent adhuc idolis dediti populi. Tunc unus ex principibus ait ad eum: 'Innotiscimus tibi regionem longinquam qui dicitur Brittania, gentem ferocem, idolis servientem, Christum nescientem, ubi rex Lucius regnare videtur; perge ergo et ibi praedica, ut convertantur et vivant'. Haec audiens beatus Timotheus, magno repletus est gaudio, pergensque festinanter, pervenit in provinciam, ubi rex Lucius regnabat, et secundum praeceptum magistri sui non cessabat euangelizare verba vite. Stupefacti vero populi[a] propter novitatem doctrinae illius, quam audiebant[b], nunciant hec omnia Lucio regi, qui continuo iubet eum sibimet praesentari, et quae esset eius doctrina, per semet ipsum audire. Cumque coram eo fuisset adductus, rex[c] dixit ad eum: 'Quis es tu aut ex qua regione vel de qua civitate?' Beatus[d] Timotheus respondit: 'Ego sum servus domini mei Iesu Christi et discipulus apostolorum: et missus sum ab eis praedicare vobis verbum veritatis, ut recedentes ab idolis, Deum verum, qui est in celis, cognuscatis, per quem omnia facta sunt in caelestibus creaturis, et que in terris in prospectu habentur; adnunciare tibi et omnibus, in quibus est spiritus vitae, cf. Sap. 9, 16. euangelium regni et gloriam sempiternam, resurrectionem post mortem et vitam inmortalem, quia regnum huius mundi et divitie eius sicut fumus[e] pertranseunt, Christi vero regnum permanet sine fine et vita sempiterna'. Cumque omnia que dicebantur intentus audiret rex, ait ad eum: 'Die crastina superveniente advocabo te, cercius aliquid auditurus'.

(5). Eadem autem nocte in somnis vidit caelum apertum et claritatem illius,

Capp. 3. 4. 1.

Cap. 3. a) perordinati 1, *corr.* b) *pr. m. superscr.* 1.
Cap. 4. a) populi: 1. b) audiebat *pr. m.* 1. c) Lucius *m. al. add.* 1. d) beatis 1, *corr.* e) *quae sequuntur, duobus foliis excisis, perierunt* 1**.

1) *Timothei iter Gallicum et Britannicum ipse sibi excogitavisse videtur V. Lucii auctor.*
2) *Nomen a Raetis deformatum compares cum hodierno nomine Bordelais, quod pagum Burdigalensem significat.*

angelum quoque Dei sedentem ad caput suum, ex cuius revelatione cognovit divino nutu hominem Dei ad se missum. Expergefactus autem primo diluculo, iussit beatum Timotheum sibimet praesentari, cui et dixit: 'Ex nocturna revelatione cognovi, quod quicquid praeciperis, faciendum mihi est. Ecce paratus sum ad implendum!' Cui beatus Timotheus dixit: 'Que externa[a] die locutus sum, hec iterum loquor, ut, relicto errore simulacrorum, unum colatis invisibilem Deum, *quem vidit* [1. Tim. 6, 16.] *hominum nemo, neque videri potest, qui solus habet inmortalitatem et lucem habitat inaccessibilem,* et unum unigenitum eius filium Iesum Christum dominum nostrum, ante tempora aeterna ex Patre generatum, et unum paraclytum Spiritum sanctum, ex Patre procedentem et[1] Filio, inluminatorem et doctorem animarum nostrarum, ut bapti- [cf. Prov. 29, 13.] zati in nomine sanctae Trinitatis, accipiatis remissionem peccatorum vestrorum et efficiamini filii Dei per aquam baptismatis et unctionem Spiritus sancti, coheredes [cf. Rom. 8, 17.] effecti sanctorum in resurrectionem vitae et gloriam permansuram'. Cumque cum magna reverencia audiret quae dicebantur, credens baptizatus est, omnesque propinqui et adfines eius et omnis provincia regiminis illius ad fidem[b] conversa est.

(6). Peracto ergo baptismatis ministerio et fidei gracia confirmata, electis sacerdotibus ac deputatis ministris, distruebantur templa idolorum, et ecclesiae aedificabantur. Coepit autem beatissimus Lucius virtutum successibus pollere, terrena respuere, caelestia desiderare, saeculi huius fallaces divitias contempnere, animarum lucra desiderare, invisibilium amore, ac si videret, flagrare. Revelante sibi [Matth. 6, 24.] Spiritu sancto, quia *nemo potest duobus dominis servire,* quae mundi erant mundo relinquens, fervens fide et devocione, euangelium Christi occulte gestabat in pectore. Relicto regno[a] rebusque paternis, migravit in regionem Galliarum, et quocumque loco oportunitas[b] exigisset[c], euangelicam disputationem ingressus, oves Domini caelesti pabulo pascere non cessabat. Verbi domini non surdos[d] auditor, illius [Ioh. 14, 15. 21, 17.] sermonis recordabatur: *Si diligis me, pasce oves meas.*

(7). Cumque hoc indesinenter ageret, denunciatum est ei, quod esset quedam civitas, que Agusta[a] Vindalica[b] dicebatur, que adhuc gentili errore implicita, idolis immolaret, ubi patricius eiusdem civitatis Campester dicebatur, ibique paucis diebus requievit. Praedicante autem beato Lucio baptismum penitentiae in remissione[c] peccatorum, credidit Campester patricius et baptizatus est, civitatem quoque suam ad Christi fidem perduxit.

(8). Cumque beatissimus Lucius in praedicta civitate moraretur, pervenit ad aures eius, quod in provincia Retiarum adhuc idolis immolarent. Confirmata ergo in Christo ecclesia et, quicquid ad[a] relegionem et fidei graciam pertinebat, per- [Act. 23, 6.] actis *de spe ac resurrectione,* nec non et caritatis iura qualiter invicta servarent, ostensis, vale faciens eis, profectus est. Veniens autem beatissimus Lucius in Curiensi pagello, ad consueta concurrit praesidia. Celiciis tegitur, cinere conspergitur, biduanis ac triduanis ieiuniis maceratur, die noctuque sacris insistens vigiliis, Domini misericordiam precabatur, ut divinitus, luce veritatis eis ostensa, ignorantie tenebre fugarentur.

Capp. 5—8. 1.
Cap. 5. a) *ita pro* hesterna 1. b) fitem 1.
Cap. 6. a) ergo *pr. m. corr.* regno 1. b) oportunitatis *pr. m.* 1. c) exiguset *m. al. corr.* exegisset 1. d) *ita pr. m.* 1.
Cap. 7. a) *corr.* Aug. 1. b) *m. al. in ras.* 1. c) *m. al. corr.* remissionē 1.
Cap. 8. a) *m. al. in ras.* 1.

1) *Ita Symbolum Athanasianum et Expositio fidei catholicae, quam ante a.* 799. *compositam esse demonstravi; cf. Auct. antiq. IV,* 2, *p. XXXII.*

(9). Cumque ebdomada continua id ageretur, evolutis septem diebus, Spiritu sancto revelante, sermo factus est ad eum, dicens: 'Famule meus, noli timere, *viriliter age, et confortetur cor tuum;* multus enim mihi est populus in hac civitate. Ps. 26, 14. Confortare ergo et esto robustus, ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum et non te derelinquo'. Cumque mane facto, de divina revelatione roboratus, letaretur in Domino, cepit publice vanis superstitionibus derogare et fidei gratiam praedicare. Clamabat ergo, dicens: *Unus Deus, una fides, unum baptisma! Nam* Eph. 4, 5. 1. Cor. 8, 5. 6. *etsi sunt qui dicantur dii sive in caelo sive in terra, sicut sunt dii multi et domini multi, sed nobis unus Deus pater, ex quo omnia et nos in ipsum, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum*'.

(10). Cumque hec et his similia proclamaret in auribus eorum, respondentes dixerunt: 'Numquid sol et luna et stellarum globi ac relucentia fulgora divinis numinibus non admiscentur, cum videamus haec omnia suis temporibus dominari et vitae commodum mortalibus ministrare?' Quibus vir Dei dicebat: 'Credite unum Deum esse, per quem facta sunt omnia, qui fecit caelum et terram et effudit maria, qui caelum quidem luminaribus, terram vero herbis replevit et arboribus, qui caelum obumbrat nubibus et solis calorem temperat, terram vero pluviis fecundat et roribus. Ipse est Deus deorum et Dominus dominorum, *in quo vivimus, movemur et sumus, qui appendit tribus digitis molem terrae* et ambulat super Act. 17, 28. Is. 40, 12. cf. Matth. 14, 25. fluctus maris, *qui praecipit soli, et non oritur, et stellas claudit quasi sub signaculo,* Iob 9, 7. Ps. 146, 4. *qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocat, cuius spiritus ornavit* Iob 26, 13. *caelos,* cuius sapiencia fundata est terra'. cf. Prov. 3, 19.

(11). Cumque hec et his similia loqueretur, omnes crediderunt in Domino, clamantes et dicentes: 'Unus et verus Deus christianorum, qui tales probatur habere famulos'. Catecizans ergo, his verbis ortabatur, apostolica eis monita proponens, *ut abstinerent ab immolatis simulacrorum et sanguinem et suffocato et fornicacionem.* Act. 15, 29. Praecurrente ergo ieiunio et fidei regula tradita, baptizati sunt universi et magnificabant Deum, qui dederat eis doctorem iustitiae et eruerat de potestate tenebrarum et transtullerat in regnum caritatis sue, quia sedentibus in tenebris et umbra mortis cf. Luc. 1, 79. lux orta est eis, et quia perpetuae lucis sacramenta percipere meruerunt.

(12). Cumque cottidianis incrementis[a] fidei cognitio cresceret, et in circuitu positis fidei sacramenta panderentur, denunciatum est[b] ei ab eis, qui iam per eius fuerant[c] admonitione[d] conversi, quod in loco quodam qui dicitur silva Martis[1] insanorum more bubalorum vituli pro diis colerentur. Quod cum audisset beatissimus Lucius, adhuc gentili errore pollutam esse provinciam, adgregata secum non modica turba populi, ad distruendum errorem festinus perrexit. Cumque ad praedictum locum pervenisset, orationi[e] ac precibus admonet esse Domino suplicandum, ut pestem illam, sicut sciret, Dominus auferret. Quo audito, loci illius commanentes subito stupore mirantes, obviam currunt. Quos beatissimus Lucius blando sermone cepit admonere, ut a falsorum deorum veneratione recederent et verum Deum qui est in caelis adorarent. Quibus eciam adiciens dicebat[f]: . . . .

Capp. 9—12. 1. 1*.

Cap. 12. a) *verba* mentis — sacramenta *perierunt, duobus versibus abscissis, ut m. s. IX. adnotavit:* abruptae sunt duae lineae 1; *inter* cottidianis *et* panderentur, *spatio duorum versuum vacante, m. al. lacunam explevit, verbis* incrementis — sacramenta *additis* 1*. b) autem *m. al. add.* 1. c) fuerat 1, *corr.* d) *m. al. corr.* admonitionem 1. e) *ita* 1. f) *versus duo perierunt, m. al. adnotante:* quia abrupte sunt duae lineae 1; *post* dicebat *duo versus vacant etiam in* 1*.

1) *Silvam Martis 'Martinswald' interpretatus est Iohannes V. episc. Curiensis* (1603); *cf. Burgener, Helvetia sancta* (1860) *I, p.* 390. *At, monente Aloisio Lütolf l. l. p.* 101,

Ierem. 10,11. *Dii, qui caelum et terram non fecerunt, pereant de terra et de his que sub caelo sunt'.* Cumque hec audirent, more biluino ceperunt insanire et fremere dentibus, quos iterum vir Dei admonens, dicebat: 'Surda et muta animalia colentes, similes illis Tob. 6, 17. efficiamini, *sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus'.*

(13). Qui continuo ira permoti, videntes iuxta situm loci putei foveam, proiecerunt eum in eam, proiectum autem volebant lapidibus obprimere. Quod cum viderent, qui simul cum sancto viro convenerant, in furorem versi, concursu facto, volebant interficere eos, qui hec facere praesumserunt, eratque inter utrumque populum non minima[a] concertatio. Surgens vero beatissimus Lucius de puteo nihil lesus, fortius praedicabat, conversusque ad eos quos iam in Christo filios vocabat, dixit: 'Quiescite, filii karissimi, et pacientiam domini nostri Iesu Christi 1. Petr. 2, 23. nolite in tumultum et[b] sedicionem convertere, quia ipse, *cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur iniurias, non comminabatur, sed tradebat iudicanti se iniuste.* Discat ergo scola domini nostri Iesu Christi exemplo ipsius lesionis vicem non rependere, sed magis maledicentes[c] se benedicere et pro persequentibus exorare'.

(14). Sedato ergo populo, pace percepta, divina[a] providentia disponente, apparuerunt agrestia illa animalia, quae offendiculum in populo faciebant. Quod cum vir Domini conspexisset, magno repletus est gaudio, et fixis genibus in terram, oculis ac manibus in caelum porrectis, ut id eciam qui iam baptizati erant facerent, admonebat. Tunc clara voce, audientibus cunctis, hanc fudit orationem a[b] Domino: 'Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te, quia per Filium tuum unigenitum evasi minas hominum impiorum, et salvam fecisti a persequen- Ps. 30, 9. tibus animam meam *nec conclusisti me in manus inimici*[c]; insuper et ostendisti mihi cf. 2. Cor. 6, 2. offendiculum, quod per machinationem demonum erat in populo tuo. Ecce enim nunc tempus acceptabile esse, nunc dies salutis, in quo electi tui de tenebris producantur ad lucem, in quo, ostensis signis et virtutibus, cognuscant filii tui, quia Is. 45, 15. Ps. 76, 15. *tu es absconditus Deus, qui facis mirabilia solus,* qui non dispicis contritos corde et afflictos miseriis! Qui et oves et boves et universa iumenta camporum hominum usibus deputasti et populo tuo de mundis et inmundis animalibus per Moysen famulum tuum praeceptum dedisti, ut munda ederent, inmunda reprobarent, tu hec bruta animalia ad laudem et gloriam nominis tui, deposita ferocitate, fac mansuescere et usibus servorum tuorum tibi famulantium deservire'.

(15). Cumque completa fuisset oratio, surgentibus eis ab humo, adpropinquare ceperunt bubali illi, qui a longe stare videbantur. Et stupentibus cunctis atque mirantibus, usque ad vestigia beati viri pervenerunt, pedes eius lambentes. Videntes autem turbae tam inopinatum miraculum, timuerunt valde et glorificabant Deum, dicentes: 'Vere magnus est Deus christianorum'. Acceptis ergo vincolis et iugo vir beatissimus et alligans[a] in capitibus eorum, addito eciam vehiculo, honus ligni ipse suis manibus superponens, constricto vehiculo, via qua venerant revertebantur.

(16). Mirantibus autem cunctis atque stupentibus, alii prae gaudio flere ceperunt, alii, elevata voce, clamabant, dicentes: 'Magnus es, Domine, et praeclarus, laudabilis in virtute et invisibilis, qui eciam agrestia et muta animalia manibus

Capp. 12—16. 1.

Cap. 13. a) minina *pr. m.* 1. b) *in* et *redit* 1**. c) maledicente *pr. m.* 1.
Cap. 14. a) *bis scr. erat* 1. b) *m. al. corr.* ad Dominum 1. c) inici 1.
Cap. 15. a) *post* alligans 2 *litt. ras.* 1.

ecclesia 'Auf der Steig', filia paroeciae Maienfeld, nomen Latinum Silvae Martis tulit, ibique Lucius patronus iam saec. XI. cultus esse dicitur.

subdis servorum tuorum'. Alii dicebant: 'Magnus dominus noster Iesus Christus et magna virtus eius et sapientiae eius non est numerus, qui cecis visum, surdis auditum, claudicantibus gressum et mutis dignatur conferre sermonem, qui nos per beatissimum Lucium famulum suum a mortis tenebris liberatos perduxit ad lucem'. Alii[a] in ymnis et confessionibus benedicebant Deum, cantantes et psallentes in cordibus suis, quia fecisset cum illis misericordiam.

(17). Cumque hec et his similia proclamarent, auditis signis et virtutibus, hii qui in civitate remanserant, acceptis lampadibus et turribulis, procedentes in occursum illis, has[a] voces dabant ad caelum: 'Via iustorum recta facta est, sanctorum iter praeparatum est', et adicientes dicebant: 'Confitemini Domino et invocate nomen eius, laudamini in nomine sancto eius, qui congregat dispersos cf. Ier. 31,10. Israel'. Ingredientibus autem civitate[b] et congaudentibus ad invicem de signis atque mirabilibus demonstratis, more cervorum desiderabant pervenire ad fontem cf. Ps. 41, 2. aquarum.

(18). Cumque paucis diebus qui noviter venerant fidei regulam doceret et monitis salutaribus animaret, tradens eis apostolica praecepta, baptizavit universos, et plenius eos de divinis[a] scripturis instruens, ad propria remeare permisit. Confirmatis itaque in Christo discipolis, qualiter fidei firmitas teneretur *de spe ac de* Act. 23, 6. *resurrectione,* simulque permanente cum angelis gloria, virtutum successibus letabatur in Domino, eo quod in diebus illius pax et dilectio eclesie populum conservaret.

(19). De virtutibus vero et miraculis, quibus in hoc loco vir sanctissimus[a] claruit, non est nostrae facultatis evolvere, quanti caeci inluminati, leprosi mundati et ab inmundis spiritibus diversis temporibus sunt curati, quantique a febribus et diversis passionibus sunt liberati, et cetera virtutum insignia, quae litteris conprehendere nostra nequivit signitia.

(20). Libet, fratres karissimi, in largitorem munerum oculos mentis adtollere et sancti huius gloriam nostraeque restaurationis gratiam praedicare, quomodo memor nostri Dominus infra cacumina montium velut in tenebris resedentibus ex regibus gentium nobis apostolum suscitaverit et ex principibus terre euangelistam direxerit: *qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, et qui non consequuti* 1. Petr. 2, 10. *misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti;* et ut populus adquesitionis et 1. Petr. 2, 9. sancta gens vocaremur; ut recte nobis illud propheticum conveniret, quo ait: *Tunc* Is. 35, 6. *saliet clodus sicut cervus, et aperta erit lingua mutorum,* ut convenienter, quasi expediti conpedibus et calciatis pedibus, in praeparatione euangelii per singula anno- cf. Eph. 6, 15. rum curricula quasi in occursum pio praesuli properantes, cum propheta dicere valeamus: *Quam pulchri supra montes pedes adnunciantes et predicantes pacem, adnun-* Is. 52, 7. *ciantes bonum, praedicantes salutem* in Christo Iesu domino nostro, cui honor et gloria per infinita saecula saeculorum amen.

EXPLICIT VITA SANCTI LUCII CONFESSORIS.

Capp. 16—20. 1.
Cap. 16. a) *post* Alii 2 *litt. ras.* 1.
Cap. 17. a) as 1, *corr.* b) *m. al. corr.* civitatem 1.
Cap. 18. a) *in* divi| *desinit* 1**, *folio exciso.*
Cap. 19. a) sanctistissimus 1.

PASSIO QUIRINI TEGERNSEENSIS.

Monasterium Tegernseense, quod S. Quirini corpus possidet translatum eo Roma, de ecclesiis nonnullis baptismalibus disceptavit cum ecclesia Frisingensi, eaque occasione 'breve commemoratorium' compositum est, ubi locus primum commemoratur. Adalpertum Tegernseensem abbatem vicariumque eius Zacconem interpellavit Atto episcopus Frisingensis, illique, synodo Ratisponae habita, spoponderunt, se erepta omnia esse reddituros, nihil vero reddiderunt. Qua de causa 'non post multum temporis', postquam Meginhart abbas regimen monasterii suscepit, vivente etiam Zaccone quondam abbate, tunc monacho, 'in loco qui dicitur Tegarinseo' publicum placitum condictum est, ibique ecclesias usurpatas episcopo restituit abbas, quas plerasque iure beneficiario ab eo recepit. Haec 'Tegarinseo monasterio publico' acta sunt a. 804, *ipso quo 'translatio corporis sancti martyris'* [1] *celebratur die* 16. *Iunii.*

Adalperht abbas commemoratus a. 771/3. *in pacto episcoporum abbatumque Bawaricorum* [2] *et a.* 774. *in charta Tassilonis* [3] *fortasse primus Tegernseensis est et is, de quo dictum est, Uttonemque abbatem, qui simul cum eo priore in documento legitur, Ilminensem volunt esse cognatumque Adalperti. Huius frater Otkarius, qui in traditione posteriore cum Otgerio Dano coaluit, Oatochar potest esse ex optimatibus unus, qui Tassilonem ducem a.* 769. *ex Italia redeuntem comitabantur* [4].

Acta S. Quirini anno demum 921. *a monacho Tegernseensi conscripta* [5] *martyris primum passionem, deinde translationem, tum miracula continent. In Passione, quam ad verbum exscripsit, SS. Marii, Marthae et filiorum* [6] *non multa auctor repperit relata de martyrio Quirini Romani, ipseque miratus est, 'quod in tam parva scedula memoria passionis eius adscribitur', quem post apostolos inter Romanos nominatissimum fuisse credidit.*

Monasterii Tegernseensis conditores, de quibus in altera actorum parte agitur, Adalpertus eiusque frater Otkarius erant, 'viri famosi atque laudis inormes', quibus praedia erant 'in pago australi iuxta lacum Tegarinsem'. Ubi cum binas basilicas aedificassent, ad sanctorum reliquias comparandas Romam profecti sunt, ibique contigit, ut, paganis irruentibus, ipsi fierent liberatores Urbis. Unde gratias agens papa, sancti cuius iam audierant opinionem Quirini, quamvis haesitans, eis concessit corpus, idque 'ne per vim a Romanis raperetur', declinantes viam regiam, Uto cognatus fratrum aliique transtulerunt in locum Tegernseensem, ibique nova S. Petri condita ecclesia, monachisque convocatis clericisque, Adalpertus abbas factus est, Otkarius monachus.

1) *Cf. Meichelbeck, Hist. Frising.* 1724. *I, 2, p.* 92; *Mon. Boica VI,* 152. *Verba insequentia:* Quirini hic intelligitur *e margine irrepserunt in textum.* 2) *Cf. MG. Leges III,* 462. 3) *Mon. Boica XXVIII,* 2, *p.* 21. 4) *Cf. chartam Tassilonis (Meichelbeck I, 2, p.* 38) *eaque quae nuper disseruit Riezler, 'Naimes von Bayern und Ogier der Däne' ('SB. der philos.-philol. und hist. Klasse der Münchener Akademie'* 1893, *p.* 767). 5) *Cf. subscr.:* Actum incarnationis Domini anno 921. 6) *AA. SS. Ian. II, p.* 216.

Huic translationis narrationi mea quidem opinione fides historica minime attribuenda est. S. Quirinum cum fere ut apostolum a papa Romanisque cultum fuisse credi vellet auctor simplex, Bawaros liberatores Romae papamque fecit reliquias pretiosissimas primum recusantem 'propter metum Romanorum': ignoravit autem nomina et papae et paganorum eorum, quos Adalpertus Otkariusque pepulisse feruntur, lectoribusque indaganda reliquit ea.

Et papa Zacharias vocatur in charta Ottonis II. imperatoris, a. 979. *monasterio Tegernseensi concessa*[1]. *Ea vero ad notata Tegernseensia composita est, ut editor doctissimus recte statuit, idque quinquaginta annis post acta Quirini: recentiore igitur nititur traditione, cuius est vis definiendi ea, quae incerta reliquerat antiquitas. Sane ibi vel numerus monachorum, quibus Adalpertus monachus praefuisse fertur, accurate definitus est, eaque cuius in actis mentio fit multitudo magna ex* 150 *hominibus constitisse dicitur; de anno autem monasterii conditi iam vix dubitare liceret, cum Pippini regis permissum habuissent fratres, is vero cum Zacharia non sederit nisi a.* 751/2. *Privilegia, quae se ab anterioribus regibus, Pippino scilicet aliisque, accepisse tunc contenderunt monachi, cum nulla supersint, diiudicari nequit, fuerintne ea vera an falsa. At locum iam ipsum ad primordia Tegernseensia spectantem ex charta exscribere libet:* coenobium Tegarinseo dictum — — duo germani fratres et inlustres comites in suo et de suo patrimonio temporibus Pippini regis Francorum ipsius permissu condiderunt et regio mundiburdio commendaverunt, et a sanctissimo papa Zacharia ipsi germani fratres Adalbertus et Otgarius, quos supra praelibavimus, corpore beati Quirini martyris impetrato venerabile redierunt, ubi, omni patrimonio suo contradito ipsi, coma capitis deposita, monachico habitu suscepto, unus de duobus fratribus Adalpertus nomine in eodem loco centum quinquaginta monachorum primordialis extitit abbas. Haec nempe principalis et regia extitit abbatia et religiosis abbatibus quam pluribus insignis, privilegiis antecessorum regum, Pippini videlicet et Karoli magni, Hludowici, Karolimanni, roborata et ab omnium districtione personarum inmunis.

Actorum S. Quirini codex unus Monacensis n. 18220, *saec. XII* (3) *Zachariae nomen affert:*

	codd. rell.	3
c. 5.	ad summi pontificis	ad Zachariae summi pontificis
c. 6.	At ille	Tunc Zacharias papa,

suppletus procul dubio his locis ex ipsa Ottonis charta: est enim liber passim interpolatus fideque omnino indignus.

Atque Zacharia sedente paganorum incursiones non passa erat Roma, neque probari id potest ex ipsius epistula a. 745. *data: eas enim, quarum ibi meminit, 'Saracinorum, Saxonum, Fresonum' hostilitates ex Bonifatio, ad quem litteras dedit, papa audierat neque perpessus erat ipse*[2].

Miraculorum primum ex solutis versibus hexametris constat, quos restitutos debeo arti officioque Ludovici Traube. Tertium a Megilone abbate Tegernseensi auctor acceperat, eumque Theodorus Mayer perspexit esse Megilonem 'nobilem abbatem', quocum Anno episcopus Frisingensis (a. 853—875*) servos quosdam commutaverat*[3]. *Id doxologiam (c.* 15*) subsequens additicium esse liquet, sed collato sermone non minus liquet, primarium auctorem*[4] *supplesse ea quae ipse praetermiserat. Is verbis:* quod superius dixi *ad Translationem lectorem delegavit, et quod c.* 4 *promiserat, miracula 'pauca de*

1) *MG. Dipl. II, p.* 219. 2) *MG. Ep. III, p.* 324, *v.* 31: sicut tu ipse nobis innotuisti. 3) *Meichelbeck I,* 2, *p.* 361. 4) *Ita recte statuit Sepp, 'Zur Quirinuslegende'*

pluribus' oportuno tempore explicaturum se esse, id fine demum praestitit, ibique votum se solvisse atque 'pauca de pluribus' scripsisse professus est, 'sicut a maioribus ea acceperat'. Scripta autem non habuit nisi acta martyrum Romanorum carmenque quod dixi.

*Scholae Tegernseensis nomen propagare non possunt acta S. Quirini. Sermo anacoluthis, falsis et modis (*ut *c. ind.,* cum *c. ind.) et casibus (nom. abs.,* decet *et* consolari *c. dat.), vocabulis inusitatis* (properitas *pro* celeritas) *inquinatus est, coniugationemque auctor sibi formavit, adhibens verbum* habere, *c. gr.:* quid baiolare habeamus (*c.* 8), ut secum portare haberet (*c.* 16), quae dictata habemus (*c.* 17). *Haec vero barbaries saec. IX. ex. non erat inaudita in Bawaria, id quod documenta Frisingensia, scripta sedente Annone episcopo, testantur omnino non meliora actis, auctoremque aetate provectum fuisse ex testimonio Megilonis allato concludere licet.*

Acta Quirini continent codices hi:

1*a*) *Codex Monacensis n.* 16106 *(S. Nicolai Patav.* 106*), formae octavae, saec. XI, fol.* 69′—72, *desinens c.* 15. *ex., foliis nullis deperditis.*

1*b*) *Codex Monacensis n.* 2610 *(Ald.* 80*), formae octavae, saec. XIII, olim 'sanctae Mariae in Alderspach' (m. s. XIV, fol.* 1*), fol.* 42—44′.

2) *Codex Monacensis n.* 22240, *formae maximae, saec. XII, legendarii Windbergensis volumen primum, fol.* 104—107′.

2*) *Codex Monacensis n.* 17143 *(Scheftl.* 143*), formae octavae, fol.* 144, *cui postea illata sunt acta Quirini, fol. scilicet* 114′—118′, *scripta m. s. XIII.*

3) *Codex Monacensis n.* 18220 *(Tegerns.* 220*), formae quadratae, fol.* 194, *quod ad acta Quirini (fol.* 122—130*) spectat, saec. XII, ea enim item postea adiecta sunt libro antiquiori.*

Libri 1*a. b unam faciunt familiam, consentientes et in rectis:*

1*a. b*	2. 3
c. 6. fusi sunt lacrimas	fuderunt 1.
c. 12. Effuseque preces	effusaque prece 2;
	et post fusas preces 3.

et in falsis:

2. 3	1*a. b.*
c. 5. ad que 2 (ad quem 3)	atque
c. 12. multi	*om.* 1*a;* Christi 1*b*
ib. pedetemptim	*om.* 1*a;* Petri 1*b.*

Cum igitur ex eodem exemplari pendeant 1*a. b, cumque textum plenum exhibeat unus, casu contigit, ut alter in c.* 15. *desinat, neque ea de causa pro recensione antiquiore eum haberi licuit. Lacunas exemplaris inepte explevit* 1*b, omnino deterior affine* 1*a. Hic quidem hiatu longiore bis laborat (c.* 4. 7*), sed plerumque reliquis accuratius insecutus est exemplar, ut c.* 14. *solus servavit indicativum post* ut, *confirmatum altero loco c.* 9. *Altera familia quamvis interpolata (c.* 8*) ad expellenda menda prioris non erat inutilis. Librario vero* 3, *de cuius interpolationibus supra egi, diffidendum erat, etsi c.* 12. *versus nonnullos felici coniectura restituit, vocabulis ad metrum transpositis. Codex* 2*, *quem non attuli, ex* 2 *exscriptus videtur esse, cum interpretationem* id est inmensi *exhibeat pr. m. super* inormes *scriptam (c.* 5*), quae m. al. alteri libro illata est.*

Orthographiam ad librum 1*a formavi neque vero admisi quod saepe ibi scriptum est* ę *pro* e *nisi in* ęcclesia.

Acta Quirini, de quibus egimus, solus ediderat Theodorus Mayer, bibliothecarius Mellicensis, in 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen', Vindobonae 1849,

('Monatsschrift d. hist. Vereins von Oberbayern' 1896, *p.* 29—32*), qui de Hrotroc monacho Tegernseensi cogitavit.*

III, p. 291 *sqq., ad exemplar codicis* 3, *manu Bernhardi Pez olim descriptum. Quae editio cum ex codice deterrimo fluxerit, interpolationibus pessimis deformata est, praestat vero praefatione docta utilique.*

De scriptoribus, qui post vetustiorem S. Quirini laudes celebraverunt, nuper disseruit S. Riezler l. l. p. 769 *sqq.*

B. Krusch.

PASSIO[a] SANCTI QUIRINI.

(1[b]). Temporibus[1] Claudii[c] venit quidam vir de Perside partibus cum uxore sua et filiis, Marius, Martha[d], Audifax et Abacuc, christiani[e] viri[f] ad orationem apostolorum. Venientes[g] Romam, ceperunt corpora sanctorum per carceres et sepulturas conquirere[h], et dum frequenter, sollicite et curiose[i] quererent, venientes in Castra trans Tiberim[k], intra carcerem invenerunt hominem nomine Quirinum[l], qui iam multa verbera pro nomine Christi perpessus fuerat et facultate sua nudatus. Ad quem venientes, miserunt se ad pedes eius Marius et Martha, uxor eius, cum duobus filiis[m] Audifax[n] et Abacuc, ut oraret pro eis. Et ibi manserunt diebus octo et coeperunt de facultatibus suis ministrare beato Quirino et lavare pedes eorum qui in vinculis erant constricti et in capita[o] sua vel filiorum suorum[p] effundere. P. Marii cet.

(2). Eodem tempore iussit Claudius, ut si qui christianorum inventi fuissent vel in vulgo aut in custodia, sine interrogatione punirentur. Ipse[a], praecepto divulgante, tenuit ducentos sexaginta duos christianos via Salaria, qui arenam fodientes dampnati fuerant pro nomine Christi, et alios, quos[b] iussit in fligina[c] foris muros porta[d] Salaria includi, et in eodem loco inclusi[e] in civitate et in amphitheatro, ibi eos milites sagittis[f] iussit interfici[g]. Hoc cum factum fuisset, contristati nimis Marius et Martha, uxor eius, cum filiis suis Audifax et Abacuc venerunt ad locum, ubi corpora sanctorum interempta fuerant, una cum beato[h] Iohanne presbitero et invenerunt super corpora sancta[h] ignem superpositum. Et[i] sumentes coeperunt corpora[k] subtrahere et sepelire cum linteaminibus et facultatibus suis, quia vir locuplex erat cum filiis et uxore[l], et, quantum potuerunt, sepelierunt in cripta via Salaria in Clyvum Cucumeris. Tunc sepelierunt cum eis quendam tribunum Claudii nomine Plastum et in eodem loco vigilias et ieiunia[m] cum orationibus multis diebus cum beato Iohanne celebraverunt. Audiens haec Claudius, coepit curiose querere Marium et Martham, uxorem eius, et non invenit eos, quia occulte hoc faciebant.

(3). Venientes vero Romam, venerunt ad Castrum, requirentes beatum Quirinum, quem non invenientes, contristati sunt nimis. Invenerunt tamen quendam presbiterum

Capp. 1—3. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 1. a) *ita* 1*a*; Incipit passio sancti Quiryni m̄ 3; Incipit de passione et translacione sancti Quirini martiris 1*b*; Passio sanctorum Marii, Marthe, Audifax et Abacuc, Quirini martyrum 2. b) *numeros ipse adscripsi; capita minus apte distincta sunt in* 3, *omnino non in reliquis.* c) et Abacuc *add.* 1*b*. d) Matha 1*a*. e) christianus vir 3. f) cum uxore sua et filiis *add.* 1*b*. 2. 3, *haec om.* 1*a*, *iterata ex superioribus.* g) veniens 1*b*. h) querere 3. i) sanctos *add.* 3. k) Tyb. 3. l) Quiryn. *fere semper* 3; Cyrinum *Acta.* m) suis *add.* 3. n) Audifac *pr. m.* 1*a*. o) capica 1*a*. p) ipsam aquam *add. Acta.*

Cap. 2. a) *ita* (1*b*. 2) *cum Actis;* Ipso 1*a*. 2*. 3. b) *om.* 1*b*. c) *ita* 1*a*. *b*; fliglina 2. 3; figlina *Acta.* d) porta Solaria 1*a*; portae Salariae 3. e) inclusos 1*b*. f) m. (iussit *in marg. suppl.*) sagittis::: (*ras.* eos) 3. g) *ita* 1*a*. *b cum Actis;* interficere 2. 3. h) *om.* 1*b*. i) exsumentes 1*a*; ex quo dolentes cep. 3. k) sancta *add.* 3; sanctorum *add. Acta.* l) uxor 1*a*. m) ieiuniis 1*a*.

1) *Prior Passionis pars ex Actis SS. Marii, Marthae et filiorum deprompta est; cf. AA. SS. Ian. II, p.* 216.

P. Marii cet. nomine Pastorem, qui e n a r r a b a t e i s omnia que facta[a] fuerant, et quomodo noctu interfectus fuerat gladio[b] beatus Quirinus et iactatus fuerat in Tyberim, cuius corpus remansit in insula Licaoniae[c]. E t pergentes noctu cum familia sua et beato Pastore, colligerunt[d] corpus eius et sepelierunt eum in cymiterio Pontiani[e] in cripta, octavo[f] Kl. April.

(4) In quo loco divina beneficia consequuntur[a], qui credentes in dominum nostrum[b] Iesum Christum illuc merentur pervenire[c]; ubi recipit cecitas visum, debilitas gressum, et obstricte aures recipere merentur auditum, linguae absolutae laudem[d] Domino canebant[e], febricitantes medicinam recipiunt[f] salutis, manci restaurationem, leprosi mundiciam carnis acceperunt[g]. Cum haec et his similia Dominus omnipotens per intercessiones[h] sancti martiris sui[i] operari dignaretur, coepit fama eius longe lateque clarescere, ita ut a senatu et ab[k] omni populo Romano in tam magno venerationis[l] affectu coleretur, ut post apostolos inter eos nominatissimus haberetur. Sed miror, quod in tam parva scedula memoria passionis eius adscribitur, cum tanta miracula post passionem suam Dominus omni-
Luc. 8, 17. potens declarare dignaretur, nisi quod Dominus dixit: *Nihil enim*[k] *occultum, quod non reveletur.* Sciebat enim, quod sanctus[m] vir favores fugiebat[n] seculi, et quod illi[o] latebat in pectore[p], doctor[q] bonus demonstrabat[r] in opere. Sed ea quae per martyris sui merita[s] operari dignatus est miracula, nullus sermo[t] sufficit enarrare; sed[u] cum oportunum tempus evenerit, pauca de[v] pluribus explicamus.

(5) Igitur cum[a] processu temporis, evolventibus annis, dum[b] haec[c] et his similia per[d] sancti martyris merita gererentur, erant* in provincia Noricorum[1] duo germani fratres Adalpertus[e] et Otkarius, viri famosi atque laudis[f] inormes[g], et[h] erant eis[i] praedia in pago australi[2] iuxta lacum Tegarinsem[k], una silva interveniente. Qui dum assiduarent ad[l] piscium praedam, facti sunt, iuxta quod Dominus ad[m] apostolos ait[3], *piscatores hominum.* Prospicientes iuxta lacum locum divino cultui aptum, stirpare atque locum incultum emundare coeperunt; aedificantesque ibi basilicam in honore domini Salvatoris atque aliam[n] aedificare statuentes[o], adiunctis[p] caementariis[q] aliisque[r] necessariis, ipsi Romam profecti sunt limina sanctorum[s] querere et, Domino annuente, inde aliquas reliquias sanctorum secum ad-

*) *in marg. m. al. adnotata haec sunt:* Annus 754. Domini 3.

Capp. 3—5. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 3. a) *ita* 1*a*. 3 *cum Actis;* gesta 1*b*. 2. b) *om.* 1*b*. c) *ita* 1*a*. 3; Lyc. 1*b*. (2). d) *ita* 1*a*; colleg. *rell.* e) Ponciani 1*b*. f) *ita* 1*a*. *b*; octava (2. 3).

Cap. 4. a) consequantur *pr. m.* 1*a*. b) *om.* 1*a*. c) pervenire — recipere merentur *om.* 1*a*; venire 3. d) laudes 3. e) canunt 2. f) receperunt 1*b*. g) accipiunt 2; et *add.* 1*a*. h) intercessionem 1*b*. 3. i) *om.* 1*a*. k) *om.* 1*b*. l) venationis *pr. m.* 1*a*. m) vir s. 1*a*. n) fugebat 2; s. f. 1*a*. o) illo 3. p) tempore 3. q) doctus 2; auctor 3. r) postea *add.* 3. s) Christus *add.* 3. t) omnia *add.* 3. u) ex his *pro* sed 3. v) *ita* 1*a*. 3; ex 1*b*. 2: *v. infra c.* 17.

Cap. 5. a) dum 1*a*. b) *om.* 1*b*. c) innumerabilia signa *pro* h. et h. s. 3. d) per — merita *om.* 1*b*. e) Adalbertus 1*b*; Adabertus 3. f) laude 1*b*. 3. g) *ita* 1*a*. 2. 3; enormes 1*b*; *m. al. superscr.* id est inmensi 2. h) *om.* 1*a*. i) eius 1*a*; ibi 1*b*. k) *ita infra* 1*a*; Tegarinsem *corr.* Tegarinsensem 1*b*; Tegerinsevensem *h. l.* 1*a*; Tegerense 2; Tegrinse 3. l) *om.* 2. m) ait (ad *pr. m. add.*) ap. 1*b*. n) maiorem *add.* 3. o) statutis 1*b*. p) *om.* 1*b*; huic *add.* 3. q) caementaris 1*a*. r) que *om.* 1*a*. s) cupientes *add.* 3.

1) *Tegarinsis lacus in Vindelicia vel Raetia situs erat, medio vero aevo Bawari accipiebantur pro Noricis.* 2) *Cf. chartam Ottonis II. a.* 979: ipsi coenobio Tegarinseo dicto, in pago Sundargowe — — sito *(Dipl. II,* 219*).* 3) *Matth.* 4, 19.

ducere. Quo[a] cum pervenissent, et, oratione facta ad utraque beatorum apostolorum limina, ad* summi pontificis praesentiam venientes, ad eius se straverunt[b] vestigia muneraque[c] non modica obtulerunt. Quibus resalutatis, orationibus eius se commendaverunt; de[d] negotiis, ad[e] que venerant, flagitare coeperunt.

(6). Eo autem[a] tempore gens paganorum regnum Romanorum magna ex parte vastaverat. At** ille cum merore coepit eis exponere, quas[b] persecutiones a paganis sustinerent, ita ut putaret, se[c] Urbem, quae omnium caput est, nisi cicius divina protegeret dextera[d], expugnari. At illi respondentes dixerunt: 'Diu residet, qui inimicos domi exspectat'. At[e] ille conitiens[f], quod de civium ignavia[g] dixissent[h], atque generositatem illorum videns, coepit hortari illos, ut propter honorem Dei et sancti Petri aliquod[i] solatium eis extitissent, premittens eis, quicquid pro laboris sui compendio accipere voluissent, se daturum esse paratum. Atque illi, ut erant strennui, de promissione laeti et de Domini misericordia confisi, convocatis Romanis principibus, exhortari[k] eos coeperunt, ut forti animo contra adversarios eorum existerent. Et accepta benedictione a summo apostolico, assumptis comitibus simulque Romanis principibus, contra hostes suos iter carpebant et irruerunt in eos fortiter. Et tanta cede prostrati sunt, ut relinquentes omnia sua, vix perpauci, arreptis navibus, evaderent, sed et plurimi eorum in maris pelago perierunt; de christianis vero nulla erat diminutio, sed omnes ovantes cum triumpho et cum[l] magno spolio Romam sunt reversi. Obviam eis[m] erat domnus[n] papa[o] cum omni clero, atque coram sanctissimo Petri[p] sepulchro prostrati, fusi sunt[q] lacrimas, gaudiis pleni[r] atque ymnum Domino canentes, quod de[s] tam sevis inimicis dignaretur eos liberare.

(7). Post ymnos et debitas[a] laudes Deo coepit domnus[b] papa seu omnis primatus[c] illis gratias agere, quod pro Dei et sancti Petri vel aliorum[d] sanctorum amore animas suas ponere non dubitarent, et rogare eos coeperunt, ut de preda seu de aliis thesauris, quicquid[e] eis placuisset, adsumerent. At illi dixerunt: 'Nos pro caducis thesauris de patria nostra non venimus'. Tunc vir apostolicus tulit eos secretius, ut, quicquid in animo haberent, explicarent. At illi, audita opinione sancti martyris Christi Quirini, eius sanctissimum corpus[f] flagitare coeperunt. Quo audito, vir Dei vehementer expavit et hoc se facere propter metum Romanorum contradixit, quia apud illos in magno venerationis amore habebatur, quia, quisquis ad lectum eius cum fide recta veniebat[g], qualicumque detinebatur infirmitate, sanus rediebat[h]. Illi autem enixius exorabant, ut promissa suppleret. At ille[i] blande alloquitur eos, dicens: 'Quid[k] est, filii, thesaurum accipere, si ad optatum non fuerit perventum? Sed[l] si praeceptis meis obtemperare[m] velitis, effectum

*) Zachariae *add.* 3.

**) Tunc Zacharias papa cum 3.

Capp. 5—7. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 5. a) Qui dum 1*a*. b) prostraverunt 1*b*. c) ei *add.* 3. d) comm. et pro suis negociis 3. e) *ita* 2; atque 1*a*. *b*; ad quem 3.

Cap. 6. a) t. a. 2, *corr.* b) quales 3. c) *ita* 1*a*. *b*; *om.* 2. 3. d) dextra 1*b*. e) Sed 3. f) continens 1*a*. g) hoc *add.* 3. h) dixisset 1*b*. i) aliquot 1*b*. k) exhortari — principibus *om.* 1*b*. l) *om.* 3. m) erat eis 1*a*. n) dn̄s 1*a*. o) apostolicus, *superscr.* vel papa 1*b*; *cf. infra* *l.* 28. p) Petro 2; sanct. sep. beati Petri apostoli prostr. 3. q) *ita* 1*a*. *b*; fuderunt 2. 3. r) plenas 2. s) a 1*b*.

Cap. 7. a) l. d. 1*b*. 2. b) dn̄s 1*a*. 2. c) populus 1*b*. d) s. a. 1*b*. 2. e) quicquid — thesauris *om.* 1*a*. f) ab eo *add.* 3. g) venibat *pr. m.* 1*b*. h) redibat 1*b*. i) illi *pr. m.* 2. k) *ita* 1*a*; Difficile est 1*b*; Quid prodest 2; Quid proderit *et add.* vobis o 3. l) *om.* 1*a*. m) obedire 1*b*.

desiderii vestri consequi poteritis'. Illi autem hoc[a] libentissime se suscipere dixerunt. At ille: 'Ite[b] cum pace ad propria, et quam citissime potestis[c], cautos missos[d] mittite[e]: ego[f] desideriis[g] vestris satisfacio devotus'.

(8). Illi autem consilio[a] roborati, laeti[b] de promissis, ovantes in suam[c] patriam sunt reversi. Et, facto consilio, tulerunt Utonem[d], cognatum suum, seu alios venerabiles viros et[e] cum magno apparatu ad eius[f] clementiam direxerunt. At illi concito cursu[g] Romam pervenerunt. Tunc vir Dei promissionis suae non inmemor in noctis conticinio[h] caute atque venerabiliter conditum atque signaculo suo signatum, sicut promisit, praesentavit, praecipiens eis[i] caute observandum[k], ne rumperetur signaculum, et admonens eos, ut per[l] aliam viam reverterentur, ne per vim a Romanis raperetur[m] ab eis. Illi autem viam regiam declinantes, sicut erant edocti, ad maritima iter carpebant et rapido cursu usque ad montem[n] Barbam[1] pervenerunt, ibique[o] de Romanorum metu securi esse coeperunt. Et cum ibi post fatigationem requiescere vellent, nescio[p], vel quia mero pleni, sed quod magis estimo, ad declaranda sancti martyris merita, coeperunt inter se disputando quaerere[q]: 'Quare praecepit nobis domnus[r] papa, ne rumpemus[s] signacula? Forsitan per yroniam[t] mandavit nobis, ne sciremus, quod[u] baiolare habeamus'. Initoque[v] consilio, rupto[w] signaculo, dum prohibita videre voluerunt, statim ut coopertorium sublevare conati sunt, divina maiestas[x] in modum ignis flammantis eructans[y], omnes qui aderant velud fulgoris[z] ictu perempti sunt[a]. O mira et in novo testamento inaudita! Sed veteris Heliae[b] iterata sunt mira-
1. Reg. 1, 9. cula. Quid enim dixit Helias, cum ad eum[c] superbi nuntii venerunt? Illi dixe-
ib. 1, 10. runt: *Homo Dei, rex praecepit, descende.* At ille respondit: *Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo et*[d] *devoret vos.* Isti temerarie[e] dixerunt: Videamus, si homo
ib. Dei sit, atque sanctus martyr Christi, quasi dixisset: *Si homo Dei sum, ignis*[f] *descendat et consumat vos.* Ecce! quali[g] gloria anima eius coram Deo fulgeat[h] in
1. Cor. 3, 17. caelo, ad cuius corpus tanta claritas effulsit in terra*: *Si quis violaverit templum Dei, disperdet illum Deus;* et illud: *Glorificantes me glorificabo.* Quod[i] cum vidissent, qui in castris remanserant, magno[k] merore confecti, advenit[l] multitudo populi quasi ad spectaculum magnum. Inito[m] consilio, statuentes[n] eum ibi in

*) Et hoc est factum iuxta apostoli dictum *add.* 3.

Capp. 7. 8. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 7. a) haec se l. perficere 3. b) inquit *add.* 2; ait *add.* 3. c) poteritis 3. d) michi *add.* 3. e) tunc *add.* 3. f) autem *add.* 1*b*. g) desiderium vestrum devotus compleam 3.

Cap. 8. a) tali *add.* 3. b) que *add.* 3. c) p. s. 1*b*. d) *ita* 1*a*; Ůtonem 2; Ŏtonem 3; Ottonem 1*b*. e) *om.* 1*a*; eos *add.* 2. 3. f) papae 3. g) ad *add.* 1*b*. 2. h) *ita* 3; cant. *rell.;* corpus sancti Quirini *add.* 2; sancti Quiryni martyris corpus *post* signatum *add.* 3. i) eius 2; eisdem legatis caute 3. k) conservandum 3. l) pro 1*b*. m) reperirentur 1*b*. n) ad Appenninos montes perv. 3. o) que *om.* 1*b*. p) (n. *om.*) vel quo merore sed 1*b*. q) dicentes *add.* 3. r) dn̄s 1*a*. *b*. s) *ita pr. m.* 1*a*; rumpe: *pr. m.* 2; rumpamus 1*b*; rumperemus 3 *et m. al.* 1*a*. 2. t) hoc *add.* 3. u) quid 1*b*. 2. 3. v) que *om.* 1*b*. w) rupta *pr. m.* 1*a*. x) magestas 1*b*, *fortasse recte.* y) eructuans 2. 3. z) *ita* 1*a et pr. m.* 3; fulguris *rell.* a) ictu interfecit 3. b) Helye 1*b*, *ut infra.* c) *m. al. in ras.* 1*a*. d) et — descendat ignis *m. coaeva in marg. suppl.* 3. e) temerarii 1*b*. f) d. i. 3. g) quasi *pr. m.* 1*a*. h) fulget 3. i) Qui autem *add.* 3. k) sunt *add.* 2. 3, *m. rec. post* confecti *suppl.* 1*a*. l) que *add.* 3. m) que *add.* 2; *pr. m.* 1*a*. n) statuerunt 3.

1) *Intellego Bardonis montem, in quo monasterium situm erat Bercetum; cf. Paulus, H. Lang. VI, 58. Igitur perite immutavit* 3: ad Appenninos montes.

ęcclesia[a. 1] cum magno merore, deputatis custodibus, et[b] venientes nuntiaverunt predictis germanis.

(9). Quibus[a] auditis, statim probos atque[b] religiosos ęcclesiasticos viros cum aliis sequacibus eorum[c] direxerunt[d]. Qui[e] dum[f] pervenerunt[g], elevantes eum de eodem loco cum omni gloria et honore, et[h], feretro adposito, cum magna pedestrium virorum religiosorum[i] adducebatur properitate[k], ut equitantes vix eos sequi potuerunt[l], et ita cum magna alacritate in regionem suam sunt reversi. Obviam eis[m] erat turba[n] multa ecclesiasticorum et laicorum utriusque sexus sancto viri[o] Dei corpore facta[p], et cum magna letaniarum laude et canticis spiritalibus usque[q] ad Tegarinsem[r] pervenerunt. Qui dum secus litus modicum requiescere vellent, dum deinde[s] se elevare coeperunt, ubi feretrum cum[t] sancto corpore positum erat, fons lucidus emanabat gustu suavis et tactu salubris, sed et multae ibi sanitates per Domini virtutem efficiuntur. Et[u] cum magnis laudibus gestaverunt eum in basilicam[v] Salvatoris[w] mundi, donec templum dignum in honore eius construeretur.

(10). Quo mirifice atque laudabiliter peracto, convocatis tribus[a] provincialibus episcopis[b], dedicaverunt illud in nomine[c] sancti[d] Petri principis apostolorum. Postea levaverunt eum de eadem[e] basilica[f] et transportabant eum[g] cum vexillis et cum[h] magnis precum laudibus atque cum magna gloria et honore[i], campanis sonantibus, usque ad locum, in quo digna ei praeparata esset requies, pervenerunt. Cum ergo ibi in tumulum lapideum deponi[k] debuisset[l], sustulerunt[m] eum unus episcopus ad pedes, ad scapulas[n] presbiter nomine Reginpertus[o] cum vasculo corporali de ramis palmarum conflexo[p], sicut a sancto[q] viro apostolico praedictis missis sub[h] signaculo fuerat commendatum[r]. Cum[s] in tumbam[t] submitti debuisset, cecidit una pars per vasculum de corpore eius in manus presbiteri tam sanguinea, quasi ipso die[u] de corpore exiret[v]. Quod cum viderent qui adstabant tam episcopi, seu[w] alius clerus, ymnos Domino[x] canebant, quod de tanto patrono noluisset servos suos sine fructu laboris abscedere[y], sed ut sanctae eius[z] reliquiae longe laciusque[a] propagarentur, quia nullus antea aliquid eorum[b] adsumere, sed nec ausus[c] videre. Sed quia in servis[d] suis consolabitur Deus humanae[e] fragilitati, post laudes et ymnos Deo debitos, sicut sancto[f] martyri Christi decebat, concluserunt illud[g], et partitis beneficiis[2] Dei, cum gaudio sancti Spiritus secesserunt[h].

Capp. 8—10. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 8. a) ęccsa 1*a*. b) *eras. (?)* 1*a*.

Cap. 9. a) illi *add.* 3. b) et (*om.* rel.) 3. c) ad sanctum *add.* 3. d) dixerunt *pr. m.* 1*a*. e) Quo 2. f) cum 1*b*; illuc *add.* 3. g) perrexerunt 1*a*. *b*. h) et f. a. *om.* 3. i) r. tanta adducebant 3. k) prosperitate 1*b*. 3. l) *ita* 1*b et pr. m.* 1*a*; potuerint 2; potuissent 3. m) facta 2. n) m. t. 1*b*. 2. o) *ita* 1*b*; viro D. corpore 1*a*; v. D. corpori 2; corpori v. D. 3, *ubi add.* obvia. p) *om.* 2; *cf. n.* m. q) atque *pr. m.* 1*a*. r) *corr.* Tegarinse 1*a*; Tegarense 2; Tegrinse 1*b*. 3. s) inde 1*b*; v. elevato sancto (s. *bis scr. erat*) corpore in loco ubi 3. t) c. s. c. *om.* 3. u) Deinde 3. v) Domini *add.* 3. w) salvationis 1*b*.

Cap. 10. a) pr. tr. 1*b et pr. m.* 2; tr. comprovincialibus 3. b) et *add., sed m. rec. delevit* 1*a*. c) honore 1*b*. d) sanctorum apostolorum Petri et Pauli principum ap. 3. e) *om.* 1*b*; praefata 3. f) Domini *add.* 3. g) eum (*corr.* cum) vex. 2. h) *om.* 1*b*. 2. i) c. h. 1*b*. k) poni 1*b*. l) et *add.* 1*b*. m) sustulerat 3. n) vero *add.* 3. o) Reinbertus 1*b*; hunc deposuit *add.* 3. p) *ita* 1*b*. 3; conplexo 1*a*; confixo *m. al. corr.* conflexo 2. q) *om.* 3. r) commendat 1*b*; commendatus 3. s) que *add.* 3. t) tubam *pr. m.* 1*a*. u) vir *add.* 3. v) exisset 1*b*. w) quam 3. x) Deo 2. 3. y) et *add.* 1*b*. z) r. eius 1*a*. a) lateque 3. b) earum 3; *om.* 1*b*. c) est *add.* 3 *et m. al.* 1*a*; fuit *add.* 2. d) *om.* 1*b*. e) fragilitatem humanam 3. f) sanctum martyrem (martirem 1*b*) 1*b*. 3. g) sanctum corpus *pro* illud 3. h) decesserunt 1*a*.

1) *Berceti, nisi fallor.* 2) *Auctor recens apud Oefele, Rer. Boic. script. II,* 55, *de*

(11). Tunc coepit inde magis magisque fama eius clarescere et miracula[a] plura prioribus coruscare populique multitudo concurrere, medicinam[b] tam corporis quam animae recipere, ita ut non post longum tempus magna[c] multitudo monachorum et clericorum ibi adgregata est[d] ad laudem et gloriam nominis Christi[e] Iesu; atque[f] ipse Adalpertus[g], mutato[h] seculari habitu[i], sanctae conversationis habitum quesivit[k] et illorum[l] abba[m] extitit, atque Otkarius[n] post graves mundi labores eodem habitu se vestivit. Et[o] semper[p] illud[q] psalmi[r. 1] versiculum[s]: *Ecce! quam bonum et quam[t] iocundum habitare fratres in unum,* et ita laudabilis vitae[u] cursum expleverunt[v].

(12). Caecus[2] erat[a] quidam a Iuvavensi[b] urbe profectus,
Quem luminibus natalis privaverat ortus.
Inde igitur properans, ibat, ducente ministro
Et baculo monstrante[c] via[d], tua sancta[e] requirens
Limina, qui fuso mercatus sanguine caelum,
Insigni in terris celebraris[f] honore, sancte[g] Quirine.
Carpebant iter[h] ergo ambo offendens[i] regensque[k].
Iamque cum Aeni ripas transmearent inpari gressu,
Collibus ascensis, discensisque[l] vallibus imis,
Iamque cum heremum ingressi fuerant, tunc
Hortatur[m] ductor ieiunia solvere tandem;
Ille[n] sed e[o] contra his[p] est[q] vocibus usus:
'Absit, ut ad sanctum properans ieiunia solvam,
Quem placuisse Deo frugali novimus esu
Et parcis meruisse epulis, ut, carne relicta,
Integer ad superas scandendo[r] volaverit[s] arces.
Non', ait, 'infringam[t] coeptum sub corde vigorem,

Versus a Traube v. d. restituti:

2 Natalis quem luminibus privaverat ortus.
8 Iamque Aeni ripis transcensis impare gressu,
10 Vastum heremum ingressi fuerant, cum luce carentem

Capp. 11. 12. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 11. a) eius *add.* 1*b*. b) que *add.* 2. 3. c) magno 2. d) esset 3. e) I. Chr. 3. f) atque ille A. 1*a*; Ipse vero praedictus A. 3. g) Adalbertus 1*b*. h) mutatus 1*b*. i) habitu: 1*a*. k) quae st 1*a*. l) monachorum *add.* 3. m) *ita* 1*a*; abbas 2. 3; papa 1*b*. n) Okarius 1*b*. o) *ita* 1*a*. *b; om.* 2. 3. p) secundum 2. q) *ita* 1*a*; illut 1*b*; illum 2. 3. r) spalmi 1*b*. s) versum 3; dixit *add.* 1*b*; cantans *add.* 3. t) *om.* 1*b*. u) c. v. 1*b*. v) explevit 1*a*.

Cap. 12. a) *ita* 3; q. erat *rell.* b) Vivavensi 1*b*. c) monstrate 2. d) *ita* 2 *et pr. m.* 1*a*; viam *rell.* e) *ita* 1*a*. *b*; sancte 2. 3. f) *ita* 3 *e coniectura;* celebratis *rell.* g) sancti Quirine 1*b*; sancte Quirini *pr. m.* 2: sancte *delevit Mayer.* h) ergo iter 1*a*; (*om.* iter) ergo 1*b*. i) que *recte add.* 3. k) regesque 1*a*; regensque viam. Cumque ripas 1*b*. l) desc. 1*b*. 3: *deleas* que. m) oratur *pr. m.* 1*a*. n) *ita* 3; Sed ille *rell.* o) *om.* 1*a*. p) est his 3. q) tum *addas ex Verg., monente Traube.* r) suadendo 1*b*. s) volaverat (?) *m. al. corr.* volaret 1*a*; volaveris 1*b*. t) confringam c. 1*a*; inceptum fringam *pr. m.* 1*b*.

reliquiis partitis haec rettulit: Hanc portionem principes Ilminensi postea coenobio ab eis quoque fundato tradiderunt; cruor vero emissus adhuc hodiernum in diem incorruptus perdurat et concretus aliquantulum in magna satis copia hic in Tegernsee reconditis cum reliquiis servatur et in quadrangulari argentea monstrantia quam vocant populo monstratur, sub vitro cristallino inclusus. *Cf. infra c.* 16. 1) *Ps.* 132, 1. 2) *Auctor carmine de caeco sanato usus, id partim in orationem pedestrem solvit.*

Quem melius reparat restrictus[a] corporis usus,
Donec fusa[b] precum[c] persolvam vota mearum
Ante sepulturam, quo martyris ossa quiescunt'.
Ductor ad haec: 'Ob avaritiam[d] tu talibus', inquit,
'Si velis[e], utere donis: ego non patiar
Hic inedia consumi'. Haec dicens, retorsit pedem,
Ventris[f] ingluviem est[g] secutus.
Discedente[h] igitur ductore, caecus resedit
Consilii ignarus: nec enim[i] fas ulteriora
Adtemptare viae. Palus[k] inde,
Hinc montes caelum[l] et valles imitantur Avernum.
Auxiliis hominum quapropter[m] ubique negatis,
Ad Dominum conversus, ait: 'O bone ductor, Christe redemptor,
Lux animae vitaeque dator mortisque[n] peremptor[o],
Ingentes, succurre mihi, miserate[p] labores;
Interventor adesse digneris super hoc, o sancte Quirine,
Martyr Christi et in toto fama celeberrimus orbe.
Multa ferunt per[q] te fieri miracula multi[r],
Quae[s] precor ut[t] experiar; tua nec[u] me limina tandem
Peniteat voluisse manu palpare fideli.
En lumen[v] deest, via nulla patet, omnia mortem[w]
Intentant[x] misero terroribus undique imis[y].
Quid agam? Mox praeda[z] lupis, esca ferocium[a] rictibus,
Et mihi eorum venter iam erit sepulchrum'.
Statimque ut haec, fusis lacrimis, orabat,
Lux infusa[b] oculis refulsit[c], quae sufficeret[d] callem monstrare.
Nec tamen obpositas clare dinoscere formas

---

22 'Utere, si velis, donis: ego non tolerabo
23 Morte perire famis'. Dixit pedemque retorsit,
24 Ingluviem stomachi, <non caeli iussa> secutus.
25 Discedente igitur caecus ductore resedit
27 Adtemptare viae. Palus inde, stagna marina,
30 Ad dominum conversus, ait: 'O tu, bone ductor,
32 Interventor ades super hoc, dignare, Quirine,
34 Martyrii toto fama celeberrimus orbe.
38 En lumen dest, nulla patet via, cunctaque mortem
40 Quid? Mox praeda lupis, ferocium rictibus esca,
42 Confestimque ut haec lacrimis precabatur obortis,
43 Lux, quae sufficeret callem monstrare, refulsit.

Cap. 12. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 12. a) restricti 1*b*. b) fuso *pr. m.* 1*a*. c) precium 2, *corr.* d) avariam 1*a*. e) vellis 2; u. velis 1*b*. f) que *add.* 3. g) *om.* 1*b*. h) Discedenti 1*b*. i) erat *add.* 2, *post* fas *add.* 1*b*; ei erat *post* fas *add.* 3. k) Paulus 1*a*. l) caenum 2. m) caeco sed *pro* quapr. 3. n) que *pr. m. superscr.* 1*b*. o) inter *m. al. add.* 1*b*. p) miserata labores *Verg. Aen. I,* 597, *ut monuit Dümmler*. q) fieri per te 3. r) *ita* 2. 3; *om.* 1*a*; Christi 1*b*. s) Quem 2. t) *ita* 1*a*. 2. 3; ut pr. 1*b*: ut *delevit Mayer*. u) neque 3. v) mihi *add.* 3. w) morte 1*b*. x) *ita* 3; intendant 1*b et pr. m.* 1*a*. 2. y) sevis 3; cincto *coni. Traube*; suis *add.* 1*a*. z) sum *add.* 3. a) r. f. 3; ferarum r. 2. b) eius *add.* 3. c) fulsit 3. d) ei *add.* 3.

Ad[a] plenum poterat, sed sub dubia imagine[b] nutans[c],
Donec ad sancti pedetemptim[d] limina ventum est.
Effuseque[e] preces ubi[f], sensim, nocte repulsa,
Aufugit caligo, visuque retecto,
Visio discretis aderat quoque certa figuris[g].
Post aliquod[h] dies[i] repedans[k] sanissimus[l] inde,
Iamque qui caecus erat[m], tibi, Christe, bonorum
Largitori laetus[n] solvebat pectore grates,
Esse tuo insignem testatur amore sanctum[o] Quirinum.

(13). Ecce caecus iste, cum oculis non videbat, lumine intelligentiae[a] non carebat, quia inter anxia suspiria, in Domini[b] confisus suffragia, de eo effectum desiderii sui[c] obtinere merebatur[d].

(14). Parentum manibus puella evecta[a] est, quando omnium sanctorum cele-
Nov. 1. batur[b] celebritas[c], ad tumbam[d] sancti[e] martyris adposita est, quae ab ortu privata fuerat[f] gressu, ita ut plantae natibus[g] eius adhesissent. Facta autem oratione atque missarum sollempniis expletis, cum monachi et populus secessissent[h], ipsa cum imis suspiriis voce lacrimabili ad Dominum[i] vota precum persolvebat,
cf. Ps. 145, 7. 8. dicens: 'Domine, qui erigis allisos et solvis conpeditos, qui caecis visum et claudis gressum donare dignatus es, exaudire digneris votorum meorum precamina. Patronus adesse digneris, o sancte Quirine, qui dignus Dei amore celebraris[k] in orbe, ut per sancta meritorum tuorum[l] precamina percipiam dona, quae mea[m] non exigunt merita; quia a cunabulis didici[n], quisquis tua limina fideli pulsabit[o] dextera, effectum desiderii sui[p] percepturum. Quae experiar[q], precor, in tua sancta confisa suffragia'. Haec exorans, paulatim resolutio nervorum facta est, ita ut calcavit[r] humum plantis[s] novellis, contulit[t] incessus, quod non edidit ortus[u]. Quod ut[v] cognoverunt, omnes[w] concurrerunt, et[x] sonantibus campanis et laudem Domino cum hilari mente[y] canentibus, quod tam pium patronum servis suis largire[z] dignatus est, et ita cum gaudio spiritali[a] secesserunt[b].

---

45 Ad plenum poterat, dubia sed imagine nutans,
46 Ad sancti donec pedetemptim limina ventum est.
48 Aufugiunt totae tenebrae, visuque refecto,
51 Iam qui caecus erat, summo tibi, Christe, bonorum
52 Auctori laetus solvebat pectore grates,
53 Esse tuo insignem testatus amore Quirinum.

Capp. 12—14. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 12. a) ad pl. p. *versu exeunte om., sed* poterat *in marg. suppl.* 3. b) fuit *add.* 3. c) mutans *pr. m.* 1*a*. d) *ita* 2. 3; *om.* 1*a*; Petri 1*b*. e) *ita* 1*a*. *b*; effusaque prece 2; et post fusas preces 3. f) ibi 2. 3; ab eo *add.* 3. g) fulguris *pr. m.* 2. h) *ita* 1*a*. *b*; aliquot 2. 3. i) *om.* 1*b*. 2; soles *coni. Traube.* k) igitur *add.* 1*b*. 2. 3. l) i. s. 1*a*. m) fuerat 3. n) laeto 1*a*. o) *om.* 2; *sane delendum est.*

Cap. 13. a) ligencie 1*b*. b) Deum 1*b*. c) *om.* 3. d) promerebatur 2.

Cap. 14. a) eiecta 1*b*. b) celebratur 1*b*. c) cęleb:: (*ras.* atur) 1*a*. d) que *add.* 3. e) Quiryni *add.* 3. f) fuerit 1*a*. g) natis 1*a*; mauibus 1*b*. h) secedissent 1*b*. i) Deum (*om.* v. pr.) 1*b*. k) celebratis 1*a*. l) pr. t. 3. m) *om.* 3. n) quod *add.* 3. o) pulsabat 1*a*; pulsat 1*b*. p) se gaudeat esse *add.* 3. q) pr. exp. 3. r) *ita* 1*a*; calcaret 1*b*. 2. 3. s) novis pl. *add.* 3. t) contuleritque inc. 1*b*. u) cetus 1*b*. v) ů (?) *pr. m.* 1*b*. w) *om.* 1*a*; incolae cui cont. 3. x) et s. c. et *om.* 3. y) monachis *add.* 3. z) largiri d. est 1*b*; largitus est 3. a) spirituali 1*b*. b) recesserunt 3.

(15). Si igitur[a] ea quae nos ipsi[b] vidimus huius viri Dei miracula, vel quae[c] relatione[d] fideli cognovimus, quibusve[e] cottidie adhuc erga corpus eius virtutes clarescunt in signis[f], stilus scribentis, ut estimo, non valet explicare, quanti paralytici et claudi et caeci ibi curati sunt, ab aliis demones fugati, alii a[g] vinculis ferreis liberati, muti[h] locuti, surdi auditum acceperunt? Quid plura? Omnium generum morbi ibi solvuntur, si cum fide[i] poscuntur. Haec autem omnia operatur per sancti martyris sui intercessiones[k] Iesus Christus, filius Dei, qui vivit et regnat cum Deo[l] patre[m] in[n] unitate Spiritus sancti Deus per[o] omnia saecula saeculorum. Amen.

(16). Opere precium est, si adhuc unum addo miraculum, quod de sanctis eius reliquiis temporibus venerabilis[a] abbatis Megilonis[b, 1] contigit. Amicitia iungebantur episcopus de Frantia nomine Aran[c] et ipse praedictus abbas. Cumque inter familiaritatis dulcia colloquia, quae[d] sepius contigit inter se habere[e], episcopus[f] de miraculis sancti martyris[g] requireret, cumque[h] cognovisset innumerabilia fieri[i], coepit postulare ab eo, ut de sanctis eius reliquiis sibi adquireret[k], ut propter amorem eius sive ad bellum, vel quocumque iret, secum portare haberet. Qui votis[l] satisfacere querens[m], cum ad coenobium redisset, coepit querere, sicubi[n] posset[o] invenire*. Ubi cum[p] dictum est illi, quod ad cellam Ilmina[q, 2] posset invenire, quia in illo loco, quo servatur[r] corpus eius integrum, nihil[s] nisi quod superius dixi[3] remansisset. Qui peticionibus eius cupiens satisfacere, cum pervenisset ad cellam, deputatis secum senioribus fratribus, quibus a maioribus[t] traditum fuerat, ibi[u] inveniri posse. Cumque in secretiori loco iuxta tumbam sancti Arsacii consedisset et[v] sindonem in sinum expandisset, capsam aperiens, sanctas reliquias excutiens, previculas[w] coepit[x] legere. Cumque nomen eius cum reliquiis inter manus venisset[y], nihil amplius aperiens, tam ipse quam omnes qui cum eo fuerunt[z] caecitate sunt perculsi, et quasi amentes effecti, pavimento sunt prostrati. Hoc solum in ipso remansit[a] virium, sicut ipse nobis dixit, ut recolligeret[b] reliquias. Capsam reclusit[c], super altare posuit atque in crucis modum se prostravit[c]. Fusis precum lacrimis, a domino Iesu Christo et[d] a sanctis eius flagitantes auxilium atque

*) invenire. Ad extremum recognovit a senioribus, quia in loco illo, quo corpus eius humatum est, pars reliquiarum, ut superius dixi, eorum in manibus remansisset. Hac relacione letificatus, cum in secreciori loco *1b*.

Cap. 15. 1*a*. 1*b*. 2. 3. *Cap.* 16. 1*b*. 2. 3.

Cap. 15. a) volumus *add.* 3. b) ipse (?) *pr. m.* 2. c) ex *add.* 1*b*. d) racione (*om.* f.) 3. e) qualesve 3. f) *ita scripsi;* insignes *codd.* g) in 1*b*. h) multi *pr. m.* 1*b*. i) pia *add.* 3. k) intercessionem 3. l) reg *pro* Deo, *sed m. al. del.* 2. m) *in* patre *desinit* 1*a*. n) *ita* 1*b*; et Spiritu sancto *pro* in u. Sp. s. D. 2. 3. o) *ita* 1*b*. 3; in (o. *om.*) s. 2.

Cap. 16. a) venerabili 2. b) Meylonis 1*b*. c) Arn 3. d) quas 2. e) haberi 3. f) *ita scripsi;* c(o)epit (cep̄ *pro* e̅p̅c̅) — requirere (perquirere 3) *codd.;* postulare *add.*, *sed delet.* 2. g) e̅p̅c̅ *add.* 3. h) Que dum c. 3. i) miracula *add.* 1*b*. k) adqui'ret *pr. m.* 2. l) eius *add.* 3. m) cupiens 3. n) eas *add.* 3. o) possit 2. p) *om.* 3. q) melius *add.* 3. r) (s. *om.*) c. eius est i. 3. s) nisi q. s. diximus nichil r. 3. t) moribus *pr. m.* 2. u) ubi invenire potuisset 3. v) et — exp. *om.* 1*b*. w) *ita* 2; breviculam 3; cartulas 1*b*. x) l. c. 3. y) sumpsisset 3. z) fuerant 3. a) remansere 2. b) colligeret 3. c) et *add.* 3. d) salutis *pro* et a. s. e. 3.

1) *Megilo abbas bona cum Annone episcopo Frisingensi (a.* 853—875*) commutavit (cf. Meichelbeck I,* 2, *p.* 361*); Arn episcopus Wirzeburgensis a.* 855—891. *sedit. Mayer.* 2) *Illmünster inter München et Ingolstadt situm.* 3) *Cf. supra c.* 10.

inter longa suspiria vires receperunt[a] pariter et visum: res mira et valde nostris temporibus stupenda!

(17). Quid nos ultimi dicere possumus? Etsi eum oculis carneis videre digni non sumus, sequamur illum toto cordis ac mentis affectu, ut eum in regione viventium videre mereamur; ut quo ille intravit cum gloria, cum fide recta, spe firma[a], caritate perfecta sequi mereamur. Haec ergo pauca de pluribus, quae dictata[b] habemus, ob reverentiam sancti martyris Quirini, sicut a maioribus accepimus, scribimus, cuius patrocinio nos salvari[c] confidimus, praestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat Deus per[d] omnia saecula saeculorum. Amen.

921. Actum[e] incarnationis Domini anno nongentesimo vigesimo primo.

Capp. 16. 17. 1*b*. 2. 3.

Cap. 16. a) p. r. 3.

Cap. 17. a) et *add.* 3. b) dicta 1*b*. c) salutari c. *pr. m.* 2; c. adiuvari 1*b*; salvari speramus et credimus 3. d) per — Amen *om.* 2. e) Acta sunt autem haec anno i. dominicae 921. 3; *haec om.* 1*b*, *ubi subscr.:* Explicit passio et translacio sancti Quirini martiris.

PASSIO ACAUNENSIUM MARTYRUM
AUCTORE EUCHERIO EPISCOPO LUGDUNENSI.

Acaunus[1] *locus antiquus, ad dioecesim Octodorensem pertinens, martyribus celeber est, e quorum principe nomen hodiernum Saint-Maurice traxit. Eorum corpora Theodoro episcopo loci, qui a.* 381. *et* 390. *synodis intererat*[2], *'revelata' esse traduntur, deinde basilica in eorum honorem constructa est, quae mox miraculis clarescebat. At de passione eorum nihil scripti extabat ante Eucherium episcopum Lugdunensem, qui synodo Arausicanae a.* 441. *subscripsit*[3] *atque Valentiniano Martianoque regnantibus (i. e. a.* 450 *—*455*) defunctus est*[4]. *Is veritus, ne gesta martyrum per incuriam memoria hominum exciderent, litteris ea mandavit atque, aliis aurum argentumque offerentibus, ipse Passionis libellum per Salvium vel Silvium*[5] *episcopum sanctis obtulit, quo plus re vera tribuere non potuisset ad gloriam eorum augendam. Epistula adnexa sine dubio inscripta est episcopo loci, i. e. Octodorensi, id quod Chiffletius primus statuerat*[6], *neque Viennensi metropolitano, id quod Franciscus Stolle*[7] *nuper coniecit, et fortasse Polemio Silvio ei, qui Eucherio ipsi a.* 449. *laterculum suum dicavit*[8]. *Cum monumenta rerum gestarum*

1) *Ita nomen in codice Eucheriano A* 1 *scriptum est, eaque scriptura et codicibus optimis Aviti, Marii, Fortunati, Gregorii confirmatur et in nummis Merowingicis legitur, neque aliter scribi licet vocabulum Celticum; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 178. 2) *Mansi, Coll. concil. III,* 599. 667. 3) *Maassen, 'Gesch. der Quellen des canonischen Rechts' I,* 951. 4) *Ex Gennadio, de viris ill. c.* 64, *Marcellinus pendet, referens haec a.* 456*:* Eucherius Lugdunensis ecclesiae pontifex multa scripsit tam ecclesiasticis quam monasticis studiis necessaria *(Auct. antiq. XI, p.* 86*).* 5) *In codice primario A* 1 Salvio *m. s. XII. corr. est* Silvio. 6) *Huic opinioni nuper accessit L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule', Paris.* 1894, *I, p.* 238. 7) *Stolle, 'Das Martyrium der thebaischen Legion', Monasterii* 1891 *(Dissert.), p.* 94 *sqq.* 8) *Cf. Mommsen, Auct. antiq. IX,* 2, *p.* 513.

scriptori praesto non essent, 'relatione succedentium' tantum nititur, ipseque eos citavit, qui ab Isaac episcopo Genevensi passionem se accepisse affirmaverant, huiusque auctorem 'credidit' fuisse Theodorum episcopum, quem dixi. Itaque quae tunc de martyribus enarrabantur, ea ad unum Genevensem iam defunctum referebantur, cumque inter auctores suos Eucherius non enumeraverit Silvium, inde minime concludi licet, eum non fuisse Octodorensem episcopum, sed sequitur, eum non novisse Genevensem illum. Eucherius vero Acaunensium martyrum, quos nostros patronosque appellaverit, studiosissimus cultor, consuluisse credendus est omnes, qui passionis notitiam habere poterant.

Is igitur enarravit, tempore persecutionis magnae, quae Diocletiano et Maximiano imperatoribus fervebat, apud Acaunenses 'legionem militum, qui Thebaei appellabantur', ex Oriente in auxilium accitam, iussu Maximiani totam occisam esse, quia fidei christianae addicta, ne christianos persequeretur, recusavisset. Eorum principes militiae nominavit Mauricium, Exuperium, Candidum, addens, Victorem veteranum, legione interfecta, fortuito advenisse detestatumque epulantes interfectores et ipsum in eodem loco martyribus socium datum esse. Tribus igitur nominibus accedit quartum, cetera vero sibi incognita in libro vitae scripta esse auctor fatetur. Nihilominus famam testatur ad se venisse, etiam Ursum alterumque Victorem Salodori cultos ex eadem fuisse legione. Haec interpolata esse credidit Stolle[1]*, sed argumenta protulit parum firma, atque ea insunt cum reliquis libris tum antiquissimo A* 1 *saec. VII.*

Haec cum historia Maximiani nullo modo conciliari possunt, quamquam constat e legionibus Thebaeorum ante Constantinum imperatorem institutas esse has[2]*:*

Prima Maximiana Thebaeorum,
Tertia Diocletiana Thebaeorum,

quibus e legionibus palatinis intra Italiam constitutis una accedit Thebaeorum nomine appellata. Deinde per se parum credibile est, legionem totam fidei causa occisam esse, eiusque caedem a scriptoribus persecutionis penitus ignorari potuisse. Itaque hodie fere omnes consentiunt, vel numerum ab Eucherio eiusque auctoribus immenso plus exaggeratum esse[3]*, et sunt, qui totam illam legionem accrevisse contendant nominibus quattuor ab Eucherio allatis*[4]*. At Ernestus Dümmler*[5] *quaestionem nuper raptim examinans, ea ipsa agnovit inventa, et re vera admodum suspecta sunt nomina talia qualia* Mauricius *(i. e. Niger) et* Candidus, Exuperius *et* Victor, *Eucheriusque ipse opinioni illorum obstare videtur, librum inscribens:* Passio Acaunensium martyrum, *neque* Mauricii et sociorum, *martyrumque multitudinem ubique summam statuens rerum. Si igitur fabula ita, ut scripta est, credi nequit, neque intra modicos fines eam redigi fas est, de eius fide omnino desperandum est. Atque sane quaeri potest, num historica fides quaerenda sit in martyrio, quod demum post 'revelationem' corporum percrebruit, et quamquam fieri poterat, ut ante eam de martyribus nonnulla in ore vulgi essent, — id quod Albertus Hauck*[6] *non recte negavit, — tamen id probari non potest. Id autem certum est, Theodorum episcopum, ultra quem progredi non possumus, corpora permulta effodisse,*

1) *L. l. p.* 84 *sqq.* 2) *Not. Dign. ed. Seeck p.* 23. 3) *Legionem vel Paulus Allard, 'La martyre de la légion thébaine' ('La controverse et le contemporain' Lugduni* 1888, *p.* 185*) redegit in vexillationem. Quae novissime de martyribus disputata sunt, ea sobrie docteque examinavit Adam Hirschmann, 'Die neueste Literatur über das Martyrium der thebäischen Legion' ('Historisches Jahrbuch'* 1892, *p.* 783 *sqq.).* 4) *Hunziker, 'Diocletianus und seine Nachfolger' (apud Büdinger, 'Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte' II,* 269*); Stolle l. l. p.* 82. 5) *'Sigeberts v. Gembloux Passio S. Luciae virginis und Passio SS. Thebaeorum' ('Abhandl. der Akad. d. Wissensch. zu Berlin'* 1893, *p.* 20*).* 6) *'Kirchengeschichte Deutschlands' I,* 9.

indeque conclusisse vel ipsum vel posteros, legionem christianam ibi occubuisse, Acaunenses scilicet martyres, deinde Eucherium non solum ea quae acceperat memoriae tradidisse, sed etiam ad exornandam fabulam non pauca addidisse[1]. Multitudinem ossium Gelpke[2] inde explicare conatus est, quod coemeterium ibi fuerit Romanis temporibus celebre: tituli sepulchrales ad eum locum spectantes pauci quidem supersunt[3], sed plures iniuria temporum periisse videntur. Thebaeos autem ut eligeret Eucherius, eo procul dubio commotus est, quod sibi cognitum erat, Thebaidem fertilissimum esse religionis christianae agrum[4].

Thebaeorum Passionem iam Baronius comparaverat cum ea Mauricii Apamensis, quam in linguam Latinam versam edidit Henschenius, adhibens codicem pervetustum Graecum textumque retractatum Symeonis Metaphrastae[5]. Agitur ibi de Mauricio praefecto et 70 militibus iussu Maximiani Apameae interfectis. Quamquam praeter nomina sancti et imperatoris vix quicquam simile in passione Graeca reperitur, id quod iam Ruinartium[6] non fugerat, tamen G. Rettberg[7] contendit, ex ipsa Latinam pendere martyriumque Acaunensium ad Apamense esse formatum. Qui cum non distinxerit inter textum genuinum et retractatum saec. IX, Passionem martyrum Acaunensium Eucherio cuidam saec. VI. attribuit, crisi usus tam temeraria, ut saeculo post Clei dissertationem doctissimam talia scribi potuisse vix crederes.

E codicibus qui supersunt innumeris duo tantum, quod sciam, interpolationibus omnibus vacui sunt, unusque epistulam quoque Eucherii continens solus omnibus numeris perfectus est, postquam similis liber (A 1*) periit.

A 1) Codex Parisiensis n. 9550 (Suppl. lat. 839), formae octavae, fol. 93, litteris uncialibus scriptus est saec. VII. ex. Insunt Eucherii Formulae spiritalis intellegentiae Instructionesque, epistulae Salviani Hilariique ad Eucherium datae et Passio Acaunensium martyrum (fol. 81'—86), quam Eucherii epistula ad Salvium vel Silvium data (fol. 86—86') excipit. Huius ultima verba m. s. VIII. litteris Merowingicis supplevit, locosque, quibus scriptura evanescebat, m. s. XII. atramento superinduxit. Ex adnotatis m. s. VIII. med. fol. 86'. in annalibus nostris ('N. Arch.' XVIII, 592) attuleram haec: Fiunt in suma sal. libras 300 de areas monastirii Eriense, quae comparaveram cum V. Eugendi c. 17: e limite Tyrreni maris potius, quam de vicinis Aeriensium locis coctile decernunt petere sal, concludens inde, codicem in monasterio quodam Burgundionum exaratum esse, distante non multum ab Acauno: re vera ex ipso S. Eugendi monasterio originem ille traxit, relatus inde in bibliothecam nationalem a. 1804.[8]

A 1*) Codex S. Eugendi Iurensis saec. VIII. med., quo Chiffletius usus est; v. infra.

A 2) Codex Parisiensis n. 17002, formae maximae, fol. 272, saec. X, erat olim Moissiacensis, deinde (a. 1656) Claudii Joly, tum ecclesiae S. Mariae Parisiensis (n. 97). Passio Mauricii sociorumque extat fol. 89—90', iterumque m. s. XI/XII. ea descripta est fol. 272—272', hic vero non integra, desinens in verbis statueris (si — iusseris des. etiam in priore textu) ignis tormenta ferrum subire. Cum posterior textus ex priore pendeat, hunc solum contuli.

1) Numerum legionis Romanae, ne de multitudine dubitaretur, accurate definivit mandataque Maximiano imperatori a militibus missa esse voluit, quae sibi ipsum excogitasse primo patet aspectu. 2) 'Kirchengeschichte der Schweiz' I, 81. 3) Cf. Th. Mommsen, 'Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich' X, p. 4—6. 104. 4) Hunziker l. l. p. 270. 5) AA. SS. Febr. III, p. 239. 6) Acta mart. ed. Ratisb. 1859, p. 316. 7) 'Kirchengeschichte' I, p. 100. 8) Cf. Delisle, 'Cabinet des mss.' II, p. 15, III, 226, et 'Planches' XVI, ubi scripturae specimina data sunt.

Tribus insequentibus classibus insunt codices interpolati:

B 1) *Codex Parisiensis n.* 11748 *(olim S. Mauri Fossatensis n.* 38, *deinde S. Germani a Pratis n.* 1060 *vel* 487*), formae maximae, saec. X, cui praeter alia insunt:*

fol. 52—53'. Sermo in natl. sancti Mauricii martiris. Sacra haec hodierna sollempnitas, fratres karissimi, nobis est amabiliter cum summa reverentia excolenda *et q. s.*

fol. 53—53'. Sermo ad populum in natal. sancti Mauricii martiris. Hodiherna sollempnitas, fratres karissimi, nos ammonet a praesentis vitae amore *et q. s.*

fol. 54—55'. *Passio Acaunensium initio non integra, inde a verbis:* Pro honore gestorum.

B 2) *Codex Londiniensis, Add. Ms. n.* 11880, *saec. IX, a.* 1841. *ex bibliotheca Dr. Samuelis Butler episcopi Lichfieldensis emptus, Passionem fol.* 95' *sqq. continet (praescr.* Passio sancti Mauricii et sociorum eius, *inc.* Passionem sanctorum Thebeorum martyrum, qui sub Maximiano imperatore Acauno passi sunt, stilo pro honore gestorum explicamus*), exaratam a librario parum accurato, qui textum passim immutaverit. Codicem inspexit Jeayes vir doctissimus.*

B 3) *Codex Parisiensis n.* 3820 *(antea Colb.* 152, *Regius* 3596$_{7}$*), formae maximae, saec. XIV, fol.* 122—124, *praescr.:* Incipit passio sanctorum martirum Agaunencium Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis, qui passi sunt sub Maximiano imperatore sub die X° Kl. Octob., *incip.:* Passionem martirum, qui Agaunum.

B 4) *Codex Monacensis n.* 22243 *(Windb.* 43*), formae maximae, saec. XII, legendarii Windbergensis tomus IV, fol.* 65—67' *(praescr.* Prologus hystorie et passionis Thebeae legionis*), initio cum libris D* 3. 4 *convenit, fine vero cum A* 2 *et cum B, cuius supplementum exhibet, compilatus nempe ex pluribus libris, quin etiam retractatam continens passionem; cf. infra X* 3 *c.*

C) Codex Sangallensis n. 563, *formae quadratae, saec. IX/X, pag.* 218—228.

D 1) *Codex Vindobonensis n.* 357, *antea Hist. eccl. n.* 14, *formae maximae, saec. X, fol.* 172—175', *a librario posteriore ita recognitus est, ut scriptura prior frequenter legi non possit.*

D 2) *Codex Mombritii, praescr.:* Passio sancti Mauritii et eius commilitonum.

D 3) *Codex Parisiensis n.* 15437, *formae maximae, fol.* 217, *saec. XII, primum ecclesiae S. Marcelli Parisiensis, deinde Petri de Blanger doctoris et socii Sorbonici, tum bibliothecae Sorbonicae n.* 1283 *(inde ab a.* 1667*), fol.* 185'—187, *praescr.* Passio sanctorum mr̄ Mauricii sociorumque eius, quod est 10. K̄ Octob̄.

D 4) *Codex Berolinensis Ms. theol. lat. Fol.* 167, *saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis, dioec. Trev., fol.* 36—38, *praescr.:* Incipit passio sanctorum martyrum Mauricii et sociorum eius.

D 5) *Codex Parisiensis n.* 11759, *saec. XIV, qui erat primum Antonii Wionis Herovallii, deinde monasterii S. Germani a Pratis (n.* 502*), fol.* 107'—109', *praescr.:* Incipit prologus in passione sanctorum Mauricii sociorumque eius, qui celebratur 10° Kl. Octobris.

D 6) *Codex Einsidlensis n.* 9, *formae magnae, saec. XII, fol.* 163—165, *praescr.:* Passio sancti Mauricii sociorumque eius, *desinens in vocabulo* Sabaoth *(c.* 11*), e deterrimis est.*

Passio Acaunensium abbreviata Legendario Bawarico inest, quod codices
E 1) *Monacensis n.* 14418 *(Rat. S. Em.* 418*), saec. IX (fol.* 56—57'*),*
E 2) *Wirzeburgensis Mp. th. q.* 15, *saec. X (fol.* 157'—159'*), continent, eaque*

in laterculo praemisso his verbis citatur: 31. De passione sanctorum Mauricii et sociorum eius 10. K. Octb., *et sane ex Passione excerptum est quod in textu legitur* c. 31. De sanctorum passione Mauritii et sociorum eius 10. K. Octobr. Sub Dioclitiano et Maximiano imperatore cum per diversas provincias multi — — et virtutum prestantur beneficia, regnante domino nostro Iesu Christo in secula seculorum. Amen *(exscripsi ex E 1).*

Crisis pendet ex uno codice A 1, qui ita praestat, ut pro fonte reliquorum librorum haberi possit. In exemplari (a), unde hi fluxerunt, omissa erat epistula Eucherii, quia insequens Passionem in A 1 ad eam spectare non credebatur. Ea autem ita posita est a scriptore ipso, id quod iam Chiffletius concluserat ex verbis his: hunc quem praetuli passionis ordinem. *Menda codici A 1 insunt perpauca. In c.* 9. *omisit* si, *quod deest etiam A 2, adest vero B. C. D, eratque sane facile supplendum. Alias veram lectionem solus servavit. Cum c.* 2. *subiectum ablativo absoluto interpositum sit*[1] *ita:* velut vagatione barbaris gentilis data prorsus in religionem arma conmoverat, *non reperitur* gentilis *nisi in A 1, quod in A 2 immutatum est in* gentibus, *omnino omissum in B. C. D. Hi igitur ex exemplari corruptiore β fluxerunt, omittentes etiam c.* 6. *verba* christianis se inbutos, *quae adsunt in A* 1. 2.

In institutione monasterii, quod a. 515. *Sigismundus rex in honorem martyrum Acaunensium innovaverat, et Eucherii liber legebatur, et Avitus episcopus Viennensis homiliam dixit*[2]*, incipientem ita:* Praeconium felicis exercitus — — ex consuetudine sollemni series lectae passionis explicuit. *Florebat monasterium Acaunense a patrono munifice ditatum, psallentiumque assiduum, quod rex ibi instituerat*[3]*, postea monasteria multa in exemplum assumpserunt. Profectum suum locus consecutus est per Eucherii librum, qui effecerat, ut martyres latius celebrarentur. Is vero ab homine peregrino saec. V. compositus a monachis Acaunensibus adaptandus erat et loco et tempori, ne die anniversario sanctorum lectio offenderet auditores. Itaque in codices B. C. D interpolationes illatae sunt hae:*

c. 1. Acaunum] *A* 1; Agauno *A* 2; Agaunum *B* 3; Acauno *B* 2; hunc locum *D* 1. 2. 3; hunc diem *B* 4; illum locum *C*; hunc *D* 4; locum Agaunensium *D* 5. 6.

ib. ille Acaunensium locus] *A* 1. 2 (Ag.). *B* 3 (Acaunentium); hic locus *B* 1. 2. *D* 2. 4; ille locus *B* 4. *C. D* 1. 6; locus *D* 3.

c. 5. Acaunus] *A* 1. 2 (Ag.); Locus hic *B* 1. *D* 1; Locus ille *C*.

c. 16. Acaunensium martyrum] *A* 1; Ag. m. *A* 2. *B* 4; martyrum *B* 1. 3. *C. D* 1. 2. 3. 4. 5.

ib. eiusdem loci] *A* 1. *B* 4; eiusdem vici *A* 2; huius loci *B* 1. 3. *D* 1. 2. 3. 4; loci illius *C*.

1) *Cf. c.* 6: cognito Maximianus Thebaeorum responso — — iubet. 2) Dicta in basilica sanctorum Acaunensium in innovatione monasterii ipsius vel passione martyrum, *Auct. antiq. VI, 2, p.* 145, *cf. p.* 133: de institutione Acaunensium revertentes. *Quaeritur, utrum monasterium tunc institutum an renovatum esset. Monachos tunc demum ad basilicam accessisse, Avitus ipse annuere videtur (l. l. p.* 146: Vos nunc habitaturos hic*), ideoque fortasse monasterium innovatum dixit, cuius basilica iam extiterit, et certe verba:* (tabernaculum) illud gloriosum innovari, quo semper christianus sonet, *ad basilicam spectant, cum in cellis monachorum psallentium assiduum vix sonuerit. Denique Marius, quocum Greg., H. Fr. III,* 5, *consentit, monasterium a Sigismundo constructum esse rettulit recte, ut opinor.* 3) *Psallentium una cum monasterio (cf. Avit. l. l. p.* 146, *v.* 13*) neque post occisum Sigiricum (a.* 522*) institutum est, id quod Greg., H. Fr. III,* 3; *Gl. Mart. c.* 74, *statuit.*

c. 17. illud (illut *A* 1) opus] *A* 1. *B* 4; illarum o. *A* 2; hoc opus *B* 1. *C. D.*
c. 18. Acaunum] *A* 1; Ag. *A* 2. *B* 4; illic *B* 1. *C. D* 1. 4; illud *D* 3.
ib. nunc — circumfert] *A* 1. 2; (n. *om.*) — circumtulit *B* 1. 4. *C. D* 1. 2. 3. 4.

Interpolator β, ad cuius exemplar haec immutata fere omnia referri possunt, e monachis Acaunensibus erat, quippe qui Acaunum appellaverit 'hunc locum'. Eius tempore mulier sanata (c. 18*) miraculum suum nondum circumferebat, multo enim post Eucherium, si recte conclusi, ex A* 1 *codice saec. VII. ex. pendere libros B. C. D, recensio illa composita est, saeculoque VIII. med. sermonem floridum attribuere malim, qui in commento proprio deprehenditur. Ibi de novo martyre Innocentio invento translatoque relatum est, eaque occasione Domitianus Genevensis, Gratus Augustanus, Protasius 'tunc temporis huius loci episcopus', scilicet Sedunensis, commemorantur. Gratum Ughellus*[1] *Karoli M. temporibus attribuit, actis quibusdam fabulosis usus; alii*[2] *eum voluerunt esse Gratum presbyterum vice Euthasii episcopi Augustani synodicae Eusebii Mediolanensis a.* 451. *subscribentem*[3]*, iisque nuper accessit L. Duchesne*[4]*. Qui cum Grati videret epitaphium*[5] *melioris esse notae, saeculo V. illud attribuit, idque constare potest neque vero debet, nam, monente Theodoro Mommsen, quem litteris hac de re adii, fieri potest, ut sexto vel etiam septimo saeculo illud conditum sit. Inter Genevenses episcopos duo Domitiani hodie enumerantur itemque inter Sedunenses duo Protasii; prior enim utrorumque episcopus saec. V. inde inventus est, quod Gratum presbyterum a.* 451. *habebant episcopum supra citatum. De episcopis Genevensibus diffuse parumque critice disputans Gelpke ad Domitianum I. rettulit locum Passionis Victoris et Ursi; eam vero fide omnino carere infra demonstravi. Itaque de Domitiano I. nihil constat, neque vero catalogo episcoporum Genevensium*[6] *multum tribui velim, ubi unus Domitianus recensetur episcopus saec. IX. Protasius autem Sedunensis episcopus inter a.* 639—654. *concilio Cabillonensi*[7] *intererat. Quod cum certum habeatur, si Gratus saec. V. vixerit, aut duo statuendi sunt Protasii episcopi Sedunenses, aut interpolator anachronismum commisisse credendus est, componens episcopum saec. V. cum eo saec. VII: is ipse magis de posteriore tempore cogitasse videtur, cum 'longum temporis tractum' inter Eucherium inventionemque illam statuerit. At quomodo res se habeat, ex eius verbis definiri nequit. Innocentium Vitalemque alias ignotum Thebaeis socios dedit auctor Martyrologii Hieronymiani, cuius in recensione priore, scilicet in codice Epternacensi saec. VIII. in., haec leguntur:* 10. Kal. Oct. sancti Mauricii cum 6666 in Aganis et aliorum Candidi, Exuperi, Victoris, Innocenti, Vitalis[8]. *Quae cum a.* 627/8. *scripta sint, ante hos annos inventus videtur esse Innocentius. Codices B habentes additamentum praeter id quod dixi nullum ad exemplar β propius accedunt.*

Basilica SS. Acaunensium martyrum a Theodoro episcopo constructa rupi erat adiuncta unoque tantum latere acclinis iacebat. Ita positam eam reppererat Eucherius, postea vero reaedificata erat biclinis. Novae constructionis alter interpolator γ meminit,

1) *Italia sacra IV,* 1098[2]. 2) *Gallia christiana XII,* 806; *Gelpke, 'Kirchengeschichte' I,* 109. 3) *Leonis Opp. ed. Ballerinii I,* 1083. 4) *'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' tom. I, p.* 240. 5) *C. I. L. tom. V, n.* 6859. 6) *Bonivard, 'Chroniques de Geneve', Genevae* 1867, *I, p.* 68. 7) *Concilia ed. Maassen I, p.* 213. *Anno* 650. *concilium attribuit Duchesne l. l. p.* 352. 8) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [124]. *Loci situs in posteriore recensione plenius descriptus est his verbis:* Octodero Valense locum Agaunum natal. sanctorum, id est Mauricii, Exuperi, Candedi, Victoris, Innocenti, Vitalis cum sociis suis 6666. mart. *(Wissenb. et Bern.). Novam Martyrologii editionem a I. B. de Rossi et L. Duchesne vv. cc. paratam in Annalibus nostris examinavi ibique de auctoris patria aevoque opinionem eorum impugnavi.*

immutans verba nunc — iacet *in* tunc — iacebat, *addensque locum hunc:* sed nunc, iubente praeclaro meritis Ambrosio huius loci abbate, denuo aedificata, biclinis esse dinoscitur *(ita C. D). Qui in catalogis abbatum Acaunensium commemorantur Ambrosius I. et II. aequales interpolatoris non erant, ideoque 'nunc' ad situm solum basilicae biclinis referendum est neque ad eius structuram; ex iis enim quae exposui manifestum est, additamentum recensioni β interpositum esse non posse ante saec. VIII. ex. Est autem verisimile, Ambrosium I. intellegi, quem, monasterio condito primum praefuisse abbatem infra probavi, structuramque, quam interpolator abbati attribuit, potius Sigismundi fuisse innovationem. Ordinis γ unum solum codicem C repperi, exaratum magna cum licentia neglegentiaque in monasterio S. Galli a librario, qui quae in exemplari β dicta erant de 'hoc loco' ea omnia immutavit, scribens passim 'illum locum'. Ex meliore codice γ pendent libri D.*


Translationem S. Innocentii, quae Eucherii librum in B. C excipit, tertius interpolator δ post alteram interpolationem, ubi de nova constructione monasterii agitur, transposuit, non animadvertens, seriem rerum eo interrumpi, cum miraculum insequens ad structuram spectet Theodori. Idem finem Passionis amplificans, de miraculis sanctorum assiduoque de psallentio a Sigismundo rege instituto rettulit, quod ad suum tempus usque conservatum esse affirmavit. Dictionem 'psallentium assiduum' evitans, pluribus verbis id circumscripsit aevi humanioris particeps et fortasse Karoli Magni coaevus. Hanc enim recensionem saec. IX. in. factam esse opinor, neque multo post ab Adone (860/70) *in Martyrologio die* 22. *Sept. ea adhibita est*[1]. *Codicis vetustissimi, qui nobis praesto erat, D* 1 *saec. X, praestantia eo confirmatur, quod locis nonnullis solus convenit cum A* 1 *vel A* 2*:*

c. 7. persisteret] *pr. m. A* 1 *et D* 1; persisterent *rell.*
c. 12. interfectus est] *A* 1. *D* 1; interfectus *rell.*
c. 9. funesta] *A* 1 *cum rell.;* funestam *A* 2 *et pr. m. D* 1.
ib. hic nos] *A* 1 *cum rell.;* nos hic *A* 2. *D* 1.
c. 11. conlaudat] *A* 1 *cum rell.;* conlaudant *A* 2 *et pr. m. D* 1.

Reliqui libri D ex exemplari multo deteriore (Dx) pendent:

c. 1. vel singulae urbes insignes] vel (s. u. *m. rec. suppl.*) insignes (insignis *pr. m.*) *D* 1; (vel s. u. *om.*) insignia (nia *m. rec. D* 3) *D* 3. 4. *et B* 4, *faciens hic cum libris D;* vel — refundunt *om. D* 6.
c. 19. *add.* virtus Domini operatur] *D* 1; virtutes D. (Dei *D* 4) operantur *D* 2. 3. 4.
ib. fidelium cordibus] *D* 1; fidelibus cordibus *D* 2. 3. 4.

Ut autem plenius cognoscatur, quomodo singuli codices A. B. C. D inter se cohaereant, stemma delineavi hoc:



1) *Ado* ab orientalibus partibus accersiti (*pro* orientis p. acciti), ad dilaniandam (*pro* pertrahendam) *scripsit; cf. Surius, De probatis sanctorum historiis* 1581, *VII, p.* 1193.

Contuli libros A 1. 2. B 1. C. D 1; *textum vero ad codicem primarium* A 1 *institui.*

Postquam Eucherii textus ita, ut exposui, interpolatus est, librarius quidam cum Passionem perlegens non repperiret occasionem, qua Maximianus imperator Alpes ascendisset, cumque historiae eius temporis non imperitus martyrium Acaunensium videret cum ea vix conciliari posse, novum opusculum scribere aggressus est (X). Passio recens tractata, omisso capite 1, incipit a verbis: Diocletianus quondam Romanae rei publicae princeps. *Ab eo imperatore creato auctor asseruit Maximianum socium electum atque ad Bacaudas perdomandos in Gallias missum esse, eaque occasione legionem christianam gladio vult occubuisse. Quae si vera forent, martyrium factum esse necesse esset a.* 286/7[1], *idque hodie nonnulli statuunt, quamquam iam Cleus hanc crisin ineptam iusto iure condemnaverat*[2]. *Certe quae de Bacaudis subiectis auctor ille tradidit, ea hauserat ex Orosio:*

Oros. VII, 25, 2.	*Passio X.*
Dehinc cum in Gallia Amandus et Aelius, collecta rusticanorum manu, quos Bacaudas vocabant, perniciosos tumultus excitavissent, Maximianum cognomento Herculium Caesarem fecit misitque in Gallias.	(Diocletianus) Herculium Maximianum Caesarem fecit eumque contra Amandum et Aelianum, qui in Bagaudarum nomen praesumptione servili arma commoverant, ad Gallias destinavit.

Verba Eucheriana non servans, textum primigenium in breve coegit, at orationum nimis studiosus non solum Mauricium, sed etiam commilitones eius Exuperium Victoremque perorare voluit. Dum milites apud Eucherium christianos persequi recusant, apud hunc idolis sacrificare nolunt, idque ipsum etiam Walahfridus Strabus in hymno statuit, quem de Acaunensibus martyribus composuit[3]:

Dum sanctos iubet idolis litare
et Non dant liba diis genuve ponunt.

Unde iam Cleus[4] *concluserat, poetam recensione X usum esse. Haec igitur composita est saec. IX. ante a.* 849, *quo Walahfridus defunctus est.*

Textus X non pervenit nisi ad necem Victoris, desinens in verbis: Ita vir sanctus consortium sanctorum celeri professione promeruit. *In omnibus vero quos vidi codicibus continuationes additae sunt, depromptae plerumque ex codicibus interpolatis libri Eucheriani; immo vero textus ipse passim ex hoc interpolatus, denique et Eucherii epistula et capite 1 praemissis auctus est. Itaque codices huius recensionis miro modo inter se differunt, neque vero meum erat hanc illuviem latius perscrutari.*

X 1) *Codex Parisiensis n.* 5301, *saec. X/XI, olim S. Martialis Lemovicensis, fol.* 204—207, *post* promeruit *add. haec:* qui primus ad revelationem Theodori Vallensis episcopi et quo quisque[a] loci ipsius accepit ecclesia, ubi mirabilibus innumeris et diversis suam sanctam potentiam manifestat Christus dominus Deus noster. Ex hac voce[b] traduntur trecenti decem et octo martyres Colonia palmam martyrii percepisse, quibus beatum Gereonem martyrem praefuisse confirmat antiquitas. Quos in unum millę[c] coniesti felici cęspite terra Germaniae tetigit, quorum cruorem indita[d] passio et gloriosa suscepit in secula seculorum Amen.

Codicibus X 2 *capita* 13 *sqq. Eucherii cum inventione S. Innocentii post* promeruit *addita sunt ex libro classis B. Desinunt igitur in verbis:* frequentamus, adiuvante Domino *et q. s.*

a) *scr.* et coepiscopi. b) *expectes* legione. c) *scr.* unum illic. d) *scr.* inclita.

1) *Cf. Clinton, Fasti Romani I, p.* 328. 2) *AA. SS. Sept. VI, p.* 340. 3) *MG. Poetae II*, 367. 4) *L. l. p.* 895.

X 2*a*) *Codex Einsidlensis n.* 256, *saec. X, p.* 367—380.

X 2*b*) *Codex Bruxellensis n.* 7984, *olim Wissenburgensis, deinde Molshemensis, tum Antverpiensis Musei Bollandianorum, signatus ibi P. ms.* 20, *saec. X, fol.* 197′—202′.

X 2*c*) *Codex Caroliruhanus n. XXXVII, olim Augiae maioris, saec. XI, fol.* 172—175, *desinit imperfecte in verbis:* virtutemque cohortor *(AA. SS. l. l. p.* 346, § 10 *ex.).*

X 2*d*) *Codex Laudunensis n.* 261 *(antea n.* 431*), saec. XII, fol.* 102′—109′.

X 2*e*) *Codex Treverensis bibliothecae seminarii R. n. I,* 11, *saec. XIII, legendarii S. Maximini tomus Septembrem mensem continens.*

X 2*f*) *Codex Stuttgartiensis Biblia fol. n.* 56, *olim Zwifaltensis, saec. XIII, fol.* 105—107.

X 2*g*) *Codex Parisiensis n.* 5353 *(antea Colb.* 322, *Regius* 3593*), saec. XIV, continens vitas mensis Septembris, fol.* 65′—68′, *prologo prolixo* (Gloriosa beatorum — — dignatus est prerogare) *praemisso, Passionem exhibet, quam Greg. libri in Gl. Mart. c.* 74. 75 *(ad verba* evecti sunt, *Script. rer. Merov. I, p.* 539, 6*) et sermo:* Hodierna sollempnitas *excipiunt. Cf. Catal. Paris. Boll. II,* 307.

X 2*h*) *Codex Treverensis bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1376, *Num. Loc.* 141 *(antea n.* 578 *et* 394*), olim S. Mathiae apostoli extra muros, saec. XVI. in.*

Codicibus X 3 *post verbum* commendat *(AA. SS. l. l. p.* 348, § 12*) caput* 11. *Passionis Eucherianae insertum est adnexusque post* promeruit *locus eiusdem (c.* 12. 13*)* ceterisque martyribus in eodem *(ita A* 1. 2*)* loco — scripta sunt, *ex libro classis A depromptus.*

X 3*a*) *Codex Monacensis n.* 18220 *(Teg.* 220*), saec. X, fol.* 162—168′, *primum in verbis* scripta sunt *desinebat, postea vero c.* 14 *sqq. cum inventione Innocentii ex codice X* 2 *suppleta sunt, ita ut ultima verba nunc ibi legantur:* frequentamus adiuvante Domino *et q. s.*

X 3*b*) *Codex Sinemurensis n.* 1, *olim Reomaensis, saec. X, fol.* 20—27′.

X 3*c*) *Codex Monacensis n.* 22243 *(Windb.* 43*), saec. XII, de quo v. supra B*4, *fol.* 74—77, *Passionem retractatam continet, quam Greg. libri in Gl. Mart. c.* 74. 75. *sermonesque* Hodierna sollempnitas *et* Sacra haec hodierna sollempnitas *excipiunt.*

Libri X 3 *cum imperfecti essent, librarius quidam eos supplevit, addens ea quae in fine classis D repperit plura, capita scilicet* 14 *sqq. locumque ad miracula psallentiumque assiduum spectantem. Itaque codices X*4 *cum D desinunt in verbis* ore persolvunt *et q. s.*

X 4*a*) *Codex Parisiensis n.* 5321 *(Reg.* 4184*), olim S. Martialis Lemovicensis, saec. X/XI, fol.* 82—87.

X 4*b*) *Codex Carnotensis n.* 507 *(*193*), saec. XI, fol.* 1′—3′.

X 4*c*) *Codex Admontensis n.* 2, *saec. XI, fol.* 145—148.

X 4*d*) *Codex Rothomagensis U.* 2, *saec. XII, fol.* 64—66′.

X 4*e*) *Codex Rothomagensis O.* 55, *olim S. Audoeni Rothomagensis, saec. XII, fol.* 116′—117, *desinens imperfecte in verbis* occupatione contentio *(AA. SS. l. l. p.* 345, § 5*).*

X 4*f*) *Codex Leidensis A.* 114, *formae quadratae, saec. XII, fol.* 50—61′, *praecedentibus prologo et laterculo capitum, hanc Passionem continet atque Sigeberti Gemblacensis poeticam.*

Inspexit Dümmler v. c.

X 4*g*) *Codex Parisiensis n.* 12606, *olim Floriacensis (n.* 143*), deinde S. Germani a Pratis (n.* 627, *postea n.* 499*), saec. XIII. in., fol.* 108—109.

Codices X 5 a classe X 4 eo differunt, quod extremum enuntiatum Propterea — persolvunt *ibi immutatum est ita:* Propterea illic degentes mente et ore Deo debitas incessanter laudes reboant, cui est honor *et q. s.*

X 5a) Codex **Bruxellensis** *II,* 973, *olim S. Gisleni, postea Phillippsianus n.* 364, *saec. XI, fol.* 41—48′.

X 5b) Codex **Parisiensis** *n.* 5600, *olim S. Martialis Lemovicensis, saec. XI, fol.* 63—70′.

Postquam finis recensionis X ex libro Eucherii plenior redditus est, etiam in capite posuerunt omissa, ita ut textus retractatus iam Eucherianis includeretur. Primum codici cuidam classis X 5 e libro A haustum praemittebatur caput 1, *itaque orta est familia X* 6.

X 6a) Codex **Montepessulanus** *H.* 156, *olim Lingonensis, deinde Boherianus, saec. X, fol.* 42′—51.

X 6b) Codex **Remensis** *n.* 1143 *(antea* 781. 767*), saec. XIII, fol.* 217—224.

X 6c) Codex **Coloniensis** *archivii urbani n.* 171 *(antea VI,* 13*), saec. XV, legendarii cuiusdam tomus tertius, fol.* 24′—26′, *Passionem continet ad verba* spoliis uteretur *(AA. SS. l. l. p.* 348, § 12*).*

Deinde capiti 1. *etiam Eucherii epistula accessit in codicibus X* 7.

X 7a) Codex **Remensis** *n.* 1142 (780. 766), *saec. XIII. in., fol.* 214′—218′, *qui epistulam exhibet insertam post c.* 1 (loquamur), *admodum interpolatus est, additaque sunt post verbum* reboant *(ita desinunt X* 5. 6*) haec:* quorum suffragiis sanctorum exultant gaudenter et non solum illic sed ubicumque vel in honore ipsorum martyrum ecclesie fabricantur, vel eorum veneratio digne percolitur, seu quocumque loco ipsorum reliquiarum memoracio celebratur, non solum corporum sed animarum pleniter sanctorum meritis morbis subvenitur, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui in plenitudine divinitatis cum Patre et vivificantis virtute Spiritus sancti vivit et regnat Deus per infinitatem omnium seculorum. Amen.

Contuli epistulam et caput 1.

X 7b) Codex **Parisiensis** *n.* 5293, *antea Regius C.* 3654, *saec. XIII, fol.* 61′—63′, *quem Henricus Omont v. c. officiosissime inspexit, et*

X 7c) Codex **Surii** *epistulam capiti* 1. *praeponunt, desinens hic in verbis* ore persolvunt *et q. s., ut X* 4.

Is qui ultimum locum obtinet codex praeter caput 1 *etiam finem classis A exhibet.*

X 8) *Codex* **Parisiensis** *n.* 5308 *(Colb. et Regius* 3593*), formae maximae, saec. XII, olim Chesnianus, fol.* 78′—80′, *lemmate praecedente:* Prologus passionis sequentis, *continet c.* 1. *textus Eucheriani ad verba* causam loquamur, *deinde Passionem retractatam (inc.:* Tempore illo Dioclecianus Romanae rei publicae princeps*), tum iterum Eucheriana, deprompta ex codice simili A* 2, *desinitque in verbis* virtus operatur.

Postquam finem contuli, de indole huius libri dubitantem me certiorem fecit Auvray v. c.

Editionem principem textus Eucheriani paravit **Mombritius**, *Sanctuarium, Mediolani a.* 1475, *tom. II, fol.* 153′—155, *usus codice D* 2. *Ex ea sola cognosci poterant additamenta, ab editoribus posterioribus aut omnino neglecta aut in recensione X adnotata, unde huic recentiores attribuerunt ea, quae ab interpolatoribus textus genuini illata iam erant.*

Laurentius **Surius**, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1574, *tom. V, p.* 325—330, *textum retractatum edidit ad librum X 7c, sermonem non immutans.*

Ex ipso pendet editio inscripta: 'D. Mauricius, Thebaeae legionis dux et signifer, iam olim a S. Eucherio episcopo Lugdunensi XX, nunc iterum a Petro **Stevartio** *Leodio, SS. Theol. D. professore et procancellario Ingolstad. in theatrum productus', Ingolstadii* 1617, *p.* 1—54. *Textui commentarius prolixus interpositus est.*

Iosias Simlerus, Vallesiae et Alpium descriptio, Lugduni Batavorum, ex officina Elzeviriana, 1633, *p.* 345—351, *capita* 2—11 *(ad verba* multitudo delinquit*) textus Eucheriani ex codice bibliothecae ecclesiae Tigurinae ad classem D pertinente publici iuris fecit.*

Franciscus Chiffletius, Paulinus illustratus, Divione 1662, *p.* 86—92, *integrum Eucherii textum primus edidit, haec praefatus*: Habe nunc Acta integra et emendatissima ex codice perquam vetusto S. Augendi Iurensis: mecumque Deo gratias age, qui hanc nobis servavit tam diserti viri lucubrationem, dignam cedro et aeternis consecrandam monumentis. *Acta primum inseruerat opusculo doctissimo quod inscripsit 'Illustrationes Iurenses'; illud vero ineditum permansit manuque auctoris exaratum extat in bibliotheca Bruxellensi n.* 8287—90, *continens fol.* 102—103'. *genuinam, fol.* 104—108. *Passionem retractatam. Codex S. Eugendi (A* 1**), qui praeterea Nicetii Lugdun. Vitam, Sulpicii dialogos, Gennadii librum*[1] *de viris illustribus continebat, ante annos nongentos exaratus erat teste Chiffletio, Paulinus p.* 167, *ideoque saec. VIII. ex. Is cum codice A* 1 *tam accurate convenit, ut ex ipso eum pendere facile concessurus sis. Lectiones paucas discrepantes ab A* 1 *hic collegi: c.* 2. gentilis] gentibus, *c.* 3. milia] mille, *c.* 4. sicut] sicut et, *c.* 5. reliquit] relinquit, *c.* 6. se aeternitatis] scaeternitatis *cod.*, se aeternitatis *coni. Chiffletius, impressit vero* sanctae Ternitatis, *c.* 8. fidelium] fidem, *ib.* et moriendum] moriendum, *c.* 9. Deum credimus] et Spiritum sanctum, *ib.* ultimae] ultima, *c.* 17. quod adeo *adsunt, c.* 19. inferenda] inserenda, *Ep. Euch. ultima verba* Domine — frater *deerant in A* 1*, *ex Surio restituta ab editore. Haec editio in Gallia christiana (*1770*) XII,* 765—768, *iterata est. Chiffletii successores, excepto novissimo, codices non adhibebant nisi interpolatos.*

Theodorus Ruinart, Acta martyrum 1689, *p.* 285—289, *ed. Ratispon.* 1859, *p.* 317—320, *Eucherium edidit, editione usus Chiffletiana et codicibus his: S. Mauri Fossat. (B* 1*), Sorbonnico (D* 3*), Sangerman. (D* 5*), S. Benedicti Floriac. variisque Regiis bibliothecae Parisiensis. Quae apud Chiffletium acta recte excipit, epistulam ante ea posuit ipsamque ad codices Remenses S. Remigii, S. Theoderici (X 7a) unumque Parisiensem*[2] *recensuit, adnotans in cod. Silvae-maioris aliam Eucherii epistulam ad omnes fideles haberi, quae antiquitatem non saperet.*

Ioannes Cleus, Acta Sanctorum, Antverpiae 1757, *Septembris tom. VI, p.* 342—343, *acta primigenia repetivit, ut a Chiffletio Ruinartioque edita erant. Recensionem X p.* 345—349. *ad codicem S. Maximini Treverensis (= X 2e) edidit, collatis editione Suriana codicibusque Fuldensi perantiquo, S. Salvatoris Ultraiectensi, Marchianensi. Hi vero libri textum omnino diversum continebant, Eucherianum scilicet, nam Fuldensis aut ipse codex D* 1 *aut illi simillimus erat eiusdemque classis codex antiquus Musei Bollandiani Q Ms.* 7. *erat, cuius editor p.* 341. *meminit, denique Marchianensis et Ultraiectensis fortasse ad classem C pertinebant. Quae de quaestionibus historicis praefatus est vir doctissimus, ea haud raro recto iudicio excellunt.*

Inter Eucherii opera Migne, Patrologia Latina tom. L, p. 827—832, *Ruinartii textum iteravit et novissime Carolus Wotke (Corpus script. eccl. Lat., Vindobonae* 1894, *tom. XXI, p.* 165—173*) ad codicem primarium A* 1 *Passionem recensuit, quem cum libro nostro C contulerat, cumque propositum sibi esset auctoris tantum textum genuinum*

1) *Quae de S. Eucherio scripta extabant in A* 1*: Passiones equidem ac vitas sanctorum scripsit, inter quas sancti Mauricii sociorumque ipsius passionem urbano compendiosoque eloquio dictavit, *ea fortasse libro Gennadii interposita erant, scilicet capiti, ubi de Eucherio agitur.* 2) *Hunc puto esse codicem X 7b, cum initio editor scripserit* Mitto *pro* Misi *et omiserit* scribtam.

restituere, pleniore apparatu carere poterat vir humanissimus. Cum librum suum nondum editum nobiscum officiosissime communicavisset, cum editione nostra eum contulimus, locisque nonnullis discrepantibus, codicem A 1 iterum inspiciendum curavimus per Henricum Lebègue v. d.

Acaunensium martyrium poetis arrisit antiquitus. Ipsorum opem implorans Venantius Fortunatus, ne fulguribus noctu terreretur, carmen de sanctis (II, 42) condidit. De hymno Walahfridi supra iam dictum est. Codice classis B vel C usus est is qui saec. IX/X.[1] *carmen de sanctis composuit, a Iohanne Huemer e codice Vindobonensi n.* 952 *(ol. Salisb.), saec. XI, editum*[2]. *Versus Ogerii cancellarii Henrici IV. imperatoris perierunt*[1]. *Extant vero heroica Sigeberti Gemblacensis, c. a.* 1074/78. *ad recensionem X composita, quae Ernestus Dümmler nuper e tenebris eruit. Denique Marbodus Redonensis episcopus* († 1123), *eadem recensione usus, versibus hexametris laudes sanctorum celebravit*[3].

Tot martyres parvo Acaunensium loco Eucherius concesserat, quot nusquam alibi communi passione coacti erant; is vero iam ipse sanctis locum dederat peregrinandi, Salodorenses duos legioni Thebaeorum attribuens. Quod cum viderent homines pii, suis ecclesiis vindicabant quotquot capere possent Thebaeos, cogitantes nimirum monachos Acaunenses nonnullis carere posse. Has sanctorum peregrinationes prosequi meum non est, sed monuisse sufficiat, Gregorium Tur. primum martyrum Coloniensium mentionem facere quinquaginta 'ex illa legione sacra Thebeorum', eosque passos esse ipsum affirmare in basilica quae vocatur ad Sanctos Aureos[4].

Ex Salodorensibus martyribus S. Victor a. 601/2. *Genevae in ecclesia suburbana repertus est, sepultus in arca argentea, teste Fredegario IV,* 22. *Salodori autem a.* 1519, *sarcophago eruto*[5], *capita duo inventa sunt, laminaque argentea in alterum addita erat, versu conscripta hoc:*

Conditur hoc sanctus tumulo Thebaidus Ursus.

Qui cum sit Leoninus, inscriptio pro antiqua habenda non est. Quaeritur autem, quomodo Genevam venerit Victor.

Hanc quaestionem solvere conatus est is qui Passionem Victoris et Ursi *composuit. Contendit enim, temporibus Gundegisili regis Burgundionum Theodesindam*[6] *reginam, concedente Domitiano tunc temporis Genevensium episcopo, Victoris corpus in ecclesiam transtulisse, quam ipsa in honorem SS. Vincentii et Victoris in suburbano Genevensi exstruxisset. At Fredegarius auctor et gravior et vetustior hanc ecclesiam affirmavit constructam esse a Sideleuba vel Saedeleuba, sorore Chrotechildis reginae, neque translationis mentionem fecit neque Domitiani episcopi; huius autem nomen auctor Passionis ex codice interpolato Eucherii compertum habere potuit. Etiam reliqua quae enarravit aut dubiae fidei sunt aut e Fredegario hausta. Martyrium sanctorum, de quo apud auctores suos nihil reppererat, ex suo ingenio descripsit, fingens sibi Hyrtacum quendam persecutorem, quem ex Passione Matthaei apostoli fortasse noverat*[7]. *Cum Victorem socio anteposuerit cumque post passionem de eo solo rettulerit, sine dubio Genevensis erat. Fide dignum cum huic opusculo vix quicquam insit praeter locum, e Fredegario depromptum, edere illud nolui. Extat in Actis sanctorum, Antverpiae* 1762, *Sept.*

1) *Cf. Dümmler l. l. p.* 12. 2) *Iohannes Huemer, 'Mittellateinische Analecten' ('Jahresbericht des k. k. Staatsgymnasiums im IX. Bezirke') Vindobonae* 1881/2. 3) *Cf. AA. SS. l. l. p.* 896. 4) *Gl. Mart. c.* 61. 5) *De eo v. Mommsen l. l. p.* 43. 6) *Gaudisellus rex et Theudelinda regina in charta falsa (Pardessus I,* 157*) commemorantur, quae a.* 587. *data vult esse neque vero ante saec. XI. composita est, etsi Binding p.* 160. *de eius fide non dubitavit.* 7) *Cf. Stolle l. l. p.* 90.

VIII, p. 292, *a* Cleo *editum e codice* Signiacensi, *quem imperfectum esse editor ipse perspexit.*

Haec acta vix ante a. 800. *composita Adoni Viennensi* (860/870) *praesto erant, qui in Martyrologio d.* 30. *Sept. de SS. Victore et Urso primus rettulit*[1]. *Alia vero recensio, quam* Lütolf, *'Die Glaubensboten der Schweiz', Lucernae* 1871, *p.* 172—176. *e codice* Sangallensi *n.* 569, *s. X, p.* 224—231, *parum accurate exscripsit, quamque etiam in codice* Montepessulano *H.* 238, *saec. XI, fol.* 123—124, *repperi, ex ipso Adone interpolata est, id quod Stolle p.* 44. *animadvertit. Passionem enim Thebaeorum ad Adonis Martyrolog. d.* 22. *Sept. interpolator fusius enarravit, deinde S. Gereonis iisdem fere verbis meminit, quibus Ado, Martyr. d.* 10. *Oct., tum loco, quo de SS. Victore et Urso idem egerat, usus est et fortasse chronico eius, unde Chaldeoldum episcopum Viennensem scire potuit. Quae textui Fredegariano ipse interposuit, coniectura tantum assecutus est eaque, opinor, falsa. Affirmavit enim ex episcopis, qui a.* 601/2. *inventioni S. Victoris adfuerant, Rusticium et Patricium fuisse Octodorensem et Tarantasiensem, dum Pappolum Genevensem senio gravatum vult abfuisse. Huius nominis duo enumerantur episcopi Genevenses. Prior a.* 549. *ad concilium Aurelianense presbyterum*[2] *miserat neque erat inter vivos tempore concilii Lugdunensis a.* 564. *vel* 570. *celebrati, alter post a.* 613—628. *creatus est. Uterque igitur a.* 601/2. *Genevensibus praefuisse non potest, multoque magis probabile est Rusticium aut Patricium ibi episcopum fuisse. Passio retractata fere ad verbum cum Signiacensi convenit, conscripta et ipsa ab auctore Genevensi.*

Extant etiam bina Ursi *et* Victoris *acta, a Salodorensibus composita. Ea quae Cleus l. l. p.* 291. *ad exemplar* Surianum *(Sept.* 30*) iteravit ex Signiacensi pendent, desinunt autem in martyrio sanctorum, omissis iis, quae de Victore solo ibi relata erant. Ab his omnino diversa sunt ea quae codex* Sangallensis *n.* 569, *p.* 233—239, *alia manu exarata continet (praescr.* Incipit passio sanctorum ac beatissimorum Ursi et Victoris martyrum, qui passi sunt sub Maximiano imperatore Kl. Octob., *incip.* Igitur viri beatissimi Ursus et Victor tunc temporis*). Loco Hyrtaci Ezeas tyrannus ibi adest, eiusque iussu sancti interfecti esse dicuntur. In utraque recensione Ursus anteponitur Victori atque de caesis martyribus fabula insulsa spargitur, quam ex Sangallensi exscripsi:* Beatissima corpora non multum postmodum capita sua de flumine Ararim acceperunt levantes, quantos dextros[3] centum versos via puplica, quod egressa est de Salodoro castro constructo partibus orientis, deportaverunt, et ibi basilica in eorum onore et gloria, clarescentibus beneficiis, est constructa. *Haec Sangallensia acta editorem adhuc expectant otiosum.*

B. Krusch.

PASSIO[a] ACAUNENSIUM MARTYRUM.

(1). Sanctorum[b] passionem martyrum[c], qui Acaunum[d] glorioso[e] sanguine inlustrant, pro honore[f] gestorum stilo[g] explicamus, ea[h] utique fide[i], qua ad

Cap. 1. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C. D* 1. *X* 7*a.* *X* 7*c.*

Cap. 1. a) *ita A* 1; Passio sanctorum martirum Mauricii cum sociis suis *A* 2; (X. Kl Octb *add. B* 1) Incipit passio sancti (beati *C* 2) Mauricii (Mauritii *B* 1) cum sociis (sotiis *B* 1) suis (qui passi sunt sub Maximiano imperatore decima Kl Octbr *add. C*; sex milia sexcentorum LXV decimo Kl. Oct. *add. D* 1) *B* 1. *C. D* 1; Incipit prefacio Eucherii episcopi in passione sancti Mauricii sociorumque eius *X* 7*a*; Incipit passio XVII. *X* 7*b.* b) S. — inlustrant *om. B* 1; Passionem sanctorum *D* 1. c) martyrium (?) *pr. m. A* 1. d) Agauno *m. al. corr.* Agaunum *A* 2; Agaunum *X* 7*a. b. c*; illum locum *C*; hunc locum *D* 1. e) gloriosum sanguinem *pr. m. A* 2. f) hono::re, *ras.* no *A* 2. g) istius *C.* h) cautique f. *A* 2; cunctisque (*ras.* que) f. *B* 1. i) fidē *B* 1.

1) *Surius l. l. p.* 1198. 2) *Maassen, Concilia I, p.* 111. 3) *Est mensura; cf. Ducange h. v.*

nos martyrii[a] ordo pervenit, nam per succedentium[b] relationem rei gestae[c] memoriam nondum intercepit[d] oblivio. Et si pro[e] martyribus singulis loca singula, quae eos possident[1], vel[f] singulae urbes[g] insignes[h] habentur, nec inmerito, quia pro Deo summo pretiosas sancti[i] animas refundunt, quanta[k] excolendus est reverentia sacer ille[l] Acaunensium[m] locus, in quo tot pro Christo martyrum milia ferro caesa referuntur? Nunc iam ipsam[n] beatissimae[o] passionis[p] causam loquamur[q].

(2). Sub Maximiano, qui Romanae rei publicae cum Diocletiano[a] collega imperium tenuit, per diversas fere[b] provincias laniati aut interfecti[c] martyrum populi. Idem namque[d] Maximianus, sicut avaritia[e], libidine, crudelitate[f] ceterisque vitiis obsessus[g] furebat, ita[h] etiam exsecrandis[i] gentilium ritibus[k] deditus[l] et erga Deum caeli profanus, impietatem[m] suam ad extinguendum christianitatis nomen armaverat. Si[n] qui[o] tunc Dei veri cultum profiteri[p] audebant, sparsis[q] usquequaque[r] militum turmis, vel ad supplicia vel ad necem rapiebantur, ac[s] velut[t] vagatione[u] barbaris gentilis[v] data[w] prorsus in religionem[x] arma conmoverat.

(3). Erat eodem[a] tempore in exercitu[b] legio militum, qui Thebaei[c] appellabantur. Legio autem[d] vocabatur, quae tunc sex milia ac[e] sexcentos[f] viros[2] in armis habebat. Hi[g] in auxilium[h] Maximiano ab Orientis[i] partibus acciti[k] venerant viri in rebus bellicis strenui et[e] virtute nobiles[l], sed nobiliores[m] fide; erga[n] imperatorem[o] fortitudine[p], erga Christum[q] devotione[r] certabant. Euangelici prae-

Cap. 1. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D* 1. *X* 7*a*. *X* 7*c*. *Capp.* 2. 3. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D* 1.

Cap. 1. a) martirii *A* 1. b) suadentium *C*. c) gesta *C, corr.* d) intercipit *A* 2. *C*. e) per *pr. m. A* 2. f) verum *A* 2. g) urbis *B* 1, *corr.*; s. u. *m. rec. suppl. D* 1. h) insignis *pr. m. D* 1. i) *ita A* 1. 2. *D* 1; *om.* (*B* 1. *C*). *X* 7*a. c*. k) quanta — referuntur *om. X* 7*a* (*non X* 7*c*). l) illic *D* 1, *corr.*; hic *B* 1. m) Agaun. *semper A* 2; *om. B* 1. *C*. *D* 1. n) ipsa — causa *pr. m. D* 1. o) beatissime *A* 1; beatissimis (?) *pr. m. D* 1. p) passiones *pr. m. A* 2. *D* 1 (?). q) *c.* 2. *incipit B* 1; *subscriptionem* Explicit prefacio Eucherii episcopi *haec subsequuntur* Epistola eiusdem ad Silvium episcopum — — *(epistulam v. infra)* Explicit epistola, *tum Passio retractata:* Incipit passio sancti Mauricii sociorumque eius. Dioclicianus quondam Romane *cet. X* 7*a*; *in Passione retractata pergunt X b. c.*

Cap. 2. a) Diocleciano *C*; Dioclit(c)iano *pr. m. B* 1. *D* 1. b) ferre *B* 1, *corr.*; *om. A* 2. *C*. c) *ita A* 1. 2. *D* 1; sunt *add.* (*B* 1. *C*). d) Idemque *A* 2. e) avaritie *pr. m. A* 2; avariciam *pr. m. C*. f) crudelitati ac cet. *C, corr.* g) obses(sus *pr. m. suppl.*) *A* 1. h) *scriptura prior evanuit,* ita *m. al. A* 1; iam *C*. i) exegregandis *D* 1. k) r::ibus *pr. m. D* 1. l) *m. rec. suppl. D* 1. m) impietate sua *C*. n) *c.* 3. *incip. B* 1; se *C*. o) quos: *D* 1. p) profeteri *A* 1. q) spar::::sis *B* 1. r) usquaque *A* 2, *corr.* s) hac *A* 2; *om. D* 1. t) vel ad *D* 1. u) va:gatione *A* 1 (*legerat Wotke*); vagationem *pr. m. A* 2; vacationem *D* 1; vacatione *rell.* v) *ita recte A* 1; gentibus *A* 2; *om. B* 1. *C*. *D* 1. w) datam *pr. m. D* 1. x) religione *pr. m. A* 2. *D* 1.

Cap. 3. a) *in ras. C*; eo *A* 2. b) exercitum *pr. m. A* 2. c) *ita A* 1; Tebei *A* 2; Thebei *rell.* d) *om. A* 2. e) *om. D* 1. f) sexcentus virus (?) *B* 1, *corr.*; sexcentos (*m. al. add.* 66 *ex Mart. Hieron.*) v. *D* 1; 666 v. *A* 2. g) *ab* Hii *c.* 4. *incip. B* 1. h) auxiliom *B* 1, *corr.*; auxilio *pr. m. D* 1. i) orientibus (?) *pr. m. D* 1. k) *corr.* asciti *B* 1; accincti *A* 2. *C*; accersiti *D* 1. l) nobilis *B* 1, *corr.* m) in *add. B* 1; f. n. *D* 1. n) Ergo *pr. m. A* 2. *D* 1. o) *ita A* 1. 2; imprm *m. rec. corr.* imperatorem *D* 1; imperatorum (*B* 1. *C*). p) fortitudone *C, corr.*; fortitudinem (?) *pr. m. D* 1. q) Deum *C*. r) devotionem *pr. m. D* 1.

1) *Locus convenit cum sermone* (55) *qui dicitur Ambrosii habito de SS. Nazario et Celso* (*Ambros. Opp. Paris.* 1690, *II. app.* 465)*:* Exultant felices singularum urbium populi, si unius saltem martyris reliquiis muniantur: ecce! nos populos martyrum possidemus. Gaudeat terra nostra nutrix caelestium militum. *Eum ipsius Eucherii esse coniecit Stolle l. l. p.* 32, *et certe auctor non est Mediolanensis.* 2) *Vegetius cum plerisque scriptoribus posteris fere sex milia militum legioni tribuit II,* 2, *sed II,* 6. *eam singillatim prosequens collegit* 6100 *pedites, equites* 726; *cf. Marquardt, 'Römische Staatsverwaltung' II,* 455[2].

Luc. 20, 25. cepti[a] etiam[b] sub armis non inmemores reddebant[c] quae Dei erant Deo et quae Caesaris Caesari restituebant.

(4). Itaque cum et hi[a], sicut ceteri militum, ad pertrahendam[b] christianorum[c] multitudinem destinarentur, soli crudelitatis[d] ministerium detrectare[e] ausi sunt adque huiusmodi praeceptis se obtemperaturos[f] negant. Maximianus non longe aberat, nam se circa Octodorum[g, 1] itinere fessus tenebat. Ubi[h] cum ei[i] per nuntios[k] delatum[l] esset[m], legionem hanc adversum[n] mandata regia rebellem in Acaunensibus[o] angustiis[p] substitisse[q], in furorem[r] instinctu[s] indignationis[t] exarsit.

(5). Sed mihi[a], priusquam reliqua[b] conmemorem, situs loci eius[c] relationi[d] inserendus[e] videtur. Acaunus[f, 2] sexaginta ferme[g] milibus a Genavensi[h] urbe abest, quattuordecim vero[i] milibus distat[k] a capite Limanni[l] lacus, quem[m] influit Rhodanus[n]. Locus ipse[o] iam inter[p] Alpina iuga in[q] valle situs[r] est, ad[s] quem pergentibus difficili[t] transitu asperum[u] adque artum[v] iter panditur; infestus[w] namque Rhodanus[x] saxosi montis[y] radicibus vix pervium viantibus[z] aggerem[a] reliquit[b]. Evictis[c] transmissisque angustiarum faucibus, subito nec[d] exiguus inter montium rupes campus[e] aperitur. In hoc legio sancta consederat.

(6). Igitur, sicut supra diximus, cognito Maximianus Thebaeorum[a] responso praecipiti[b] ira fervidus ob neglecta[c] imperia decimum quemque ex eadem legione[d] gladio feriri[e] iubet[f], quo[g] facilius ceteri[h] regiis[i] praeceptis[k] territi, metu cede-

Capp. 3—6. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D* 1.

Cap. 3. a) pcepti:, *ras.* s *B* 1. b) patiam *pr. m. B* 1. c) redd:bant *pr. m. A* 1; reddebat *B* 1, *corr.*

Cap. 4. a) hii *B* 1. *D* 1 *(pr. m.)*. b) ptrah. *B* 1, *corr.*; dilani(andam *m. al. in ras.*) *D* 1. c) m. chr. *A* 2. d) credulitates *pr. m. D* 1. e) detraectare *A* 1; detractaret *m. al. corr.* detrectare *A* 2; detractare *B* 1. (*D* 1); detractari *C*. f) obtemperaturus *pr. m. A* 2. g) Octodori *D* 1; octo dierum *A* 2 *(pr. m.)*. *B* 1. h) *ab* Ubi *c.* 5. *incip. B* 1. i) ei: *A* 2. k) nuntium *D* 1. l) dilatum *C*. m) et *add. D* 1. n) *ita A* 1 *(Wotke)*. 2; adversus *rell.* o) Agaun. *A* 2; his *B* 1. *C*. *D* 1. p) congustiis *pr. m. C*. q) substisse *B* 1; substitissent, *ras.* nt *C*; substitisset *pr. m. D* 1. r) furore (et *add. C*) *A* 2. *C*. *D* 1 *(pr. m.)*. s) instinctu:, *ras.* o *C*. t) indignationes *B* 1, *corr.*; indagationis *A* 2.

Cap. 5. a) *ita A* 1; m. *om. A* 2; pr. m. *B* 1. *C*. *D* 1. b) reliquam *pr. m. B* 1; relicam (?) *pr. m. D* 1. c) *ita A* 1. 2; istius *B* 1. *D* 1; illius *C*. d) relatione *C*. (*D* 1). e) inserendam *pr. m. C*. f) Agaun. *semper A* 2; L o c u s h i c *B* 1. *D* 1; L o c u s i l l e *C*. g) fere *D* 1. h) Genavinse *C*; Genuense *pr. m. D* 1. i) *om., sed* 2 *litt. ras. C*. k) destat *A* 1; distat *m. al. superscr. A* 2; *om. D* 1. l) Limani l. *A* 2; Lim:nni laus *m. al. corr.* Linnani lacus *C*; Limannici l. (?) *pr. m. D* 1. m) quo *A* 2. *B* 1. *D* 1 *(pr. m.)*; qui *C*. n) Rodanus *A* 2; Rodanum *C*; Rodanis *pr. m. D* 1. o) iste *B* 1; ille *C*; hic *D* 1. p) iter *A* 2, *corr.* q) *pr. m. superscr. A* 1. r) situm *pr. m. D* 1. s) At *D* 1. t) difficili (*m. al. corr.* difficilis) transitus *A* 2; difficilem transitum *D* 1. u) aspero *pr. m. A* 2. v) arduum *C*. w) insertus *C*; *ab* I. *c.* 6. *incip. B* 1. x) Rodanus *A* 2. *C*. *D* 1 *et e corr. B* 1. y) montes *pr. m. A* 2. *D* 1. z) vientibus *pr. m. A* 2. a) aggere: *A* 1 *(pr. m.)*. b) *ita A* 1 *et pr. m. D* 1; reliquid *B* 1; relinquit *C*; relinquid *A* 2. c) Et victis *D* 1. d) *om. C*. e) campos aperietur *pr. m. A* 2.

Cap. 6. a) *ita A* 1; Tebeorum *A* 2; Thebeorum *rell.: item infra.* b) precepit *C*. c) neclecta *A* 1. *B* 1; negl:::a *pr. m. D* 1. d) legionem (?) *pr. m. D* 1. e) ferire (*A* 2). *C*. *D* 1. f) *eras. C*. g) quod *pr. m. C*; quid (?) *pr. m. D* 1. h) *om. C*. i) regis *A* 2; rebus *D* 1. k) certis *D* 1.

1) *Hodie Martinach vel Martigny.* 2) Agaunum accolae interpretatione Gallici sermonis saxum dicunt *X* 2*e in AA. SS. l. l. p.* 345, *similiterque auctor V. S. Romani Iur.*: Agaunus, *inquit*, vestra Gallico priscoque sermone — — petra esse dinoscitur. *Nomen recte interpretati sunt; cf. d'Arbois de Jubainville l. l. p.* 153.

rent[a]; redintegratisque[b] mandatis, edicit[c], ut reliqui in persecutionem[d] christianorum[e] cogantur. Ubi[f] vero ad Thebaeos denuntiatio[g] iterata pervenit, cognitumque[h] ab eis est[i], iniungi sibi rursum[k] exsecutiones[l] profanas, vociferatio passim ac tumultus in castris exoritur adfirmantium[m], numquam se ulli[n] in haec[o] tam sacrilega ministeria cessuros[p], idolorum se profana[q] semper detestatos[r], christianis[s] se inbutos sacris et[t] divinae[u] religionis cultu[v] institutos[w], unum[x] se aeternitatis Deum colere, extrema[y] experiri[z] satius[a] esse, quam adversum[b] christianam[c] fidem venire.

(7). His[a] deinde conpertis[b], Maximianus[c] omni belua[d] cruentior rursus[e] ad ingenii sui[f] saevitiam[g] redit[h] adque imperat, ut iterum decimus eorum morti[i] detur, ceteri nihilominus ad haec quae[k] spernerent conpellerentur. Quibus iussis[l] denuo in castra perlatis[m], segregatus[n] adque[o] percussus est, qui decimus sorte[p] obvenerat[q]; reliqua vero se militum[r] multitudo mutuo sermone instigabat[s], ut in[t] tam praeclaro opere persisteret[u].

(8). Incitamentum[a] tamen[b] maximum fidei in illo tempore penes[c] sanctum Mauricium fuit primicerium[1] tunc, sicut traditur[d], legionis eius, qui cum Exuperio[e], ut in[f] exercitu appellant[g], campidoctore[h] et[i] Candido senatore militum[k] accendebat[l] exhortando[m] singulos[k] et monendo. Fidelium[n] conmilitonum[o] et iam martyrum exempla ingerens, pro sacramento[p] Christi, pro[q] divinis legibus, si ita necessitas[r] ferret[s], omnibus et moriendum[t] suadebat[u] sequendosque admonebat socios[v]

Capp. 6—8. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C. D* 1.

Cap. 6. a) cederentur (?) *pr. m. D* 1. b) Redintegrisque *m. al. corr.* Reintegratisque *A* 2; (redente *ras.*) gratis que *B* 1; reddit indegratisque *pr. m. C.* c) e:dicit, *ras.* t *C.* d) persecutione *C et pr. m. D* 1. e) christianorom *pr. m. B* 1. f) *ab* Ubi *c.* 7. *incip. B* 1. g) denuntio *B* 1. h) que *om. C.* i) *om. A* 2. k) rursus *D* 1. l) exsecutionis *pr. m. D* 1; exęcrationes *C.* m) *om. C.* n) *eras. A* 2. o) hac *pr. m. A* 1. 2; aec *pr. m. D* 1. p) cessurus *pr. m. A* 1; gessurus *pr. m. A* 2. q) profanas *pr. m. A* 2. *D* 1; profanos *B* 1, *corr.* r) *ita A* 1. 2 *et pr. m. C*; detestatus (?) *pr. m. D* 1; detestaturus *B* 1. s) christiani *pr. m. A* 2; chr. se i. *om. B* 1. *C. D* 1. t) etiam *add. B* 1. u) divina *B* 1. v) cultu: *A* 2; cultibus *C.* w) institutus *B* 1; institus *pr. m. D* 1. x) u. se *om. D* 1. y) extremae *A* 1; Ad extremum *B* 1. z) *ita A* 1; perire *B* 1; experire *rell.* a) satis *pr. m. D* 1. b) *ita A* 1. *D* 1; ad verum *pr. m. corr.* adversum *B* 1; adversus *rell.* c) christianum *B* 1.

Cap. 7. a) *c.* 8. *incip. B* 1, *cui inde numeri desunt.* b) conpertus *pr. m. C. D* 1. c) Maximiani *pr. m. A* 2. d) bella (?) *pr. m. corr.* bello *A* 2. e) rursum ad i. *m. al. corr.* rursus priorem *C.* f) *ita A* 1; *om. rell.* g) ti *m. al. suppl. B* 1. h) reddit *pr. m. A* 2. i) *om. D* 1. k) (quae *om.*) spernere *A* 2. l) ius *pr. m. D* 1. m) perlatus *pr. m. B* 1. *D* 1 *(?).* n) segregatis *m. al. corr.* segregati sunt *A* 2. o) est a. p. *D* 1. p) sorte *pr. m. B* 1. q) hoc venerat *pr. m. D* 1. r) *om. C.* s) instigabant *A* 2. t) *m. al. suppl. D* 1. u) *ita D* 1 *et pr. m. A* 1; persisterent *rell.*

Cap. 8. a) ta *m. al. suppl. B* 1. b) tam *pr. m. D* 1. c) paenis *A* 1. 2 *(ubi mox* 3 *litt. ras.)*; (p. *om.*) sancti Mauricii f. primicerei *C.* d) traditus *pr. m. A* 2; tradit *pr. m. D* 1. e) Exup. *corr.* Exsup. *B* 1; Exsup. *D* 1. f) in ercitu *pr. m. A* 2; (in *om.*) exercitus *D* 1. g) apellantur *C.* h) campedoctore *A* 1; campidoctores *m. al. corr.* campidoctorem *A* 2. i) ut *A* 2. k) *om. A* 2. l) *ita A* 1. 2; accedebat *rell.* m) exortandos *C.* n) *ita C. D* 1 *et fortasse pr. m. A* 1; fideliumque *rell.* o) conmiletonum *A* 1; commilitorium *pr. m. A* 2; commilitoues *C.* p) sacramenta *D* 1, *corr.* q) et *C.* r) *extr.* s *m. al. suppl. C.* s) ferre *pr. m. D* 1. t) moriendo *pr. m. A* 1. *D* 1. u) et *add. A* 2. v) i. s. *A* 2; s. illius (?) *pr. m. D* 1; s. (*eras.* i.) *C.*

1) *Hieronymus in libro ad Pammachium contra Iohannem Hierosol.* § 19 *(Opp. ed. Vallarsius, Veronae* 1735, *tom. II, p.* 424*) officia militiae equestris inter tironem tribunumque enumeravit haec retrorsum:* Numquid ex tribuno statim fit tiro? non, sed ante primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor eques, dein tiro. *Primicerius et senator hoc sensu alibi non commemorantur. De campidoctore v. Marquardt l. l. p.* 548.

illos et contubernales[a] suos, qui iam in caelum[b] praecesserant. Flagrabat enim iam tunc in[c] beatissimis viris martyrii[d] gloriosus ardor[e].

(9). His itaque primoribus[a] suis adque auctoribus animati[b], Maximiano insania[c] adhuc aestuanti[d] mandata mittunt sicut pia, ita et fortia, quae[e] feruntur[f] fuisse in hunc[g] modum: 'Milites sumus, imperator, tui, sed tamen servi, quod[h] libere confitemur, Dei. Tibi militiam debemus, illi innocentiam[i]; a[k] te stipendium[l] laboris accepimus[m], ab illo vitae[n] exordium sumpsimus. Sequi[o] imperatorem in hoc nequaquam possumus, ut auctorem negemus[p] Deum, utique auctorem[p] nostrum[q], Deum[r] auctorem, velis[s] nolis, tuum. Si non in[t] tam funesta[u] conpellimur[v], ut hunc[w] offendamus, tibi[x], ut fecimus[y] hactenus[y*], adhuc parebimus; si[z] aliter, illi parebimus potius, quam tibi. Offerimus nostras in quemlibet[a] hostem manus[b], quas[c] sanguine[d] innocentium cruentare nefas ducimus[e]. Dexterae istae pugnare adversum[f] impios adque inimicos sciunt, laniare pios et cives nesciunt. Meminimus, nos[g] pro civibus[h] potius, quam adversus[i] cives arma sumpsisse. Pugnavimus semper[k] pro iustitia, pro pietate, pro innocentium[l] salute. Haec fuerunt hactenus nobis pretia periculorum[m]. Pugnavimus pro fide; quam[n] quo[o] pacto conservabimus[p] tibi, si[q] hanc[r] Deo nostro non[g] exhibemus? Iuravimus primum[s] in sacramenta divina, iuravimus deinde[t] in sacramenta regia; nihil nobis de secundis credas[u] necesse est, si prima[v] perrumpimus[w]. Christianos ad poenam per nos requiri[x] iubes. Iam[y] tibi ex hoc alii requirendi non[z] sunt, habes hic[a] nos confitentes: "Deum patrem auctorem omnium et filium eius Iesum Christum deum[b] credimus". Vidimus[c] laborum[d] periculorumque[e] nostrorum socios[f], nobis quoque[g] sanguine[h] aspersis[i], trucidari[k] ferro, et tamen sanctissimorum conmilitonum mortes[l] et fratrum funera[m] non[n] flevimus[o], non doluimus[p], sed potius laudavimus[q] et gaudio prosecuti sumus, quia digni habiti essent pati pro domino Deo eorum. Et[r] nunc[s] non[r] nos vel haec ultimae[t] vitae necessitas in rebellionem[u] coegit[v], non nos adversum[w] te, imperator, armavit ipsa saltim[x], quae fortissima est in peri-

Capp. 8. 9. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D*.

Cap. 8. a) contuberniales (?) *pr. m. D* 1. b) celo *A* 2; caelo *inter scrib. corr.* caelum *C* 1. c) *m. al. suppl. D* 1. d) martyribus *C*. e) odor *C*.

Cap. 9. a) prioribus *A* 2. b) animante *pr. m. D* 1. c) insaniā a. *pr. m. A* 2 *(?)*. *C*; a. insania *D* 1. d) estuantem *pr. m. C*; aestuante *pr. m. D* 1. e) *eras. C*. f) ferentur *pr. m. D* 1. g) *ita A* 1. 2; hoc (c *m. al. suppl. C*) modo *rell.* h) quo *pr. m. A* 2. i) innocentem *pr. m. D* 1. k) Ad *pr. m. C*; (a *om.*) t: stip. *pr. m. D* 1. l) stipendiam *pr. m. A* 2. m) pi *suppl. B* 1; accipimus *A* 2. *D* 1. n) (v. *om.*) exordio *pr. m. D* 1. o) te *add. (C)*. p) negemus — auctorem *om. D* 1. q) nostrum D. auctorem *om. A* 2. r) *ita A* 1; Dominum *rell.* s) *ita A* 1. *C*. *D* 1; vellis n. t. *B* 1; vellis t. n. *A* 2. t) *m. al. suppl. D* 1. u) funestam *A* 2. *D* 1 *(pr. m.)*. v) conpellimus *B* 1. w) hoc *D* 1. x) t. ut *om. A* 2. y) aficimus *pr. m. A* 2; cepimus *C*. y*) actenus *A* 1, *ut infra*. z) *ita A* 2 *et pr. m. A* 1; sin *rell.* a) qualibet *pr. m. A* 2. b) manos *B* 1. c) qua *pr. m. A* 2; quia *C*. d) sanguinem *A* 2. *C et pr. m. D* 1. e) ducemus *pr. m. C*. f) adversus *(C. D 1)*. g) *om. A* 2. h) civitatibus *A* 2. i) adversos *pr. m. C*. k) pro i. s. *A* 2. l) innocencia (et *m. al. in ras.*) s. *A* 2; innocentia et s. *C*. m) per te seculorum *A* 2. n) qua *C*. o) que facto *A* 2. p) conservavimus *A* 1; servavimus *A* 2; conservimus *D* 1. q) *ita B* 1. *C*. *D* 1 *et m. al. A* 1; *om. A* 1 *(pr. m.)*. 2. r) haec *pr. m. D* 1. s) primo *A* 2. t) inde *pr. m. D* 1. u) credere *C*. v) primum *A* 2; su *pro* si prima *D* 1. w) prorumpimus *A* 2; prerumpimus *C*; perrupimus *D* 1. x) require *pr. m. A* 2; requirere *C*. y) tam *(C. D 1)*. z) no *pr. m. C*. a) nos hic *A* 2. *D* 1. b) dominum *C*; *om. D* 1. c) videmus *pr. m. D* 1; *om. A* 2. d) laborem *C*. e) periculorum *om.*, que *eras. D* 1. f) socios n. q. *om. A* 2. g) eorum *add. B* 1. *C*. *D* 1. h) sanguinem *A* 2 *et pr. m. D* 1. i) aspersos *C*. k) trucidare *C*. *D* 1. l) mortis *pr. m. B* 1. *D* 1. m) *om. A* 2. n) no *A* 2. o) flebimus (?) *pr. m. D* 1. p) dolemus *C*. q) laudabimus *D* 1 *et pr. m. A* 2; lauda | mus *C*. r) *om. D* 1. s) hunc *pr. m. A* 2. t) ultima *(C)*. u) rebelligionem *C*, *corr.* v) cogit *D* 1. w) adversus *A* 2. x) saltem *(C. D 1)*.

culis, desperatio[a]. Tenemus[b], ecce[c]! arma et non resistimus[d], quia mori quam occidere satis malumus[e], et innocentes interire, quam[f] noxii vivere[g] praeoptamus. Si quid in[h] nos ultra statueris, si[i] quid adhuc iusseris[i], si[k] quid admoveris[k], ignes, tormenta, ferrum[l] subire parati sumus. Christianos[m] nos fatemur[n], persequi christianos non possumus'.

(10). Cum haec talia Maximianus[a] audisset obstinatosque[b] in fide[c] Christi cerneret animos[d] virorum, desperans[e], gloriosam eorum constantiam posse revocari[f], una sententia[g] interfici omnes decrevit et rem confici[h], circumfusis militum[i] agminibus, iubet. Qui cum missi ad beatissimam legionem[k] venissent, stringunt in sanctos[l] impium ferrum[m], mori non recusantes vitae amore. Caedebantur itaque[n] passim gladiis, non[o] reclamantes saltim[p] aut[q] repugnantes, sed, depositis[r] armis[s], cervices persecutoribus[t] praebentes[u] et iugulum percussoribus vel intectum[v] corpus offerentes. Non vel[w] ipsa[x] suorum multitudine[y], non armorum munitione[z] elati sunt, ut[a] ferro conarentur adserere iustitiae causam; sed hoc[b] solum reminiscentes, se illum confiteri, qui nec reclamando ad occisionem[c] ductus est et tamquam agnus non aperuit os suum, ipsi quoque tamquam grex dominicus[d] Is. 53,7.
ovium laniari[e] se tamquam ab inruentibus lupis[f] passi sunt.

(11). Operta[a] est terra illic[b], procumbentibus[c] in mortem[d] corporibus piorum; fluxerunt[e] pretiosi[f] sanguinis rivi. Quae umquam rabies absque bello tantam[g] humanorum corporum stragem dedit? Quae[h] feritas ex sententia sua tot simul perire[i] vel reos[k] iussit? Ne iusti punirentur, multitudo non obtinuit, cum inultum[l] esse soleat, quod multitudo[m] delinquit. Hac igitur crudelitate inmanissimi tyranni confectus est ille sanctorum populus, qui contempsit rem[n] praesentium ob spem futurorum. Sic interfecta est illa plane[o] angelica legio, quae, ut credimus, cum illis angelorum legionibus iam conlaudat[p] semper[q] in caelis dominum Deum Sabaoth[r].

(12). Victor[a] autem martyr nec legionis eiusdem[b] fuit neque miles[c], sed emeritae[d] iam militiae veteranus[e]. Hic cum iter agens subito incidisset[f] in hos, qui

Capp. 9—12. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D* 1.

Cap. 9. a) disp. *C et pr. m. A* 2. *D* 1. b) teneamus *pr. m. A* 2. c) *eras. B* 1; *om. A* 2.
d) resistemus *pr. m. C*. e) mallumus *A* 1; malumus (?) *m. al. corr.* maluimus *A* 2; maluimus *m. al.*
corr. malumus *C*; maluimus *B* 1. *D* 1. f) quaquam (?) *pr. m. A* 2. g) videre *A* 2. h) *om. C.*
i) si — iusseris *om. A* 2. k) *ita A* 1. *D* 1; amoveris ignis (*m. al. corr.* ignes) *A* 2; admoveri s(ignis
in ras.) *B* 1; adm. ignem *C*. l) ferro *D* 1. m) christiani (*om.* nos) *C*. n) fatemu: *pr. m. A* 2;
patemur *B* 1.

Cap. 10. a) Maximianos *pr. m. B* 1. b) obstinatisque *pr. m. A* 2. c) fidem *pr. m. B* 1.
d) animo *B* 1; animas *C*. e) disp. *pr. m. A* 2. f) revocare *C et pr. m. D* 1. g) setencia *A* 2.
h) conficit *A* 2. i) militibus *C*, *corr.* k) lectionem *pr. m. B* 1. l) sanctis *C et pr. m. D* 1.
m) ferro *B* 1, *corr.* n) *bis scr. erat A* 1. o) nec *A* 2. p) saltem *D* 1; *om. B* 1. q) non *C.*
r) positis *A* 2. s) his *add. C*. t) percussoribus *C*. u) praeb. — percussoribus *om. D* 1. v) in-
tactum *B* 1. w) *om. A* 2; vel *eras.*, in *add. C*. x) ipse *pr. m. A* 2. y) multitudinem *pr. m. A* 2. z) tione
atramento superinductum A 1; monitionem *pr. m. A* 2; motionem *m. al. corr.* motione *D* 1. a) ut f.
om. B 1. b) haec *D* 1. c) occiosionem *C*. d) domini est o. *A* 2; dominicorum (*m. al. corr.*
dominicarum) o. *D* 1. e) laniare *B* 1. *C*. *D* 1. f) lupis — procumbentibus *om. C.*

Cap. 11. a) Aperta *A* 2. b) istis *B* 1; sunt hic *pro* i. *D* 1. c) prorecumbentibus *B* 1.
d) morte *A* 2. e) que *add. B* 1. *C*. *D* 1. f) *om. A* 2. g) tantum *D*; tamquam *pr. m. D* 1.
h) qua *pr. m. A* 2. i) ferire *C*. k) reus *A* 1. l) in ultimum *pr. m. B* 1. m) multitudine
linquid *B* 1, *corr.*; m. deliquid *A* 2. n) re *m. al. corr.* res *A* 2. o) plena *C*. p) conlaudant *A* 2
et pr. m. D 1; conlaudet *pr. m. C*. q) *om. C*. r) Sabaoht *D* 1.

Cap. 12. a) r *pr. m. suppl. A* 1. b) eius defuit *A* 2. c) milis *pr. m. D* 1. d) meritae
A 1, *corr.*; demeritae *B* 1; emerita *C*; inmeritae *D* 1. e) veteranos *pr. m. A* 2. f) incedisset
pr. m. A 2.

passim epulabantur[a] laeti martyrum[b] spoliis, adque ab[c] his ad convescendum invitatus, prolatam ab exultantibus per ordinem causam[d] cognovisset[e], detestatus convivas[f] detestatusque[g] convivium[h] refugiebat. Requirentibusque[i], ne et ipse forsitan christianus esset[i], christianum se et[k] semper futurum esse[l] respondit ac[m] statim ab inruentibus interfectus est[n] ceterisque martyribus in eodem[o] loco sicut morte, ita[p] etiam honore coniunctus est.

(13). Haec nobis tantum de numero illo[a] martyrum conperta sunt nomina, id[b] est beatissimorum[c] Maurici[d], Exuperi, Candidi adque Victoris; cetera vero nobis quidem[e] incognita, sed in libro[f] vitae scribta sunt.

(14). Ex hac[a] eadem legione[b] fuisse dicuntur etiam illi martyres Ursus et Victor, quos[c] Salodorum[d] passos[e] fama confirmat[f]. Salodorum[1] vero castrum est supra[g] Arulam[h] flumen[i] neque longe[k] a Rheno positum.

(15). Operae pretium est etiam illud[a] indicare, qui[b] deinde Maximianum trucem[c] tyrannum[d] exitus consecutus sit[e]. Cum, dispositis[f] insidiis, genero[g] suo Constantino, tunc regnum[h] tenenti[i], mortem[k] moliretur[l], depraehenso dolo eius[m], aput Massiliam[n] captus nec multo[o] post strangulatus[p] teterrimoque hoc supplicio adfectus, impiam vitam digna[q] morte finivit[2].

(16). At[a] vero beatissimorum Acaunensium[b] martyrum corpora[a] post multos passionis annos sancto Theodoro[c] eiusdem[d] loci episcopo[e] revelata traduntur. In quorum honorem[f] cum exstrueretur[g] basilica[h], quae vastae[i] nunc[k] adiuncta[l] rupi, uno tantum[m] latere adclinis[n] iacet[o,*], quid miraculi[p] tunc apparuerit[q], nequaquam tacendum putavi.

*) sed[r] nunc[s], iubente[t] praeclaro[u] meritis Ambrosio[3] huius[v] loci abbate, denuo aedificata biclinis[w] esse dinoscitur *add. C. D, eaque excipit interpolatio* Neque — frequentamus *in D, quae Passionem subsequitur in B. C; v. App. II.*

Capp. 12—16. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D* 1.

Cap. 12. a) aep. *A* 1. b) martyrium *C, corr.* c) ab his *m. al. in ras. D* 1. d) causa *pr. m. D* 1. e) ac *add.* (*B* 1); detestatusque *A* 2. f) convivium *A* 2. g) detestaturque *pr. m. D* 1. h) convium *C.* i) requir. — esset *om. D* 1. k) *om. B* 1. l) *om. B* 1, *m. al. suppl. C.* m) sic *add. C.* n) *ita A* 1. *D* 1; *om. rell.* o) *ita A* 1. 2; hoc *B* 1. *C. D* 1. p) *pr. m. om. D* 1.

Cap. 13. a) illorum *A* 2; isto *B* 1. *D* 1 *et pr. m. C.* b) b. id est *C.* c) martirum *add. A* 2. d) Mauricii (Mauritii *A* 2. *B* 1) Exuperii (Exsuperii *B* 1. *C*; Exusuperii *D* 1; et *postea add. A* 2) *A* 2. *B* 1. *C. D* 1. e) quidam *pr. m. A* 2. f) libri quo vite scripti (*vel* scripte) *pr. m. A* 2.

Cap. 14. a) haec *pr. m. B* 1; *om. D* 1. b) legionem *pr. m. A* 2. c) quo *pr. m. D* 1. d) *ita D* 1; Salodoŕ *m. al. corr.* Salodoro *A* 1; Salodorum :::: (*ras.* vero) castrum *A* 2 *(v. infra)*; Saludero *corr.* Salodero *B* 1; Saloduro *C, ut infra.* e) passus *B* 1. *C.* f) confirm:: *pr. m. A* 2. g) super *A* 2. *C. D* 1. h) Arolam *A* 2. *B* 1; Arola *C*; Aram *D* 1. i) fluvium *D* 1. k) a R. l. *A* 2.

Cap. 15. a) illut *A* 1. b) quid, *ras.* d *C.* c) cruciatus *C.* d) et *add. C.* e) est *D* 1. f) dispositus (?) *pr. m. A* 2. g) genera *pr. m. A* 2; generi *C.* h) regno: *m. al. corr.* regnum *A* 1; regno *A* 2. i) *ita A* 1 *et pr. m. A* 2; tenentem *pr. m. D* 1; tenente *rell.* k) morte *A* 2 *et pr. m. B* 1. *D* 1. l) molliretur *pr. m. A* 2. m) illius *B* 1. *D* 1. n) Masiliam *pr. m. A* 2. o) multum *pr. m. C.* p) transgulatus *pr. m. D* 1. q) dignam mortem *pr. m. A* 2.

Cap. 16. a) *om. A* 2. b) Agaun. *A* 2; *om. B* 1. *C. D* 1. c) Teodoro *B* 1, *corr.*; Theodore *C.* d) eiusdem vici *A* 2; huius l. *B* 1. *D* 1; l. illius *C.* e) episcopi *C et pr. m. A* 2. f) *ita A* 1. *B* 1; honore *rell.* g) exst *perierunt A* 2. h) basilicam, *ras.* m *C.* i) vasta *A* 2. k) tunc *C. D* 1. l) :::ita *m. al. corr.* iuncta *A* 2. m) t. (tanto *pr. m.*) lateri *A* 2. n) adclines *pr. m. D* 1. o) iacebat *C. D* 1. p) miracula *pr. m. C.* q) apparuerunt *pr. m. D* 1. r) *om. D* 5; et *add. D* 3. s) tunc *D* 3. t) erga a *pro* iub. *C.* u) m. pr. *D* 5. v) illius l. *C*; l. illius *D* 5. w) biclines *pr. m. D* 1; biclivis *D* 2; reclivis *D* 5.

1) *Solothurn ad Aar fl.* 2) *Eucherius Lactantio, de mortibus persecutorum c.* 30 *(ed. Guépratte p.* 49*), usus videtur esse:* (Maximianus) eliso et fracto superbissimo gutture, vitam detestabilem turpi et ignominiosa morte finivit; *cf. Stolle l. l. p.* 57. 3) *Ambrosius monasterii a Sigismundo conditi abbas primus intellegi videtur; cf. supra p.* 26.

(17). Accidit, ut inter[a] reliquos artifices, qui invitati convenisse[b] ad illud[c] opus videbantur, quidam adesset[d] faber, quem adhuc gentilem esse constaret. Hic cum dominico die, quo[e] ceteri ad expectanda[f] diei illius[g] festa discesserant[h], in fabrica solus substitisset[i], in illo secreto se[k] subito clara[l] luce manifestantibus[m] sanctis[n], hic idem faber rapitur adque[o] ad poenam vel[p] supplicia[q] distenditur, et visibiliter turbam[r] martyrum cernens, verberatus etiam et[s] increpatus, quod vel[t] die dominico ecclesiae solus deesset[t] vel illud fabricae opus sanctum suscipere[u] gentilis auderet. Quod[v] adeo misericorditer a sanctis factum constitit[w], ut faber ille consternatus et territus, salutare[x] sibi nomen poposcerit[y] statimque christianus effectus sit[z].

(18). Neque illud[a] in sanctorum miraculis[b] praetermittam, quod perinde clarum adque omnibus notum est. Materfamilias Quinti[c] egregii[d] adque honorati viri, cum ita paralysi[e] fuisset obstricta, ut ei[f] etiam pedum[g] usus negaretur[h], a viro suo, ut Acaunum[i] per multum itineris spatium deferretur[k], poposcit. Quo[l] cum pervenisset[m], sanctorum martyrum basilicae famulantium manibus inlata, pedibus ad[n] diversorium rediit[o], ac sanitati[p] de praemortuis restituta membris, nunc[q] miraculum suum ipsa[r] circumfert[s].

(19). Haec duo tantum mira passioni[a] sanctorum[b] inferenda[c] credidi. Ceterum[d] satis[e] multa[f] sunt, quae vel[g] in purgatione[h] daemonum vel in reliquis* curationibus cotidie illic per sanctos suos Domini virtus[i] operatur**.

EXPLICIT PASSIO QUAE OBSERVATUR DIE DECIMO KL. OCTOBRIS[k].

*) *Finem classis D requiras in App. I.*

**) *Additamentum classium B. C requiras in App. II.*

DOMINO[a] SANCTO ET BEATISSIMO IN CHRISTO SALVIO[b] EPISCOPO[c] EUCHERIUS[d].

Misi ad beatitudinem tuam scribtam nostrorum martyrum passionem; verebar

Capp. 17—19. *A* 1. *A* 2. *B* 1. *C*. *D* 1. *Epist.* *A* 1. *X* 7*a*. *c*.

Cap. 17. a) *om.* *A* 2. b) venissent *A* 2; venisse *D* 1. c) illut *A* 1; illarum *A* 2; hoc *B* 1. *C*. *D* 1. d) adesse *B* 1. e) quid (?) *pr. m.* *A* 2. f) expectandum d. *A* 2; expectandam d. (die? *pr. m.*) *D* 1. g) *ita* *A* 1. 2; eius *rell.* h) *ita* *A* 1. 2; abscesserant *rell.* i) substitissent *pr. m.* *A* 1. k) sese *C*; se s. *om.* *A* 2. l) cl. l. *om.* *B* 1. *D* 1. m) manifestantur *A* 2. n) *om.* *B* 1. o) *om.* *C*. p) *ita* *A* 1; ad *add. rell.* q) supplitium *A* 2. r) turba *pr. m.* *A* 2. *D* 1. s) *ita* *A* 1; incr. et *A* 2; et *om. rell.* t) vel — deesset *om.* *A* 2. u) sanctum g. aud. adtingere *C*. v) Q. a. *vocabula omnino detrita* *A* 1 (*m. al. suppl.* quod); Q. ideo *C*. *D* 1 *et m. al.* *A* 2. w) constet *A* 2. x) salutarem *pr. m.* *A* 2. y) posceret *A* 2 *et pr. m.* *A* 1. z) est *C*. *D* 1.

Cap. 18. a) illut *A* 1. b) miraculas *pr. m.* *A* 2; miraculos *C*, *corr.* c) Quincii *B* 1. d) egreditur *C*. e) paraclisem *pr. m.* *A* 2; paralisin *pr. m.* *D* 1. f) *om.* *A* 2. *C*. g) u. p. *A* 2. h) nec. *B* 1, *corr.* i) Agaunum *A* 2; illic *B* 1. *C*. *D* 1. k) deferetur *B* 1; defferetur *D* 1. l) *ita* *A* 1; Qui *B* 1; Quod *rell.* m) p. ad s. m. basilicam *C*. n) a *C*. o) reddiit *pr. m.* *A* 2; redeit *pr. m.* *B* 1. p) sanitate *C*. *D* 1. q) *ita* *A* 1. 2; *om. rell.* r) *om.* *D* 1. s) *ita* *A* 1. 2; circumtulit *rell.*

Cap. 19. a) passionum *pr. m.* *A* 2; passionem *pr. m.* *D* 1. b) *om.* *D* 1. c) *ita* *A* 1; inserenda *rell.* d) cetera *C*. e) *om.* *A* 2. f) credidi *pr. m. corr.* credita, *alt. m.* credenda *C*. g) velum *m. al. corr.* vel in *A* 2. h) prevaricatione *D* 1. i) virtutes operantur. Amen *desinit* *A* 2. k) Octobri *fortasse* *A* 1.

Epist. a) *epistulam habent* *A* 1. 1*, *omittunt reliqui praeter* *X* 7*a* (*ubi c.* 1. *insequitur*) *et* *X* 7*b*. *c* (*in quibus Passionem ducit*); *praescr.* Incipit prologus beati Eucherii Ligdunensis episcopi in passione sanctorum martirum Thebeorum *X* 7*b*; Epistola Eucherii Lugdunensis episcopi ad Sylvium episcopum *X* 7*c*. b) *ita pr. m.* *A* 1 *cum* *A* 1*. *X* 7*b*; Si(y)lvio *X* 7*a*. *c* *et m. al.* *A* 1. c) epis *pr. m.* *A* 1. d) episcopus *add.* *X* 7*a*. *b*. *c*.

namque[a], ne per incuriam tam gloriosi gesta martyrii ab hominum memoria[b] tempus aboleret. Porro ab idoneis auctoribus rei ipsius veritatem quaesivi, ab his utique, qui adfirmabant, se ab episcopo Genavensi[c] sancto Isaac[d] hunc quem praetuli[e] passionis ordinem cognovisse; qui, credo, rursum haec retro[f] a beatissimo[g] episcopo Theodoro[1] viro temporis anterioris acceperit. Itaque cum alii ex diversis locis adque provinciis in honorem officiumque sanctorum auri adque argenti diversarumque rerum munera offerant, nos scribta haec[h] nostra, si[i], vobis suffragantibus, dignantur, offerimus[k], exposcens pro his intercessionem omnium delictorum adque in posterum iuge praesidium patronorum semper meorum[l]. Mementote vos quoque nostri, in conspectu Domini sanctorum semper officiis inhaerentes[m], domine[n] sancte et merito beatissime frater.

Epist. *A* 1. *X* 7*a. c.*

Epist. a) *ita X* 7*a. c*; enim *Ruin.*; nam *A* 1: *cf. Verg. Aen. IV,* 421; *Forcellini s. v.* nam. b) memoria: *A* 1. c) Genevense *X* 7*a*; Genevensi *X* 7*c*. d) Isac *A* 1; Isaar *X* 7*c*; *om. X* 7*a*. e) *ita recte A* 1 *(Passione praemissa)*; protuli *X* 7*a. c*; retuli *Ruin.* f) *om. X* 7*a. c.* g) b. e. Th. *om. X* 7*a. c.* h) h. n. *om. X* 7*a. c.* i) s *evanuit A* 1. k) offerimus (offeri::: *m. al. corr.* offerri *X* 7*a*) utique exposcentes *X* 7*a. c.* l) *in* meorum *pr. m. desinente, verba* Mementote — inhaerentes *litteris Merowingicis m. saec. VIII. adiecit, quae etiam ultima verba* Domine — frater *supplesse videtur, quamquam iam discerni non possunt A* 1, *neque legerat illa librarius A* 1*. m) inherentes. Explicit pro[logus] *X* 7*b*. n) et *add. X* 7*a*.

APPENDIX.

I.

ad p. 39, *l.* 19. vel in restauratione claudorum aut sanitate febrium ceterisque infirmitatibus cotidie hic[a] per servos suos virtus[b] Domini operatur, quae multa narranda sunt, si per singula scribantur. Tamen fidelium[c] cordibus absque lectione[d] cognita esse noscuntur, quae quanta et qualia[e] miracula[f] hic[g] per sanctos suos ad honorem et gloriam nominis sui Dominus operare non desinit. Pro id[h] ipsum die noctuque psalmorum[i] hymni decantatio non desistit, quae, iubente sancto et praeclaro Christi martyre beato Sigimundo[k] rege, est institutum hac[l] usque hodie, Deo protegente, est conservatum. Propterea hic laudes[m] Dei servi canentes[n] ore persolvunt, cui est honor et gloria, imperium et potestas per omnia saecula saeculorum. Amen[o] *desinunt D* 1. 2. 3. 4 *et X* 4.

II.

ad p. 39, *l.* 20. Neque[2] enim hoc omittendum est, quod per[a] longum temporis tractum beati Innocenti[b] martyris membra Rhodanus[c] revelavit. Iugi enim eluviae[d] vicinum in se caespitem vergens[e], religiosa quadam soli pernicie ad se-

App. I. a) *ita D* 1. 2. 3; istic *D* 4. b) *ita D* 1; virtutes D. (Dei *D* 4) operantur *D* 2. 3. 4. c) *ita D* 1; fidelibus *D* 2. 3. 4. d) lectionem *pr. m. D* 1. e) quia *D* 1. f) sunt *add. D* 1. g) istic *D* 4; *om. D* 2. h) Pro eo id ipsum *D* 1. 3; Pro eo ipso *D* 4. i) (ps. *om.*) hymnorumque *D* 3. k) Sis:mundo *D* 1; Sigismundo *D* 2. 3. l) huc (hunc *D* 1; hic *D* 2) usque *D* 1. 2. 3; et usque *D* 4. m) laudibus *D* 1. n) canentis *D* 4; canentibus *D* 1. o) Explicit passio sancti Mauritii *add. D* 1.
App. II. a) post *D* 2. 3. b) Innocentii *B* 2. *C. D* 1. 2. 3. 4; Innocencii *B* 4. c) Rod. *B* 4. *C. D* 1. 2. 3. 4. d) *ita B* 1. 3. 4; eluine *B* 2; illi vie *D* 5; eluvii *C*; diluvii *D* 1. 3; diluvio *D* 2. 4. e) tangens *C.*

1) *Theodorus episcopus Octodorensis concilio Aquileiensi a.* 381, *Mediolanensi a.* 390. *intererat.* 2) *Vide ea quae supra p.* 25. *de hac interpolatione disserui.*

pulturam martyris famulatrix unda[a] pervenit. Prolatas namque reliquias liniter lambens, non ideo[b] a[c] sinu terrae protulit, ut[d] in[e] gurgitis sui procella[f] demergeret[g], sed ob gloriosam devocione[h] intra ambitum basilicae ceteris[i] martyribus sepulturae[k] praeciperet[l] sociari. Cuius translationem[m] a[n] sanctae recordationis Domiciano[o] Genavensi[p] et Grato Agustane[q] urbis vel Protasio[r] tunc temporis huius[s] loci episcopis[t] caelebratam[u] recolentes[v], cotidiana devotione[w] et laudibus frequentamus[x] *add. h. l. B* 1. 2. 3. 4. *C. X* 2. 3*a (postea add.), quae anteposuerant (v. supra p.* 38, *l.* 24*) D* 1. 2. 3. 4. 5.

App. II. a) *om. C.* b) non ideo ex t. s. pr. *B* 2; non id longe (h *m. al. suppl.*)as inde t. pr. *C.* c) ad *pr. m. D* 1. d) aut *C.* e) (in *om.*) gurgitus *B* 1; igg. (?) *pr. m. corr.* ingurgitus *C*; in gurgiti *D* 3. f) procelle *B* 1; procellam *B* 4. *D* 2. 4. 5. g) dimergeret *D* 1. 2. 4; demergit *C*; mergeret *B* 3. h) *ita B* 1. 3; devotionem *rell.* i) que *add. D* 1. 2. 3. 5. k) sepultura *B* 3. 4. *D* 1; sepulturam *D* 3; *om. D* 4. l) praeciperit *B* 1; praeceperit *B* 4; precepit *C. D* 1. 3. m) translatione *B* 1. n) animae *C*; *om. B* 4. o) Domi:: ciano, *ras.* ni (?) *C*; Domitiano *B* 2. *D* 1. p) Genivense *C*; Genevense *D* 5; Genuvensi *B* 1; Genuense *D* 1. 2. 3. 4. q) Agustani *B* 1, *corr.*; Aug. *B* 4. *D* 1. 2. 3. r) Prothasio t. *D* 2. 5; Protasiorum tum *C.* s) illius *C*; eius *B* 4. t) eps *m. al. corr.* episcopus *C*; episcopo *B* 4. *D* 1. 4. u) caelebrata *B* 1; acelebratam *C.* v) recolentis *B* 1. w) devocio *B* 1. x) *desinunt B* 1. 3. *D* 5; per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum coeterno Patre et sancto Spiritu vivit et dominator Deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit passio Theborum martyrum 10. Kal. Octob. *add. B* 2; regnante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen *add. B* 4; per dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor et gloria, laus et perpetua potestas in saecula saeculorum. Amen. *(nota sequitur)* Amen. Explicit passio sanctorum martyrum Mauricii cum sociis suis sex milia quingentorum octuaginta quinque. Deo gratias *add. C.*

CONVERSIO ET PASSIO AFRAE.

Augusta Vindelicorum civitas provinciae Raetiae secundae, quae Augusti temporibus Vindelicia vocabatur[1]*, ad fluvios sita confluentes Lech et Wertach, propter cultum S. Afrae martyris, cuius ibi asservabantur ossa, a fidelibus iam saec. VI. frequentabatur. Fortunatus poeta ex Italia in Gallias progrediens Baiuvariam percucurrit Liccamque transmisit*[2]*, idemque cum in V. Martini IV,* 642. *depingeret iter retrorsum, his versibus laudes Afrae cecinit:*

Pergis ad Augustam, qua Virdo et Licca fluentant.
Illic ossa sacrae venerabere martyris Afrae.

Acta Afrae ex Conversione et Passione constant, quae inter se ita distinctae sunt, ut pro scriptis diversis accipi possint. Priorem partem esse fabulatoris neque auctoris gravis inter omnes constat. Et primum quae ibi enarrantur ea historiae repugnare videntur. Afra 'sacris Veneris' consecrata a matre Hilaria, cuius parentes ex Cypro 'cum sacris Veneris' venerant Augustam, cum puellis suis quaestum corpore fecit, sed a Narcisso episcopo conversa baptizataque est. Is tempore persecutionis Diocletiani cum Felice diacono Augustam confugiens, per novem menses ibi moratus est, deinde vero in Hispaniam se contulit ad civitatem Gerundam, ubi cum diacono suo tribus annis post martyrium meruit. Cum Diocletiani persecutio a. 303, *mense Februario inceperit, Nar-*

1) *Cf. Forbiger, 'Handbuch der alten Geographie' p.* 312². 2) *Cf. eius Praefationem, ed. Leo p.* 2.

cissus non ante eum annum exeuntem Augustam reliquisse potest, ideoque is non ant a. 306. *ex. interfectus est: at persecutio in Occidente iam cessaverat, postquam Kal. Mai. a.* 305. *Diocletianus imperio renuntiavit*[1]. *Deinde quae dimidiam fere Conversionis partem occupant, i. e. altercatio inter daemonem specie Aegyptii 'nigrioris corvo' apparentem Narcissumque et draconis iuxta fontem Alpium Iuliarum habitantis caedes perpetrata a daemone decepto, fabulae sunt aniles, eaque disputanda relinquantur anibus.*

His argumentis permotus Tillemontius[2] *Conversionem non approbavit neque post eum Friedrich*[3]. *Passio vero maiorem opinionem attulit omnibus vel Guilelmo Rettberg*[4]. *Nihilominus et ipsam opinor non esse antiquam neque compositam saec. IV, id quod Velserus, Boschius, Friedrich credi voluerunt. Actio in Afram instituta aliena est ab omnibus actis genuinis persecutionis illius. Ibi nullus, quod sciam, iudex praenomine vocatur, ut Gaius iudex Afrae. Gaius autem ille quam male egit partes iudicis Romani! Postulavit, ut quaestus meretricii*[5] *causa diis sacrificaret Afra, neque commemoravit iussa imperatorum, quae observare cogebantur christiani*[6]*: quin immo tantum aberat, ut gentilem se gereret, ut etiam christianorum probitatem atque honestatem publice agnosceret:* Sacrifica, *inquit,* quia aliena es a Deo christianorum *et mox apertius:* Meretrix, *inquit,* quae est dici non potest christiana. *Haec cum esse non possint verba iudicis Romani tempore persecutionis de sacris christianis cognoscentis, acta Afrae non deprehenduntur genuina, non extracta ex publicis, sed conficta ab homine otioso. Qui cum properaret ad finem, iam post octavam admonitionem patientiam rupit iudicemque voluit exclamasse:* Sacrifica, quoniam iniuria est mihi tot horas tecum certare, *fatigatus nimirum ipse suis ineptiis, nam quarta horae parte commode agi potuissent, quae acta esse finxit. Deinde quaestionem in socias Afrae habitam tam raptim tractavit, ut vel Velserus stupeat:* Quis, *inquit*[7], ferat damnari absentes, caussa non cognita; immo cognitionem et executionem simul militibus demandari? *Sane haec aliena a legibus nemo ferat, excusantur vero eo, quod auctorem taedebat novam cognitionem sibi excogitare. Is ne sibi quidem constat, monente eodem Velsero. Afram enim combustam esse oblitus, paulo post rettulit, eius corpus integrum inventum esse, itaque mendacia sua ipse prodidit mendax.*

Sermo latinus, quo auctor utitur, neque antiquus neque nativus est, sed is quem aevo Carolingico in scholis discebant: durum eum dicere potes scriptoremque agnoscis in peregrina lingua luctantem. Quae in Passione legitur dictio inusitata facies publica, *ea est Victoris Vitensis (c. a.* 488*), isque* in facie publica *adverbialiter pro* publice, *hagiographus vero* facies publica *pro 'vulgus' accepit; idem ex loco Victoris eodem (I,* 28*):* venerabilem senem in publica facie catomos ceciderunt, *etiam verba* catomis caedi *deprompsit. Eum autem fontem nosse non potuisset, si saec. IV. et Constantino imperante Passionem scripsisset. Praeterea fluvium, qui Λικίας a Ptolemaeo*[8], *Licca a Fortunato dictus est, Laechae nomine appellavit ideoque cum scriptoribus saec. VIII. convenit. Lech enim in Contin. Fred. c.* 26, *a.* 743, *et Lecha legitur in Pauli hist. Langob. II,* 13, *isque cum Fortunati verba:* qua Virdo et Licca fluentant, *ita immu-*

1) *Cf. Hunziker, 'Diocletianus und seine Nachfolger' apud Büdinger, 'Untersuchungen zur Römischen Kaisergeschichte' II,* 231. 232. 2) *'Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique' Paris.* 1698, *V, p.* 609. 3) *'Kirchengesch. Deutschlands' I,* 188 *sq.* 4) *'Kirchengesch. Deutschlands' I,* 145. 5) Sacrifica, ut diligaris ab amatoribus tuis et, sicut semper dilecta eras, habearis, et inferantur tibi pecuniae multae ab eis. 6) *Cf. e. gr. Acta Crispinae apud Ruinart, Acta mart. ed. Ratisb. p.* 478. 7) *Velseri Opera, Norimbergae* 1682, *p.* 497. 8) *Cf. Forbiger l. l. p.* 313.

taverit: quam Virdo et Lecha fluentant, *ostendit formam antiquam suo tempore abolitam fuisse. Acta igitur Afrae manifestum est aevo demum Carolingico composita esse.*

In codice Epternacensi Martyrologii Hieronymiani Afrae his locis mentio fit:

5. *Aug.* Civitate Agustana sancti Afri,
6. *Aug.* Passio sanctae Afrae,
7. *Aug.* Civitate Agusta Afrae, Veneriae,
8. *Oct.* Creta civi. Agusta natalis Affreniae,

et quater de ea etiam in reliquis libris relatum est, ibi vero diem 9. Oct. sancta occupat, et pro Affreniae *recte legitur* Afrae. *Haec omnia ad auctorem Martyrologii referenda sunt, isque singulari studio Afram Augustanam coluisse videtur: complures enim sanctos bis commemoravit, sed quater praeter eam, quod sciam, nullum. Eius cultum fortasse Eustasius abbas, quo sedente a.* 627/8. *Martyrologium compositum est, Luxovium transtulerat, nam ipsum iussu Columbani Baiuvariis fidem christianam praedicasse ex eius Vita intellegitur. Mendum* Creta *pro* Raetia, *quod in quartum locum irrepsit, etiam in deterioribus actorum Afrae codicibus A 5a.c*[1] *legitur; hi vero ex A 1b vel simili libro pendent, ibique* Grecam *extat, unde lectio* Cretam *orta videtur esse*[1]. *Certe auctor Martyrologii his libris multo antiquior est, quamquam non nego, inter eum actaque necessitudinem quandam intercedere. Veneriam enim, quae in Martyrologio d. 7. Augusti Afrae socia data est, Augustanis ignotam Boschius*[2] *intellexit esse martyrem Antiochensem, de qua ibidem ad eundem diem his verbis relatum est:* Antiociae Suffroni, Veneriae. *Inde ea mendo irrepsisse videtur in locum, ubi de sancta Augustana agitur, auctorque actorum verba* Afrae, Veneriae *legens, ea ita interpretatus est, quasi sacerdos Veneria fuisset Afra pia martyr*[3].

Acta Afrae in Martyrologio[4] *Hrabani primum citata sunt his verbis:* Nonis Aug. In civitate Augustae passio sanctae Afrae martyris, cuius conversio et vita nec non et passio conscripta habetur, *eaque deinde Notkerus d. 7. Aug. expilavit; hic vero Afrum d. 5. Aug. commemoratum a patrona Augustana distinxit, eumque martyrem Augustae Euphratensi attribuit*[5].

Afrae biographus Narcissi quoque Felicisque passionem se descripsisse asseruit, quae, si ei credi fas est, adhuc latet.

Ecclesiae S. Afrae historia antiquior, quam descripsit Friedrich[6], *parum certa est. Postea ab Ungaris (a. 955) ea concremata atque ita diruta est, ut 'tugurium glossibus tectum altaria ab imbribus et intemperiebus defenderet'. Oudalricus episcopus Augustanus*[7] *(923—973) eam reaedificans, 'locum collocationis Afrae, sicut in scriptura Passionis eius est scriptum, ab Augusta civitate in secundo miliario in ecclesia' repperit. Denique ab Embricone episcopo a. 1064, destructa ecclesia, 'repertum est corpus Eutropiae in plumbeo sarcophago 2. Kal. Mai. corpusque Afrae in lapideo sarcophago mirae magnitudinis integrum et quodam cemento obductum 4. Non. eiusdem mensis'*[8].

Actorum S. Afrae codices in duas familias dividuntur et patria et indole: prioris codices principales in Francogallia, posterioris in Germania asservantur.

1) *V. infra p.* 49. 2) *AA. SS. Aug. II,* 39. 3) *Locum ad originem fabulae illustrandam iam attulerat Rettberg l. l. I,* 148. 4) *Canisius, Antiquae Lectiones* (1604) *VI, p.* 729. 5) *Cf. Notkeri Martyr. d. 5. Aug. (Canisius l. l. p.* 892; *Dümmler, 'Forsch. zur Deutsch. Gesch.' XV, p.* 207*):* In Augusta Eufratensi natale sancti Afri martyris, quorum nominum similitudine, id est et Augustae et Afri, nostrates inducti, hac die apud Augustam Rhetianam sive Vindelicam passionem sanctae Afrae consummatam putaverunt. De qua in sequentibus, Deo volente, dicemus. 6) *L. l. II, p.* 653. 7) *Cf. Gerhardi V. S. Oudalrici ep. (SS. IV,* 403*).* 8) *SS. XIII,* 280.

A 1a) Codex Montepessulanus H n. 55, fol. 222, formae maximae, saec. VIII/IX. a pluribus librariis scriptus, olim S. Stephani Augustodunensis, deinde Boherianus (B 8) erat. Insunt fol. 135—139. acta Afrae, descripta ab homine rudi, non edocto grammaticam. Contuli librum.

A 1a^1) Codex Parisiensis latinus n. 9742 (Suppl. lat. 196^2), pag. 492, formae magnae, saec. XIII, legendarii magni S. Maximini Treverensis volumen Augustum mensem continens, fol. 50—54. Conversionem (praescr. Incipit confessio Affre martyris Christi) et Passionem Afrae (praescr. Incipit passio sancte Affre martyris) exhibet, cui additamentum de martyribus Romanis subiectum est plenum ut in A 1a (v. infra).

A 1a^2) Codex Remensis n. 1142 (antea 780. 766), fol. 281, formae magnae, saec. XIII. in., fol. 92—95. Conversionem (praescr. Incipit passio sancte Afre martiris) et Passionem Afrae continet cum additamento, ut A 1a^1 (v. infra).

A 1a^3) Codex a Mombritio adhibitus praescriptionem fortasse habuit A 1a^2 similem, nam in editione lemma legitur hoc: Passio sancte Aphrae et Hylariae ac sociorum ante Conversionem, neque Passio ab ea distinguitur. Inter utramque interpolata sunt haec: Est et ibi sedes Narcissi episcopi, et benedicitur ibi Christus, filius Dei vivi, usque in hodiernum diem. Non post multos hos dies, sequentibus verbis: apud ipsas provincias Rhetias. Liber cum desinat ita: pervenerunt, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria per inmortalia saecula saeculorum. Amen, additamentum desideratur.

A 1b) Codex Parisiensis latinus n. 11748, fol. 155, formae maximae, saec. X, erat olim monasterii S. Mauri Fossatensis (n. 38), deinde S. Germani a Pratis (n. 487, olim 1060). Fol. 148—151. acta Afrae insunt. Contuli librum.

A 2) Codex Parisiensis lat. n. 10861 (Suppl. lat. 778), fol. 123, formae octavae, olim monasterii S. Petri Bellovacensis, paginis bipartitis, saec. VIII. litteris Anglosaxonicis exaratus, acta Afrae fol. 110—112, alteramque partem fol. 101—104', — ea enim transposita sunt, — exhibet. Ipse contuli.

A 3a) Codex Bruxellensis n. 7984, fol. 235 + 1, formae quadratae, saec. X, erat olim monasterii Wissenburgensis, deinde Molshemensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis, signatus ibi P. ms. 20. Continet fol. 160'—165. Conversionem (praescr. Incipit conversio sanctae Afrae apud provinciam Reziam in civitatę Augusta, incip. Tempore quo) et Passionem Afrae (praescr. Incipit passio sanctae Afrae martyris 7. Idus Augusti), hanc vero omnino immutatam, deprompta scilicet ex alio exemplari simili A 7. De additamento infra egi. Librum contulit descripsitque W. Arndt b. m.

A 3b) Codex Treverensis bibliothecae civitatis Cat. mss. 1141, Num. Loc. 444 (antea 230), olim ecclesiae S. Martini ibi sitae, fol. 130, formae quadratae, saec. XII, fol. 40'—46. Conversionem (praescr. Incipit p::::::::::) et Passionem Afrae (praescr. Passio sanctae Afrae martyris) continet, medio in additamento desinens, fine eraso; v. infra.

A 3c^1) Codex Parisiensi latinus n. 10867, fol. 106, formae octavae, saec. XI, erat antea D. I. I. de Bure. Insunt fol. 2—10'. Conversio (praescr. m. rec. Incipit passio S. Afrae) et Passio Afrae cum additamento, quod ediderunt Bollandiani, Cat. Paris. II, 614; v. infra.

A 3c^2) Codex Monacensis latinus n. 332, fol. 315, formae quadratae, saec. XII, fol. 291'—297. V. Afrae continet, praescriptione carentem.

A 3c^3) Codex Vindobonensis n. 577 (olim hist. eccl. 138), fol. 186, formae quadratae, saec. XI/XII. in monasterio Altahensi inferiore scriptus, a. 1263. Fuerstenfeldensi dono datus est. Fol. 127'—137. Conversio (praescr. Incipit passio s. Afrae

mart., Hilariae, Dignae, Eumeniae, Feuprepiae 7. Id. Aug.) *et Passio Afrae inest; de additamento v. infra.*

A 3c^{4}) Codex Monacensis latinus n. 22242, *fol.* 162, *formae maximae, saec. XII, legendarii Windbergensis volumen tertium menses Iulium Augustumque comprehendens, continet fol.* 129—132′. *Conversionem (praescr.* Passio sancte Afre martyris Christi et matris eius Hilarie*) et Passionem Afrae, quae titulo caret. Additamentum infra exhibui.*

A 4a) Codex Einsidlensis n. 9, *fol.* 221, *formae magnae, saec. XII, fol.* 196—197′, *solam Passionem Afrae continet inscriptam:* Passio sanctae Afrae martyris. *Additamentum deest.*

A 4b) Codex a Vicelio adhibitus item Passionem tantum continebat, aderat autem additamentum, de quo v. infra. Lemma praescripsit editor: Passio sanctae Afrae matrisque eius Hilariae et puellarum eius.

A 5a) Codex Parisiensis latinus n. 5301, *fol.* 332 + 1 *(fol.* 48 *bis), formae maximae, saec. X/XI, paginis bipartitis, scriptus est in monasterio S. Martialis Lemovicensis. Insunt fol.* 296—300′. *Conversio (praescr.* 7. Idus Augusti passio sanctae Affrae cap. 52*) et Passio Afrae carens titulo. Additamentum v. infra.*

A 5b) Codex Cenomanensis n. 227, *fol.* 210, *formae magnae, saec. XII, paginis bipartitis, scriptus, fol.* 95′—98. *acta Afrae continet, incipientia a verbis:* |in civitatem Augustam, *littera primaria excisa. Passio versu interrupto non distincta, titulo caret, sed subscriptio adest haec:* Explicit passio sanctae Afrae et sociarum eius; *additamentum desideratur.*

A 5c^{1}) Codex Parisiensis latinus n. 1253, *fol.* 154, *formae minoris, saec. XI, continet breviarium ad usum monasterii S. Martialis Lemovicensis scriptum. Fol.* 63—64. *lectiones duae de sancta Afra insunt, inscriptae:* 7. Idus Aug. sancte Affrae et sancti Donati L. I. *Liber in verbis* cum suis puellis consortem *(c.* 3*) desinit.*

A 5c^{2}) Codex Parisiensis latinus n. 5306 *(Colb.* 775, *Regius* 3654*), fol.* 222, *formae magnae, saec. XIV, paginis bipartitis, scriptus, fol.* 213′—215. *acta Afrae continet, quibus praescripta sunt:* Incipit passio sancte Affre martiris, que passa est sub Diocleciano iudice in civitate Augusta 7. Ydus Augus. *Passio a Conversione non distincta hanc subsequitur, versu non interrupto. Additamentum deest.*

A 5c^{3}) Codex Olivae episcopi Ausonensis († 1046), *inscriptus:* Incipit conversio beatae Afrae apud provinciam Aricensem civitate Augusta *(incip.* Erat Narcisus episcopus), *de quo v. infra.*

A 6) Codex Parisiensis latinus n. 11749, *fol.* 254, *formae magnae, saec. XI, paginis bipartitis, a pluribus librariis scriptus, antea S. Germani a Pratis (n.* 496, *olim* 463*) erat. Fol.* 63′—65′. *insunt acta Afrae, inscripta:* Incipit passio sanctae Afrae martiris, quae recolitur Non. (*m. rec. add.* XIX) Augusti, *neque bipartita, ita ut in eodem versu Conversionem Passio subsequatur. Liber mutilus in verbo* sacrificandum *desinit, exciso fortasse folio. Quae deerant, ea m. s. XIII. in inferiore marg. fol.* 66. *supplevit.*

A 6) Codex Parisiensis latinus n.* 15437, *fol.* 217, *formae maximae, saec. XII, paginsi bipartitis, scriptus, olim ecclesiae S. Marcelli Parisiensis erat, deinde a Petro de Blanger doctore et socio Sorbonico a.* 1667. *emptus atque bibliothecae Sorbonicae dono datus est. Fol.* 149—152. *V. Afrae inest (praescr.* Passio sanctae Afrae m̅r̅, quae est Non̄ Augusti*), mutila, ut in B* 6, *et ex hoc sine dubio exscripta, sed post* sacrificandum *manu eadem alio atramento suppleta sunt haec:* consentire, crudeli examinatione eas interficite.

A 7a) Codex Taurinensis bibliothecae universitatis F III, 16 *(antea n.* 14*),*

fol. 233, *formae magnae, saec. XI. in monasterio Bobiensi scriptus, fol.* 72—73. *Passionem solam Afrae continet retractatam, cui praescripta sunt:* Incipit passio sancte Affre, que est 6. Idus Augustas. *Additamentum, quod congruit cum A* 5*a, infra attuli.*

A 7*b*) *Codex* ***Parisiensis*** *latinus n.* 17002, *fol.* 272, *formae maximae, saec. X. in monasterio Moissiacensi scriptus, deinde Claudii Joly (a.* 1656*), tum ecclesiae S. Mariae Parisiensis (n.* 97*) erat. Fol.* 45′. *Passio Afrae (praescr.* Passio sanctae Affrae virginis, quae passa est in civitate Augusta 7. Id. Augusti*) inest, immutata eodem fere modo, ut in A* 7*a. Additamentum v. infra.*

Huc etiam altera codicis A 3*a pars pertinet.*

B 1) *Codex* ***Monacensis*** *n.* 4554, *Benedictoburanus* 54 (256), *formae quadratae, saec. VIII/IX, post Passionem Cyricii et Iulittae fol.* 160—164. *acta Afrae continet. Laterculo, quod manu antiqua scriptum in capite voluminis extat, etsi plus continet quam codex ipse, acta manu demum saec. XV. adscripta sunt. Contuli librum.*

B 2) *Codex* ***Monacensis*** 11321 *(Poll.* 21*), fol.* 122, *formae quadratae, saec. X, fol.* 93—101, *V. Afrae continet, quam Iulianae praecedit, V. Liobae subsequitur. Contuli librum.*

B 3) *Codex* ***Einsidlensis*** *n.* 263, *p.* 188, *formae octavae, saec. IX. et X. acta Afrae p.* 105—123. *continet, exarata saec. X. Contuli librum.*

B 3*a*) *Codex* ***Parisiensis*** *latinus n.* 5299 *(Regius* 4175*), fol.* 174, *formae mediae, saec. X, erat olim Puteani. Fol.* 158—164′. *V. Afrae extat; cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 588. *Praescripta sunt eadem atque in B* 1. 3, *scilicet Conversioni:* Incipit passio sanctae Affrae et ancillarum eius Digne et Eumemiae et Euprępiae (Nonas *m. al. in ras.*) Agusti, *et Passioni:* Incipit conversatio Affrae, *subscripta autem haec:* Amen. Explicit passio sanctae Affrae die 7. Idus Augustarum.

B 3*a**) *Codex* ***Rothomagensis*** *U.* 3, *fol.* 109, *formae maximae, saec. XI. in monasterio Fiscamnensi scriptus est. Foliis excisis, acta Afrae (fol.* 87. 87′*) mutila a verbis incipiunt his:* etiam et pro his passus est. *Passioni praescripta sunt:* Incipit martyrium sanctae Affre et ancillarum eius *et subscripta:* Amen. Explicit passio sanctae Affre et ancillarum eius. *Codex ad alium familiae A* 5 *postea correctus est, unde additamentum fluxit, alia manu subiectum, de quo infra egi.*

B 3*b*) *Codex* ***Stuttgartiensis*** *Biblia fol. n.* 56, *fol.* 134, *formae maximae, saec. XIII, ex monasterio Zwifaltensi originem traxit. V. Afrae fol.* 55′—57′. *inest, cui praescripta et subscripta sunt haec:* Incipit conversio sanctae Afrae puellarumque eius. — — Explicit de conversione sanctae Afre mart. Incipit passio sancte Afre puellarumque eius. *Extrema verba:* qui regnat — Amen *desiderantur, ita ut Passio in his desinat:* martyrii pariter pervenirent.

B 3*c*) *Codex a* ***Velsero*** *adhibitus hodie latet. Cum ibi Passio Afrae ab ea sororum esset distincta, historia erat tripartita, ideoque praescriptiones erant tres, duae scilicet, ut in reliquis libris, ante Conversionem:* Incipit conversio sanctae Afrae et puellarum eius *et ante Passionem Afrae:* Incipit passio sanctae Afrae martyris, *tertia autem ante Passionem sociarum, interpolata inter verba* emisit spiritum *et* Stabant *hoc modo:* Passio sanctarum Hilariae, Dignae, Eunomiae, Eutropiae et sociorum. *Tertium quod sibi formavit opusculum ita orsus est librarius:* Cum autem beata Christi martyr Afra caeli gaudia sic per martyrii palmam intrasset, stabant *et q. s., idem ultimis verbis:* martyrii pariter pervenirent *appendicem subiecit, quae, monente Velsero, perpetua serie scripta erat in codice, scilicet hanc:* Beatus autem Afer, patruus sanctae Afrae, cuius dies passionis pridie quam ipsius martyris Afrae colitur, credendus est ad exemplum terroris ei aliisque praepunitus esse. Sed quo genere martyrii non legitur.

De sancto vero Dionysio, ipsius avunculo, quem novellae plantationis fidei beatus Narcissus ordinavit presbyterum et plenius instruxit, quamvis specialiter scriptis non exprimatur, tamen non est dubitandum, quin ipsius gloriosae Christi martyris Afrae exequiis tamquam sacerdos et pontifex interfuerit et pariter cum sorore sua Hilaria aliisque martyribus per ignem passionis palmam victoriae susceperit. Ipsa quoque die *et q. s.*

Quae hic de Afro patruo Dionysioque avunculo sanctae Afrae traduntur, librarius ipse sibi excogitavit eaque dubiae fidei esse iam editor doctissimus bene perspexit. Ea, quae de martyribus eodem die atque S. Afra passis insequuntur, ex codice familiae A hausta infra examinavi.

Cum utraque familia sermone admodum inter se discrepet, primum quaeritur, utrum Francogallica an Germanica ut primigenia anteponenda sit. Argumenta in hanc illamve opinionem proferri possunt, mendaque apud utrumque scriptorem deprehenduntur, quae patrio sermone seductus commisit. Postquam recensionem Germanicam olim approbavi, quaestione subdifficili iterum perpensa, alterius lectiones nonnullae tam splendidae mihi visae sunt, quales a librariorum vulgo vix excogitari solent:

I, 1. numquam hoc nec audierat nec viderat] *A*; n. haec a. nec v. *B*,
ib. splendor solis, dum circa — plateas funditur, mundus funditur de caelo, mundus levatur in caelum] *A*; s. s., d. c. — p. mundus funditur de c., m. l. in c. *B*,

aliaeque scriptorem ostendunt in lingua Latina minus versatum, dum B in trivio paulo plus profecisse videtur:

I, 4. me Dominus m. fecit (*ita A*; iussit *B*) ingredi,
I, 5. rogavit (*scil. Afra*) sanctum Narcissum, et migravit (*scil. Narcissus*)] *A*; r. s. N., ut iret *B*,

immo grammatica apud hunc deprehenditur sana, sed sententia depravata est:

I, 5. cognovi illos, qui sero venerunt, quia christiani erant, nam omni hora signabant frontes] *A*; c. eos sero venisse, quia *et q. s. B*,

*rectumque ibi solus A servasse videtur, neque enim homines sero venisse cognovit speculator, sed eos christianos esse (*quia *pro acc. c. inf.). Denique qui in B desiderantur loci, comparati cum aliis, auctori ipsi restituendi sunt:*

I, 4. Post haec misi me ad pedes eius] *A* (*cf. I,* 6: in templum Dei misit se); *haec om. B* 1. 2,

aliaque quae ibi desunt neglegentia patet praetermissa esse:

II, 3. simul [etiam mater eius Hilaria et famulae eius secundum carnem, sed *om. B*] etiam,
ib. quae simul unianimis [fuerunt ad diabulum, simul unianimis ad *om. B*] Christum — pervenerunt,

cum ab uno verbo ad idem insequens librarius oculis aberraverit. Codices igitur B textum immutatum hiantemque continent, auctorisque verba genuina in familia Francogallica potius quaerenda erant.

Libri A in duo genera dividuntur, cumque alteri exemplar propinquum esset, unde recensio B fluxit, codicibus A 1*a. b opponuntur A* 2. *B. Utraque classis saepe eo inter se differt, quod elocutio rustica vel parum communis in A* 1*a. b, contraria autem in A* 2. *B legitur:*

I, 1. plura peccata commisi, quam quanti (q. *om. A* 1*b*) sunt capilli mei in capite (capilli capitis mei *A* 1*b*] *A* 1*a. b*; plura capillis meis peccata commisi *A* 2. *B*,
I, 3. sermocina(re)ntur] *A* 1*a. b*; loquuntur *A* 2. *B*,

illique plus exhibent quam hi:

I, 6. manus tuas et [non flectas genua tua et *om. A* 2. *B*] non,
eo vero damno textus A 2. *B hiare videtur (v. infra* flectent genua*), ipsumque et retractatum et hiulcum esse ex fontibus probari potest; e. gr.*

I, 4. peccata tua delebuntur (deleantur *A* 1*b*)] *A* 1*a. b* (*cf. Act.* 3, 19: deleantur peccata vestra); p. t. diluuntur *A* 2. *B.*

I, 6. ligatum, tractum, c i b a t u m felle, potatum aceto] *A* 1*a. b* (*cf. Ier.* 23, 15: cibabo eos absinthio et potabo eos felle); l. tr. (c. *om.*) f. et a. p. *A* 2. *B,*

ib. velum templi scissum est] *A* 1*a. b* (*item Matth.* 27, 51); (v. *om.*) templum Dei scissum (discissum *B* 1. 2) est *A* 2. *B.*

Discrepante igitur utraque recensione, in fide librorum A 1*a. b standum erat, exceptis paucis locis, ut*

I, 2. ierit] *rell.;* gerit *A* 1*a*; geris (*pr. m.*) *A* 1*b.*

Singuli autem classis A librarii textum suo arbitratu ita deformaverunt, ut non paucis locis suam unusquisque codex exhibeat lectionem propriam, ut

I, 3. abisse, habierunt] *A* 1*a*; a. et duxerunt se duxerunt se *A* 1*b*; a. Cumque redirent *A* 2,

ubi propter repetitionem vocabuli eiusdem habierunt *erasum videtur esse. Peculiaria codicum singulorum nonnulla speciminis causa adnotare libet:*

I, 4. nocte veniente] nunc ad te veniant et *A* 1*a,*

II, 1. vivere] vibere *A* 2; illis sacrificium exhibere *A* 1*a,*

I, 1. Aput provinciam Retiam] Tempore illo aput Grecam *A* 1*b,*

I, 4. insidiati fuerant] sancto Narcysso episcopo *add. A* 1*b,*

I, 1. fervebat] fugiens persecutores fidei christianae Narcissus episcopus *add. A* 2.

Ex his exemplis colligitur, codicem nullum A tantae auctoritatis esse, ut eum solum ducem eligere potuissem, multoque magis ad eruendam huius classis lectionem genuinam singulos libros inter se et cum B comparandos esse.

Maxima librorum A pars, quae adhuc restat, ad textum constituendum omnino inutilis est, cum omnes pessime corrupti interpolatique sint, plerique complurium exemplarium lectiones exhibeant, pauci ex uno solo exscripti esse videantur. Codices A 1$a^{1.2.3}$, *qui Passioni additamentum subdunt depromptum ex A* 1*a, cum hoc etiam in textu conveniunt:*

I, 1. stupefacta] in (*om. A* 1a^{3}) stupore ducta *A* 1$a^{1.2.3}$ *cum A* 1a.

Recensio Francogallica saec. X. in Germaniam allata, ibi familias A 3 *et A* 4 *procreavit. Libri A* 3*a. b lectiones exhibent proprias codicum A* 1*a et A* 2*:*

I, 1. Narcissus episcopus *om. et post* fervebat] *add.* fugiens — episcopus et *A* 3*a. b. cum A* 2,

ib. ante] ad *A* 3*a. b cum A* 1*a,*

ib. tactu] tactus *A* 3*a. b cum A* 1*a,*

immo inter se discrepantes alter cum A 1, *alter cum A* 2 *facit:*

I, 1. l. pl. funditur m. funditur *A* 3*a cum A* 1*a.b,* luculenta funditur loca m. funditur *A* 3*b cum A* 2.

Passionem cum librarius A 3*a ex A* 7 *deprompserit, de eo codice infra agendum est. Eam in A* 3*b additamentum subsequitur simile A* 1*a, idque iisdem verbis compositum eodemque modo cum ipsa compactum etiam in libris A* 3*c legitur. Hi vero textum ita retractatum praebent, ut pauca exempla proferre sufficiat:*

I, 1. profugus cum diacono[a] suo Felice ad meretricem[b] Afram ingressus est. Illa autem videns[c] honestos viros, estimans[d] impudicos, p. c. et o. q. s. more parare consueverat cum tribus puellis suis,

a) F. d. s. *A* 3c^{4}. b) A. m. *A* 3c^{4}. c) h. viros vid. *A* 3c^{4}. d) *ita A* 3c^{1}; estimat *rell. (?).*

ib. et[a] lutulentas plateas funditur[b], mundus labitur[c] e caelo et mundus[d] revertitur in caelum. Unde *et q. s.*

Libri A 4a.b Passionem solam continentes, e codice quodam A 1a pendent:

II, 1. indigna sum] non sum digna *A 4a.b cum A 1a,*

ib. ipsi sacrificium] ei sacrificium *A 4a.b cum A 1a,*

ib. pertulerit] passum fuerit *A 4a.b cum A 1a.*

Qui quamquam communibus mendis inquinati sunt:

II, 1. Retia] Regenas *A 4a.b,*

tamen diverse desinunt, cum A 4a contraxerit finem, qui est integer in A 4b:

A 4b. Sic factum est, ut in eodem die, quo sepulta est Afra, simul etiam mater eius Hilaria et famulae eius secundum carnem, sed iam sorores in Christo Digna, Eunomia et Eutropia simul martyrii coronam acciperent — — saeculorum. Amen, *sequente additamento.*

A 4a. Eodem die, quo sepulta est Afra, etiam mater eius Hilaria et famulae eius secundum carnem in Christo sorores martyrii coronam meruerunt et sic ad Christum pervenerunt.

Francogallici codices plurimi ad familiam A 5 pertinent, eaque est propinqua codici A 1b:

I, 1. Aput provinciam Retiam] In illis diebus (d. i. *A 5c²*) apud Cretam (Recie *A 5c²*) *A 5a. c¹·²*; *cf.* Tempore illo aput Grecam *A 1b,*

ib. Augusta] superveniens *add. A 5a. c¹·² cum A 1b,*

ib. et protinus] Illa audiens pr. *A 5a. c¹ cum A 1b.*

Peculiares huius ordinis lectiones satis arbitrariae sunt, e. gr.

I, 1. quo persecutio Diocliciani fervebat] quod D. fervebat insania *A 5a. c¹*; quo D. ferebatur insania *A 5c³*; quodam huius annis (*pro* D.) ferebatur insania *A 5c² (hiat A 5b),*

singulique librarii proprio Marte textum interpolasse videntur, quin immo A 5b tanta licentia descriptus est, ut loci difficiliores fere ubique immutati sint, at in fine iterum inter se conveniunt, omnesque eodem fere modo desinunt:

II, 3. simul sunt passae et martyrio dedicatae, confitentes Deum patrem et Iesum Christum filium eius et Spiritum sanctum, qui eas coronavit per bonam confessionem *A 5a, sequente additamento,*

simul passae sunt, regnante domino nostro Iesu Christo cum Deo patre et Spiritu sancto in secula seculorum. Amen. Explicit passio sanctae Afrae et sociarum eius *A 5b,*

simul passe sunt, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen *A 5c². Libri A 5c¹·³ non sunt integri.*

Codex A 6, ex quo A 6 pendet, ex exemplari exscriptus est, cui trium librorum A 1a.b.2 lectiones illatae erant:*

I, 6. omnes] homines *A 6 cum A 1a,*

I, 1. Augusta] superveniens *add. A 6 cum A 1b,*

I, 3. audientes] abierunt *add. A 6 cum A 1b.*

I, 1. capillis meis *A 6 cum A 2,*

Denique libri A 7 Passionem solam continentes alteraque codicis A 3a pars ex codice quodam A 5a pendent, id quod ex additamento communi intellegitur. Incipiunt autem his verbis:

A 7a. In provintia secunda Retia in civitate Agusta, in quo tempore cum esset

a) per *add. A 3c²*. b) diffunditur *A 3c³*; enitet *A 3c²*. c) e c. l. *A 3c⁴*. d) *ita A 3c⁴*.

persecutio, et omnes christiani comprehensi et variis suppliciis affecti compellerentur sacrificare diis atque contradicentibus,

A 7*b*. Apud provinciam Retiae in civitate Agustana die 7. Id. Ags., in quo tempore cum apud christianos gloriosum esset persecutionis certamen subire. et omnes christiani comprehensi variis suppliciis affligerentur ac sacrificare contradicentibus,

A 3*a*. Cum in illo tempore esset persecutio, ut omnes christiani comprehenderentur ac variis suppliciis affligi cogerentur, ut sacrificarent idolis atque assidue contradicentibus,

et desinunt:

A 7*a*. Sic quoque, subposito igne, ministri vivam incendere,

A 7*b*. Sic quoque, subposito igne a ministris, vivvam (?) eam incenderunt,

A 3*a*. Sicque, supposito igne, ministri eam vivam incenderunt,

sequente additamento. Ex his exemplis colligitur, Passionem in breve compendium redactam ibi esse, librosque etiam inter se admodum discrepare. Iudex, qui non nominatur in A 7a, Antiochus audit in A 3a, quod ei uno loco attribuit nomen codex A 1b.

Classis alterius praestantissimus codex B 1 *peculiaribus mendis paucis inquinatus est, ut I,* 6. Deo nostro *solus omisit. Librarius B* 2, *ut erat grammatica melius instructus, sermonem parum convenientem ubique immutavit, ita ut locis obscurioribus textus omnino diversus apud eum frequenter legatur, idque maxime dolendum est, eo quod cum B* 1 *affinitate propiore coniunctus non est. Codex vero B* 3 *partim cum B* 1, *partim cum A* 2 *convenit:*

I, 5. sacris Veneris] *rell.:* sacri Veneri *male B* 1. 3,

I, 7. fontem Alpium] *rell.:* flumen Alpium (ad *add. B* 3) fontem *B* 1. 3*: in exemplari vetustiore falsae lectioni* flumen *recta fortasse superscripta erat ita:*
fontem
flumen Alpium.

I, 3. autem] *rell.:* ibi *A* 2. *B* 3,

I, 4. Post haec misi me ad pedes eius] *A. B* 3, *om. B* 1. 2.

I, 6. animam] *rell.: om. A* 2. *B* 3,

atque utriusque libri lectiones compegit:

I, 3. subduxerunt se *B* 1; cumque redirent *A* 2; et subduxerunt se cumque redirent *B* 3,

quare ad textum emendandum advocari non poterat. Eius affines libri B 3*a. b. c ex uno fonte pendent:*

I, 1. nec viderat] *B* 3 *cum rell.: haec om. B* 3*a. b. c,*

et ubi inter se differunt B 3*a. b. c:*

I, 1. parare] *B* 3. 3*a cum rell.:* amatoribus *add. B* 3*b. c,*

ib. et protinus cecidit] *B* 3. 3*a cum rell.:* procidit *B* 3*b. c.*

ib. inquinate] *B* 3. 3*a cum rell.:* non *B* 3*b. c.*

ib. mundus funditur *B* 3. 3*a cum B* 1. 2*:* funditur m. f. *B* 3*b. c cum A* 1,

II, 3. mater eius Hilaria nec non et famulae eius secundum carnem sed etiam] *B* 3*c cum A; haec om. B* 3. 3*a. b cum B* 1. 2,

ibi B 3*a cum B* 3 *et melioribus libris facit, B* 3*b. c vero eodem modo immutati et ex altera familia A interpolati sunt, maximeque B* 3*c. Ex codice B* 3*a exscriptus videtur esse B* 3*a**:*

II, 3. ad eum] *om.,* simul *m. al. suppl. B* 3*a, habet B* 3*a**.

Quod in omnibus fere libris A subsequitur additamentum, cum in eadem atque Passio desinat verba (ad palmam martyrii pervenerunt), *ipsius auctori attribuendum est, isque*

in fine ea collegit, quae sibi cognita erant de martyribus Romanis eodem die passis quo S. Afra. Cum de hac interpolatione in annalibus nostris[1] *plenius disseruerim, commemorasse hic satis est, auctorem nomina ex Depositione martyrum exscripsisse, quam Chronographia a. 354.*[2] *continet. Additamentum saepe immutatum interpolatumque est, ideoque textus extant permulti, optimus vero in libris A* 1*a.a*$^{1.2}$*. b.* 2 *asservatur, ubi ultimum verbum* Amen *excipiunt haec:*

Eodem[a] die passi sunt[b] non longe ab urbe Roma Cyriacus[c], Largus[d], Smaracdus[e], Memmia[f], Iuliane[g], et multi alii pro[h] nomine Christi decollati sunt, alii[h] Albano[i], alii[k] in[l] septimo[m] via[n] Ostensi, qui prius variis examinati tormentis[o] a Pertinace[p] praefecto[q] urbis[r]. Qui[s] eodem die, quo eis[t] sententiam dedit, caecidit de carruca[u] in media[v] platea viae[w] Latae et illic expiravit, a diabulo praefocatus[x]. Conprehendit autem timor omnem[y] officium eius[z], et pene omnes crediderunt Christo[a], et[b] cessavit furor iudicum[c] a christianis pene per annum integrum, ita ut exiret fama haec per totum mundum[d], quod vindicaverit[e] Deus sanctos[f] suos, ea[g] die qua per decollationem[h] ad palmam[i] martyrii pervenerunt[k].

In codicibus A 3*b. c*$^{1.3.4}$ *additamentum cum textu ita coaluit, ut demum post illud ipsa Afrae Passio finiatur. Librarius enim post verba:* cum palma martirii pervenerunt *(II,* 3*) illud inserens, clausulam adiecit, in qua rediit ad sanctas, a quibus digressus erat. Ultimum igitur caput in his libris ita compositum est:* Eodem quoque die non longe ab urbe Roma passi sunt Ciriacus, Largus, Smaragdus, Memmia, Iulianes et alii quindecim[3] — — ad palmam martirii pervenerunt. Passa est autem sancta Dei[l] Afra cum matre[m] Hilaria, simul etiam[n] Digna, Eumenia[o] et Euprepia vel aliis quos supra memoravimus die 7. Idus Augusti, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Interpolator cum scripserit* quo iussit eos decollari *pro verbis* quo eis sententiam dedit (quo iusso eius decollati sunt *A* 1*a*) *et* iudicium *pro* iudicum, *codicem adhibuit A* 1*a. Quod addidit alios quindecim passos praeter Cyriacum sociosque eius, id ipse finxit.*

Apud Vicelium (A 4*b) post ultima Passionis verba de martyribus Romanis brevius relatum est his verbis:* Eodem die passi sunt etiam non longe ab urbe Roma Cyria-

a) autem *add. A* 1*a*. b) etiam *add. A* 1*a. a*$^{1.2}$. c) *ita A* 1*a. a*^{1}; Ciriacus *A* 1*a*^{2}; Quiriacus *A* 1*b*. 2. d) et *add. A* 1*a*^{2}. e) *ita A* 1*b*; Smaragdus *rell.* f) Menia et *A* 1*a*^{2}. g) *m. al. corr.* Iuliana *A* 2; Luntane *m. al. corr.* Luntana *A* 1*b*; Iulianum *m. al. corr.* Iuliana *A* 1*a*; Iuliana *A* 1*a*^{1}; Iulianen *A* 1*a*^{2}. h) pro — alii *om. A* 1*b*. i) Albono *A* 1*b*; in A. *A* 1*a*. k) *om. A* 1*a*^{2}. l) miliario *pro* in *A* 1*a*. m) a Roma (poma *A* 1*a*^{1}) *add. A* 1*a. a*$^{1.2}$. n) via Ostiensi *A* 1*a*^{2}; via Hortensi *A* 2; viae Ostensi: (*om.* qui) *A* 1*b*. o) turm. *A* 1*a*. p) Pertinaci *A* 1*a*^{2}; Pertinati *A* 1*a*. q) praefectu *A* 1*b*. r) Rome *add. A* 1*a*. s) *om. A* 1*b*; in *add. A* 1*a*$^{1.2}$. t) *ita A* 1*b*. 2; iussu eius decollati sunt *pro verbis* eis s. d. *A* 1*a. a*$^{1.2}$. u) carrucam *A* 1*b*. v) medio (?) platea *pr. m. A* 1*a*; medicam (*corr.* mediam) plateam *A* 1*b*. w) via Latae *A* 1*b*; via Latina *A* 1*a*. x) *ita A* 1*b*; profocatus *A* 2; suffocatus *A* 1*a. a*^{1}. y) *ita A* 1*a*. 2; omne *rell.* z) *om. A* 2. a) *ita A* 1*b*; in Christo *A* 2; Christum *A* 1*a. a*^{2}; in Christum *A* 1*a*^{1}. b) tunc *add. A* 1*a* (*non A* 1*a*^{1}). c) iudicium *pr. m. A* 1*a*. d) et *add. A* 2. e) *ita A* 1*a*^{2}. *b*; v. eos Deus *A* 1*a*^{1}; v. Dominus *A* 2; Dominus v. *A* 1*a*. f) s. suos *om. A* 1*a*$^{1.2}$. g) ea — pervenerunt *om. A* 1*b*; a die quo *A* 1*a*^{2}. h) sancti eius *add. A* 1*a*^{2}. i) palma *pr. m. A* 1*a*. k) *addunt:* Die 4. Idus Augustus. Exp. passio sanctae Afrae *A* 2; auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen *A* 1*a*; Explicit passio sancte Affre martyris *A* 1*a*^{1}; regnante domino nostro Iesu Christo, cui est cum Patre honor et gloria in secula seculorum. Amen. Explicit passio sancte Affre martiris *A* 1*a*^{2}; Ipsi gloria et imperium in secula seculorum. Amem (!). Explicit passio sanctae Afre martiris *A* 1*b*. l) *eras. A* 3*c*^{3}; *om. A* 3*c*^{4}. m) H. m. sua simul *A* 3*c*$^{3.4}$. n) *om. A* 3*c*^{3}; cum *B* 3*c*^{4}. o) Eunomia et Eutropia *A* 3*c*^{1}.

1) *'N. Archiv' XIX, p.* 11—15. 2) *Auct. antiq. IX,* 71. 3) *Desinit A* 3*b in verbis* cecidit de, *fine eraso.*

cus, Largus, Smaragdus, Memnia, Iulia, et multi alii pro nomine Christi decollati sunt. *Ea codex affinis A 4a praetermisit, contrahens etiam praecedentia.*

In iis qui subsequuntur libris martyres 25 *enumerantur, e quibus* 15 *nominantur neque* 5, *ut in melioribus. Illius generis codices cum minime inter se concordent, singulos deinceps audire necesse est:*

A 5a. Eadem vero die apud Urbem alii viginti V passi sunt, id est Quiriacus, Largio, Crescentianus, Ninia, Iuliana, Bionide, Euticianus, Diomada, Carito, Phyladelphus, Agape, Petrus et alii tredecim pro nomine domini nostri Iesu Christi decollati sunt. Consumata sunt quae supra diximus VII. Id Ag. Benedicentes Dominum qui glorificat sanctos suos per bonam confessionem. Ipsi gloria et potestas in secula seculorum. Amen.

A 3a. Eodem vero die apud urbem Romam alii 25, id est Cyriacus, Largos, Crescentianos, Nemmia, Iuliana, Leonida, Eutycianus, Diomida, Carrito, Phyladelfus, Agapes, Petrus et alii 13 pro nomine domini nostri Iesu Christi decollati sunt, et glorificavit Dominus sanctos suos per bonam confessionem. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.

A 7a. Eodem namque die apud urbem Romam alii 25 passi sunt, id est Cyriacus, Largion, Crisentianus, Memmia, Iuliana, Leonida, Euticianus, Diomedes, Cariato, Filadelfus et Agapit., Petrus et alii 13 pro nomine domini nostri Iesu Christi decollati sunt, qui glorificat sanctos suos hic et in aeterna saecula saeculorum. Amen. Explicit.

A 7b. Eadem vero die aput Urbem et alii 25, id est Quiriacus, Leunina, Euticianus[a], Diomedis, Karitto, Filadelfus, Agape, Largion, Distitianus, Hememia, Iuliana, Petrus et alii 13 passi sunt pro nomine domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum.

Crescentianus, cui in hac recensione locum dedit Smaragdus, eiusdem socius erat unaque cum ipso commemoratur in Chronographia a. 354. *Qui praeter eum novi martyres accesserunt Leonida, Euticianus, Diomedes, Charito, Philadelphus, Agape, etsi eodem die* 8. *Augusti in Martyr. Hieron.*[1] *allati, eidem tamen loco minime attributi sunt, sed Nicomediae. Nihilominus eos expiscatus est interpolator, ut illa 'multorum aliorum' nomina suppleret, praetermissa in A* 1. 2.

Urbs, ubi martyres illi passi esse feruntur, in codicibus A 5a. 7b non nominatur. Unde iam ab Usuardo[2] *sancti Augustae Vindelicorum attributi sunt, qui re vera ad Romam Nicomediamque pertinebant, idemque error in quibusdam codicibus B* 3 *deprehenditur:*

B 3a (manu alia add.).* Eadem vero die apud eandem urbem alii 25 passi sunt, id est Ciriacus, Largus, Crescentianus — — Consummata sunt vero quae supra retulimus septimo Idus Augusti.

B 3c. Ipsa quoque die apud eandem urbem passi sunt alii 25 pro nomine Christi capitis obtruncatione, id est Quiriacus, Largio, Crescentianus, Eutychianus, Charito, Philadelphus, Petrus, et feminae istae Nimmia, Iuliana, Diomeda, Leonides et Agape et alii 13, quorum nomina Deus scit, per bonam confessionem benedicentes Dominum, qui glorificat suos, cui est honor et gloria in seculorum *(sic).* Amen.

'Eadem urbs' cum esse non posset alia atque Augustana, creduli Augustani corpora ipsa

a) &uticianus *c.*

1) *Cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [102]. 2) *Cf. 'N. Arch.' XIX, p.* 14.

sanctorum possidere volentes, ea saec. XII. e terra foderunt, teste Uodalscalco[1], *falsaque lectione decepti, sanctos urbi propriae vindicaverunt, qui erant in Urbe, scilicet Romae.*

Ad editionem recensendam, praetermissa illuvie, non adhibui libros nisi A 1*a. b.* 2. *B* 1. 2. 3. *Ex his codices A* 1a. *b fere secutus sum consentientes inter se, dissentientibus vero iis, libro A* 1a *omnino magis credidi quam A* 1*b, qui uno saltem loco eandem atque A* 2 *exhibet interpolationem:*

II, 2. dignatus es dicere — — non te memoraturum peccata eius [dixisti *add. A* 1*b.* 2].

In tanta autem librorum A discrepantia etiam calculus classis B alicuius momenti erat, eaque quae sola exhibet verba inclusa:

I, 7. dedero [in potestatem],

videntur esse genuina, cum dederis in potestatem *in utraque recensione etiam infra legantur. Singulares autem codicum lectiones praeter eas quas olim adnotaveram B* 1 *in apparatum non rettuli, ideoque, quotienscumque unus solus ab universitate discedebat, eum non curavi. Orthographica barbara non admisi nisi ea quae utroque libro A* 1*a. b confirmarentur, reliquamque farraginem totam suppressi.*

Boninus M o m b r i t i u s, *Sanctuarium, Mediolani* 1475, *tom. I, fol.* 12′—14′, *ad codicem A* 1a[3] *acta primus edidit.*

Georgius V i c e l i u s, *Hagiologium seu de sanctis ecclesiae, Moguntiae* 1541, *fol.* 183′—184′, *Passionem solam ex codice A* 4*b imprimendam curavit.*

S u r i u s, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1573, *tom. IV, p.* 477—482, *historiam Afrae edidit, 'ut habetur in antiquis MS. libris', stilum vero 'in gratiam lectoris' immutavit funditus. Codex adhibitus ad familiam A pertinebat (e. gr. I,* 1. lutulenta loca = *A* 2, *ib.* quam sint capilli capitis mei = *A* 1*b), sed erat e deterrimis, interpolatus scilicet in fine Conversionis ita:* Narcissus domum Hilariae mutavit in ecclesiam, dedicans eam in honorem sancti Salvatoris et sanctae Mariae, matris eius. Collectaque illic ecclesia fidelium, ordinavit eis episcopum Dionysium, avunculum Afrae, qui postea multas animas lucratus est Christo et ibidem martyrio coronatus est.

Quarta editio Marci V e l s e r i, *repetita inter eius Opera historica et philologica, Norimbergae* 1682 *(p.* 441—445. *Conversio, p.* 477—480. *Passio extat), ex codice B* 3*c pendet. Prologum, quem in nonnullis exemplaribus reppererat, dubia fama notatum praetermisit. Adiecit commentarium vir doctissimus, sobrie docteque compositum, unde adnotata nonnulla deprompsi.*

Ea editio apud S u r i u m, *De probatis sanctorum Vitis, Coloniae Agrippinae* 1618, *tom. VIII, p.* 45—47, *iterata est.*

R u i n a r t i u s, *Acta martyrum sincera,* 1689, *p.* 500, *et in editione novissima, Ratisbonae* 1859, *p.* 482—484, *Passionem solam recensuit ad alias editiones codicesque complures, scilicet hos: Fossat. (A* 1*b), Colb. (A* 5*c*[2]*), Germ. (A* 6*), Sorbon. (A* 6**), Regium vetustissimum (B* 3*a), Fiscam. (B* 3*a*), Genov. Habuit igitur libros utriusque recensionis, sed in ordinem eos redigere non potuit, cum vix hic illic singulos inspexisse videatur, nedum contulerit eos.*

B o s c h i u s, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1735, *Augusti tom. II, p.* 55—58, *acta Afrae repetivit 'ex editione Velseri, collata cum pluribus exemplaribus Mss. et excusis', a qua recessit, quoties exemplarium veterum tam inter se consentiens, quam ab illa dissen-*

1) *SS. XII, p.* 436.

tiens fides id exegit; discrepantia autem lectionum non oneravit adnotata. Codices qui sibi praesto erant ita disposuit, ut eos primum poneret, qui Conversionem continebant seiunctam a Passione et utramque separatim inscriptam, libros scilicet clarissimi Puteani (B 3a) et Musei Bollandiani P. Ms. 6, P. Ms. 17 (hodie Bruxellensis n. 7917, saec. XIV, fol. 150'—152', incipiens: Tempore quo persecutio Dioclesiana fervebat, *ut A 3a), P. Ms. 18, P. Ms. 19, P. Ms. 20 (= A 3a), deinde in quibus acta non bipartita titulum habebant Passionis, codices scilicet S. Audomari vetustissimum, cui martyrium S. Hilariae sociarumque eius deerat, et Ultraiectinum, quorum apographa in Bollandianorum museo asservabantur, tum Vicelii codicem Passionem solam continentem. Additamentum non repperit nisi in codice A 3a et in editionibus anterioribus. In commentario quem praemisit Velseri opinionem propugnavit.*

Friedrich, 'Kirchengeschichte Deutschlands', Bambergae 1867, I, p. 427—430. Passionem solam ad codicem B 1 edidit, quem cum editionibus Velseri et Boschii contulit.

Etiam ab Hispanis acta Afrae permagni aestimata sunt, quippe quae continerent relata de martyribus Gerundae passis, Narcisso scilicet episcopo aliunde non noto et Felice celeberrimo, cuius laudes Prudentius celebraverat his versibus[1]*:*

Parva Felicis decus exhibebit
Artubus sanctis locuples Gerunda.

Oliva episcopus Ausonensis (hodie Vich), a. 1046. defunctus, 'sermonem in natali S. Narcisi episcopi, confessoris et martyris Christi' conscripserat eique Conversio Afrae (A 5c[3]*) inserta est, quam narratio de Narcisso Gerundae interfecto excipit haec:* Beatus igitur martyr Domini Narcisus — — Passus fuit beatus Narcisus in ecclesia S. Felicis Gerundensis, quae tunc temporis S. Mariae extra muros vocabatur, cum diacono suo Felice anno Domini 297. in loco, in quo nunc iacet, quo erat ecclesia cathedralis tempore infidelium. *Sermonem Olivae ex codice S. Felicis Gerundensis edidit Florez, 'España sagrada', tom. XXVIII, Madritae 1774.*

Anno 1087. Sighardus abbas universaque SS. Udalrici et Afrae congregatio Augustana Berengarium episcopum Gerundensem litteris adiit, ut quas haberet sibi transmitteret Passiones Afrae, Narcissi, Felicis una cum particulis reliquiarum. Reliquias Augustani felices primum acceperunt 'ex ossibus et carne et cruore terra mixtis ac vestimentis S. Felicis martyris', quem diversum esse a diacono Narcissi Berengarius[2] *contendit:* Non illius, qui beatissimi Narcissi episcopi diaconus est dictus, quoniam ipse translatus a piissimo rege Francorum Carolo apud Parisiorum civitatem honorifice requiescit, *deinde sublatas 'de vestimentis et stola Narcissi', cuius corpus etiam tunc incorruptum laedere noluerat episcopus. Passiones praeter eas Afrae atque Felicis non habuit, hancque transmittens, addidit:* De sancto vero Narcisso dirigimus quod habemus; passionis enim illius librum et obitus sui diem, irruentibus paganis et ecclesias nostras vastantibus ac loca depopulantibus, irrecuperabiliter amisimus[3].

Responsoria de S. Afra, quae Hermannus Contractus composuerat, nuper e tenebris eruit Brambach, 'Die verloren geglaubte Historia de sancta Afra martyre und das Salve regina des Hermannus Contractus, Karlsruhe 1892'.

B. Krusch.

1) *Ruinart, Acta martyr. ed. Ratisb. p.* 495. 2) *Eumque secutus est Sollerius, AA. SS. Aug. I, p.* 22. *Sane in diaconum Narcissi non conveniunt ea quae in actis Felicis enarrantur, ea vero aeque suspecta et acta Afrae sunt, neque sanctum Gerundensem geminare licet, quia duo fabulatores diverse de eo rettulerunt.* 3) *Cf. Berengarii epistulam apud Velserum l. l. p.* 475.

I.

CONVERSIO[a] SANCTAE AFRAE.

(1). Aput provinciam[b] Retiam[c] in civitate Augusta[d] Narcissus[e] episcopus tempore, quo persecutio Diocliciani[f] fervebat, nesciens, quo intraret, profugus ad meretricem ingressus est Afram[g] nomine cum diacono suo nomine[h] Felice. Illa autem videns[i] honestos viros, adventores[k] exestimans inpudicos, parat caenam et omnia quae solito more cum tribus puellis suis[l] parare consueverat. Episcopus autem veniens, ut cybum caperet, orare coepit et psallere. Afra[m] autem, qui[n] numquam hoc[o] nec audierat nec viderat, stupefacta coepit inquirere, quis esset. Et didicit[p], hunc esse episcopum, et[q] protinus cecidit ante pedes eius, dicens: 'Domine, indigna sum[r], et in ista civitate nulla me turpior[s] inveniri[t] potest'. Cui[u] Narcissus episcopus: 'Salvator meus[v] a[w] turpissima[x] tactu inquinari[y] non potuit; illius enim sanctitas omnes sordes eius[z] diluit adque mundavit. Non sordes inquinatae potuerunt[a] inquinare[b] Domini claritatem, nam et lux de caelo veniens et splendor solis, dum circa cloacas et lutulentas plateas funditur[c], mundus funditur de caelo, mundus levatur in caelum. Unde et tu, filia[d], suscipe in[e] te lumen fidei, ut purificata ab omni peccato, possis de meo introitu perpetua alacritate[f] gaudere'. Dicit ei Afra[g]: 'Ego, qui[h] plura[i] peccata commisi, quam[k] quanti sunt capilli mei in capite, quomodo possum a tantis sordibus ablui?' Respondit Narcissus epicopus[l]: 'Tantum tu[m] crede et baptizare[n], et salva eris'.

(2). Tunc Afra convocans puellas[a] suas[b], dixit eis[c]: 'Iste homo, qui ad nos venit, episcopus est christianorum et dicit mihi: "Si credideris Christo et baptizata fueris, ab omni poteris emundari[d] peccato". Quid vobis videtur?' Respondentes autem[e] Digna et Eumenia[f] et Euprepia[g], dixerunt: 'Tu nostra domina es,

I. Capp. 1. 2. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 1. a) *praescr.* Conversio sanctae Affrae (virg. *ras.?*) *B* 2; In Christi nomine incipit conversio sanctae Afre et passio eiusdem, quod est 7. Id. (Agust. *m. al. ras.*) *A* 1*a*; Acta et passio beati mart. Affrae *A* 2; Passio sancte Afre mar., qod celebratur 2. Id. Agust. *A* 1*b*; Incipit passio sanctae Affrae et ancillarum eius Dignae et Eufemiae et Eupraepiae *B* 1; Incipit (conversatio *atr. alio superscr.*) sanctae Affrae et ancillarum eius Dignae et Eumemiae et Euprepiae *B* 3. b) provintia *pr. m.* *B* 3; *om.* *A* 1*b*. c) Reciam *A* 1*a*. *B* 2; Reti(ę *m. al. in ras. maiore*) *A* 2; Retia *pr. m.* *B* 3; Grecam *A* 1*b*. d) Angusta *pr. m.* *B* 2; Agusta *A* 1*a*; superveniens *addunt h. l.* *A* 1*b*, *post* N. ep. *A* 1*a*. e) Narcyrsus ep. *A* 1*b*; *haec om., sed post* fervebat *add.* fugiens persecutores fidei christianae Narcissus episcopus et *A* 2. f) Dioclitiani *A* 2; Dioclesiani *pr. m. corr.* Diocleс. *A* 1*b*; Diodeciane *m. al. corr.* Deciana *A* 1*a*. g) n. Affra *A* 2. *B* 1. 3; (n. *om.*) Afram *B* 2. h) nomen *B* 1; *om.* *A* 1*b*. i) audiens *B* 1. 2. 3. k) *eras.* *A* 1*a*; adventuros aestimans *A* 1*b*. 2; exestimans adventores *B* 1. 2. 3. l) *om.* *A* 1*b*. *B* 2. m) Affra *A* 1*b*. *B* 1. 2. 3. n) *ita* *A* 1*a*; quia *B* 1. 2. 3; quae *A* 1*b*. 2. o) haec aud. *B* 1. 2. 3. p) dicit *pr. m. corr.* didicit *A* 1*b*; Et cum dedicisset *A* 1*a*. q) *om.* *A* 1*a*; Illa audiens *pro* et *A* 1*b*. r) valde *add.* *B* 1. 2. 3. s) *pr. m. superscr.* *B* 2; turpiora (*expunct.* a) *A* 1*b*. t) invenire *pr. m.* *A* 1*a*. *b*; p. i. *B* 1. 3. u) ait *h. l. add.* *B* 1. 3, *post* N. (Narcirsus, Narcyssus, Narcyrsus *A* 1*b*) e. *add.* *A* 1*a*. *b*. v) noster *A* 1*b*. 2. w) ad *pr. m.* *A* 1*a*; *om.* *B* 2. x) turpissimo *B* 1. 2. 3. y) inquinare *pr. m.* *A* 1*a*. *b*. z) *eras.* *A* 2; *om.* *B* 2. 3; o. eius sordis *A* 1*a*. a) poterunt *B* 2; poterant *B* 1. 3. b) inquinari *B* 1. 2. 3. c) *om.* *B* 1. 2. 3; lutulenta funditur loca, m. f. *A* 2. d) filiola *A* 2. *B* 1. 2. 3. e) in te *om.* *B* 1 (*habent reliqui*). f) claritate *B* 1. 2. 3. g) Affra *constanter* *B* 1. 2. 3. h) qui *corr.* que *A* 1*a*; quae *A* 2; que *m. al. corr.* quoque *A* 1*b*; quidem *B* 1. 2. 3. i) capillis meis *add.* *A* 2. *B* 1. 2. 3 (*cf. n.* k). k) *ita* *A* 1*a*; (plus *eras.*) quam sunt capilli(s *eras.*) capitis mei *A* 1*b*; quam — capite *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. l) et d. *add.* *A* 2; ait et *add.* *A* 1*b*. m) *om.* *B* 2; tu tantum *A* 1*b*. 2. n) baptzare *B* 2; babtizare *A* 1*b*; baptizari *B* 1. 3.

Cap. 2. a) puellis *B* 2, *corr.*; puellis suis *A* 1*a*. b) et *add.* *A* 1*a*. *B* 3. c) *om.* *A* 2. *B* 1. 3. d) emundare *pr. m.* *A* 1*a*; mundare *A* 1*b*. e) a. D. et *om., sed* Digna *m. s. XIV. suppl.* *B* 2. f) Eumiuia *A* 1*a*. 2; Eumemia *B* 3; Eufemia *B* 1; Moenico *corr.* Moenca *A* 1*b*. g) Eutropia *A* 2; Praebia *A* 1*b*.

et secutae sumus[a] te ad inquinamenta facinorum; quomodo te non sequimur ad indulgentiam peccatorum? Tu caput nostrum es; quocumque ierit[b] caput, membra[c] sequantur necesse est'.

(3). Interea cum[a] sermocinantur[b], nox initium sumpsit. Et incipiens hymnos[c] Deo canere cum diacono suo episcopus, totam[d] noctem orando et psallendo pertransiens[e], simul habuit Afram cum suis[f] puellis consortem[g]. Mane autem[h], orto die, episcopus Narcissus coepit inquiri ab Afra. Et[i] dictum est ei: 'Ubi sunt, qui ad te introierunt?' Illa autem dixit eis: 'Hospites amatores mei manserunt[k] et abierunt ad sacrificandum[l]'. Illi autem audientes: 'Ad sacrificandum[m]', putantes[n] eos ad Capitolium vel ad templum abisse, habierunt[o]. Remansit autem[p] unus ex eis, qui dixit ad eam: 'Ego cognovi illos[q], qui sero venerunt, quia christiani erant, nam omni hora signabant[r] frontes suos[s] signo crucis, quo Christus eorum passus est'. Dicit ei Afra: 'Ad me meretricem[t] habebant intrare, si christiani essent? Ad me non veniunt, nisi qui mei[u] similes sunt'. Abiit[v] et hic[w] et nuntiavit omnia, quae dixerat, quaeque audierat, his qui querebant eos.

(4). Tunc abiit Afra ad matrem suam nomine[a] Hilariam[b] et dixit ei: 'Episcopus christianorum venit ad me, nesciens, quo intraret[c], et[d] tota nocte expandens manus suas ad Deum suum, cantans ei quod novit, nos fecit simul orare. Circa vero pullorum cantus extincxit se lumen cicindili[e], et coepi[f] festinare, ut incenderem, et non poteram. Tunc dixit mihi diaconus eius: "Noli querere lumen extinguibile[g]; modo tibi[h] ostenditur lux[i], quae extingui non potest". Et cum[k] dixisset episcopus: "Veni, lux mea, de caelo, ostende faciem tuam, et salvi erimus", venit fulgor de caelo sicut sol, et sicut coruscus venire solet ante tonitruum, et non recessit, sed tamdiu stetit, quamdiu aurora inciperet. Et dum ille orationem suam[l] finisset, iussit nos sibi respondere et[m] dicere: "Amen". Et lux fulgoris illius paulatim recessit ab oculis nostris. Post[n] haec misi me ad pedes eius et dixi illi[o]: "Domine, iniuriam tibi grandem fecisti, quod ad me introisti; sum enim mulier peccatrix". Et ille dixit: "Quo me Dominus meus fecit[p] ingredi, illuc introivi[q]". Mane autem circa tertiam[r] horam ostenderunt se mihi, qui, antequam lucesceri[s], insidiati fuerant, ut exeuntes[t] tenerent et occiderent eos; sed cum non exi-

I. *Capp.* 2—4. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 2. a) te sumus *B* 1. 2. 3. b) gerit *A* 1*a*; geris *pr. m.* *A* 1*b*. c) m. n. est ut s. *A* 2. *B* 1. 3; n. est ut s. m. *B* 2.

Cap. 3. a) dum *A* 2. *B* 1. 2. 3; haec *add.* *A* 2. *B* 2. b) sermocinarentur *A* 1*a*; loquuntur *A* 2. *B* 1. 2; loquerentur *B* 3. c) himnum *A* 1*a*; ep. h. D. (Dei *A* 2) c. cum d. s. *A* 1*b*. 2. d) tota nocte *B* 1. 3. e) pertransiit s. abiit (*ita pr. m.* *B* 2; :::::: *m. al. corr.* habens *B* 1; *m. s. XV. superscr.* affuit *B* 2) Affra (*m. al. corr.* Affram *B* 1) *B* 1. 2; pertransiit. Abiit itaque Affra simul *B* 3. f) p. s. *A* 1*a*. *B* 2. g) consortes *B* 1; consortibus *B* 2; consors *B* 3. h) *om.* *B* 1. 2. i) *om.* *B* 1. 2. 3; Cui d. est (*om.* ei) *A* 1*b*. k) man::erunt *A* 2; hic *add.* *B* 1. 3, *m. al. suppl.* *A* 1*a*. l) sacrificium *B* 1. 3. m) sacrificium *B* 1. 2. 3; ad s. *om.* *A* 2. n) putabant *A* 2. *B* 1. 2. 3. o) *ita* *A* 1*a*; *om.* *B* 2; *pro* h. *habent*: (et *pr. m. superscr.*) duxerunt se duxerunt se (*sic*) *A* 1*b*; subduxerunt se *B* 1; Cumque redirent *A* 2; et subd. se. Cumque redirent *B* 3. p) ibi *A* 2. *B* 3. q) illos qui sero (quis::: *pr. m.*, qui sero *e corr.* quis eri *m. al.* *A* 1*a*) venerunt (ad te *add.* *A* 1*a*) *A* 1.*a*. *b*. 2; eos sero venisse *B* 1. 2. 3. r) signabunt *A* 2, *corr.*; in *add.* *B* 1. s) *ita* *B* 1. 3 *et pr. m.* *A* 1*a*; suas *rell.* t) *om.* *B* 2; (me *superscr.*)retricem *A* 1*b*. u) mihi *A* 2. *B* 2. v) autem *add.* *A* 1*a*; ille *add.* *B* 1. 2. 3. w) et haec omnia (eis *add.* *B* 1) n. *B* 1. 2. 3.

Cap. 4. a) *om.* *B* 1. 2. 3. b) Hilaram *B* 1. 2. 3. c) introiret *A* 1*a*. *B* 2. d) et (per *add.* *A* 1*b*) totam noctem *A* 1*b*. 2. e) c::::deli *m. al. corr.* candele *A* 2; cicindile *pr. m.* *A* 1*a*; cecendili *pr. m.* *A* 1*b*. f) coepit *pr. m.* *A* 1*a*. 2. g) extinguibilem *A* 1*b*. *B* 3. h) o. t. *B* 3, *corr.*; ostendetur tibi *A* 1*a*. i) lumen quod (qui *A* 1*a*) *A* 1*a*. *B* 3. k) dum dixit *B* 1. 2. l) *om.* *B* 1. 2. m) et d. *om.* *A* 2. *B* 2. n) Post — eius *om.* *B* 1. 2. o) ei *A* 1*b*. 2. p) iussit *B* 1. 2. 3. q) introibi *B* 1; introii *A* 2; introii *corr.* introivi *A* 1*b*. r) tertia hora *B* 1; (h)oram terciam *A* 1*b*. *B* 3; hora tertia *A* 2. s) inlucesceret *B* 3; inlucisceret *pr. m.* *A* 2; luceret *A* 1*b*. *B* 1. 2. t) exeuntem *A* 1*b*. 2.

rent[a], convenerunt ad[b] me. Ego vero, ubi fascinas[c] lini[1] habeo, abscondi eos et timeo, ne scrutentur[d] locum[e]; si iubes, domina mater, hic[f] eos transire faciam, quia promisit mihi, dicens: "Facio te christianam, et omnia peccata tua delebuntur[g]". Audiens haec mater eius, gaudio repleta est et dixit: 'Prestet Deus, ut et mihi[h] hoc contingat'. Cui dixit Afra: 'Ergo[i], nocte veniente, transmigro eos[k] huc'. Cui respondit mater sua[l]: 'Etiamsi noluerit, roga eum'. cf. Act. 3, 19.

(5). Vespere autem facto[a], rogavit sanctum[b] Narcissum, et[c] migravit ad matrem eius. Ingresso[d] autem domum Narcisso episcopo, factum est gaudium magnum, ita ut Hilaria[e] per tres horas teneret plantas eius et diceret: 'Obsecro te[f], domine, ut et me[g] facias mundari a peccatis meis'. Tunc sanctus Narcissus episcopus dixit ei[h]: 'Beata est fides tua, quae, antequam disceris[i] verbum veritatis, ipsam veritatem, quam per verbum vis[k] agnoscere possunt homines, in tua mente fundasti. Tamen, quia video te capacem esse verbi[l] Dei, hodierna die simul incipite[m] ieiunare[n] ieiunium[o], et per septem dies ieiunantes, audite[p] sermonem veritatis; octavo[q] autem[o] die purificamini ab omni peccato, et eritis tales, quales fuistis infantes, non habentes reatum nullius[r] criminis nulliusque peccati'. Dicit[s] ei Hilaria[t]: 'Si iubes[u], dicimus, quod colimus[v], et ita demum doce nos, quod[w] colamus'. Dicit[x] ei Narcissus episcopus: 'In hoc apparet, quia bene poteris suscipere, quod colere debeas, cum[y], quid colueris, evidenter exponas[z]. Dic ergo culturam tuam'. Hilaria[a] respondit: 'Parentes mei genere Cypri[b] fuerunt[c]; inde venerunt cum sacris[d] Veneris, et Venus coli non potest, nisi ab his feminis, quae fuerint[e] fornicatae. Ideo denique[f] ego filiam meam sacris[g] Veneris consecrans[h], quasi dee Veneri[i] servituram[k] et de meretricio placituram[l], in prostibulo[m] manere permisi, credens hoc, quod mihi esset propitia Venus, si filiam meam divinis eius

I. Capp. 4. 5. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 4. a) exiret *A* 2; exissent *B* 1. 2. 3. b) *om.* *A* 1*b*. 2. *B* 2. c) fascinas ligni (*corr.* lini *A* 1*b*; lignæ *corr.* ligni *A* 1*a*) *A* 1*a*. *b*; fasces lini (ligni *A* 2) *A* 2. *B* 1. 3. d) scrutentur (scrutent *pr. m.* *A* 1*a*) locum (lo *in ras.* *A* 1*b*) *A* 1*a*. *b*; scrutetur locus *B* 1. 2; scrutaretur ipse locus *B* 3; ipsum locum scrutentur *A* 2. e) sed *add.* *B* 1. 2. 3. f) *ita* *A* 1*a et pr. m.* *A* 1*b*; huc *rell.* g) *ita* *A* 1*a*; deleantur *A* 1*b*; diluuntur *rell.* h) h. m. *B* 1. i) ego *A* 2; ergo n. venient & (*corr.* veniente) tr. *A* 1*b*; ego vero ven. nocte tr. *B* 2; ergo nunc ad te veniant (*m. al. corr.* veniam) et tr. *A* 1*a*. k) inde *add.* *A* 1*a*; eum huc. R. *A* 2. *B* 1. 2. 3. l) eius *A* 2. *B* 1. 2; *om.* *B* 3.

Cap. 5. a) *om.* *A* 1*a*. 2. *B* 2. b) r. sancta Afra eps (*corr.* epom) Narcissom *A* 1*b*; episcopum *post* N. *add.* *A* 1*a*. *B* 2. c) ut iret *B* 1. 2. 3. d) Ingresso (*ita* *A* 2; Ingressum *pr. m.* *A* 1*a*; Ingressu *corr.* Ingressa *A* 1*b*) a. d. Narcisso (Narcissu *pr. m.* *A* 2) episcopo *A* 1*a*. *b*. 2; Ingresus a. d. sanctus Narcissus episcopus *B* 1. 2. 3. e) Hilara (Hilaram *pr. m.* *B* 1) *B* 1. 2. 3. f) *pr. m. superscr.* *B* 1. g) mihi *B* 1. 3. h) Haen *A* 1*b* (*saepe pro* ei); *om.* *A* 2. i) *ita* *A* 1*a*. 2. *B* 1; disceres *rell.* k) vis agnuscere possunt *pr. m.* *A* 1*a*; vis a. posse *B* 1; vis a. (p. h. *om.*) *A* 2; vix (Dei *pro* vix *B* 2) a. possunt *B* 2. (3). l) verborum *B* 1. 3. m) incapite *pr. m.* *A* 1*b*; *om.* *B* 1. 2. n) ieiunate *B* 2; tenere *A* 1*a*. o) *om.* *A* 2. *B* 2. p) audientes *B* 1. 2. q) octava *A* 1*b*. 2. *B* 2. 3. r) ullius *B* 2. 3. s) dixit *A* 1*b*. *B* 1. 3; d. *A* 2. t) Hilara *B* 1. 2. 3; Illaria *corr.* Ilaria *A* 1*a*. u) domine *add.* *B* 1. 3. v) coluimus *A* 1*a*. 2. w) quid *B* 1. 2. 3. x) d. *A* 2; Dixit *A* 1*b*. y) dum *B* 1. 2. 3. z) exponis *A* 1*b*. *B* 1. 2. 3. a) Hila(ria *superscr.*) *A* 1*b*; Hillaria *A* 1*a*; Hilara *B* 1. 2. 3. b) Ciprii *B* 2; Cypriyi *A* 1*b*. c) et *add.* *B* 1. 2. 3; f. unde v. *A* 1*b*. 2; f. v. autem inde *A* 1*a*. d) sacra V. (Venere *B* 3) *A* 1*a*. *B* 3. e) fuerant *B* 1; fuerit *pr. m. corr.* fuerint *B* 3; meretricatae fuerint. I. *A* 1*a*. f) (deni *superscr.*) que: ego *A* 1*a*; e. (*pr. m. superscr.* *B* 3) d. *B* 1. 2. 3. g) sacri Veneri *B* 1. 3. h) consecravi *A* 1*b*. *B* 1. 2. 3. i) Veneris *A* 1*b*. 2 (*pr. m.*); Veneri::: *A* 1*a*. k) servitura *A* 2. *B* 1. 3. l) placitura *A* 2. *B* 1. 3; servituram *A* 1*a*. m) prestipulo *corr.* prestibulo *B* 1.

1) *Item Rahab meretrix exploratores Iosue absconderat, operiens eos 'stipula lini', quae in solario domus erat; cf. Iosue* 2, 6: Ipsa autem fecit ascendere viros in sclarium operuitque eos stipula lini, quae ibi erat.

imitationibus occupassem[a]. Nam[b] quanto plures amatores potuerit[c] habere mulier, quae Veneri servit, tanto plus Veneri placere posse[d], a[e] sacerdotibus Veneris[f] adfirmatur[g]'. Audiens haec vir Dei Narcissus episcopus[h], ingemuit et lacrimas fudit dixitque ad[i] diaconum[k] suum: 'Surge, frater, et demus lamentum super istam talem culturam et rogemus Dominum, ut, ubi abundavit iniquitas, superabundet gratia'. (cf. Rom. 5,20.)

(6). Factum est autem, cum orassent, apparuit Aegyptius[a, 1] quidam[b] nigrior corvo, nudus et vulneribus elefantiae[2] toto[c] corpore plenus et dare coepit mugitum et[d] dicere: 'O sanctae Narcisse episcope[e], quid tibi cum casa[f, 3] mea? Quid tibi cum ancillis meis, quas ego semper in mea familia habui? Deus tuus mundas animas et munda corpora diligit; istae iam meae sunt, aliut[g] esse non possunt. Numquid ego intro, ubi castitas regnat? Numquid locum invenio, ubi est spiritus castitatis? Hic[h] tu quid intrasti, ubi inquinata sunt corpora, et pollutae sunt animae?' Tunc sanctus Narcissus episcopus[i] dixit ei: 'Iubeo tibi[k], inmunde spiritus, ut des mihi responsum de eo, quod te interrogavero. Dic mihi, damnate, scis, Christum dominum meum Iesum[l] Nazarenum tentum[m], flagellatum, sputis[n] in faciem[o] adtrectatum[p], spinis coronatum, inrisum, ligatum, tractum, cibatum[q] felle, (cf. Ier. 23,15.) potatum aceto, adfixum[r] in cruce, mortuum et sepultum et[s] die tertia[t] a[u] mortuis resurrexisse? Scis esse[v] hoc factum?' Respondit demon et dixit: 'Utinam mihi[w] hoc nescire licuisset, nam ex ea ora, qua crucifixus est, princeps noster fugit[x] a facie eius[y], in[z] templum Dei misit[a] se, et ideo velum[b] templi scissum[c] est, quia[d] virtutem persequentis ferre non potuit. (cf. Matth. 27,51.) Tunc saxa ipsa solida scindebantur[e], et monumenta aperta sunt, et surrexerunt sancti viri, qui viderunt hoc factum, quod[f] princeps noster ab eo qui crucifixus est tentus est et catenis igneis[g] religatus'. Respon-

I. Capp. 5. 6. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 5. a) occupasset *A* 2; consecrassem *B* 2. b) Iam *B* 1. c) poterit h. *A* 1*b*; h. p. *A* 2. *B* 1. 2. 3. d) pl. possit *A* 2. *B* 1. 2. 3; posse pl. *A* 1*a*. e) (ad? *eras.*) a *B* 1. f) *om.* *B* 1. 2. 3. g) adfirmetur *B* 1; adfirm:tur *m. al. corr.* adfirmatur *A* 1*a*. h) *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. i) Felicem *h. l. add.* *A* 1*b*, *post* suum *add.* *A* 1*a*. 2. k) diaconem *B* 1. 3.

Cap. 6. a) Egypt. *A* 1*b*. *B* 3; Aegypcius *A* 1*a*. b) *om.* *B* 2. 3. c) c. t. *B* 1; corporepore (toto *superscr.*) *B* 3. d) m. hac dicere *A* 1*b*; m. (mugitos *A* 2) dicens *A* 2. *B* 1. 2. 3. e) episc *A* 2; epi *pr. m.* *A* 1*a*; eps *pr. m.* *A* 1*b*. f) causa *A* 1*a*. *B* 2. 3 (*corr.*); casta *A* 2. g) aliud *A* 1*b*. 2; aliae *B* 1; aligene *B* 3. h) Huc *A* 2. *B* 2. i) *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. k) tibi, *m. al. superscr.* vel te *A* 1*b*; te *B* 2. 3. l) *om.* *B* 1. 3. m) tantum *B* 1, *corr.* n) sputum *m. al. corr.* sputatum *B* 2; spontamentum *m. al. corr.* sputamentum *A* 1*a*. o) facie *B* 1. p) adtractum *B* 1. 2. 3; f. accepisse ligatum inrisum *A* 2. q) tr. (cibatum *om.*) felle et aceto p. *A* 2. *B* 1. 2. 3. r) infixum *B* 1. 2. 3. s) *om.* *B* 1. 2. 3. t) tertio *A* 1*b*. *B* 1. u) r. a m. *A* 1*a*; a m. *om.* *B* 2. v) h. e. *B* 1. 2. 3. w) h. m. *B* 1; h. *om.* *A* 1*b*. x) fugiit *A* 1*a*; fugiens *A* 1*b*. 2; a f. eius fugit *B* 3, *corr.* y) et *add.* *B* 1. 2. 3. z) nam et *pro* in — ideo *A* 1*a*. a) se misit *A* 1*b*. 2. b) (velum *om.*) templum *et add.* Dei *A* 2. *B* 1. 2. 3. c) discissum *B* 1; duscissum *pr. m.* *B* 2. d) qui *B* 1, *corr.*; quia — potuit *om.* *A* 1*a*. e) findebantur *A* 2; fundebantur *corr.* find. *A* 1*b*. f) quando *B* 1. (3). g) igneis *om.* *A* 2. *B* 1. 2, 3; ignitis est *A* 1*b*; est *post* rel. *add.* *A* 2.

1) *Attulit Velserus locum Gaudentii Brixiani episcopi hunc:* Eramus et nos aliquando in Aegypto, nescientes Deum ac luminis et veritatis ignari: quos urgebant immundi spiritus, veri Aegyptii, laterem facere, terrenis videlicet inservire figmentis. 2) *Cf. Lucret. VI,* 1112:

Est elephas morbus qui propter flumina Nili
Gignitur Aegypti in medio neque praeterea usquam.

3) *Erant igitur ancillae 'casatae', i. e. vasalli diaboli, 'quas semper in sua familia habuit'; cf. Waitz, 'VG.' IV,* 253[3].

dit sanctus Narcissus[a] episcopus et dixit: ‘Quod nomen est principis[b] vestri?’ Dicit ei demon: ‘Satanan[c] ei[d] nomen est, quod interpretatur initium mortis’[1]. Dicit ei Narcissus episcopus: ‘Dic mihi, quid peccavit dominus Iesus Christus, ut tanta pateretur[e]?’ Dicit ei demon: ‘Numquam peccavit’. Dicit ei Narcissus episcopus: ‘Et qui numquam peccavit quare tanta passus[f] est?’ Respondit demon: ‘Non pro suis peccatis passus est, sed pro alienis’. Dicit ei Narcissus episcopus: ‘Ex ore tuo condempnaris[g], inmunde spiritus. Cum ergo scias, dominum meum Iesum Christum non pro suis, sed pro alienis peccatis occisum, discede ab his mulieribus, quia[h] et pro istis passus est, qui[i] ad eius fidem et gratiam confugerunt[k]’. Dicit[l] ei demon: ‘Quare docet lex sancta[m] et iubet, ut res alienas non (cf. Ex. 20, 15.) tollat aliquis? Tu, qui[n] sanctus es, res[o] meas quare tollis? Quid mihi tollis[p] animas, quas lucratus sum?’ Dicit ei Narcissus episcopus[q]: ‘Effractor[r] et[s] fur ab initio tu[t] es, damnate et inveterate, nam istas animas a[u] Creatore suo et Domino suo tu separasti[v]. Ego te modo furem teneo et Creatori creaturam suam restituo[w]’. Respondit ei[x] demon, dicens[y]: ‘Et ego creatura eius non[z] sum? Ergo[a] et me Creatori meo restituae’. Dicit ei Narcissus episcopus[b]: ‘Tu ipse ore[c] tuo confessus es, Christum pro peccatis hominum passum[d] esse. Si quomodo pro hominum[e] peccatis passus est, sic[f] et pro demonum impietatibus passus esset, restituebam[g] te Creatori tuo. Nunc autem, quia sic[h] passus est pro peccatis hominum, ut vestrum principem religaret[i], vade tibi[k] ad principem tuum’. Dicit[l] ei demon: ‘Fac piaetatem super me et da mihi vel unam animam in potestatem’. Dicit ei Narcissus episcopus[m]: ‘Si dedero tibi animam in potestatem, quid de ea facies?’ Dicit[n] ei demon: ‘Interficio hominem[o] et lucro[p] animam[q] eius’. Dicit ei Narcissus episcopus[r]: ‘Mane prima luce ego dabo tibi potestatem hanc, ut hoc[s] facias’. Dicit ei demon: ‘Dic mihi ante Deum[t], quia das mihi[u] animam intra corpus inclusam, quam ego lucrem[v]’. Dicit ei Narcissus: ‘Ante Deum meum do[w] tibi animam[x] intra corpus inclusam manducantis[y] et bibentis et dormientis et iterum vigilantis’. Dicit ei demon: ‘Modo iube me hic manere ista[z] nocte’. Dicit ei Narcissus: ‘Si potes nobiscum manere, mane[a]’.

I. Cap. 6. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 6. a) Narcirsus *A* 1*b*. *B* 2; episcopus *om.* *A* 2. *B* 1. 2. b) principes *pr. m.* *A* 1*a*. *b*. 2. c) Satanas *A* 2. *B* 2. d) n. est ei *B* 1. 2. 3. e) patretur *B* 1; peteretur *pr. m. corr.* pat. *A* 1*b*. f) perpessus *B* 1. 3; perpersus *A* 1*b*. g) condemnaberis *B* 2; condemnaveris *A* 2; condemna:eris *A* 1*b*. h) etiam *B* 1. 2. 3. i) quae *A* 2. *B* 1. 2. 3. k) confugierunt *B* 2; gr. se contulerunt *A* 2. l) dixit *A* 1*b* *(saepe)*; R. (*i. e.* respondit) *A* 2. m) *om.* *B* 1. 2. 3. n) quis *B* 1, *corr.* o) q. r. m. t. *B* 2; q. tollas (*m. al. corr.* tollis) r. m. *A* 1*b*. p) tollas a. *A* 1*b* (*pr. m.*). *B* 1; a. tollis *B* 2. q) episcopus *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. r) Aefra(c *add.*)ter *A* 1*b*, *corr.*; Et quare furatus fur et latro nam *pro* effr. *A* 1*a*. s) *om.* *B* 1. 2; furtibi *B* 1; furtive *B* 2. t) initioni es d. *A* 1*b*; tu es *om.* *B* 1. 2. 3. u) a Deo s. et a Cr. suo *B* 1. 2. 3. v) seperasti *A* 1*a* (*pr. m.*). *b*. w) resti::: *corr.* restituo *B* 3; restituam *A* 1*a*. x) *om.* *B* 2. 3. y) *om.* *A* 2. *B* 2. z) non *om.* *B* 1. 2. 3. a) ergo *om.* *A* 1*a*; et me ergo *B* 1. 3. b) episcopus *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. c) ori *A* 2. *B* 1. d) passum — est *om.* *A* 1*a*. e) pecc. h. *B* 2. 3 *(corr.)*. f) si et *B* 1. 3; si sic et *A* 2. g) restituerem *B* 1. 2. 3. h) iste *A* 2; *om.* *A* 1*a*. i) relegaret *pr. m.* *A* 1*a*. *b*. k) *om.* *A* 1*b*. *B* 2. l) Dixit *A* 1*b*. *B* 2; R. *A* 2. m) et *A* 2; episcopus *om.* *B* 1. 2. 3. n) R. ei d. *A* 2; Demon (ei *om.*) respondit *A* 1*b*. o) eam *A* 2. *B* 1. 2. 3. p) locro *B* 3; lucror *A* 2. *B* 2. q) anima eius *A* 1*a*; a. ipsam *B* 1. 2. 3; ipsam a. *A* 2. r) *pr. m. superscr.* *A* 1*b*; *om.* *A* 2. *B* 2. s) hoc *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. t) tuum *add.* *B* 1. 2. 3. u) a. m. *B* 1. 2. 3. v) *corr.* licrem *B* 1; lucrer *A* 1*a*. 2. *B* 2. w) dabo *B* 1. 2. 3; quando *pr. m.* *A* 1*a*. x) *om.* *A* 2. *B* 3. y) manducantes et bibentes (et degerentes *add.* *A* 1*a*) et dormientes et i. vigilantes (evigilantes *A* 1*a*) *A* 1*a*. *b*; manducantem et bibentem et (*om.* *B* 3) dormientem et i. vigilantem *B* 1. 2. z) istam noctem *B* 2. 3. a) manete *B* 1 *(pr. m.)*. 3; maneto *(A 2)*.

1) *Satan vertunt adversarium; cf. Herzog, ‘Real-Encyklopaedie’ XV,* 358. *Per quem cum mors introiverit in orbem, ipse dici potest initium mortis; cf. Sap.* 2, 21.

Dicit[a] ei demon: 'Si non expandas ad[b] caelum manus tuas et non[c] flectas genua tua et non psallas Deo tuo, possum hic manere'. Dicit ei Narcissus: 'Numquam sit[d] tibi bene, inmunde spiritus! Non solum autem ego, sed et isti omnes[e] mecum per totam noctem Deo[f] nostro flectent[g] genua et laudes ei una nobiscum canent'. Tunc demon dirae[h] vocis ululatum teterrimum emittens[i], nusquam conparuit.

(7). Sanctus autem episcopus fecit post ieiunium reficere Afram cum matre sua et cum puellis suis, quas[a] trementes, pro eo quod audierant et viderant, suis monitis et orationibus confortavit. Ipse autem cum sancto[b] Felice[c] diacono suo non refecit[d], sciens se iterum mane cum demone luctamen[e] habiturum. Transiit itaque nox tota orationibus et psalmorum canoribus plena. Die autem orto, adest[f] demon, dicens: 'Memor esto, sanctae episcope, iuramenti tui, quod dixisti ante Deum, et[g] da mihi animam, cuius corpus occidam, et animam eius mecum habeam'. Respondensque[h] ei sanctus Narcissus episcopus, dixit[i]: 'Et tu mihi iura in nomine Dei[k] mei, quia statim interficies, quem tibi dedero in[l] potestatem[m], et[m*] dic mihi hoc[n]: "Quod si[o] non interficero, iubeat me Deus, ut vadam in abyssum"'. Dixitque ei demon: 'Per ipsum, qui nos cum principe nostro vicit, sic non me iubeat ire in abyssum, quia statim interficiam eum, quem mihi[p] dederis in potestatem'. Dixitque ei Narcissus episcopus[q]: 'Vade iuxta fontem[r] Alpium Iuliarum, unde nemo potest aquam bibere, non homo, non pecus, non fera aliqua, quia draco ibi habitat, et de flatu[s] eius omnes, qui ad fontem accesserint[t], moriuntur[u]. Hunc draconem vade et interfice et in tuam[v] potestatem redige animam[w] eius'. Tunc exclamavit demon, dicens: 'O episcopum mentiosum! Insuper etiam[x] me ligavit iuramento, ut amicum meum occidam, quem si non occidero, conpellar[y] ire in abyssum'. Tunc demon adsensit[z] et occidit draconem, et liberatus est fons ad usum omnium[a] usque in hodiernum diem.

(8). Per dies autem plurimos docuit[a] verbum Dei sanctus Narcissus episcopus. Et baptizata est Hilaria[b] cum filia sua Afra et cum puellis suis et cum omni[c]

I. Capp. 6—8. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 6. a) R. *A* 2; Respondit *A* 1*b*. b) ad caelos m. t. *B* 2; m. t. ad c. (caelos *B* 1. 3) *A* 2. *B* 1. 3; tuas *om.* *A* 1*a*. c) *ita* *A* 1*b*; et non flectes (*corr. ex* flecteo) genua, *om.* tua *A* 1*a*; *haec om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. d) tibi sit *A* 1*b*. 2. e) homines *pr. m.* *A* 1*a*; *om.* *A* 2. f) Deo meo *B* 2; *haec om.* *B* 1. g) flectuant *corr.* flectant *B* 1; flectunt *A* 2. *B* 3 *et pr. m.* *A* 1*b*. h) dirae (dere *A* 1*a*) voces *A* 1*a*. 2; daemon ululatum teterrimum vocis e. *B* 3; daemon ululatu teterrimo voces e. *B* 1; daemon dedit voces et ululatum teterrimum e. *B* 2. i) emisit et n. *B* 1. 2. 3.

Cap. 7. a) quae — confortavit *A* 2; quae — confortabantur *B* 1. 3 *(ubi* conf. *bis scr. erat)*. b) *om.* *B* 1. 3. c) Felicę *B* 1. d) reficit *B* 1; resicit *corr.* resecit *A* 1*b*. e) luctam hab. *A* 2; luctaturum *pro* l. h. *A* 1*b*. f) adfuit *B* 1. 3. g) *om.* *A* 2. *B* 2; tuum *B* 1. h) Responditque (que *om.* *B* 2) *B* 1. 2. 3; Dicit *A* 2. i) *om.* *B* 2; ep. et dixit *A* 1*b*. *B* 3; *haec om.* *A* 2. k) Domini *A* 1*b*. 2. *B* 2. l) *ita* *B* 1. 2. 3; in p. *om.* *A* 1*a*. *b*. 2. m) Respondit daemon *add.* *B* 1. 2 (*non* *B* 3). m*) *om.* *A* 1*a*; tu *add.* *B* 1. 2; hoc *add.* *A* 1*b*. n) *om.* *A* 1*b*. *B* 2. o) eam *add.* *B* 1, *post* non *add.* *A* 2, *post* interf. *add.* *A* 1*b*; eum *add.* *B* 3; quod statim nisi eum interf. *A* 1*a*. p) *om.* *A* 1*b*. *B* 2; q. tu d. m. *A* 2. q) episcopus *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. r) *ita* *A* 1*a*. *b*. 2. *B* 2; i. (ad *B* 3) flumen A. (ad *add.* *B* 3) fontem I. *B* 1. 3. s) flato *A* 2; statu *B* 2. t) *ita* *B* 2; (ac *m. al. in ras.*)cesserint *A* 1*a*; accesserunt *A* 1*b*. 2; accederint *B* 1. u) moriantur *B* 1; morientur *A* 1*b*. v) tua potestate (poteste *pr. m.* *A* 1*b*) *A* 1*b*. 2; et anima (*m. al. corr.* animam) eius in tua relega potestatem *A* 1*a*. w) anim *(sic)* *B* 3; aniam *pr. m.* *A* 1*b*. x) *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. y) *ita* *A* 1*a*. *b*. *B* 2; conpellor i. *A* 2; conpellat (compellet *B* 3) me i. *B* 1. 3. z) ad *pr. m. superscr.* *B* 1; abscessit *A* 1*a*. a) hominum *A* 1*b*. *B* 3; *om.* *A* 2.

Cap. 8. a) eas (regnum *add., sed eras.* *B* 3) *add.* *A* 2. *B* 3; ubi (*corr.* ibi) *add.* *A* 1*a*. b) Hilara *B* 1. 2. 3. c) o. cognitione sua *pr. m.* *A* 2; omnem cognationem suam *pr. m.* *A* 1*a*; (o. *om.*) generatione sua *B* 3.

cognatione sua et cum omnibus caris[a] suis, et fecit[b] domum Hilariae[c] ecclesiam et[d] ordinavit eis presbiterum Zosimum[e], avunculum Afrae. Ipse autem Narcissus episcopus[f], perfectis ordine rebus[g], post[h] menses[i] novem ad Hispaniam[k] profectus est ad civitatem Gerundam[l], in qua multum populum Deo[m] per tres annos adquisivit, et ita demum ad martyrii palmam cum sancto diacono suo Felicae adtinxit[n]. Cuius passionis gloriam in sequentibus[o] dicimus[p]; nunc vero[q] fructum doctrinae eius in Afra[r] prosequimur[s].

II.
PASSIO[a] EIUSDEM.

(1). Aput[b] provincia[c] Retia in civitate Augusta[d], cum christianorum esset gloriosa persecutio, et omnes pro Christi nomine variis suppliciis adflicti ad sacrificia traherentur, contigit[e], Afram hanc, quam notam habebat facies[f] publica[1], quod esset lupanaria[g, 2], a persecutoribus conprehenditur[h]. Quae cum fuisset iudici oblata, et[i] interrogasset iudex[k] et agnovisset, quae esset, dixit ei: 'Sacrifica diis, quia expedit tibi[l] vivere, quam in[m] tormenta deficere'. Afra respondit: 'Sufficiunt mihi peccata mea, quae ignorans Deum gessi; hoc autem, quod me[n] iubes facere, numquam factura sum'. Gaius[o] iudex dixit: 'Accedens ad Capitolium[p], sacrifica'. Afra respondit: 'Capitolium meum Christus est, quem habeo ante oculos meos. Ipsi cotidie crimina[q] et peccata mea confiteor et, quia indigna sum ipsi[r] sacrificium offerre, me ipsam ego[s] pro nomine eius cupio sacrificare, ut corpus in quo peccavi, dum poenas pertulerit, abluatur[t]'. Iudex[u] dixit: 'Sicut[v] audio,

I. Cap. 8. *II. Cap.* 1. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 8. a) carissimis *A* 2; amicis *B* 1. 2. 3. b) f::::que *m. s. XV. corr.* statque *B* 1; et *om. B* 2. c) Hilarae *B* 1. 2. 3; Hilarihae *corr.* Hilaria *A* 1*b*; Illaria (?) *m. al. corr.* Illarie *A* 1*a*. d) *om. A* 1*b*. 2. e) Z. p. *A* 1*b*; p. Dionisium *B* 1. 2; p. Dionisyum *B* 3. f) ep. *om. A* 2; e. N. *B* 1. 2. 3. g) o. ribus *A* 1*b*; ordinibus *pro* o. r. *Mombr.*; omnibus *pro* o. r. *A* 1*a*. h) per *B* 1. 2. 3. i) mensis *pr. m. A* 1*a*; mensissis, *ras.* sis *A* 1*b*. k) Isp. *B* 1; Hysp. *B* 3; Ysp. *A* 2; Sbaniam *corr.* Paniam *A* 1*b*. l) Garumna *A* 2; Ganunna *m. al. corr.* Ganunnam *A* 1*a*; quadam *pro* G. *A* 1*b*. m) p. adquisivit (Deo *om.*) per t. a. *B* 1. 3. n) adstinxit, *ras.* s *A* 1*b*; adtingit *B* 1. 3; attigit *B* 2. o) consequentibus *B* 1. 2. 3. p) dicemus (*corr. ex* diemus *B* 3) *A* 1*b*. *B* 2. 3. q) autem *B* 1. 3. u) Afram *A* 1*a*; doctrinae:: beatam Afram (*m. al. corr.* beatae Afrae) *A* 1*b*. s) prosequamur *A* 2; sequamur. Explicit conversatio scae *(sic)* Affrae *B* 3.

II. Cap. 1. a) *ita B* 2; Passio eiusdem sanctae Afram *A* 1*a* (*cf. n.* b); Incipit passio unde supra *B* 3; Incipit conversatio Affrae *B* 1; *praescriptione carent A* 1*b*. 2. b) Aput — Augusta *om. A* 2; Denique *(circa* 15 *litt. ras.)* passio eiusdem aput pr. *incipit A* 1*a*. c) *ita B* 1; provincia Regia *A* 1*a*; provinc(t)iam Retiam (Recia: *A* 1*b*) *rell.* d) Agusta *A* 1*a*. *b*. e) contigit (contingit *pr. m.*) sancta(m *postea add.*) Afram hanc (hanc *bis scr. erat*) *A* 1*b*; H::: (*ras.* uic?) autem Afram *pro* c. A. h. *A* 1*a*. f) *ita A* 1*a (pr. m.)*. *b*. 2. *B* 3; h. faciem publicam *B* 1; tota provintia h. *B* 2. g) fuisset lupanaria *A* 1*a*; e. lupanar *B* 1; e. in lupanariis *A* 2. *B* 3; lupanari (*pr. m.* lupunari) dedita esset *B* 2. h) conprehendi *B* 2; conpraehendi *A* 2; conprehaendi *A* 1*b*. i) dum *B* 1. 2. 3. k) (i. *om.*) et agn. *B* 2; et cognovisset i. *A* 1*a*. l) t. vibere *A* 2; t. illis sacrificium exhibere *A* 1*a*; t. magis v. *B* 3. m) inter t. *A* 2. *B* 2. 3. n) i. m. *B* 1. o) Antihochius *A* 1*b*. p) Capitulium *semper A* 1*a (pr. m.)*. *b*; meum *add. A* 1*a*; et *add. B* 1. 2. q) mea *add. B* 1. 3; cr. et *om. A* 1*a*. *B* 2. r) *ita A* 1*b*. 2; i. (ipsa *B* 1) sacrificia o. *B* 1. 2. 3; ut ei sacrificium offeram (me *om.*) ipsa *A* 1*a*. s) *om. A* 1*b*. 2. *B* 2 (*non A* 1*a*). t) abluantur *B* 1. (3). u) Gaius *add. B* 1. 2. 3. v) siquidem ut audeo *A* 1*b*; ut a. *B* 1. 2; *haec om. A* 2.

1) *Est elocutio familiaris Victori Vitensi (cf. I,* 28: senem in publica facie catomos ceciderunt, *et III,* 21: mulieres nudas omnino in facie publica cruciabant*), isque 'in facie publica' pro 'publice', hic vero 'facies publica' pro 'vulgus' accepit.* 2) *I. e. meretrix; v. Forcellini h. v.*

meretrix es; sacrifica, quia aliena es a Deo christianorum'. Afra respondit: 'Dominus[a] noster Iesus Christus dixit, se pro peccatoribus discendisse[b] de caelo; nam et euangelia eius locuntur[1], quod meretrix lacrimis[c] rigaverit[d] pedes eius et[e] indulgen-
cf. Matth. 21, 31. tiam acceperit[f], et meretrices et publicanos numquam dispexit[g], quin[h] immo etiam secum eos manducare permisit'. Iudex Gaius[i] dixit: 'Sacrifica, ut diligaris ab amatoribus tuis[k] et[l], sicut semper dilecta es[m], habearis[n], et inferantur tibi pecuniae multae ab eis'. Afra respondit: 'Pecunias execrabiles iam numquam accipio, nam et quas habui expendi, quia non erant de bona conscientia; nam nolentes accipere aliquantos fratres meos pauperes etiam precibus exoravi[o], ut a me dignarentur accipere et pro peccatis meis orare[p]. Si ergo quae habui a me abieci, quomodo[q] potest fieri, ut[r] quaeram accipere, quae iam[s] quasi sordes abieci?' Iudex[t] dixit: 'Iam te Christus dignam non habet; sine causa vis eum Deum tuum dicere, qui te suam non esse cognoscit: meretrix enim[u] quae est[v] dici non potest christiana'. Afra respondit: 'Christiana quidem[w] ego nec[x] dici mereor nec vocari, sed misericordia Dei, quae[y] non de meo merito, sed de sua pietate iudicat, ipsa[z] me ad hoc nomen admisit'. Iudex Gaius dixit: 'Unde nosti, quia te admisit[a] ad hoc nomen[b]?' Afra respondit: 'In hoc me[c] cognosco a facie Dei non esse proiectam, quia ad gloriosam confessionem nominis sancti permittor accedere, per quam me credo omnium meorum scelerum indulgentiam accepturam'. Iudex Gaius dixit: 'Hoc fabulae sunt, magis sacrifica diis, per quos salutem consequaris[d]'. Afra respondit: 'Salus mea Christus est, qui pendens in cruce[e] latroni confitenti bona
cf. Luc. 23, 43. paradisi repromisit[f]'. Iudex Gaius[g] dixit: 'Sacrifica[h] diis, ne te in conspectu amatorum tuorum, qui tecum turpiter vixerunt, catomis[i, 2] caedi iubeam'. Afra dixit[k]: 'Confusio mihi nulla est, nisi de peccatis meis'. Iudex dixit: 'Porro iam[l] sacrifica, quoniam iniuria est mihi tot[m] oras tecum[n] certare; certe[o] si nolueris, occideris'. Afra dixit[p]: 'Hoc est, quod[q] opto, si tamen merear, ut per hanc confessionem digna efficiar requiem invenire'. Iudex Gaius dixit: 'Sacrifica, nam torquere te faciam[r] et post haec vivam incendi[s]'. Afra respondit[t]: 'Corpus meum[u] quod peccavit accipiat diversa tormenta, nam animam[v] meam sacrificiis daemoniorum[w] non coinquinabo[x]'.

II. Cap. 1. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 1. a) Deus meus I. *B* 1. 2. 3; deus et dominus noster I. *A* 1*a*. b) desc. *A* 2. *B* 2. 3. c) *om.* *A* 1*a*. 2. d) rigaverat *A* 2. *B* 1. e) ut *B* 1. 2. 3. f) actiperit *pr. m.* *A* 1*a*; acciperet *B* 1. 2. 3. g) despexit *B* 2; dispexerit *A* 1*b*; despexerit *A* 2. h) qui immo *pr. m.* *A* 1*a*; qui nimio *A* 1*b*; quos immo *B* 1. 3. i) Gaius *om.* *A* 2. *B* 1. 3. k) *om.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. l) sic *B* 1. m) eras *B* 1. (3). n) a viris et inf. *A* 1*b*; et a meris ut inf. *A* 2; ab ipsis ut inf. *B* 1. 2. 3. o) rogavi *B* 1. 2. 3. p) orarent *A* 2. *B* 1. 3; exorarent *B* 2. q) quomodo — abieci *om.* *A* 1*b*. r) aut *B* 1; etiam *add.* *B* 2. s) etiam *B* 1. 3; *om.* *B* 2. t) Gaius *add.* *B* 1. 2. 3. u) *om.* *A* 1*b*. *B* 2. v) aest *A* 1*b*; es: *m. al. corr.* est *A* 1*a*; es — potes *B* 3. w) quidam *A* 1*b*, *corr.*; quidem ego :::::: (*ras.* quidam) *A* 1*a*. x) dici non m. *B* 1. 2. 3; digna non m. *A* 1*a*. y) qui *B* 1. 2. 3. z) ipse *B* 2 *et pr. m.* *A* 1*b* (?). a) admisit *post* nomen *A* 1*b*. 2. b) nomine *B* 1. c) *pr. m. superscr.* *B* 3; c. me *B* 2. d) consequeris *B* 1. 3. e) crucem *pr. m.* *A* 1*a*. 2. f) pollicitus est *B* 1. 2. 3. g) G. i. *A* 2; G. *om.* *A* 1*b*. h) dixit: Porro tamen sacrifica, nam in conspectu *B* 1. 2. 3 (*cf. infra n.* l). i) te *add.* *B* 2. 3. k) respondit *A* 1*b*. 2. *B* 2. l) *om.* *A* 2; dixit: Sacrifica diis, quoniam *B* 1. 2. 3 (*cf. supra n.* h). m) tot or(e?)s *eras.* *A* 1*a*; *haec om.* *A* 1*b*. n) tecum totiens concertare *A* 1*b*; tecum loqui *A* 1*a*. o) (c. *om.*) si vero n. *B* 1. 2. 3. p) respondit *A* 1*b*. 2. q) ego *add.* *B* 1. 3; 2 *litt. ras.* *A* 1*b*. r) facio et postea *B* 1. 2. 3. s) praecipio *add.* *B* 1. 3. t) *bis scr. erat* *A* 1*b*; dixit *B* 1. 2. 3. u) C. meum quod peccavi *A* 1*b*; C. in quo peccavi *B* 1. 2. 3. v) n. anima mea *A* 2; (n. *om.*) anima vero mea *A* 1*a*. w) d(a)emonum *A* 2. *B* 2. 3. x) quoinquinabo *A* 1*a*; quoinquinabitur *A* 1*b*; inquinatur *A* 2.

1) *Luc.* 7, 38. 2) *I. e. plumbatis in cervicibus (κατὰ τοὺς ὤμους) caedere, Cangio teste; v. quem supra ex Victore Vitense I, 28, attuli locum.*

(2). Tunc iudex nequissimus dictavit sententiam, dicens: 'Afram publicam[a] meretricem, quae se christianam professa est et[b] noluit sacrificiis participare[c], vivam incendi praecipimus'. Statimque rapta[d] a ministris, ducta est in insolam[e] fluvii quae dicitur Laechae[f], ibique eam expoliantes, ad stipidem[g] ligaverunt. At illa elevans[g*] oculos[h] suos ad caelum, orabat[i] cum lacrimis, dicens: 'Domine deus omnipotens Iesu Christe, qui non iustos[k] venisti vocare, sed peccatores ad penitentiam, cuius promissio vera et manifesta est, qui[l] dignatus es dicere, qua ora[m] conversus fuerit peccator a suis iniquitatibus, eadem ora non te[n] memoraturum peccata[o] eius[p], accipe in hac ora passionis meae penitentiam meam[q] et per hunc ignem temporalem, qui corpori meo paratus est, ab illo igne aeterno me libera, qui et animam[r] et corpus simul exuret'. Et his dictis expletis, circumdata sarmentis, igne subposito, vox[s] audita est, dicens: 'Gratias[t] tibi, domine Iesu Christe, qui me dignatus es hostiam habere pro nomine tuo, qui pro toto mundo solus hostia oblatus es[u] in cruce, iustus pro iniustis, bonus pro malis, benedictus pro maledictis, dulcis pro amaris, mundus a peccato pro peccatoribus universis. Tibi offero sacrificium meum, qui cum Patre[v] et Spiritu sancto vivis[w] et regnas in secula seculorum. Amen'. Et[x] haec dicens, emisit spiritum.

cf. Marc. 2, 17.

(3). Stabant autem[a] iuxta ripam fluminis Digna et Eumenia[b] et Euprepia[c], quae fuerunt ancillae[d] eius et simul que fuerunt[e] in peccato et[f] simul a sancto Narcisso[g] episcopo baptizatae, quae rogaverunt[h] discendentes de barcha[i, 1], ut se illuc transferrent. Cumque eas transtulissent, invenerunt Afrae[k] corpus integrum. Puer autem, qui cum ipsis erat, transnatavit et nuntiavit matri eius Hilariae[l]. Et venit nocte cum sacerdotibus Dei et tulit corpus eius et posuit secundo miliario a[m] civitate Augusta[n] in memoriam, quam sibi suisque construxerat. Nuntiatum est autem[o] iudici[p] Gaio, et[q] misit ad ipsam[r] memoriam, dicens: 'Ite et tenete eas, et si[s] consenserint vobis ad sacrificandum, cum honore eas ad me adducite, ut remunerem illas[t] censum[u] dignissimum; si vero[v] videritis eas[w] animo pertinaci

II. Capp. 2. 3. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 2. a) publicanam *B* 1. 3. b) *om.* *B* 1. 3; est noluitque *B* 2. c) participari *A* 2. *B* 1. 2. 3. d) est *add.* *A* 2. *B* 1. 2. 3. e) insulam *B* 2; insula *A* 2. *B* 1. f) Lęchę *B* 3; Laecae *A* 1*b*; Lacchae *A* 2; Lethę *B* 1; Lech *B* 2 *et m. al. in ras.* *A* 1*a*. g) *ita pr. m.* *A* 1*a* *(cf. Scr. rer. Merow. II. p.* 169, 2*)*; stipitem *A* 1*b*. 2. *B* 2; stipem *B* 1. 3. g*) levans *A* 2. *B* 1. 2. 3. h) o. s. (suos *om.* *A* 1*a*) ad c. (caelos *B* 2) *A* 1*a*. *b*. 2. *B* 2; ad caelos o. s. *B* 1. 3. i) oravit *A* 1*a*; *om.* *A* 2; orabat *post* c. l. *A* 1*b*. k) venisti vocare iustus sed p. *A* 1*b*; i. venis(ti *m. al. in ras.*). Sed p. vocare *A* 2. l) quae *corr.* qui *B* 2; qua *A* 2; quia *A* 1*b*. *B* 2. 3. m) *m. coaeva suppl.* *B* 1. n) *om.* *B* 1. 2. 3; non te (nocte *pr. m.* *A* 1*a*) m. *A* 1*a*. 2; non rememoraturum *A* 1*b*. o) peccatorum *B* 1. 2. 3; peccatis *A* 1*b*. p) *m. al. superscr.* *B* 2; dixisti *(m. al. del.* *A* 1*b*) *add.* *A* 1*b*. 2. q) *om.* *A* 1*a*. *B* 2. 3. r) c. s. et a. *B* 2; a. (anima *pr. m.*) s. et c. *A* 1*a*. s) eius *add.* *A* 1*b*. 2. t) ago *h. l. add.* *B* 1. 2. 3, *post* tibi *A* 1*b*. u) est *B* 1. v) tuo *add.* *A* 1*b*. *B* 2. 3. w) vivis et *om.* *B* 1. 2. 3; :: (et? *ras.*, sancto *om.*) gloriaris et regnas et permanes in *A* 1*b*. x) Et — spiritum *om.* *B* 3.

Cap. 3. a) autem *om.* *B* 1. 3. b) Eumemia *B* 1; Euminia *pr. m.* *A* 1*a*; Commenica *A* 1*b*. c) :prepia, *ras. fortasse* e *A* 1*b*; Eupropria *pr. m.* *A* 1*a*; Eutropia *A* 2. d) f. (fuerant *A* 1*b*) a. eius (eius? *bis scr. erat* *A* 1*b*) et simul que (que *om.* *A* 1*a*) *A* 1*a*. *b*; f. e. a. simulque *A* 2. *B* 1. 2. 3. e) fuerant *A* 1*b*. *B* 2 (*post* in peccatis). f) simulque *A* 1*a*. *B* 2. g) e. N. *A* 1*b*. *B* 2. h) r. milites desc. *A* 1*b*. 2. *B* 2. i) barca *A* 2. *B* 2. 3; barga *A* 1*a*; archae *A* 1*b*. k) A. c. i. (i. c. *A* 2) *A* 1*a*. 2; c. sanctae A. i. *A* 1*b*; sanctae A. i. c. *B* 1. 2. 3. l) Hilare *B* 1. 2. 3; *om.* *A* 1*a*. m) de *B* 1. 3. n) Angusta *B* 1; Agusta *A* 1*b*. o) *om.* *A* 1*b*. 2. *B* 2. p) i. (iudice *A* 1*b*) G. *A* 1*a*. *b*. 2. *B* 2; G. i. *B* 1. 3. q) qui *B* 1. 2. 3; statim *A* 2. r) ad ipsa memoria *pr. m.* *A* 1*a*; ad monumento *A* 1*b*. s) *m. al. superscr.* *B* 2; si — ad me *om.* *A* 1*b*. t) illos *m. al. corr.* illas *B* 2; illis *B* 1. 3; eas *A* 2. u) censu dignissimo *A* 1*a*. *B* 2; *haec om.* *A* 2. v) enim *B* 1. 3. w) eis *B* 1.

1) *Genus parvi navigii. Forcell.*

obsistere et nulla ratione[a] ad sacrificandum praebere consensum, implete memoriam gremiis[b] et cludite[c] super eas ipsam memoriam et ita demum ignem subponite, ut nulla ex eis[d] evadat viva[e]'. Euntes[f] autem milites prius blando sermone eas provocabant, post[g] haec terroribus inpellebant[h]; ad ubi viderunt omnes simul contemnere sacrificia, repleverunt memoriam sarmentis et feno et siccis spinis et clauserunt super eas et, subposito igne, habierunt. Sicque[i] factum est, ut eodem[k] die, quo[l] sepulta est Afra, simul etiam[m] mater[n] eius Hilaria[o] et famulae[p] eius[q] secundum carnem[r], sed etiam[s] sorores in Christo, Digna et Eumenia[t] et Euprepia[u] simul martyrii[v] coronam acciperunt[w], et quae[x] simul unianimis[y] fuerunt[z] ad[a] diabulum[b], simul[c] unianimis[d] ad[e] Christum Iesum, cui[f] crediderant, cum palma martyrii pervenerunt, qui[g] cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.*

*) Eodem die passi sunt — — ad palmam martyrii pervenerunt *cet. add.* *A* 1*a*. *b*. 2, *locum scilicet de martyribus Romanis, de quo v. supra p.* 51.

II. Cap. 3. *A* 1*a*. *A* 1*b*. *A* 2. *B* 1. *B* 2. *B* 3.

Cap. 3. a) r. *om.* *A* 1*a*; nullam rationem *B* 1. b) gramine *B* 2; gremium monumentum sarmentorum et *A* 1*b*: *i. e.* cremiis. c) claudite *A* 1*b*. *B* 2; cladite *pr. m.* *A* 2. d) his *A* 1*b*. 2 *(non* *A* 1*a)*. e) *ita* *A* 2; *om.* *B* 1. 2. 3; v. e. *A* 1*a*; aevadant iuve *A* 1*b*. f) Ut autem euntes ad eas m. *B* 1. 3; Adeuntes autem eas m. *B* 2. g) p. h. t. i. *om* *A* 1*b*. h) inpellabant *B* 1. i) que *om.* *A* 2. *B* 1. 3; Et ita *A* 1*b*. k) eadem *B* 1. 2. 3. l) qua *B* 2; in quo *A* 1*a*; quando *B* 1. 3. m) et *add.* *A* 1*b*. 2. *B* 2 *et m. al. superscr.* *A* 1*a*. n) mater — etiam *om.* *B* 1. 2. 3. o) nec non *add.* *A* 2. p) famula *pr. m* *A* 1*a*; puellae *A* 1*b*. q) non *add.* *A* 1*a*. r) germanae *add.* *A* 1*a*. s) immo *A* 1*b*. t) Eumemia *B* 1; Euminia *pr. m.* *A* 1*a*; Moenia *A* 1*b*. u) Eupropia *pr. m.* *A* 1*a*; Eutropia *A* 2; Eupremia *A* 1*b*. v) c. m. *A* 2; c. *om.* *A* 1*a*. w) *ita* *B* 1 *et pr. m.* *A* 1*a*. x) qui *pr. m.* *A* 1*a*; quia *B* 2. y) unianimes *A* 2. *B* 1; unanimes *B* 2. 3. z) fuerant *A* 2; fugerunt *A* 1*b*; fuerunt — unianimis ad *om.* *B* 1. 2. 3. a) a diabulo *A* 1*b*; a diabolo *A* 2. b) occupate *add.* *A* 2. c) etiam *add.* *A* 1*a*. d) unianimes *A* 2. e) a Christo *A* 1*a*. f) I. cui crediderunt ad palmam *A* 2; I. crediderunt ad eum c. p. *B* 1. 2. 3. g) p. (ipso adiuvante *add.* *A* 1*a*) qui cum P. et S. s. vivit et regnat in s. s. A. (A. *om.* *A* 1*a*) *A* 1*a*. 2; qui r. c. P. et S. s. in s. s. A. *A* 1*b*. *B* 1. 2. 3.

PASSIO FLORIANI.

Floriani martyris eiusque sepulturae in charta, qua tempore Otkarii episcopi, i. e. saec. VIII[1], *ut probabiliter conicitur, ecclesiae S. Stephani hereditatem suam tradidit, Reginolfus presbyter meminit his verbis:* manentibus Otkario vocato episcopo una cum filibus (*scr.* fidelibus) suis in loco nuncupante ad Puoche, ubi preciosus martyr Florianus corpore requiescit[2]. *Nomen sancti monasterium canonicorum regularium servavit, eo ipso procul dubio loco aedificatum, qui olim appellabatur ad Puoche. Martyrii Diocletiano et Maximiano imperatoribus perpessi acta sunt duplicia, quorum breviora esse genuina, prolixiora vero interpolata hodie communis est opinio. Ex actis eorum qui tempore Romanorum in Germania passi sunt martyrum haec fere sola criticum sustinuere G. Rettberg*[3], *et Guilelmus Glück*[4] *quamquam de saeculo IV. dubitavit, tamen venerandam eis attribuit aetatem.*

Floriani acta breviora in codicibus vetustissimis (B1.2) caput IX. faciunt legendarii cuiusdam, cui abbreviati tantum textus[5] *insunt: quare iam olim conclusi, etiam haec esse abbreviata, idque confirmatum est, postquam acta persecutionis Diocletiani perlustrans authentica, exemplar repperi, quod Floriani martyrio praeluxit. S. Irenaeus Sirmiensis item Diocletiani tempore passus, item, sententia data, de ponte*[6] *praecipitatus, item fluvio exceptus est, non Savo quidem, sed Anisio, eiusque acta extant graeca et latina, excepta e proconsularibus monumentis: haec Floriani biographus ita expilavit, ut initio utraque ad verbum concordent acta:*

Passio Irenaei.

Cum esset persecutio sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, quando diversis agonibus concertantes christiani, a tyrannis illata supplicia devota Deo mente suscipientes, praemiis se perpetuis participes efficiebantur.

Passio Floriani prolixior.

In illis diebus Diocletiano et Maximiano imperatoribus facta est persecutio christianorum, quando diversis agonibus concertantes christiani, a tyrannis illata supplicia devota mente Deo suscipiebant et promissionibus Christi participes efficiebantur.

Breviora Floriani acta, quibus verba a tyrannis illata supplicia *fonte confirmata desunt, re vera e prolixioribus excerpta sunt: haec vero ad exemplum Irenaei, cuius cultus est antiquissimus*[7], *ab impostore composita omni iam auctoritate carent, iustoque*

1) *Cf. Dümmler, 'Piligrim von Passau'* (1854) *p.* 148. 2) *Mon. Boica XXVIII,* 2, *p.* 35. 3) *'Kirchengeschichte' I,* 157. 4) *'Die Bisthümer Noricums, besonders das lorchische, zur Zeit der römischen Herrschaft' ('SB. der phil.-hist. Classe'. Vindobonae* 1855, *XVII, p.* 62*)*. 5) *Cf. acta Acaun. mart. (supra p.* 23*), Amandi (infra).* 6) *Pons in actis Irenaei graecis* Ἄρτεμις, *in latinis Basentis appellatur; cf. AA. SS. Mart. III, p.* 23*; 557. 7) *Irenaeus in Martyrologio Syriaco a.* 412. *commemoratur; cf. W. Wright, 'The journal of sacred literature', Londinii* 1865, *p.* 425; *AA. SS. Nov. II,* 1, *p. [LV].*

iure inter documenta genuina ea non admiserat Ruinartius. Castri, ubi Florianus passus esse fertur, in Noriço Ripensi siti nomen 'Lavoriacum' ad medium aevum referendum est, id quod iam G. Glück[1] *acerrimum actorum defensorem non fugerat: 'Laureacum' enim vel 'Lauriacum'*[2] *apud scriptores antiquos oppidum audit, itaque etiam Eugippius a.* 511. *nomen scripsit; Lavoriacum autem, comparato nomine Germanico 'Lorahha' (hodie Lorch), formatum videtur esse.*

De S. Floriano in priore Martyrologii Hieronymiani recensione altum est silentium singulique posterioris codices de eo minime inter se conveniunt. Wissenburgensi a. 772. *exarato nomen ita illatum est, ut interpolationem facile agnoscas*[3]*:* Mittuni [presb. Floriani] Petri [et in Nurico Repense loquorque (*scr.* Lavoriaco)], *denique in Bernensi saec. VIII. ex. de sancto plenius relatum est die* 4. *Maii:* Et in Nurico Ripense loco Lauriaco natale Floriani et principi (*scr.* ex principe) officii presidis, ex cuius iussu, ligato saxo collo eius, deponente (*scr.* de ponte) in fluvio Aniso missus est, oculis crepantibus praecipitatum, videntibus omnibus circumstantibus. *Haec nemo est qui non videat ex actis prolixioribus pendere, ideoque ea etiam hoc testimonio probantur antiquiora; videntur autem saec. VIII. med. vulgata esse, paulo enim post martyrologis innotuerunt. Prolixiora (A) etiam Hrabanus in Martyrologio die* 4. *Maii expilavit. Ex his breviora (B) saec. IX, servatis vocabulis, excerpta sunt, tum versibus heroicis martyrium patroni canonicus quidam regularis S. Floriani celebravit saec. XII, ut videtur, denique tertius ex praecedentibus novum conscripsit libellum. His vero scriptis insistere nolim.*

Recensionis plenioris duo tantum libri mihi praesto erant:

A 1) *Codex Monacensis latinus* 18546 *(Teg.* 546. 2*), formae octavae, fol.* 197, *a pluribus librariis saec. X. et XI. scriptus, continet fol.* 68'—71. *Passionem Floriani, exaratam saec. X/XI.*

A 2) *Codex Monacensis latinus n.* 22241, *formae maximae, fol.* 203, *saec. XII, legendarii Windbergensis volumen II, fol.* 71—72'.

Breviorem (B) exhibent libri hi:

B 1) *Codex Monacensis lat.* 14418 *(Ratisb.* 418*), formae quadratae, fol.* 102, *saec. IX, scriptus in monasterio S. Emmerammi (signatus ibi* 78. 3, *deinde E. XLI), (fol.* 16—17'*),*

B 2) *Codex Wirziburgensis Mp. th. q.* 15, *formae octavae, fol.* 211, *saec. X, corrosus a muribus in inferiore margine (fol.* 130—131*),*

B 3) *Codex Vaticanus bibliothecae Palatinae* 846, *saec. X*[4], *male conservatus, cum fol.* 1, *quod Passio occupat, detritum chartaque agglutinata deformatum sit, monente Starzer v. c., qui librum intercedente Theodoro de Sickel officiosissime contulit,*

B 4) *Codex Monacensis n.* 332, *formae quadratae, fol.* 315, *saec. XII (fol.* 52'—53*),*

B 5) *Codex Trevirensis bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. Loc.* 454 *(antea n.* 963*), formae magnae, saec. XIII, legendarii S. Maximini volumen III (fol.* 26*): cf. 'N. Archiv' XVIII,* 622.

In B 1.2 *Passio Floriani, ut supra dixi, collectionis hagiographicae est caput* 9, *quod in laterculo praemisso (praescr.* Incipiunt capituli libri huius *B* 1*) indicatur his verbis:*

1) *L. l. p.* 102. 2) *Cf. Forbiger, 'Handbuch der Geographie' p.* 327 [2]; *C. I. L. III,* 2, *p.* 689. *'Praefectus legionis secundae Italicae Lauriaco' et 'praefectus classis Lauriacensis' in Not. Dign. (ed. Seeck p.* 198*) commemorantur.* 3) *Cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [54]. 4) *Neque saec. IX/X, ut voluit auctor Bibliothecae apost. Vaticanae, codd. Palat. lat. I. p.* 268.

9. De passione sancti Floriani 4. N. Mai. *B* 1,
9. Passio sancti Floriani 4. N. Mai. *B* 2.

Sequitur in utroque et in B 4 Passio SS. Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi.

Cultus S. Floriani etiam apud Polonos florebat, postquam Egidius Mutinensis episcopus a. 1183. *reliquias attulit*[1] *Cracoviam, ibique basilica pulcherrima, quae etiam nunc extat, in eius honorem a Kasimiro duce Poloniae et Gethkone episcopo Cracoviensi constructa atque Passionis editio princeps parata est.*

Vita beatissimi Stanislai Cracoviensis episcopi, necnon legende sanctorum Polonie, Hungarie, Bohemie, Moravie, Prussie et Slesie patronorum, in Lombardica historia non contente, *a.* 1511. *Cracoviae in aedibus Ioannis Haller impressae, fol.* 98′—99′. *Passionem prolixiorem continent, editam ad codicem admodum interpolatum. Eam excerpta ex Vincentii Speculo historiarum excipiunt, ad SS. Florentium et Florianum spectantia, aliaque de translatione Floriani Polonica. Idem Haller compositas ad librum praecedentem Lectiones a.* 1517. *Cracoviae edidit, in quibus de Floriano iterum agitur.*

Godefridus Henschenius, Acta sanctorum, Maii tom. I, p. 462—463, *a.* 1680. *acta prolixiora e codice S. Salvatoris Ultraiectino interpolato et ex Halleri editione edidit, addens compilationem illam, quam auctor recentior pedestri sermone composuit, exceptis prologo elogioque Floriani.*

Acta breviora post Surium, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1572, *tom. III, p.* 78′—79, *qui sermonem suo more immutavit, edidit Hieronymus Pez, Scriptores rerum Austriacarum, Lipsiae* 1721, *tom. I, p.* 36, *ad codicem B* 1, *hanc opinatus recensionem esse antiquiorem, 'quod et compendiosior sit ac simplicior, eiusque verba et sententias caeteri auctores adhibent et amplificant'. Textum genuinum omnino praetermittens, carmen versibus heroicis compositum auctoremque recentiorem addidit, cuius prologum elogiumque sancti ab Henschenio omissa ex codice chartaceo Mellicensi saec. XV. supplere poterat.*

Editio nostra primigenia tantum acta continet, ope codicum A 1. 2 *ab interpolationibus pessimis purgata, quibus in editis prioribus inquinata erant. Menda autem codicum A et ex Legendis Poloniae (Pol.) et ex codicibus excerptis B tolli poterant. Quomodo in hoc opusculum interpolatio grassata sit, ex exemplis intelleges hisce:*

c. 2. haec fieri apud Lavoriacum] *A* 1. 2; tanta fieri in Lavoriaco *B*; famam sanctorum, qui agonizabant pro Christo *Hensch.*

c. 9. properavit prae timore] properavit. Propter timorem *A* 1. 2; perrexit et prae timore *B*; properavit et corpus requirens invenit et super quadrigam posuit. Pre timore (Propter timorem *Hensch.*) *Pol. Hensch.*

Denique restat, ut de fraude impudenti referam. Is qui Vitam S. Florentii presb. conf. in Glonna monte Galliae composuit, cum de patrono suo omnino nihil sciret, acta prolixiora ad verbum fere descripsit, Florentium socium semper addens Floriano: hunc autem elegit neque alium propter solam nominis similitudinem. Vita illa in codice Parisiensi n. 12606, *saec. XIII. in. post praefationem* (Scripturus — curabo) *incipit:* In nomine sancte Trinitatis incipit passio sancti martiris Floriani actusque beati confessoris Dei Florentii. Tempore igitur Diocletiani et Maximiani imperatorum facta est persecutio dira christianorum, qui diversis concertantes agonibus, illatis praedictorum tirannorum suppliciis *etc.; huic vero non insunt nisi libri I et II, continentes martyrium Floriani resque a Florentio postea gestas, dum in aliis codicibus tertius et quartus liber accedunt, post Florentii mortem ostensa continentes miracula.*

1) *Cf. Ann. Polon., SS. XIX. p.* 628.

Ex libro primo sumpta frustula Cointius, Annales eccl. Franc., Paris. 1670, *IV, p.* 300, *libros reliquos Perierus in Actis sanctorum, Antverpiae* 1757, *Sept. VI, p.* 428 *sqq. edidit. Ea quae apud Mombritium I, fol.* 306'—307, *extat Floriani Passio, item ad Florianum et Florentium spectans, ex Vincentii Bellov. Speculo historiarum libr. XIII, c.* 68, *pendet.*

B. Krusch.

INCIPIT[a] PASSIO SANCTI FLORIANI MARTYRIS[b].

P. Iren. (1). In[c] illis diebus Diocletiano[d] et Maximiniano imperatoribus facta[e] est persecutio christianorum, quando diversis agonibus concertantes christiani, a[f] tyrannis illata[g] supplicia devota mente Deo[h] suscipiebant et[i] promissionibus Christi participes efficiebantur[k]. Tunc quidam in montibus[l] se abscondebant, quidam autem in cavernis petrarum[m]. Tunc sanctitas[n] et fides per pacientiam suos athletas coronabat; haec autem[o] victoria ad vitam ducit[p] aeternam. Tunc impiissimi iudices[q] iussi ab imperatoribus certabant[r] insanientes; Christi[s] athletae e contrario laborabant[t] et[u] superabant eorum insaniam; venerabilis ergo[v] fides vincebat.

(2). Ergo in illis diebus cum venisset sacrilegorum principum praeceptio apud[a] Noricum Ripensem, administrante Aquilino praeside, tunc[b] adveniens praeses in castrum Lavoriacensem[c] coepit vehementer inquirere christianos. Et conprehensi sunt sanctorum non minus quadraginta, qui diutissime concertantes et[d] multis suppliciis cruciati, missi sunt in carcerem. Ad quorum confessionem beatus Florianus[e] gaudens successit[f]. Qui cum habitaret apud Cęcium[1] civitatem, audiens haec fieri apud Lavoriacum[g], dixit ad suos: 'Oportet me Lavoriaco[h] ambulare ad praesidem et ibidem pro Christi nomine diversa supplicia sustinere'. Et vale dicens suis, arripuit iter.

(3). Cum autem venisset non longe a[a] Lavoriaco[b], ingressus[c] pontem, quo fluvium transire solebat, obvius[d] est, cum quibus antea militaverat[e]. Et cum eos interrogaret[f], quo pergerent, dixerunt ad eum: 'Non audisti[g] praecepta imperatotorum, qui[h] venerunt ad praesidem, ubi iubet omnes homines diis libamina ex-

Cap. 1—3. *A* 1. *A* 2. *B.*

Cap. 1. a) *om. A* 2; *praescr.* VIIII. De passione sancti Floriani 4. Non. Mai. *B* 1. 2. b) *om. B* 4. c) Facta (est *m. al. in ras.*) autem in illis *A* 1. d) *ita A* 2; Diocletiani et Maximiani imperatorum *A* 1 *cum B.* e) f. est *eras. A* 1. f) *om. A* 2. g) *ita Pol.*; inter illa *A* 2; (per *in ras.*) illa *A* 1. h) Deum *A* 1. 2; *om. Pol.*; pro Domino supplicia sustinebant *B.* i) ut *B.* k) effitiebatur *A* 2. l) et rupibus *add. Pol.* m) c. et rupturis p. delitescebant et malis penis de vita hac liberabantur. Tunc s. *Pol.* n) sanctiti::: *pr. m. A* 1. o) namque *A* 2. p) aet. d. *A* 1. q) iudicis iussu *A* 2 *et pr. m. A* 1. r) *ita Pol.;* certabant insanae mentis *A* 2; (h *superscr.*)ortabantur insaniam mentis *A* 1; certamen contra Christi milites agebant *Hensch.* s) Christi (vero *postea add.*) a. contra i:: (*corr.* eorum) *A* 1; e contrario Chr. a. *A* 2; Chr. tamen a. vero e contrario certamine *Pol.* t) laborarant *pr. m. A* 1. u) et s. *om. A* 1. v) *ita A* 1; vero *A* 2; enim *Pol.*

Cap. 2. a) ad *A* 2. b) tunc *om. A* 2; vero *add. A* 1; qui veniens *B.* c) *ita B*; La:oriacense *m. al. corr.* Laureacense *A* 1; Lauriacense *A* 2. d) *om. B.* e) princeps officii *add. Pol.* f) succedit *A* 2. g) La::riacum *m. al. corr.* Laureacum *A* 1; Lauriacum *A* 2; in Lavoriaco *B.* h) *ita B*; La::riaco *m. al. corr.* Laureacum *A* 1; Lauriaco *A* 2.

Cap. 6. a) *superscr. A* 1. b) La::riaco *m. al. corr.* Laureaco *A* 1; Laboriaco *Hensch.*; Lauriaco *A* 2. c) ingressus: (*ras.* e?) *A* 1. d) *ita A* 1; oblitus est *A* 2; obvios habuit *Pol.*; obviatus est *Hensch.* e) qui et missi fuerant ad persequendos christianos *add. Pol.* f) interrogarent *pr. m. A* 2. g) audistis *A* 2. k) *ita pr. m. A* 1 *cum Pol.;* quae *rell.*

1) *Municipium Aelium Cetium, hodie fortasse Mautern vicus prope Krems situs; cf. C. I. L. III,* 2, *p.* 684.

hibere; qui autem noluerint, diversis suppliciis interirent[a]?' Haec audiens beatus Florianus dixit: 'Fratres et conmilitones[b], quid aliud queritis, nam et ego christianus sum? Euntes[c] renuntiate praesidi, quia christianus sum[c] et hic sum'.

(4). Illi autem conprehensum eum duxerunt ad praesidem, dicentes: 'Quid aliud querimus, nam et princeps officiae[a] nostrae Florianus christianum se profitetur?' Praeses dixit ad eum: 'Floriane, ut quid ista de te dicuntur? Veni et sacrifica diis, sicut et ego vel conmilitones tui, ut vivas nobiscum et non cum contemptoribus puniaris secundum praeceptum imperatorum'. Beatus Florianus respondit[b]: 'Hoc ego[c] non sum facturus; quod autem tibi praeceptum est, exerce'. P. Iren.

(5). Tunc praeses, commotus ira furoris, praecepit, ut invitus sacrificaret[a]. Beatus autem[b] Florianus levavit vocem suam et dixit: 'Domine Deus meus, in te speravi et te denegare non possum, sed tibi milito et tibi offero sacrificium laudis. Protegat me dextera tua, quia benedictum nomen tuum in caelo et in terra. Domine, da mihi tollerandi virtutem, suscipe me ad sanctos[c] athletas[d] tuos, qui ante me conversi sunt et confessi nomen sanctum[e] tuum. Indue me, Domine, stola candida virtutis tuae et Spiritum sanctum[f] tuum confirma in me. Et ne permittas me conculcari a diabolo, sed esto mihi dux iustitiae et in[g] virtute tua confirma me, ut te laudem et tibi[h] ymnum dicam, quia tu es benedictus in secula. Amen'.

(6). Aquilinus autem praefectus haec audiens, inrisit eum, dicens: 'Ut quid insipienter loqueris et inrides praecepta regum?' Beatus Florianus respondit: 'Et quando humanam militiam exercebam[a], tamen occulte Deum meum colebam, unde me non potest[b] diabolus ex integro occupare. Corporis quidem[c] mei potestatem habes, animam autem meam non potes tangere; solus enim Deus in[d] hac praevalet. Iussioni[e] tuae parui[f], quantum decet militem; hoc autem[g] me nemo suadet, ut demoniis[h] sacrificem[i]. Non enim ego illorum fantasmata adoro'.

(7). Praefectus[a] autem in furorem[b] conversus, iussit eum fustibus caedi. P. Iren.
Beatus Florianus dixit: 'Tantum[c] irascere et noce[d], quantum potes[e], quia corporis potestatem habes iam concessam[f] tibi. Si[g] vis scire, quia non timeo tormenta tua, ignem accende, et in nomine Dei mei ascendo super eum'. Milites autem coeperunt eum[h] cedere. Cum autem cederent eum, dicit ei praeses: 'Sacrifica diis, Floriane, et libera te de tormentis'. Beatus Florianus respondit: 'Ego sacrifico[i] domino Deo meo Iesu Christo, qui me dignatus est usque in hanc horam perducere et in exultationem hanc, in qua nunc sum'. Haec autem sancto viro dicente.

Capp. 3—7. *A* 1. *A* 2. *B*.

Cap. 3. a) interire *A* 2; intereant *Pol.* b) conmilitatores *A* 1, *ut infra.* c) Ite et nuntiate pr. *B*; Euntes — sum *om. Pol.*

Cap. 4. a) *ita pr. m. A* 1; officii nostri *A* 2. b) dixit *A* 1. c) *om. A* 1; certe *add. Pol.*

Cap. 5. a) sacrifica(ret *m. al. in ras. maiore*) *A* 1. b) autem *om. A* 1. c) tuos *add., sed delet. A* 2. d) athletos *pr. m. A* 1. e) t. s. *A* 2. f) *om. A* 2. g) *om. A* 1. h) *m. al. suppl. A* 2.

Cap. 6. a) et *add. A* 1; t. *om. A* 2. b) *ita A* 1. *Pol.*; potuit *A* 2. *Hensch.* c) m. q. *A* 1. d) D. haec pr. *A* 1; de illa habet potestatem *Hensch.* e) iussionis *pr. m. A* 1. f) p::vae *m. al. corr.* pravae *A* 1. g) in *add., sed eras. A* 1. h) demon(ii *m. al. in ras.*)s *A* 1. i) sacrific(em *m. al. in ras.*) *A* 1.

Cap. 7. a) Aquilinus autem praefectus *A* 2. b) furore *A* 2. c) Melius est (te *m. al. add.*) accedere *pro* T. i. *A* 1; Tu t. i. *A* 2. d) et nocere *A* 1; et noce corpori meo *Pol.*; et n. *om. A* 2. *Hensch.* e) *ita Pol.*; (p. *om.*) qui *A* 2; p. q. *om. A* 1. f) concessum (?) *pr. m. A* 1. g) autem *add. A* 2. *Hensch.* h) eum c. *in ras. A* 1. i) Ego me ipsum sacrifico domino Deo meo *A* 2; Ego sacrificabo Deo meo domino *Pol.*; Ego vero (*m. al. corr.* verum) sacrificium modo offero Deo meo *A* 1.

iussit eum praeses iterum cedi. Cum autem cederetur beatus Florianus, ita hilari vultu sublevatus[a] erat, sicut in gaudio aut in laetitia magna constitutus. Tunc praeses iussit scapulas eius acutis[1] ferreis confringi[b]. Hoc facto, beatus Florianus amplius glorificabat Deum et semper se christianum profitebatur.

P. Iren. (8). Tunc iniquissimus praeses, cum se superatum videret[a] in omnibus, dedit in eum sententiam et iussit eum duci ad fluvium Anesum[b] et ibi praecipitare de ponte, IIII. Non. Mai. Beatus Florianus, data in[c] se huiusmodi sententia[d], gaudens et exultans in vitam aeternam, quam Dominus promisit diligentibus se, ita hilaris pergebat, quasi ad lavacrum duceretur. Cum autem[e] pervenisset ad locum, ubi eum deberent proicere, ligaverunt[f] lapidem ad collum eius. Rogavit autem beatus Florianus milites, qui eum tenebant, ut permitterent eum orare Dominum. Stans P. Iren. autem beatus Florianus contra orientem et extendens manus suas ad caelum, et[g] dixit: 'Domine Iesu Christe, suscipe animam meam'. Et oravit quasi unius horae spacio, ita ut vererentur[h] et timerent eum tangere, qui eum duxerant. Tunc adveniens quidam iuvenis, plenus rabie, et[g] dixit ad milites: 'Quid statis et non facitis iussionem praesidis?' Et haec dicens, praecipitavit eum de ponte in fluvium, et statim oculi eius crepuerunt. Fluvius autem suscipiens martyrem Christi, expavit, et elevatis undis suis, in quendam[i] locum eminentiorem in saxo corpus eius deposuit. Tunc, annuente favore divino, adveniens[k] aquila, expansis alis suis in modum crucis, eum protegebat.

(9). Tunc beatus[a] Florianus manifestavit se cuidam feminae nomine[b] Valeriae[2], corde Deo devotae[c], quae eum conderet humo[d] secreciori loco[e]. Certis indiciis designavit ei locum, ubi eum[f] conderet vel ubi eum sepulturae traderet. Mulier autem, hac visione comperta[g], iungit[h] animaliola et ad fluvium properavit[i]. Prae[i*] timore autem gentilium in virgultis[k] vel in frondibus[l] eum involvit[m]; simulabat se quasi[n] ad hortulum claudendum ducere. Ducente[o] autem eum ad locum, ubi[p] ei designaverat[o], factum est[q], ut lassarentur animaliola prae nimio ardore solis, et steterunt, ita ut non possint ambulare neque progredi amplius. Tunc mulier, tribulata mente, oravit ad Dominum, ut ei divina misericordia subveniret, statimque in eodem loco fons affluentissimus[r] erupit, qui[s] ad testimonium eius usque hodie perseverat[t]. Et ita pervenit ad locum, ubi ei ipse revelaverat, et ibi eum

Capp. 7—9. *A* 1. *A* 2. *B*.

Cap. 7. a) suplet: (*corr.* suppletus) erat *A* 1; (s. *om.*) fuit *A* 2; sublevatur *Pol.* b) confregi *B* 2. 3; configi *coni. Hensch.*

Cap. 8. a) vidit *B*. b) An:sum *m. al. corr.* Anasum *A* 1; Anesium *B* 2. c) super *B*. d) mortis *add. B*. e) Cumque p. *A* 2. f) ei *add.* (*A* 2); Ligato autem lapide magno ad collum *B*. g) *om. A* 2. h) v. et *om. A* 2. i) quondam *pr. m. A* 1; in quodam loco eminentiore *A* 2; in quendam eminentiorem saxum (locum *B* 3. 4; *periit B* 2) c. *B*. k) *ita A* 2. *B*; advenit *A* 1.

Cap. 9. a) *ita A* 2. *B*; *om. A* 1. b) n. Valeria *A* 1; *haec om. B* (*ubi* matronae) *et Hensch.* c) devota *pr. m. A* 1. d) in *add. A* 2. *Hensch.* e) et *add. A* 2; certisque *m. al. A* 1. f) eum *om. A* 1. g) commonita *et add.* statim *B*. h) iunḡ *A* 2; iungens *Pol.*; iunxit *B. Hensch.* i) perrexit *B*; et corpus requirens invenit et super quadrigam posuit *add. Pol.* i*) *ita B. Pol.;* Propter timorem *A* 1. 2. k) virgulos *m. al. corr.* virgulas *A* 1. l) frondes *A* 1. m) et *add. A* 2. n) virgas *add. A* 2. o) Ducente — designaverat *om. A* 1; deducens ad locum, ubi sepeliret eum *B*. p) erat *add., sed delet. A* 2. q) autem *add. A* 1. r) largus effluxit *B*. s) *ita A* 1. *Pol.*; et (*A* 2). t) in quo animalia sanata ceperunt ulterius ambulare *add. Pol.*

1) *I. e. clavus.* 2) VI. Nonas Mai. deposicio Valerie vidue *inscriptio sepulchralis, quae extat apud S. Florianum, scriptura saec. XIII. exarata est; cf. Kenner in* '*Archiv für österreichische Geschichte*' (1867) *XXXVIII, p.* 175.

mulier[a] propter imminentem[b] et amarissimam persecutionem secrete cum festinatione sub terra deposuit; in quo loco fiunt[c] sanitates magnae[d], egri sanantur, febricitantes curantur, et omnes, qui ex[e] fide observaverint[f], misericordiam consequentur.

(10). Acta[a] sunt haec tempore Diocletiani et Maximiani imperatorum[b], agente iniquissimo Aquilino praeside, regnante vero domino nostro Iesu Christo, cui est cum Patre et[c] Spirito sancto honor et gloria et potestas innumerabilis nunc et semper et per infinita secula seculorum. Amen[d]. P. Iren.

Capp. 9. 10. *A* 1. *A* 2. *B*.

Cap. 9. a) *om. A* 1. b) eminentem *pr. m. A* 1. c) *finis totus diversus est in Pol.* d) multe *B.* e) *ita Hensch. et pr. m. A* 1; (ex *om.*) fidem servaverint *A* 2. f) petierint, impetrabunt m. Dei *B.*

Cap. 10. a) autem *h. l. add. Hensch., post* sunt *add. A* 2. b) imperatoribus *pr. m. A* 1. c) cum *add. A* 2. d) Explicit passio sancti Floriani martyris Christi *add. A* 2.

VITA MAXIMINI EPISCOPI TREVIRENSIS
AUCTORE LUPO.

Inter propugnatores fidei catholicae, haeresi Ariana exorta, non infimum locum obtinet Maximinus episcopus Trevirorum, vir sane magni nominis, Athanasii, quem relegatum a. 336. *Treviris honorifice susceperat*[1], *amicus. In chorum sanctorum admissi nomen fastis Martyrologii Hieronymiani illatum est d.* 29. *Maii:* Treveris natalis Maximini episcopi[2]; *basilica ei dicata iam Gregorii*[3] *tempore virtutibus celeber, monachis receptis, abbatia facta est clarissima. Multis saeculis post mortem patroni Vita*[4] *ibidem composita est fratribusque dedicata, i. e. monachis S. Maximini; nihil vero certi de sancto scire potuit auctor, unde mendacia astruxit tam manifesta, ut facile deprehendantur*[5]. *Cum Carolo principe Pippinoque regnante patrata enarraverit miracula neque posteriora, eum veri simile est inter a.* 751. *et* 768. *opus aggressum esse, id quod sermo antiquitatis quaedam vestigia prae se ferens confirmare mihi videtur. Inter monumenta Treverensia hoc sane pro vetustissimo habendum est*[6].

Waldone rogante, Lupus a. 839. *hanc Vitam 'accuratiore sermone convenienti restituit dignitati', id quod iam inde ab initio cognitionis amico promiserat: aegre autem ferebat, quod 'vix parva gestorum illius monimenta extant, et in his ipsis quaedam fabulosis inveniuntur similia'. E chronico Hieronymiano ipse non multa Vitae addere potuit, cui alia detraxit, 'quae fidem ceteris poterant derogare'. Miracula in translatione sancti*

1) *Hieron. Chron. a.* 6. *Constantini, Constantii et Constantis (a. Chr.* 345*):* Maximinus Trevirorum episcopus clarus habetur, a quo Athanasius Alexandriae episcopus, cum a Constantio quaereretur ad poenam, honorifice susceptus est. 2) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [68]. *In recensione Fontanellensi inter a.* 734—756. *composita additamentum legitur hoc:* de antiquis ibi multa signa et curationis fiunt. 3) *V. Patr. c.* 17, 4. 6; *Gl. Conf. c.* 91. 4) *Eam G. Henschenius ex codice S. Victoris Parisiensis edidit in AA. SS. Mai. VII, p.* 21—24. 5) *Cum S. Martino a. demum* 370. *episcopo Turonensi creato Maximinus eo teste Romam adierat.* 6) *Cf. Waitz, SS. VIII, p.* 110.

patrata suppressit, reliqua vero in meliorem ordinem redegit, componens similia cum similibus, criticumque se vel eo praestitit, quod de urso asini vicem explente scripsit: **Maximinus ferae d i c i t u r imperasse.** *indirectaque in sequentibus usus est oratione. Denique elocutionem barbaram ita emendavit, ut pauca decessoris servaverit verba.*

Episcopus in praescriptione codicis saec. XI (1a) dicitur Lupus, eademque ei dignitas a Sigehardo monacho S. Maximini tributa est, qui ab Wickero abbate (957—966) compulsus, 'post editum a Lupo episcopo de Vita S. Maximini librum' [1] *per sanctum operata adiecit miracula. Episcopus si fuisset Lupus, sane Trecensis ille saec. V. esse non potuisset, id quod ex Necrologio S. Maximini* [2] *coniectura magis audaci quam prudenti conclusum est, neque de Catalaunensi Henschenius aliique recte cogitaverunt: abbas potius erat communi recentiorum opinione isque Ferrariensis ille celeberrimus. Eius quae supersunt epistulae* [3] *elegantissime dictatae sunt, dum Maximini et quae triennio ante composita est Vita Wigberti abbatis Friteslariensis* [4] *non eadem sermonis elegantia excellunt, inquinatae vel mendis grammaticis: attamen utraque litteris bene eruditum ostendit scriptorem luctantemque cum materia sterili, quae a sermone Latio tam longe abhorrebat, quantum in epistulis tractatae disquisitiones doctae illi applicabantur. Constructiones* [5] *et vocabula* [6] *Lupo familiaria in V. Maximini deprehenduntur, ibique, ut in altera Vita, annus praesens ab auctore accurate indicatus est, id quod ab hagiographis raro fiebat. Lupus monachus Ferrariensis Fuldam ab abbate missus, a.* 836. *in Gallias rediit annoque insequenti in nostram patriam iterum profectus est: nostram etsi non didicit linguam, scientiam tamen didicit litterarum, Hrabani scholis adscriptus doctisque familiariter usus Germanis Einhardo, Reginberto, aliis. Abbas autem Ferrariensis a. demum* 842, *Odone dimisso, Lupus creatus est.*

Eo tempore Adalardus comes monasterio S. Maximini praeerat, avunculus Irmintrudis, Caroli Calvi uxoris, inter proceres regni potentissimus [7], *qui ad recuperandam cellam monasterii Ferrariensis* [8] *Lupo abbati fortiter assistebat. Abbas ille idemque comes rei monachicae curam monachis procul dubio commiserat, reditibus ipse contentus, qui sibi competebant; inter fratres autem Waldo quidam ita eminebat, ut, archiepiscopo deiecto, sedem Trevirensem c. a.* 870. *usurpare potuerit, Ludovici regis suffragiis fultus* [9]. *Is ipse fortasse abbas* [10] *Adalardo comiti successerat* [10], *anno autem* 839. *etiamtum e mona-*

1) *SS. IV, p.* 230. 2) *Necrologium e codice Musei Bollandiani saec. X/XI. ed. Kraus ('Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfreunden im Rheinlande'* 1876, *LVII, p.* 117*)*: 3. Kal. Nov. obitus Waldonis abbatis presbyteri et monachi, ad quem sanctus Lupus episcopus de Tr. vitam sancti Maximini scripsit. *Igitur* Trecis *in codice minime legitur, compendiumque quod ibi extat* Tr. *potius* Treviris *explicandum est.* 3) *Ad codicem unicum eas nuper edidit G. Desdevises du Dezert, 'Lettres de Servat Loup' ('Bibliothèque de l'école des hautes études' fasc.* 77, *Paris.* 1888*).* 4) *Ed. Holder-Egger, SS. XV, p.* 36. 5) *Cf. c.* 5*:* haut dubium quin Maximiano *et Baluze p.* 223. 496*; cf. Marckwald, 'Beitr. zu Serv. Lupus (Strassb.* 1894*)' p.* 22—27. 6) *Superlativo* opina(n)tissimus *(cf. Neue, 'Formenlehre' II,* 235[3]*) utitur, littera* n *interposita.* 7) *Cf. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reichs' I, p.* 187[2], *II, p.* 21[2]. *Adalardus S. Maximini abbas in chartis a.* 838. *et* 853. *datis commemoratur; cf. Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, p.* 73. 89. 8) *Cf. Lupi ep. l. l. p.* 94. 100. 126. 9) *Cf. Flod. III,* 20 *(SS. XIII, p.* 512*)*: monachus Walto de monasterio Trevirensis parrochiae *(ex ep. Hincm.), et Dümmler l. l. II, p.* 292, *n.* 4. 10) *Ita vocatur in charta falsa Lotharii II. a.* 868 *(Mühlbacher, 'Karol. Reg.' I, p.* 503*), in Necrologio supra citato et in chronico Nicolai Novillanii saec. XVI (Hontheim, Prodr. hist. Trev. p.* 1005*)*: A. D. 896 *(lege* 869*?)* pridie Idus Nov. Bertolphus archiepiscopus Trev. ad petitionem Waldonis abbatis dedicavit ecclesiam in loco qui dicitur Rosbach in honorem S. Maximini et terminis distinxit, *quem locum ex fonte antiquo pendere opinor.*

chis gregalibus erat, quare quod Lupus Vitae praemissam epistulam inscripsit: Lupus Waldoni suo salutem, *primo scilicet loco suum nomen ponens, inde non sequitur, scriptorem fuisse episcopum.*

Quamquam ad historiam illustrandam nihil facit Lupi liber, tamen edendus erat propter auctoritatem scriptoris praestantissimi severitatemque censoriam, qua ordinis ecclesiastici vitia ille castigavit homo ingenuus. Modestiam, probitatem, constantiam Maximini et eis in memoriam revocavit, qui honores ecclesiasticos pecunia tunc mercabantur[1], *turpes moribus neque scripturis divinis eruditi, et ignavis adulatoribus, qui verbis factisque mala imperatorum consilia frustrari non audebant, ne quid ipsi detrimenti caperent, eaque occasione in haec prorupit verba:* Sed o nostri temporis mores degeneres![2]

Codices, quos adhibui, sunt hi:

1a) Codex V i n d o b o n e n s i s *n.* 576, *olim hist. eccl.* 145, *formae octavae, fol.* 119, *V. Maximini saec. XI. exaratam fol.* 13—24. *continet.*

2) Codex T r e v i r e n s i s *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. Loc.* 454 *(antea n.* 963*), saec. XIII, legendarii S. Maximini tomus Maium comprehendens, fol.* 122, *Lupi opusculum cum Sigehardi miraculis exhibet.*

3a) Codex M o n a c e n s i s *lat. n.* 18625 *(Teg.* 625*), formae quadratae, saec. XII, fol.* 11'—18', *et*

3b) Codex M o n a c e n s i s *lat. n.* 22241, *formae maximae, saec. XII, qui est tomus II. legendarii Windbergensis, fol.* 93'—97', *eundem fere textum praebent.*

4) Codex P a r i s i e n s i s *n.* 5278 *(Colb.* 11, *Reg.* 3594. 7*) formae magnae, saec. XIII, fol.* 90'—94, *omisit c.* 25, *desinens in verbo* retulerunt.

5a) Codex M e t t e n s i s *n.* 523, *formae octavae, saec. XI,*

5b) Codex P a r i s i e n s i s *n.* 5294 *(Colb.* 2509, *Regius* 418$_{5}$7*), formae quadratae, saec. XI/XII, olim S. Symphoriani Mettensis, fol.* 158—167,

5c) Codex R e m e n s i s *n.* 1144 *(*782. 768*), formae maioris, saec. XIII. in., olim Iohannis des Friches advocati Parisiensis, fol.* 98'—102',

scilicet omnes classis 5. *libri, epistulam Lupi omittunt.*

Codex 1a *cum reliquis propiore affinitate non coniunctus, menda praebet singularia tantum, quae ope librorum deteriorum facile tolli poterant. Ex his* 2. 3a. *b nonnumquam iisdem locis laborant, arteque inter se cohaerent* 3a. *b. Codex* 4 *mendosissimus cum classe* 3 *facit atque etiam cum* 5. *Libris* 5 *omnino diffidendum erat, cum auctor illorum, fortasse Mettensis, interpolando et immutando sermonem expoliverit. Codices* 1a. 2. 5a *integros contuli, reliquos vero locis singulis inspicere satis habui. Discrepantiam lectionum plenam dedi libri* 1a *solius, reliquorum supprimens singularia. Orthographiam, codicibus neglectis, bonam fere admisi, cum Lupum de sublimibus quaestionibus grammaticis disserentem huiusmodi menda non commisisse persuasum mihi sit.*

Editio Laurentii S u r i i, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae* 1572, *tom. III, p.* 427—432, *interpolationibus nonnullis inquinata, quas in nostris codicibus non repperi, fortasse ex duobus libris pendet, cum ibi lectiones codicum et* 1a *et* 5 *deprehendantur. Eius successor Stephanus* B a l u z i u s, *Servati Lupi opera, ed. alt., Antwerpiae* 1710, *p.* 275—291, *pauca immutavit, eadem plerumque non recte, usus scilicet codice* 4. *Hanc editionem* M i g n e, *Patrologia Latina, Paris.* 1852, *tom.* 119, *p.* 665—679, *iteravit.*

B. K r u s c h.

1) *Cap.* 2. 2) *Cap.* 5.

LUPUS[a] WALDONI SUO SALUTEM.

Amicos honestis certare officiis seque invicem velle sinceris praevenire obsequiis inter praecipua humanae vitae negotia non inmerito deputatur, quippe nostra inbecillitas, mutuis freta subsidiis, cooperante divina gratia, nec laetis inaniter extollitur, et par effecta tristibus, ab eis hautquaquam facile superatur. Huius tantae rei subtilis consideratio me tibi, Waldo carissime, suasit morigerari, et quod iam inde ab initio nostrae cognitionis magnopere flagitasti, ne tibi negarem, effecit, scilicet ut vitam beati Maximini meo stilo elucubrarem et res, quae ad nos usque qualibuscumque litteris decurrerunt, accuratiori sermone convenienti restituerem dignitati. Huc accessit, quod memoratum virum clementi apud Deum intercessione mihi plurimum confido profuturum, si eius actus, quanta possum diligentia, celebrans, proponam nescientibus imitandos. Verum in hoc opere illud me admodum coartat, quod, multis quae, dum adviveret[b], egit, ut palam est, silentio suppressis, vix parva gestorum illius monimenta[c] exstant, et in his ipsis quaedam fabulosis inveniuntur similia. Quo fit, ut amplissimi viri opinantissimae[d. 1] maiestati angusta scribendi materia parum respondere videatur. Omissis itaque his quae[e] fidem ceteris poterant derogare, non ingenii mei, verum divinae gratiae fiducia digna dumtaxat memoratu hinc narrare aggrediar.

INCIPIT[a] VITA.

V. Maxim. I. (1).[b] Maximinus urbis Aquitanicae Pictavorum indigena clarissimis est ortus natalibus[c], siquidem antiquam prosapiam, a maioribus senatorii ordinis deductam, eius parentes sortiti, Maxentium[d] atque hunc Maximinum felici auspicio procrearunt, qui nobiliter educati, sacris pariter litteris instruebantur, futuri[e] quandoque christiani dogmatis egregii defensores. Sed processu temporis Pictavorum ecclesia Maxentium sibi pontificem vendicavit, eamque idem postea florentissime gubernavit. Maximinus autem divino instinctu genitale solum relinquens atque in Belgicam Galliam commigrans, in Trevirorum urbe substitit et spectati praesulis Agricii magisterio se informandum summisit; in quo tanta ubertas gratiae spiritalis eminebat, ut apicem dignitatis titulo sanctitatis ornaret, cuius rei fama cum et alios diversis ex partibus, tum etiam hunc Maximinum accierat. Ergo ad notitiam tanti viri deductus et ecclesiasticis moribus aliquandiu diligenter assuefactus, clericatus honore donatus est.

(2). Cumque augmenta virtutum incrementa illi[a] parerent consequentium dignitatum, Quiriacus quidam mira sanctitate[b] beati Eucharii ecclesiam nocturno tempore oratum de more ingressus, obversantem sibi angelum non per quietem, sed vigilando intueri promeruit eiusque vocem corporeis hausit

Prolog. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. *Capp.* 1. 2. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Prolog. a) *praescr.* Incipit prologus Lupi episcopi in vitam sancti Maximini episcopi 1*a*; Incipit prologus de vita sancti Maximini confessoris 3*a*; Prologus in vitam sancti Maximini episcopi et confessoris 3*b*; Incipit prefatio in vita sancti Maximini episcopi et confessoris 4: *epistula deest codicibus* 5. b) d. adhuc viveret 1*a cum edd.* c) momenta *pr. m.* 1*a*. d) *ita* 4 *et pr. m.* 1*a*, *ut in Lupi ep.* 25 *(ed. Desdevises du Dezert p.* 90*)*; opinatissim(a)e *rell.* e) qui 3*a*. *b*. 4.

Cap. 1. a) *ita* 1*a*; Incipit vita eiusdem 3*a*. *b*. 4; Incipit vita sancti (beati 5*b*) Maximini episcopi (IIII. Kl. Iunii transeuntis *add.* 5c) 2. 5*b*. *c*; Vita sancti Maximini ::: (*ras.* epi) Trevirorum episcopi 5*a*. b) *numeri des. codd.* c) nalibus *pr. m.* 1*a*. d) Maxencium 1*a*. e) q. f. 1*a*.

Cap. 2. a) *post* illi 6 *litt. ras.* 1*a*. b) praeditus *add.* (2) *cum edd.*

1) *i. q. clarissimae; cf. p.* 72, *n.* 6.

auribus praecipientis, ut Maximinum ex divina iussione redderet[a] certiorem, quod, Agricio episcopo ad superna gaudia intromisso, mox esset[b] ipse pastorale ministerium subiturus. Id[c] Quiriacus propere dum complevisset, beatus Maximinus huic honori modis omnibus se imparem fatebatur. Ita quem iam secretorum inspector probaverat, fragilitatis propriae rigidus aestimator de se vilia sentiebat. Hoc utinam homines nunc et[d] intueri vellent et imitari! Profecto numquam ecclesiasticos honores, qui sanctis et eruditis tantummodo competunt, corruptelis vitiorum obnoxii oraculorumque caelestium nescii pecunia mercatum irent seque velut gravem et oppressuram sarcinam nolentibus ac reclamantibus nequaquam prorsus inponerent. Verum ut ab his, quo paululum[e] deflexit, nostra revocetur oratio, quod semel beatum Maximinum divinitatis inmutabile consilium populo suo praeficiendum decreverat, Agricio per ministerium revelatur angelicum, ut sibi eum instituat successorem. Qui absque retractatione divino parens imperio, suis benedictionibus confirmatum post se futurum designat pontificem. Nec multo post Agricius quidem momentaneam mortem sempiternae vitae felicitate mutavit et in confessorum gloriosissimum coetum concessit[f]. V. Maxim. I.

(3). Sanctus autem Maximinus consensu[a] sacrorum ordinum totiusque plebis annisu a vicinis episcopis pontificali est excellentia sublimatus. Iam vero, quam strenue sit eo functus officio, summi auctoris Hieronymi[b] testimonio, qui aut contemporalis ei, tametsi[c] puer, fuit aut proxime[d] illius aetatem accessit, licet cognoscere. Namque is[e] in praeclaro chronicae opere, cum a secundo anno Constantini, Constantii atque Constantis augustorum Arrianam [1] impietatem, praefati Constantii regis fultam praesidio, persecutam exiliis, carceribus et variis afflictionum modis primum Athanasium, deinde omnes non suae partis episcopos declarasset, paucis interiectis, sexti anni, si quae forte fuissent, res memorabiles notaturus: *Maximinus,* inquit, *Trevirorum episcopus clarus habebatur.*

(4). Hic si quis inspiciat, insaniam Arriani principis tum quam maxime inferbuisse[a], facile intelleget[b], persecutionibus, quae vulgo veris inportabantur praesulibus, sanctum quoque Maximinum alacriter participatum ac violatae fidei non declinasse modo contagia, sed etiam assertorum eius perversis ac violentis molitionibus obviasse. Nec adeo fuerat operosum eas celeriter penitusque subvertere, nisi merito execrabilis impietatis miserabiliter excaecati illius nefarii sceleris vel inventores vel defensores lumen rationis nequaquam admittere consensissent. Nam quis umquam, quaeso, de consubstantialitate Patris et Filii vel per quietem sit ausus dubitare, nisi qui illam evidentissimam Dei sententiam surda praeterierit aure: *Ego et Pater unum sumus?* 'Unum' enim dixit, tantum se profecto volens Ioh. 10, 30.

Capp. 2—4. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 2. a) c. r. 1*a*. b) i. p. m. e. 5*a*. *b*. c) At 2. 3*a*. *b*. d) v. et i. 1*a*. e) paullum 1*a*, *corr*. f) conscendit 5*a*. *b*; commigravit Idibus Ianuarii *edd*.

Cap. 3. a) consu *pr*. *m*. 1*a*. b) Hieronimi 1*a*; Iheronimi 5*a*; Ieronimi 2. c) tam *postea add*. 1*a*. d) proximae *pr*. *m*. 1*a*. e) ::s *pr*. *m*. 1*a*.

Cap. 4. a) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. 5*b*; efferbuisse (5*a*) *cum edd*. b) *ita* 5*a et* 5*b e corr*.; intelle(get *pr*. *m*. *add*.) 1*a*; intelligitur 2. 3*b*; intellegitur *pr*. *m*. 3*a et fortasse* 5*b*; *m*. *al*. *corr*. intellegit in 3*a*.

1) *Hieron. chr. a. 2. Constantini, Constantii et Constantis:* Ex hoc loco inpietas Arriana, Constantii regis fulta praesidio, exiliis, carceribus et variis adflictionum modis primum Athanasium, deinde omnes non suae partis episcopos persecuta est *(ed. Schoene II,* 193*)*.

intellegi, quantus Pater esse cognoscitur. Scilicet[a] mysterium baptismatis in nomine Patris et[b] suo[c] ac sancti[d] Spiritus[e] tradi iussisset fidelibus neque[f], ut Patri sanctoque Spiritui, sibi quoque[g] voluisset deferri! Verum quis illos ferret non
Ioh. 5, 23. minus stultos quam impios? Denique cum ipse Filius dicat, *ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem,* in tantam[h] inperitissimi homines proruperant audaciam, ut minorem Patre Filium esse contenderent. Hi callidis argumentorum commentis sua nitebantur astruere; contra per Athanasium atque Maximinum ceterosque propugnatores ac duces clarissimos apostolicae doctrinae semper superabat auctoritas. Laboriose mendacium exquisitis ornabatur sententiis; per se satis[i] decora, simplex veritas eminebat. Postremo potestas humana fortissimis bellatoribus turbulentum minaxque bellum conflaverat; divina maiestas animum, vires, arma, quibus illi vincerent, ministrabat.

(5). Ex his quae praemisimus beati Hieronymi[a] verbis, etsi pauca sunt, tamen satis[b] Maximini sanctitas poterit aestimari; sed eis ille non contentus rem intulit, maximis meo iudicio laudibus prosequendam: *A quo,* inquit[1], haut[c] dubium quin Maximino, *Athanasius Alexandrinae ecclesiae episcopus, cum a Constantio quaereretur ad poenam, honorifice susceptus est.* O virum beatissimum summisque principibus ecclesiae merito coaequandum, qui regiae potestatis iniustum spreverit[d] inpetum et cum periculo[e], si non vitae, certe dignitatis amplexus sit custodiam mandatae divinitus caritatis! Fac[f] enim imperatorem furiata mente proditionis praemia proponentem[g]; si opinari potuisset, fore aliquem, qui cum valeret, non solum Athanasium minime proderet, sed etiam studiose celaret, quas proscriptiones, quae exilia, quae tormenta minaturus fuisset deprehensoque postmodum illaturus: et liquido apparebit, quantum pondus iustitiae tribui debeat huic sancti Maximini constantiae. Profecto fiducia ex divinis eloquiis concepta docuit, quatinus sit saecularibus potestatibus obsequendum; neque enim Deus se iusta praecipientem contemnendi, homines autem quamquam imperatores iniusta iubentes audiendi
cf. Matth. 22, 21. potestatem fecisset. Nam etsi praescripsit, ut Caesari quae sunt Caesaris et Deo quae sunt[h] Dei reddamus, quod id[i] citra violationem suorum fieri voluerit man-
1. Petr. 2, 17. datorum, apostolus declaravit, qui dicturus: *Regem honorificate, — Deum timete* praemittendum curavit. Sed o nostri temporis mores degeneres! Omnes pene[k] iam nervi pristini roboris[l] conciderunt. Levibus terroribus fracta[m] cessit constantia, pluris pecunia[n] quam iustitia aestimatur. Quis iam imperatoribus divinorum praeceptorum reserare salutarem non reformidet severitatem? Quis eis sua pericula, zelo divini timoris accensus, absque fuco adulationis[o] aperiat? Ego plane non sum dubius, aut neminem aut rarum nunc[p] esse, qui si quemlibet, ut quondam magnus fecit Athanasius, iniquos motus imperatorum fuga declinantem videret, ei[q], ut Maximinus, gremium caritatis, Deo fisus, aperiret; immo latebram praestare

Capp. 4. 5. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 4. a) sed et *pro* scilicet 5*a*; *post* sc. *add.* ut *m. al.* 1*a*, cur 2. 3*a*. *b*. b) ac 5*a*. *b*. c) Filii 3*a*. *b*. 4; et *pro* ac 4. 5*a*. *b*. d) Sp. s. 3*a*. *b*. 4. e) non aliter *h. l. add.* 5*a*. *b cum edd.*, *post* tr. 4. f) nisi aeque 5*a*. *b cum edd.* g) unitatem equalis deitatis *add.* 5*a (non 5b).* h) tant(am *m. al. in ras.*) 1*a*. i) i *m. al. in ras.* 1*a*.

Cap. 5. a) Hieronimi 1*a*. 2; Iheronimi 5*a*. b) sancti *add.* 1*a*. c) *ita* 1*a*. 2. 3*b*. d) spe:erit (*ras.* f?) *pr. m.* 1*a*; speverit *pr. m.* 2. e) et *add.*, *sed eras.* 1*a*. f) Fac::. *ras.* it 1*a*; Hunc (?) *m. al. corr.* Hoc 2. g) qui *add.* 5*a*. *b*. h) Dei s. 1*a*. i) idcirco v. 1*a*. k) *m. al. superscr.* 1*a*. l) *m. al. in ras.* 1*a*. m) *ita* 2. 3*a*. *b*; facto *m. al. corr.* facile 1*a*; labefacta 5*a*. n) pecuni: *pr. m.* 1*a*. o) (ad *superscr.*)ulationis 1*a*. p) hunc 1*a*. q) *in ras.* 1*a*.

1) *Hieron. chron. a* 6. *Constantini, Constantii et Constantis (ed. Schoene II,* 193*).*

vel remotissimus quisque refugeret, ne, dum alium tegere moliretur, semet ipsum laqueis calamitatis exponeret. At Maximinus in celeberrima eademque tunc regia[a] civitate fortissimum excipiens confessorem, dum eius ingenue communicavit periculo, participium sibi peperit gloriae sempiternae.

(6). Quanto autem studio pro conservanda integritate fidei excubaret, alias etiam demonstravit, cum, Agrippinae synodali evocato conventu, Eufratan episcopum, heretica pravitate corruptum, cum his qui frequentes convenerant pontificibus gradu movit, ecclesiastica usus censura. V. Maxim. I. Is enim insanis accedens hereticis, Iesum Christum non esse verum Dei filium praedicabat. Nec miraculorum gratia defuit sancto Maximino, quibus editis, suae praedicationis fidem tardioribus faciebat; siquidem et caecis lucem infundebat optatam et paralyticorum solutos artus in pristinum reformabat vigorem et eos, qui daemonum pervasione humanam mentem exuerant, foedo prorsus dominio[a] liberabat. Quod si cui incredibile videatur, ex his quae multa ad eius memoriam hactenus fiunt poterit confirmari.

(7). Erat ei[a] sollemnis consuetudo sanctorum lustrare memorias eorumque opem summissis precibus flagitare. Cuius rei gratia cum Romam tenderet, opinatissimum confessorem Martinum convenit; iunctique summi pontifices, divinis rebus intenti, laborem itineris non ut alii sentiebant. Illis itaque in ulteriora[1] progredientibus, forte asellum, qui sarcinas beatorum ferebat, ursus offendit eumque protinus devoravit. Hic Maximinus in nomine Domini ferae dicitur[2] imperasse, ut, quia iumentum non abegerat, sed consumpserat, ipsa iumenti onus assumeret[b]: illam e vestigio successisse oneri, et quoad reversi ad[c] locum qui Ursarii villa dicitur devenirent, subvectioni mansuetissime famulatam, ibique[d] a sancto viro pristinam vagandi potestatem recepisse, prius tamen licentia quemquam laedendi erepta. Verum, quia, ut pravi sibimet sunt graves, ita boni suo semper[e] delectantur consortio, sanctus Maximinus beatum Martinum Trevirorum urbem secum coegit invisere suoque populo duplicata benedictionis revexit commercia. Ibi Martinus spiritalem sibi filium Lubentium Maximino erudiendum commisit, cuius ille parens voluntati, et eum sacris instruit[f] litteris, et imposito gradu presbyterii, in vico cui Cubruno[g] vocabulum est praefecit. Ipse autem pie memor propinquorum patriam repetivit, suorumque usus contubernio, non multo post ibi[h] vita excessit sanctorumque laborum fructum, cumulata mercede, a Domino est consecutus.

(8). Succedens in episcopatu[a] Paulinus, qui fidei suae veritatem exilii perpessione firmavit, communicato cum clero et populo Trevirorum consilio, sanctum Maximinum ab Aquitania, ubi situs fuerat, revehendum constituit. Itaque,

Capp. 5—8. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 5. a) urbe regia *pro* r. c. 5*a*.

Cap. 6. a) demonio 1*a*.

Cap. 7. a) enim 2. 3*a*. *b*. b) Mira res valde est *add. edd.* c) ad *superscr., sed eras.* 1*a*. d) *ita* 1*a*. 2; ibi denique 3*a*. *b*. 5*a*. e) sci 1*a*. f) *ita* 1*a* *(pr. m.)* 2. 3*a*. *b*; *m. al. corr.* instruxit 1*a*; instituit 4. 5*a*. *b*. g) *ita* 2. 3*a*. *b* *cum Vita I;* Cubrono 1*a*; Combruno 5*a*. *b*; Combrino 4. h) *om.* 2. 5*a*.

Cap. 8. a) episcatu 1*a*; episcopatum 2 (atum *m. al. in ras.*). 3*a* *(pr. m.)*. *b*.

1) in quodam castello *V. Maxim. I.* 2) praecepitque ei *V. Maxim. I.* *Criticum se agit Lupus.*

V. Maxim. I. facto agmine, clerus populusque Aquitaniam versum tendentes, emensis prolixis viarum spatiis, tandem haud longe a loco ubi ille claudebatur thesaurus admodum fatigati substiterunt. Ibi, ceteris corpora curantibus, quidam seniorum prostratus Domino supplicabat, ut illius exoptabilis loci, quem ipse cum sociis penitus ignoraret, aliquod mererentur indicium. Vix orationis verba finierat, cum puer gregem ovium sequens, nomine beati Maximini iurative assumpto, ovem, si, quo ipse nollet, accederet, ictu repellendam minatus est. Hic senior stupefactus, ubinam quem nominasset Maximinus requiesceret, percontatur[a]. Atque puer vicissim, quinam esset, qui tam clari viri memoriam nesciret, admirando perquirens, postquam resciit[b] aliunde adventantes, eos ad locum desideratum usque perduxit. Ita illi laudantes Deum beatumque Maximinum, etiam angelica revelatione[c] certiores effecti sunt, illic, ubi monstratum fuerat, inveniendum, quod quaererent. Verum custos ecclesiae suspicatus id quod evenit, ut eadem ecclesia excederent qui advenerant[d], imperavit. Moxque[e] celerrima fama rem dissipante, inmanis excita manus Aquitanorum Treviros moliebatur loco arcere; potuissetque committi facinus pessimum, ni Treviri christianitatis fraternitatem opponentes, orandi tantum studio se convenisse firmassent. Aquitani Treviros sui timore[f] perculsos arbitrantes, hincque remissi laetitia, vino indulgent et, quod erat consequens, somno graviori[g] solvuntur.

(9). Interea beato Lubentio, cuius est[a] mentio superius facta, imperat angelus[b], clavem ecclesiae ad caput custodis capiat, et absque strepitu ecclesiam introgressus, exoptatum thesaurum asportet. Ille, coetu aliorum presbyterorum adiuncto, summa cum properantia[c] paret[d], ac prospero comitante successu, clavis, unde sumpta fuerat, cito refertur, et catervis expectantibus, quod tantopere cupiebant infertur. Treviris abitum maturantibus, Aquitani primo eos metu discessisse dictitant. At ubi rei[e] veritatem comperiunt, magno coacto[f] exercitu, recedentes triduo insequuntur. Cumque intra mutuum conspectum uterque populus constitisset, Aquitani crebris coruscationibus tonitruque[g] atque frequenti emissione fulminum, quorum nihil Treviros contingebat, repulsi, non sine rubore ad propria rediere[h]. Treviris coeptum iter carpentibus, caecus quidam spe recuperandi visus deduci se flagitabat ad feretrum, cuius, ut eum umbra tetigit, mox caligo inolitae caecitatis abscessit. Ita unius incolomitate[i] gaudium multi ceperunt.

(10). Cumque Mosomagum[a] castellum pervenissent, paralyticus quidam beato Maximino sanandus offertur, nec irrita vota fuere fidelium. Namque sine dilatione optatae redditus sanitati, speciosissimum spectaculum intuentibus praebuit. Utque gratiam referre viderentur eius loci habitatores, ecclesiam Deo sub honore beati Maximini, ubi eius sacrae fuerant reliquiae positae, condiderunt.

(11). Evogium[a] vocatur quoddam castellum, ad dicionem iam[b] perti-

Capp. 8—11. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 8. a) percunctatur *pr. m.* 1*a*; percuntatur *pr. m.* 2. b) rescivit 1*a*. c) revelitione 1*a*, *corr.* d) et eventum rei celaverant *add. edd.* e) que *om.* 2. 3*a. b*. f) timere 1*a*, *corr.* g) *ita* 1*a*. 2. 3*a. b*; gravi resolvuntur 5*a. b*; graviori resolvuntur *edd.*

Cap. 9. a) *ita* 1*a*. 2. 3*a. b*; m. est 5*a. b*. b) *ita* 1*a*. 2. 3*a. b*; ut (ut 5*a*) *add.* 5*a. b*. c) properatione 5*a. b*. d) *om.* 2. 3*a. b*. e) v. rei 1*a*. f) coactu (?) *pr. m.* 1*a*. g) tonitruoque 2. 3*a. b*. h) sunt reversi 5*a* (*non* 5*b*); reversi sunt *Vita I.* i) *ita* 1*a*. 2. 3*b*. 5*b*.

Cap. 10. a) *ita* 1*a*; Masomagum 5*a. b*; Mosomaga 2; inosogramma 3*a. b*; Mossono *Vita I.*

Cap. 11. a) Evoium 2; Evoum 3*a. b*; Ebosius *Vita I.* b) *om.* 5*a. b*.

nens Trevirorum. Hoc ingressis exequiarum baiulis, quaedam illic femina, maligno spiritu obsessa, querebatur, quid ita Trevirorum populus beatum illuc[a] Maximinum deportasset[b], cum ei possent sufficere sancti[c] Dei Eucharius, Valerius et[d] Maternus necnon Agricius, quos daemones ut violentos paterentur tortores. Nec diu teterrimus hostis miserae infelicitate laetatus est, siquidem post praemissas voces, meritis beati Maximini exire compulsus, ludibrii sui potestate privatus est. V. Maxim. I.

(12). Inde ad castellum quod Harlonis[a] dicitur sancti perlatis reliquiis, duo accedentes leprosi, iam, quantum valeret Maximinus, felici fama edocti, eius imploravere credula mente suffragium[b], nec spes eos sua fefellit. Denique mox divinam experti medicinam, adepti sunt integram sospitatem.

(13). Tot ac tantis divinis celebratus[a] miraculis, Trevirorum quondam pontifex Maximinus, tunc autem apud Deum certissimus iam patronus, urbi, quam olim egregie rexerat, propinquabat. Iam vero vix credibile fuerit, quanta tunc ad[b] eum multitudo confluxit[c]. Obviam praesuli tota se civitas effudit, rusticorum ex agris frequens turba convenit, multi quoque ex vicinis urbibus occurrerunt. Compulerat haec agmina in unum veneratio Maximini, quae Paulinus totius signifer pietatis sua gloriosa decorabat praesentia. Cremabantur pretiosi odores, cereorum copia resplendebat, distinctae sacrorum acies[d] ordinum festiva cantica personabant. Ita exceptum deductumque sacratissimum Maximinum insignis confessor Paulinus in ecclesia beatissimi[e] euangelistae[f] Iohannis magnificae sepulturae[g] mandavit.

(14). Huc postea caecus quidam a nativitate ex territorio Beneventano deductus, Crethon[a] vocabulo, monitum se a principe apostolorum Petro, dum Romae spe recuperandi luminis moraretur apud eius memoriam, fatebatur, ut Belgicam Galliam peteret, ubi sanctus requiesceret[b] Maximinus, quod illius meritis possent ei optatae sanitatis gaudia provenire. Id dum[c] custodi narrasset ecclesiae nomine Gauzberto, ad sepulchri penetralia intromissus, ibi se confestim lucis commercium repperisse miratus est. Poterat beatissimus Petrus caeco summa facilitate quod petebatur praestare, verum gloriam miraculi transferre in Maximinum maluit, ut meritorum eius evidenter cunctis panderet qualitatem.

(15). Praeterea in crypta, ubi ossa venerandi pontificis condita fuerant, interiectu temporis aqua ad altitudinem unius cubiti excrevit, dictuque mirabile, ita sepulchrum omne suo ambitu cinxit, ut tamen ab eius crepidine absistens, non parvum intuentibus stuporem iniceret. Igitur venerabiles episcopi Hildulfus, Clemens atque Clodobertus[a] convenientes in unum et quod evenerat[b] diligenter examinantes, transferenda[c] beati viri ossa ex memo-

Capp. 11—15. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 11. a) M. illuc 1*a*. b) deportaret 1*a*. c) D. s. 1*a*. d) *pr. m. superscr.* 5*a*; *om.* 2.
Cap. 12. a) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; Arlonis 5*b cum Vita I;* Araleonis 5*a*. b) suffragrium 1*a*; fragilium 5*a*, *corr.*
Cap. 13. a) *ita* 1*a*. 5*b*; cęlebratis *pr. m. corr.* cęlebratus 5*a*; celebratis 2. b) m. ad eum 1*a*. c) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; confluxerit 5*a*. *b*. d) o. a. 5*a*. *b*. e) *om.* 1*a*. f) I. e. 5*a*. g) sepultur: *pr. m.* 1*a*.
Cap. 14. a) *ita* 1*a*. 3*a*. *b*; Crethō *pr. m.* 2; Chreton 5*a*; Creton 5*b*; Crechto *Vita I.* b) M. r. 1*a*. c) cum 1*a*.
Cap. 15. a) *ita* 5*a*, *fortasse e coni.;* Chodbertus 1*a*; Chodpertus 2; Chotpertus 3*a*; Godpertus 3*b*; Lothbertus *Vita I.* b) evenerant *pr. m.* 1*a*. c) b. v. t. 1*a*.

V. Maxim. I. rata crypta et in loco, ubi nunc sita sunt, iudicavere ponenda. Quod quoniam ex Dei[a] voluntate decreverant, procedens exitus indicavit[1].

(16). His, ut opinor, non inconvenienter adicitur, quod quaedam femina Franca natione domique nobilis Rodoara[a] vocabulo, cui tibiam atque pedem humor noxius arefecerat, ad memoriam beati viri accessit, ibique preces magna cum obstinatione continuans, ita ut a suis ad desperationem obtinendae sanitatis inpulsa, ut inde recederet, moneretur, desideratam diu sanitatem, stupentibus cunctis, reportavit[b].

(17). Iam vero illud quam est mirabile, quod Karolo[a] principi obtulit? Namque is cum longa febrium vexaretur molestia et cibi potusque fastidio vitae[b] periculum incurrisset, ei beatus Maximinus capienti somnum apparuit, utque se ad suam abeuntem sequeretur memoriam, demonstravit. Expergefactus Karolus satellitem[2], qui sibi forte astabat, percontatur[c], videritne beatum Maximinum, qui secum paulo ante contulisset sermonem. Illo vero negante: 'Modo', inquit, 'foras egreditur atque imperavit, ut se continuo sequerer, apud eius tumulum salutis compos futurus'. Ita illo lectica[3] deportatum et in soporem resolutum sanctus Maximinus iterum alloquitur seque pro illo Domini postulasse clementiam ostendit; illum vero, ne se ultra dedat vitiis, admonet. Mox igitur, ut evigilavit, Karolus exsurrexit ac, votis promissis, in[d] sacrarium[4] secessit, sibique[e] offerendos poposcit[f] cibos, quod triginta[5] diebus proximis, sumendorum alimentorum sibi possibilitate sublata, vix vitam solius aquae haustu retinuerit. Escis itaque sumptis, amissas redire vires persensit, huiusque non inmemor beneficii coenobium sancti Maximini praediis auxit[6], quorum unum Petriasala[7], aliud Witmari[g] ecclesia, tertium Cumiciacus vocatur. Sancto autem Petro Andadanam[h] obtulit villam.

(18). Apud[8] saepe dictam memoriam etiam duae feminae, quarum altera Weltrudis[a], altera dicebatur Elithildis[b], olim manuum atque pedum debilitate inutiles interventu gloriosissimi confessoris communia officia receperunt.

(19). Vir quidam oriundo Freso, cui nomen Ibbo[b] fuit, se suamque substantiam beato Maximino donavit. Quo facto, cum fratrum utilitatibus desudaret, fuit necesse, ut negotiandi gratia transmarinam peteret regionem. Ita classi

Capp. 15—19. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 15. a) *ita* 1*a*. 5*a*. *b*; divina (2).

Cap. 16. a) Rodora 1*a*; Rodarea *Vita I.* b) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; reportaret 5*a*. *b*; recuperavit *edd.*

Cap. 17. a) Carol. 5*a*. *b*, *ut infra.* b) vit: *pr. m.* 1*a*. c) percunctatur 1*a* *(pr. m.)*. 2; percuntatur 5*a*. d) ut 5*a*. *b*. e) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; sic sibi o. 5*a*. *b*. f) c. p. 1*a*. g) Widmari 2. h) Andaclanan *m. al. corr.* Andaclanam 1*a*.

Cap. 18. a) Weldrudis 2. 3*b*; Waltrudis *Vita I*; W. a. *om.* 3*a*. b) Elitildis 2; Flictildis *Vita I.*

Cap. 19. a) Ippo *semper* 1*a*.

1) *Miracula duo Lupus praetermisit.* 2) *Ita Lupus circumscripsit vocabulum* credendarium *auctoris vetustioris.* 3) Plaustrum *V. Maxim. I.* 4) Secretarium *ib.* 5) Viginti *ib.* 6) Fiscos dedit *ib.* 7) *Nomina ita scripta sunt in Vita vetustiore: Petra salis, Vidmar, Comitiacum, Andalinam.* 8) *Lupus miracula similia componens, materiam melius disposuit auctore vetustiore.*

sex navium sociatus mare ingressus est. In altum itaque cum processissent, tempestas repente oborta easdem sex naves quassavit, ac undae tumentes solutas protinus involverunt. Hoc Ibbo deprehensus necessitatis articulo, nautas hortatus[a] est, ut secum sancti Maximini suffragium inplorarent. Quibus, ut par erat, id summisse agentibus, Ibbo virum instar solis splendentem et supra mare, non infusis pedibus, ambulantem subito aspexit, qui, fiducia confidendi resumere iussa, cum formidinem voce pepulit, tum etiam sua praesentia tranquillitatem reduxit. Sic facti reduces, auctori tam manifestae salutis Deo sanctoque Maximino laudes summa cum exultatione fuderunt. V. Maxim. I.

(20). Maxima sunt haec[a] et Deo, qui per servos suos operatur, digna miracula atque celebri praeconio ad posteros transmittenda; verum illud scrupulosius est considerandum, quod praeter tantam ubertatem virtutum perinde quasi speciali gratia fugandorum daemonum potestas beato Maximino permissa est, quod ex consequentibus facile apparebit. Dixerunt[b] hinc melius alii, quos vitae sinceritas caelestium fecit conscios archanorum; ceterum meae[c] tenuitati videtur, hunc virum ea causa illud privilegium meruisse, quod, dum communem[d] vitam ageret, ab his praecipue fuerit[e] vitiis alienus, quibus apostatae spiritus elegerunt inconvertibiliter mancipari, superbia videlicet[f] atque invidia, aequumque visum fuisse divino consilio, ut qui superbiam humilitate deiecerit, invidiam contriverit caritate, dominium possideat illorum, qui suo depravati arbitrio, ad memoratas virtutes numquam aspirare consentiant.

(21). Itaque rex Pippinus, magni Karoli[a] genitor, quendam suum clericum, qui Brunicho vocabatur, inpuris obsessum spiritibus per Hellarium[b] archidiaconum ad tumulum gloriosi Maximini destinavit. Is per diversas reliquorum sanctorum fuerat circumductus memorias nec illa horribili passione meruerat liberari. Porro ut beati viri limina tetigit, ilico purgatus, Dei circa se clementiam glorificare Maximinique potentiam coepit praedicare. ib.

(22). Idem Pippinus[a] denuo[b] Herricum[c] genere Alamannum eadem passione laborantem, quo[d] supra, direxit; quem cum catena vinxissent, eamque perquam[e] facile alienis viribus confregisset, vix altera cohibitum clarissimo confessori obtulerunt curandum. Ita diu fratribus pro miseri ereptione certantibus, quadam die, cum rem divinam agerent, ille, confracta catena, prorupit se ad tumulum[f] sacri antistitis et 'Non videtis', inquit, 'adversarios, qui me sibi vendicaverant, ut in fugam versos beatus Maximinus persequitur?' Hic ei finis processit insaniae.

(23). Eiusdem Pippini regis ex filia nepos nomine Chunibertus[a] atrociter a daemone vexatus, multis ante locis circuitis, ultime ad sanctum virum perductus, tandem ab ea peste purgatus est[b].

(24). Et ut a[a] singulis ad turbam liberatorum transeamus, quondam ad

Capp. 19—24. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 4. 5*a*. 5*b*.

Cap. 19. a) exortatus 1*a*.

Cap. 20. a) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; *om.* 5*a*. *b*. b) *ita* 1*a*. 2. 3*a*. 5*b* *(pr. m.)*; Dixerint (5*a*) *cum edd.* c) ae *m. al. in ras.* 1*a*. d) commune *pr. m.* 1*a*. e) v. f. 1*a*. f) scilicet 1*a*.

Cap. 21. a) Kaloli *pr. m. corr.* Karoli 5*a*. *b*. b) Herlarium 5*a*. *b*; Ellarium 3*a*. *b*; Erlarium (arium *m. al. in ras.* 1*a*) 1*a*. 2; Helluarium *Vita I.*

Cap. 22. a) *ita* 1*a*. 2. 5*b*; Pipinus 5*a*. b) quendam *add.* 5*a*. *b*. *c* (*om.* 1*a*. 2. 3*a*. *b*). c) Henricum 5*c*; Guerricum *Vita I.* d) qua 5*a*. *b*. *c*. e) per (*om.* quam) 5*a*. *b*. *c*. f) tumelum 1*a*, *corr.*

Cap. 23. a) Gumbertum *Vita I.* b) purgatus (*om.* est) 5*a*; purgatur 1*a*.

Cap. 24. a) ad t. a s. 1*a*.

V. Maxim. I. festivitatem beati pontificis, siquidem tunc maiorem solito depromit potentiam, triginta septem homines oppressi daemonibus confluxere[a], qui omnes eodem die curati sunt. Ex horum[b] numero feminam illam fuisse accepimus, quae ferebatur[1] quadraginta septem annos polluto subiecta spiritui; hac tamen tam[c] diutina exclusus possessione, ipse vero cruciandus igni, simulatum oculis astantium obiecit incendium, ita ut putaretur tota domus conflagrare[d], ac digno se odore, hoc est sulphureo, templum respersit. Tam speciosa suae praesentiae meritique monimenta praeclarus ille angelus dereliquit. Sequenti anno eadem sollemnitate viginti duo mundati sunt. Porro tertio tredecim[2] a sancti viri coenobio salutis gaudia retulerunt[e].

(25). His, ut arbitror, legere volentes satis superque instruximus, quam efficax in sacratissimo viro pellendi spiritus perditos[a] sit et emineat semper[b] potentia. Ceterum, si velimus, et hac et multiplici aliarum virtutum specie quotiens floruerit, 839. usque ad hunc annum, quo scribimus, hoc est ab incarnatione Domini octingentesimum tricesimum nonum, stili officio designare, nec modum libri tenebimus et erudito lectori minus erimus grati, dum similia frequenter narrabimus. In fine igitur nostri opusculi in commune beati Maximini clementiam flagitemus, ut qui subinde ab aliis infirmitates depulit corporum, multo maxime liberare nos[c] dignetur a[d] languoribus animarum, ostendens in[e] hac etiam parte, quantum praevaleat: quo nunc peccatorum veniam consecuti, quandoque illius gloriam conspicere, gaudentes etiam propria sorte, mereamur[f].

Capp. 24. 25. 1*a*. 2. 3*a*. 3*b*. 5*a*. 5*b*.

Cap. 24. a) confluxerunt 1*a*. b) orum *pr. m.* 1*a*; eorum 2. c) *om.* 5*a. b*. d) conflagrari 5*a. b*. e) *desinit* 4.

Cap. 25. a) p. et sit gratia et e. 5*a. b*. b) p. s. 1*a*. c) d. nos 1*a*. d) *om.* 1*a*. 2. e) etiam in h. 1*a*. f) *subscr.* Explicit vita beati Maximini confessoris Christi 1*a*; Finit vita et translatio sancti Maximini Trevirorum archiepiscopi 3*a*; Explicit vita beati Maximini episcopi et confessoris 5*b*; Explicit vita sancti Maximini 5*c*. — *Additur c.* 91. *libri in Gl. Conf. Greg. Tur., quod liber II. de miraculis S. Maximini a Sigehardo compositus insequitur* 2; *Gl. Conf. c.* 91. *adest etiam in* 1*a, sed post V. Nicetii Trev. exaratum est.*

1) Sustinuerat daemonium *V. Maxim. I.* 2) *Auctor vetustior enumeravit* 10, *scilicet tres Frisios, quartum Aquitanum, sex Germanos; Lupus vero* quattuor de Aquitania *intellexit.*

VITA SERVATII VEL POTIUS ARAVATII EPISCOPI TUNGRENSIS.

Servatius et Aravatius inter episcopos Tungrenses omnino distinguendi sunt, unius fere saeculi intervallo inter se distantes: alter c. saec. IV. med. ecclesiam Tungrensem gubernans, in concilio Ariminensi constantissimus partis catholicae extitit[1] *episcopus Arianisque fortiter resistebat, etsi infaustum collationis exitum prohibere non poterat; alter Tungrorum episcopus, cuius Gregorius, H. Fr. II,* 5, *meminit, paulo ante expeditionem Chunorum in Gallias factam (a.* 451*) Traiecti defunctus est, unde etiam 'Triiectensis episcopus' appellatur*[2], *eiusque successores re vera facti sunt Traiectenses episcopi, postquam magnam ibi basilicam in eius honorem Monulfus construxit, ideoque actis ecclesiasticis subscribebant a.* 535. episcopus ecclesiae Tongrorum, quod et (*malim* est) Traiecto, *et praetermissa obsoleta denominatione, a.* 614. ex civitate Traiecto[3].

Sunt autem, qui credant[4], *nomen episcopi Tungrensis a Gregorio male intellectum, ideoque Aravatium iuste apud eum mutandum esse in Servatium. Tunc vero non solum in nomine, sed etiam in tempore errasse credendus esset auctor, idque non ante concedere possum, quam probaretur fieri non posse, ut saeculo post Servatium Aravatius quidam praefuerit ecclesiae Tungrensi. Non multum quidem aberat, quin huius memoriam decessor penitus oblitteraret. Non solum operibus Gregorii, nomine eraso*[5], *decessorem librarii intulerunt, sed etiam Vitam Servatii compilantes, huic omnia adscripserunt, quae de Aravatio rettulerat Gregorius. Id autem ita factum est.*

Servatii corpus sub Karolo principe, sedente Huberto episcopo Leodiensi († 727), *e terra erutum translatumque esse dicitur. Quamquam qui translationem descripsit, Iocundus*[6] *scriptor fabulosus est, qui Karolum principem a Magno non distinxerit, quique Sarracenos a.* 737. *debellatos cum Huberti episcopatu male composuerit, tamen res ipsa constare videtur. Servatii enim cultus saec. VIII. incepit, eiusque nomen in codicibus Epternacensi et Bernensi omissum ab interpolatoribus demum Fontanellensibus Martyrologio Hieronymiano illatum est d.* 13. *Maii*[7]:

cod. Wissenburg.: In Treiecto depositio sanctissimi Servatii episcopi et confessoris,

cod. Corbei.: Treiecto porto in Gallia depositio sancti Servacii episcopi et confessoris,

cod. Luc.: Treiesto depositio s. Servasiae presbyteri et confessoris et translatio et dedicatio basilicae.

1) *Sulp. Sev. II,* 44. 2) *Greg., Gl. Conf. c.* 71. 3) *Maassen, Concilia p.* 70. 192. 4) *Kurth, 'Histoire poétique des Mérovingiens' p.* 66. 5) *Augustus Prost, 'Saint Servais. Examen d'une correction introduite à son sujet dans les dernières éditions de Grégoire de Tours' ('Mém. de la société des antiquaires de France'* 1889, *p.* 186. 256*) vice versa editores contendit textum Gregorianum immutasse, nosque ut temerarios Ruinartii sectatores arguit, stupente mundo.* 6) *SS. XII,* 93. 7) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [60].

Quae cum in singulis libris neque iisdem verbis expressa neque iisdem locis collocata sunt, ab exemplari primario Fontanellensi inter a. 734—756. composito ea aberant, neque vero post a. 772. codici Wissenburgensi adscripta esse possunt. Servatio invento translatoque, ad Vitam conscribendam aggressi sunt, cumque res ab Aravatio gestas apud Gregorium legerent, ad illum eas rettulerunt, omnino ignorantes ea quae de vero Servatio episcopo saec. IV. pro certo scimus, scilicet sanctum conciliis interfuisse cumque contra Arianos dimicasse. Biographi igitur omnes e Gregorio pendent, cui nihil boni addere potuit eorum exilitas.

Vita I.

Ei insunt Greg., H. Fr II. 4—6 (e cod. B), sermonibus aliquo modo ampliatis. Codices duo innotuerunt:

1) *Codex Parisiensis lat. n.* 12598 *(olim Corbeiensis, tum S. Germani a Pratis n.* 1045*), saec. VIII. ex., fol.* 47—49'.

2) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 624. *saec. XII.*

Textum ad codicem 1 *institui, quem cum apographo Guilelmi Arndt b. m. contuleram. Lectiones variantes libri* 2 *ex editione Godefridi Kurth, 'Deux biographies inédites de Saint Servais publiées avec une étude critique', Leodii* 1881, *p.* 44—60, *deprompsi. Hanc Bollandiani in Analectis, Bruxellae* 1882, *tom. I, p.* 89—92, *iterantes, de necessitudine, quae inter Gregorium et Vitam intercedat, non recte indicaverunt.*

Vita II.

Ei insunt Vita I (e cod. 1*), carmen quoddam funebre in orationem pedestrem redactum, Greg., H. Fr. II.* 5. 6, *Gl. Conf. c.* 71. *Carminis pedes resoluti facile animadvertuntur, versusque nonnulli adhuc integri conservati sunt, e. gr.:*

Angelico vultu splendebat fulgidus Auctor.

Auctor si fuerit episcopus ille Mettensis, inde fortasse concludi licet, cum ipsum carmine celebratum fuisse, cuius cum Servatio consuetudo in fabulis posterioribus enarratur[1]. *Illud autem neque pro antiquo epitaphio habere possum neque pro fetu Fortunati, id quod G. Kurth, 'Nouvelles recherches sur S. Servais', Leodii* 1884, *nimis audacter coniecerat. Vita Traiecti*[2] *composita est ante Herigerum (saec. X. ex.), qui eius his verbis meminit*[3]*:* Hic sane vir, sicut in gestis eius legitur antiquioribus, ex generosa magnorum virorum stirpe est editus, nobiliter natus, nobilius conversatus, pontificale petalum gessit, *adhibens Vitae c.* 3.

Codices supersunt non pauci:

1*a*) *Codex Vindobonensis n.* 430 *(olim Salisb.* 404*), formae magnae, saec. XI, fol.* 141—144'.

1*b*) *Codex Monacensis lat. n.* 22242, *formae maximae, saec. XII, legendarii Windbergensis Vol. III, fol.* 160—162', *lacuna magna deformatus.*

1*c*) *Codex Londiniensis Musei Britannici inter Harleianos n.* 2800—2802, *s. XIII, fol.* 168, *a G. Kurth adhibitus.*

1*d*) *Codex Bonnensis bibliothecae Universitatis misc. n.* 367, *formae magnae, saec. XIII, fol.* 1—3, *et*

1*e*) *Codex Bruxellensis n.* 380—382, *olim Zwollensis, deinde Vallis S. Martini Lovanii, saec. XV, a Bollandianis adhibiti.*

2*a*) *Codex Coloniensis archivi urbani n.* 163, *olim S. Iacobi Leodiensis, tum bibliothecae Wallrafianae VI.* 18, *formae magnae, saec. XI/XII, fol.* 73—75'.

1) *Servatius Roma rediens (ita Paulus, SS. II,* 262*) vel eam adiens (ita Heriger, SS. VII,* 173*) Auctorem Mettis visitasse fertur.* 2) *Cf. c.* 5: in hac urbe Treiectense cum summo honore sepultus. 3) *Gesta episc. Leod., SS. VII, p.* 172.

2b) Codex **Bruxellensis** *n.* 9636—37, *olim S. Laurentii Leodiensis, signatus ibi primum* MM 4—3, *deinde* LL 4—2, *formae magnae s. XI/XII, fol.* 51—54.

3a) Codex **Namurcensis** *seminarii, olim S. Gerardi Broniensis, formae magnae, saec. XI, fol.* 220′—221′.

3b) Codex **Bruxellensis** *n.* 18018, *olim S. Petri Laubiensis, formae magnae, s. XII, lacunis dehiscens.*

Ex editoribus anterioribus Godefridus **Kurth** *l. l., cui libri* 1c. 3a *soli praesto erant, de textu critice restituendo desperavit satisque habuit vetustiorem* 3a *imprimere, alterius autem lectiones discrepantes notis adscribere;* **Bollandi** *successores, multo uberiorem apparatum colligentes, in Analectis l. l. p.* 93—104, *codicem* 2a *ducem secuti sunt, quem cum libris* 1d. e. 2b. 3a. b *contulerunt. Eorum editione examinata, praestantiam codicum recentiorum* 1d. e *agnovi atque, codice vetusto eiusdem classis reperto* 1a, *non dubitavi, quin ipsi in textu restituendo locum primarium darem. Codices* 1a. b. 2a. 3a *ipse contuli,* 2b *et* 3b *inspexi. Discrepantiam lectionum plenam ex libris* 1a. 2a. 3a *adnotavi. Editionem autem ita institui, ut deprompta ex Vita I. scriptisque Gregorianis supprimerem. Quod etiam hunc librum non ex Gregorio, sed ex fonte communi pendere voluerunt Bollandiani, eorum opinionem refellere supersedeo.*

Vitae reliquae.

Vitae quae praecedunt ex monumentis vetustioribus ad verbum exscriptae sunt. Praeterea non paucae extant, quae tam audacter conficta continent, ut sola in eis mentiendi facultas memorabilis sit. Quamquam in eas non inquisivi, addere libet ea quae, occasione data, adnotaveram.

1) Codex **Gandavensis** *bibliothecae Universitatis n.* 307, *olim S. Maximini Treverensis, formae magnae, saec. XI, p.* 233—236, *Vitam S. Servatii exhibet a scriptore Mettensi compositam, ex qua haec decerpsi:*

INCIPIT VITA SANCTI SERVACII TRAIECTENSIS EPISCOPI.

Eo tempore, quo Huni Galliam sepe irruentes vastaverunt, contigit, quod sanctus Servacius in Traiectensi urbe praeesset et sapiens ac utilis doctor populi praesulatus officio potiretur ac pontificali sede unanimi totius populi electione sublimaretur. . . . Cui dormienti revelatum est a Deo, quod deberet vastari ab Hunis omnis regio, . . . baculum et peram adprehendit, et uno puero secum comitante, Romam adiit, . . . ad ecclesiam sancti Stephani prothomartyris venit, . . . admonens illum *(S. Stephanum)*, ut recordari vellet, quod eius sanctae reliquiae in prima Mettensis urbis ecclesia absconditae fuissent . . . *(Servatius vidit in somnio Petrum Stephano promittentem)*: sola ęcclesia, in qua sunt tuae reliquiae conservatae, servabitur illesa. . . . *(Servatio Stephanus)* dixit: 'Pater precipe Iustino episcopo, ut sollicite meas parvas curet observare reliquias, quia, omni regione Galliarum vastata, illa sola stabit ęcclesia'. . . . Interea episcopo *(scil. Iustino)* in Metensi urbe commorante, per somnium revelatum est, quod aut ipse dominus aut eius fidelis nuncius illuc veniret omnesque fratres visitare vellet. . . . *(Servatius Mettis profectus)* dixit eis *(Iustino episcopo senioribusque fratribus)*: 'In sacrosancto sabbato paschae Domini Huni in istam provinciam venient, teque et omnes habitatores regionis istius usque ad mortem consument'. . . . His dictis, ad sedem pontificalem discessit et non post multum temporis in celum transmigravit. Sanctus vero Iustinus episcopus in ecclesia sancti Stephani iuxta fenestram ad mensuram cubiti hominis fregit et pixidem, in qua sancti Stephani protomartiris Christi reliquiae servabantur, ibi abscondit et iterum murum lapidibus et cemento restauravit. . . . In ipso sancto paschae Iustino episcopo iuxta babtisterium stante

et infantes babtizante, Huni ecclesiam intrabant et, cunctis occisis, ipse episcopus truncationem una cum sorore et infante accepit. . . . Post multa annorum curricula cum terra a barbaris diu fuisset vastata, et iterum a christianis cepisset inhabitari, inquisitio facta est de reliquiis martiris Christi, ubi fuissent absconditae. Episcopus sumens consilium, precepit divinae pietatis aures interpellare, ut clementissimus Dominus illas eis dignaretur ostendere. Illis triduo ieiunantibus, omnibus Kirieleyson canentibus, quedam pica a Deo, ut credimus, missa, ad fenestram, ubi reliquiae sancti Stephani absconditae fuerant, advolavit murumque suo rostro perforare cepit. Quam ut populi viderunt, eam occidere voluerunt. Quibus ait episcopus: 'Nolite illi nocere, quia incertum est, quale nobis Dominus signum per eam velit ostendere', praecepitque eis, ut super fenestram ascenderent, et ob quam causam avis tam immobiliter ibi staret, diligenter inspicerent. At illi ascendentes, murum noviter dealbatum viderunt illumque ilico confregerunt et sancti Stephani protomartiris Christi reliquias ibi invenerunt. Episcopus autem hoc ut vidit, valde letus eas honorifice suscepit multasque Deo omnipotenti gratias retulit, qui dignatus est omnis populi preces exaudire eisque per brutum animal sancti Stephani primi martiris Christi reliquias demonstrare.

Scriptoris maxime intererat de reliquiis S. Stephani Mettensibus referre, quomodo, Chunis irruentibus, absconditae posteaque iterum inventae essent. Eius opinione sedi Mettensi tunc praeerat Iustinus, dum in catalogis e Paulo pendentibus S. Auctor Servatio coaevus attribuitur. Vita haud male excogitata ab homine ingenioso alicuius momenti mihi videtur esse.

2) *Iisdem verbis atque Vita II. incipit altera, non ante Henricum IV. imperatorem composita:* Ad illuminandum genus humanum multas in hoc mundo. *Excerpta e codice Trevirensi bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. loc.* 454 *(antea n.* 963*), olim S. Maximini, saec. XIII, fol.* 52, *attuli 'N. Archiv' XVIII, p.* 623. *Eundem textum continent codd. Trevirensis n.* 1138 *(LIX), saec. XII, Montensis n.* 210, *Oxoniensis Laud.* 415*; cf. Anal. Boll. I, p.* 93.

3) *Denique S. Servatii cunabulam in Armenia tertius hagiographus posuit, in cuius ineptias incidi, perlegens codicem Bruxellensem* 7487, *saec. XIII, fol.* 157—170'*:* Incipit prologus in vita sancti Servatii episcopi et confessoris. Illustrissimi viri vitam Servatii stemmate inclito nati, meritis super ethera exaltati . . . quibus enuntiari debeant sermones aspira(!) Finit prologus. Incipit vita sancti Servatii episcopi et confessoris. Troiugenarum metropolis Francorum Tungris . . . octava demum in basilica in aggere publico a beato quondam Materno constructa venerande impendia sepulture sollemniter exacta sunt, cooperante signis et virtutibus illo, cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Servacii episcopi.

Eandem recensionem continent codd. Bruxellenses n. 8401, *saec. XIII, inter Phillippsianos n.* 4632', *saec. XII, Remensis n.* 786. 769, *saec. XIII*[1], *eaque ex ipsa pendent, quae Aegidius Aureaevallensis de initiis ecclesiae Leodiensis attulit; cf. SS. XXV, p.* 6.

B. Krusch.

1) *Cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 605.

I.

INCIPIT VITA SANCTI AC[a] BEATISSEMI SERVATII EPISCOPI ET[b] CONFESSORIS.

(1).[c] Multi[d] enim hereses eo tempore quidam aeclesias Dei inpugnabant, plerumque ulcio divina data est, nam et Atharicus Gothorum rex magna gessit pulsacione[e], qui multos[f] christianorum diversis poenis adflictos gladium detruncabat. Unde factum est, ut, eminente iudicio Dei, pro[g] effusione sanguinis iusticiae[h] a regnum depelleretur et esset exul a patria, qui Dei ęclesias inpugnabat. Sed[i] ad superiora redeamus. Greg. H. Fr. II, 4.

(2). Igitur[a] romor erat, Chunos in Galleis velle prorumpere. Erat autem tunc temporis apud Tungros opidum Servacius[b] eximiae sanctitatis episcopus, qui vigiliis ac ieiuniis vacans, crebro lacrimarum imbre perfusus[c], Dei misericordia deprecabatur, ne umquam gentem hanc incredulam sibique semper indigna in Galleis venire permitteret. Sed senciens per Spiritum sanctum, pro dilectis[d] populi sibi hoc non fuisse concessum, consilium habuit expetendi urbem Romanam[e], scilicet ut, adiuncta[f] sibi apostolici[d] virtutis patrocinia, qui humiliter a[g] Dei misericordiam flagitabat[h], mereretur facilius obtenire. Accedens ergo ad beati Petri apostoli tumulum, deprecabatur auxilium bonitatis eius, in multa abstinencia, maximae[i] inedia seque consumens, ita ut biduae triduaeque sine ullo cybo potoque maneret, nec esset[k] intervallum aliquid, in quo ab oratione cessaret. Cumque ibidem per multorum dierum spacia in tali adfliccione moraretur, fertur hoc[l] a beato Petro apostolo accepisse responsum: 'Quid me, sanctissimi[d] vir, inquiętas? Ecce enim apud Domino[d] deliberatione prursus sanccitum est, Hunos in Galeis advenire, easque maxima tempestate debere depopulare. Nunc igitur sume consilium meum[m], adcęlerare[n] velociter, ordina domum tuam, sepultura[o] conponere, quere[p] lentiamina munda! Ecce enim migraberis[q] a corpore, nec videbunt oculi tui mala, que facturi sunt Huni in Galeis, sicut locutus est dominus Deus noster'. Dicens hoc[r] a sancto Petro[s], non remansurus[t] esse in Galeis orbem inlesum preter oraturium unum in Mettinsium[u] urbem propter pignora beati Stefani primi martyris. ib. II, 5. ib. II, 6.

(3). Pontifex[a] vir sanctus Servatius, responsum suscepto, iter adcęlerat Galleisque velociter repetit, veniensque ad urbem Tungrorum, que erant necessaria[b] secum citius levat[c], valedicensque sacerdotebus et levitis hac clericis et oscolans[d] cum lacrimis et salutem predicando[e] ac docendo et commonendo in omnibus, ut parati essent in eorum[f] animarum salutem, hac tota[g] civetate et plebe sibi adgregata in ęclesia sancta catholica beate Mariae virginis[h] semper in urbis[i] eadem, ipso tempore, quo ib. II, 5.

I. Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 1. a) ac b. *om.* 2. b) et c. *om.* 2. c) *numeri des.* 1. 2. d) Eo tempore Atharicus G. rex multos chr. d. p. afflictos crudeli examinatione interficiebat. Unde f. est *incipit* 2. e) persecutionem *Greg.* f) multis *pr. m. corr.* multos 1. g) *ita Vịta II;* p̄ 1; propter 2. h) sanctorum 2. i) Sed — redeamus *om.* 2

Cap. 2. a) Rumore autem volante erat *pro* Igitur — tunc temporis 2. b) Aravatius *Greg.* c) *ita Vita II;* pfusus 1. d) *ita, ut vid., pr. m.* 1. e) Romam nam 1; Romam, *om.* nam 2. f) adiuncto — patrocinio 2. g) apud 2. h) flagrabat? *pr. m.* 1. i) maximaque inedia corporis (*om.* seque consumens) 2; maximeque inedia se consumens *Vita II.* k) i. esset aliquod 2. l) *ita Vita II. cum Greg.;* tale 2; hoc *om.* 1. m) *ita codd. B* 2. 5. *Greg.* n) *ita* 1 *et cod. B* 5. *Greg.*; accelera 2. o) sepulturamque 2. p) vel *add.* 2. q) migrabis 2. r) mihi Petro apostolo suo 2; hoc sanctus Petrus *Vita II*; *verba* h. a s. P. *ante* pontifex — — responsum suscepto (*c.* 3) *transponas.* s) apostolo *Greg.* t) remansuram 2. *Vita II.* u) Metensium 2.

Cap. 3. a) autem *add.* 2. b) sepulturae *desideratur.* c) *ita Vita II. cum Greg.*; levat *pr. m. corr.* levabat 1; levabat (2). d) eos *add.* 2. e) praedicans et docens et commonens 2. f) suarum a. salutem 2. g) hac igitur omni plebe 2. h) sanctae virginis quae erat in urbe eadem 2; s. v. *Vita II.* i) *corr.* urbe 1.

regressus est[a] ab orbe Roma, multa docendo[b], ut in preceptis Domini sine inter-
Greg. H. Fr. II, 5. missione perseverarent. semper[c] eciam[d] cum magno fleto et multa lamentacione denunciat[e], dicens: 'Iam[f] adhuc non[g] celare possum, quod dicturus sum vobis. Ab hodierna die ultra faciem meam non videbitis nec amplius me in hac urbe vivum conspicitis in carne, quia ego iam iturus sum in viam tocius terrae[h] et in huic loco[i] ultra non[k] reversurus. Iam fui ad sacrum[l] sepulchrum sancti Petri apostoli et multum ei[m] flagitavi, ut bonitati[n] suae essed mihi in auxilium, et[o] Dominum simul pro vobis[p] et pro has provincias precacione missa, ut[q] piis peticionibus ad[r] Deum impetrare[s] meruissimus: qui[t] ieiunando et flendo urbem Romam circuivi et, provolutis genibus meis, orando ad sancti Petri tumulum[u], diucius[v] incumbendo in oracionebus meis responsum audire merui. Et dixit mihi: "Quid me inquietas, sanctissimi vir, quia apud Dominum definitum[w] est, ut cuncta[x] Galea distruatur et in manus Chunorum tradenda hostile exercitu vastetur, et universae civetatis Eorupe et castella igni cremenda exurentur, et cuncta sanctuaria[y] erunt conbuste[z], excepto altare sancti Stefani urbis Mettinsium, ubi sanguis eius pululat. Idio[a] non possumus rogare Dominum, ut ista nobis orando conce-
ib. dat. Sed tu, vir sanctissimi et beati Servaci[b], audi consilium meum[c], velociter perge ad domum tuam et ad populum tuum et iube parare sepultura tua et quere tibi pura et munda lenteamina ad legendum corpusculi tui, et cito migraberis a corpore cum pauca dolore, et oculi tui non videbunt mala, que sunt facturi Chuni in Gallea, sicut locutus est dominus Deus noster ad me". Ideo tam[d] cito egressus[e] ab urbem Romam, et nunc ad vobis festinanter adveni, ut nunciarem omnia ista, que ventura sunt in Gallea. Ob hoc notum vobis[f] facio, si vivus in carnem[g] precando pro vobis ista obtinere non potui, credo, quod iam defunctus in spiritu pro animabus vestris apud Altissimum[h], qui me ad regendum animarum vestrarum pastorem esse instituit: et qui, me monente, eius mandata conplevit, requiem sempiternam possedendo promitto'.

(4). Deinde secus adiunexit: 'Et has oves, Domine, quos redemisti et mihi in manus crededisti, et me et has oves tuas hodie in manus[a] tuas reddo, eas et mihi commendo, sed deprecor tibi[b], altus Iudex, humili et flebili prece: Exaudi me, ad te voci[c] clamantem, ut si gregem tuum lupi rapido ore[d] delaniant, glucientes carnes eorum, tu, domine Iesu Christe, qui animam tuam pro ovibus posuisti, te oro, ut animas eorum hac ovium meorum ab ore leonis eripias, ut possim de eas
cf. Ps. 125, 6. tecum portare manipulus[e], ut sint mecum in ovile sancto tuo gaudentes, sicut
Ioh. 12, 26. promisisti, ut: *Ubi sum ego, ibi et minister meus erit*[f] *mecum*'.

(5). Et iam[a], his dictis omnibus, mox inruit magnus clamor et luctus in turba, et excrevit gemitus valde et[b] nimis in viros et ploratus multus in feminas, et

I. Capp. 3—5. 1. 2.

Cap. 3. a) *superscr.* 1. b) docuit eos 2. c) *om.* 2. d) ad ultimum 2. e) denunciavit eis d. 2. f) filioli *add.* 2. g) num *pr. m.* 1; a. hoc c. non p. *Vita II.* h) *ita* 2 *et Vita II;* t. et *om.* 1. i) loc: *pr. m.*, locum *m. al.* 1. k) sum *add.* 2. l) sac: *corr.* sacri 1; sacram sepulturam 2. m) eum 2. n) bonitat: su: *pr. m.*, bonitate sua *m. al.* 1. o) ad *add.* 2. p) nobis 2. q) et *pr. m.* 1. r) a Domino 2. s) veniam *add.* 2. t) Ego 2. u) tumuli *corr.* tumulum 1. v) diutiusque 2. w) *ita* 1. 2; destinatum *edd.* x) cunc *corr.* cuncta 1. y) c. secum arcant combusta 2. z) *m. al. corr.* conbusta 1. a) Ideoque 2. b) Servaci:, *ras.* i? 1. c) *ita* 2 *et Vita II; om.* 1. d) *m. al. in ras.* 1. e) sum *add.* 2. f) hoc *add.* 2. g) *ita pr. m.* 1. h) id potero *add.* 2 *(non Vita II).*

Cap. 4. a) manibus (*om.* tuas) 2. b) te 2. c) *om.* 2. d) ure? *pr. m.* 1. e) *pr. m. corr.* manipulos 1. f) sit 2.

Cap. 5. a) Eciam 1; Et (*om.* iam) 2. b) et n. *om.* 2.

omnes[a] vociferantes in planctum. Ad vir Dei sanctissimus Servacius exit[b] ab urbe Tungros[c], extra portam civitatis progressus, ad orientalem plaga[d] ferens[e], pedester pergens[f] viam, qui respicit ad[g] opidum Treiectinsium. Ad[g] illi[h] cum (Greg. H. Fr. II, 5.) eiulato et ullolato magno et lacrimis omnisque populus prosequentibus[i] foras civetate, post eum clamosa voce[k] nimis dolentes[l] supplecabant, humili voce dicentes: 'Ne derelinquas nos, pater sancte, ne obliviscaris nos, pastor boni! Nos autem[m] populos tuos et ovis gregis tuae, ne nos demittas in fauce lupi'. Alii vero monachi et puelle exeuntes de monasteria et percucientes pectora[n], post eum sequentes et osculantes vestigia pedum illius, clamabant, dicentes: 'Quur tam cito deseris, vel quo vadis nunc[o]? Educ nos tecum. Adventum[p] tuum gaudentes[q], quod ad nos reversus es de tam longa peregrinatione, etiam sperabamus, quod apud nos esse digneris, et nunc nec tres dies non iubes[r] manere nobiscum? Dic nobis miseris[s], quid facturi sumus? Quod ergo erit de nobis, qui sine te vivere non possumus, sed[g] in pessima morte tradendi sumus? Te obsecramus[t], vel uno mense aut una ebdomada aut etiam hac nocte nobiscum mansisses'. Ad[u] illi senes et clodi seu et pauperis et peregrini super murum flentes[v] et lugentes post eum[w], dicentes: 'Quis nobis daturus est victum, quis nobis tribuit vestitum? Nudi sumus et orfani et viduae. Quis consolatur noster erit?'

(6). Sed cum eum fletibus revocare non possunt, accepta benedictione cum osculis, (Greg. l. l.) redierunt. Hic vero ad Treiectinsem urbem accedens, modica[a] febre pulsatus, recessit a corpore, ablatusque[b] a fidelibus, iuxta ipsum agerem publicum est sepultus, ubi multi egri et demoniosi curantur, et multas virtutes pullulant usque in hodiernum diem, adiuvante domino nostro Iesu Christo[c], qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen[d].

II.
INCIPIT VITA SANCTI SERVATII EPISCOPI ET CONFESSORIS[a].

(1).[b] Ad[c] inluminandum humanum genus multas in hoc mundo spiritales lucernas Dominus[d] noster dignatus est inluminare, ex quibus bonae memoriae sanctissimum Servatium huic[e] urbi Treiectensi[f] pietas[g] divina concessit.

(2). Eo[a] tempore, quo[b] beatus Servatius regimen tenebat cathedrae sanctae Mariae[c] semperque[d] virginis[e] urbis Tungrensis[f], in[g] tempore episcopatus sui

I. Capp. 5. 6. 1. 2. *II. Capp.* 1. 2. 1*a*. 1*b*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*.

Cap. 5. a) Omnesque vociferati sunt in 2. b) *pr. m. corr.* exiit 1. c) Tungris et extra 2. d) *ita pr. m.* 1. e) *ita* 1 *cum Vita II.* f) pergit 2. g) *om.* 2. h) illico 2. i) ibus? *eras.* 1. k) cl. ibat voce nimisque 2. l) dolens supplicabat — dicens 2. m) enim 2. n) p. sua eumque s. 2. o) v. pater 2. p) In adventu tuo 2. q) fuimus *add.* 2. r) *m. al. corr.* vis 1; dies vis m. *Vita II.* s) mi:seris 1. t) ut *add.* 2. u) maneas porro senes 2. v) erant *add.* 2. w) et *add.* 2.

Cap. 6. a) modicaque 2. b) *ita codd. B* 1. 2 *Greg. pro* ablutusque. c) xpi 1. d) *Sequitur eadem manu scriptus*: HYM DE SCO SERVACIO. Sublimens clarens munera per sapiencia dispensate Galies et Eorupa sanctorum multa corpora. Servatius ex Tungeris presul beatus adfuit. Hunorum tunc perniciis evenerit *cet.* 1; Explicit vita sancti Servatii episcopi *add.* 2.

Cap. 1. a) *ita* 1*a* (*ubi add.* cuius depositio colitur prid. Non. Iulias) *et* 2*a*; Incipit *om.* 3*a*. b) *numeros om. codd.* c) *initium m. posterior scr., aliis erasis,* 3*a*. d) *ita* 1*a. b. c.* 3*b*; dignatur D. n. 2*a. b*; dignatus est dominus Deus noster 3*a*. e) *ita* 1*a. d*; hinc 1*b*; *om. rell.* f) Trai. 2*a. b.* 3*a*. g) T. sua pietate (pietate sua 3*b*) conc. 3*a. b*.

Cap. 2. a) *ita* 1*a. b. c*; igitur *add.* 2*a. b.* 3*a*; autem *add.* 3*b*. b) idem *add.* (1c). 3*a*. c) matris Domini nostri *add.* 2*a.* 3*a* (*non* 3*b*). d) *ita* 1*a. d. e*; que *om. rell.* e) Dei *add.* 1*c. d*. f) *ita* 1*c.* 3*b*; Tungrensi 1*a*; Tungerensis 1*b*; in urbe Tungrensi 2*a.* 3*a*. g) *ita* 1*a. b. c*; diebus *pro* in t. 2*a.* 3*a*.

Vita I. multae quidem hereses ecclesias Dei inpugnabant. . . . . . . iuxta ipsum aggerem publicum est[a] sepultus.

(3). Cuius sancta anima choris angelorum[a] coniuncta[b], sine fine laetatur[c]. Corpus[d] honorifice[e] sarcofago[f] positum,

Spiritus[1] etheria[g] caeli concessit in aula.

De[h] lapide marmoreo[i] conteguntur[k] membra, et[l] cum iustis surget[m] in[n] gloria sine fine. Cuius sanctum corpus et[o] renovandum est, ut dignas[p] stolas in iudicio recipiat. Iste[q] sanctus Servatius a[r] verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat super[s] petram. Ortus de generosa stirpe, pontificale[t] decus gessit[u]. Extitit pastor ovium, ex cuius ovili latrones non gaudebant[v] de spoliis[w]; nunc miris[x] Domini gratia decoravit[y] donis. Deposito[z] corpore, spiritus eius excelsa praemia
Officium. recepit. Vir[2] magnus vitae[a] meritis summusque sacerdos, qui in diebus suis placuit Deo et inventus est iustus.

Hic[b] pausant membra clari doctoris in antro,

quem Deus merito[c] in ulnis sanctorum angelicis suffragiis suffultum[d] ad aulam caeli perduxit, ut in aeternum[e] cum Christo regnans, beatae[f] sortis perpetuo fruatur gaudio; aeternaque[g], ut credo[h], Deo[i] dante, in etheris arce protinus intravit in domum Omnipotentis, cunctorumque bonorum sine fine fruitur[k]. Vivax custos ecclesiae, amator pietatis,

Angelico vultu splendebat fulgidus[l] Auctor[3],

nobilis, virtutum in[m] lumine clarus, vir venerandus, toto iam[n] corpore pulcher,
Tit. 2, 5. et[o] secundum apostoli dictum sobrius et castus verbum Dei multum[p] fundebat, relictis terris, ad[q] culmina caeli ascendens.

Greg. H. Fr. II, 5. 6. (4). Cuius beatum corpus . . . . . . scripsimus. Igitur . . . . . . inlaesum permansit. Sed de istis satis est[a]; ad antedicta redeamus.

(5). Beatissimus igitur Servatius bonae memoriae episcopus, sicut[a] praedixi-
Greg. Gl. Conf. c. 71. mus, in hac urbe Treiectense[b] sum summo[c] honore sepultus, iuxta ipsum[d] pontem . . . . . . virtutibus[e] pollet[f].

II. Capp. 2—5. 1*a*. 1*b*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*.

Cap. 2. a) s. est 1*a*. *b*.

Cap. 3. a) est *add.* 3*a*. b) et *add.* 3*a*. c) et *add.* 2*a*. *b*. d) autem *add.* 1*c*; quidem *add.* 2*a*. *b*. e) *ita* 1*a*. *b*. 3*a*; in *add.* 1*c*. 2*a*. f) est *h. l. add.* 2*a*, *post* positum 1*a*. *b*. *c*. g) aetheream c. conscendit (recessit 2*a*) in aulam 1*b*. *c*. 2*a*. h) *om.* 2*a*. i) eius *add.* 2*a*. k) *ita* 1*a*. *b*; membra cont. 1*c*. 3*b*; teguntur m. 2*a*; m. teguntur 3*a*. l) ipse vero *pro* et 2*a*. m) resurget 2*a*. n) *ita* 1*a*. *b*. *c*; s. f. in gl. 3*a*; s. f. *om.* 2*a*. o) *ita* 1*a*. *b*. 3*a*; et *post* Cuius *ponit* 2*a*, *om.* 1*c*. p) *ita* 1*a*. *b*. *c*; dignam stolam 2*a*; binas stolas 3*a e coni.; cf. Gen.* 45, 22. q) Ipse 1*c*; enim *add.* 2*a*. r) *om.* 3*a*. s) *ita* 1*a*. *c*; firmam *add.* 1*b*. 2*a*. t) pontificali 3*a*; d. g. p. 1*c*. u) *ita* 1*a*. *b*; et *add.* 2*a*. 3*a*. v) *ita* 1*c*. 2*a*; gaudebunt 1*a*. *b*; sunt gavisi 3*a*. w) spolia 3*a*, *fortasse recte.* x) illum *add.* 1*c*; eum *h. l. add.* 2*a*, *ante* miris 1*b*. y) decoratur 3*a*. z) enim *add.* 2*a*. a) *om.* 3*a*; v. m. *om.* 1*c*. *d*. *e*. b) Hoc 2*a*. c) D. pro meritis s. angelorum suffr. 3*a*. d) suffultus 1*a*. *e*. e) aeterno 3*a*. f) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *d*. *e*; beata sorte 2*a*. 3*a*. g) *ita* 1*a*. *b*; qui 3*a*; hic 2*a*. h) credimus 2*a*. i) d. D. 2*a*; D. donante 1*b*. k) perfruitur 2*a*. l) fulgidus — clarus *om.* 1*c*. m) *ita* 1*a*. *b*. *d*. *e*; *om.* 2*a*. 3*a*. n) etiam 2*a*. o) *ita* 1*a*. *b*; *om.* 2*a*. 3*a*. p) *ita* 1*a*. *b*. *c*. *d*. *e*; D. in multos f. 2*a*; D. multo studio f. 3*a*. q) et 1*a*. *b* (*eras.*). *d*. *e*; r. terrenis a culmina c. ascendens 3*a*; r. ergo t. c. c. ascendit 2*a*; r. t. conscendit c. c. 1*c*.

Cap. 4. a) dictum *add.* 1*b*. *c*. *d*. *e*. 3*b*.

Cap. 5. a) sicut — Treiect. *om.* 2*a*. b) *ita* 1*a*. 3*b*; Treictense 1*b*; Traiect. 3*a*. c) est *h. l. add.* 3*b*, *post* honore 1*c*, *post* sepultus 1*a*. *b*. d) *om.* 2*a*. e) virtutibus — *p.* 91, *l.* 14. consors *om.* 1*b*. f) pollex 1*a*.

1) *Hoc caput ex versibus in orationem pedestrem redactis partim constat; cf. supra p.* 84. 2) *Haec ex Officio confessoris pontificis fluxerunt; cf. Kurth, 'Deux biographies de St. Servais' p.* 32. 3) *Fortasse S. Auctor Mettensis; cf. supra p.* 84.

(6). Christus[a] ibi conditor[b] per se suosque[c] multa facit[d] miracula[e] maiestatis[f] suae. Ecce! ex urbibus in[g] civitate peregrini et pauperes per[h] catervas concurrunt, pia mente precantes a sancto pontifice sanitatem. Peracta celebratione missarumque solemnitate[i], omnes gaudentes redeunt in sua sani, gratiarum actiones Deo donantes[k], quia[l] talem meruerunt patronum habere apud Deum.

(7). Isti[a, 1] certe *in medio ecclesiae aperuit os eius*[b] *et implevit*[c] *illum*[d] *Dominus spiritu* [Officium.] *sapientiae et*[c] *intellectus; stolam gloriae induit eum. Iocunditatem et exultationem thesaurizavit*[e] *super eum*[f] *et nomine aeterno hereditavit*[g] *illum.* [Eccli. 15, 6.] Iste certe meruit audire[h] vocem Domini sui dicentem: *Serve bone et fidelis, quia in*[i] *pauca fuisti fidelis,* [Matth. 25, 21.] *super*[k] *multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui,* quia bene[l] ministrasti *in tempore tritici mensuram.* [Luc. 12, 42.]

(8). Isti[a] beato Servatio post victum[b] mundum triumphatumque saeculum nunc demum reddita est corona iustitiae[c], et inde[d] possumus nos magnum[e] gau- [cf. 2. Tim. 4, 8.] dium habere, quod digni sumus talem habere patronum, qui consors[f] est[g] apostolis et prophetis[h] — quod[i] nos credimus omnium sanctorum pace[k] — in illo grege iustorum et iunctus est illis qui *stolas suas laverunt in sanguine agni*[l]; ab[m] [Apoc. 7, 14.] omni labe[n] integer[o] agnum ducem comitatur[p].

(9). Qui[a] si in tempore transitus eius per martyrium non migrasset[b] de mundo, gloria tamen martyrii[c] non carebat[d]. Sed nobis, fratres[e] dilectissimi, magna spes est[f] inde, quod nostra fragilitas optinere non potest, saltem[g] pro[h] nobis intercedente beatissimo antistite Servatio[i], Deo[k] donante, partem aliquam cum electis Dei habere et videre claritatem gloriae[l] illius veri Dei et Salvatoris nostri[m], qui[n] cum Patre[o] etherium regnum princeps in principe possidet sine fine. Amen.

EXPLICIT VITA SANCTI SERVATII EPISCOPI ET[p] CONFESSORIS.

II. Capp. 6—9. 1*a*. 1*b*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*.

Cap. 6. a) *ita* 1*a. c.* 2*a*; ibi Chr. 3*a. b.* b) *ita* 1*a.* 2*a*; Deus *add.* 1*c*; noster *add.* 3*a*. c) signa *h. l. add.* 3*a. b, post* multa 2*a*. d) et *add.* 2*a*. 3*a*. e) mirabilia 2*a*. 3*b*. f) s. m. 2*a*. g) *ita* 1*a*; in civitates 3*a*; ad hanc civitatem 1*c*; in c. *om.* 2*a*. h) per c. *om.* 2*a*. i) sollempniis 2*a*. k) dantes 2*a*; persolventes 1*c*. l) qui 2*a*.

Cap. 7. a) Iste 1*c*. 2*a*. b) suum 1*c*. 2*a*. c) impl. — et *om.* 1*c*. d) eum 1*a*; illud 2*a*. e) theaurizavit 1*a*. f) *ita* 1*a. c.* 2*a*; illum 3*a*. g) *ita* 1*a. e*; hereditabit 1*c. d*; honorificavit 2*a*. 3*a*. h) a. v. *bis scr.* 1*a*; v. D. s. (s. *om.* 2*a*) a. 2*a*. 3*a*. i) super 2*a cum Vulg.* k) supra 2*a*. 3*a*. l) *om.* 2*a*.

Cap. 8. a) autem *add.* 1*d*; Iste beato Servatio 3*a*; Huic igitur beato Servatio 1*c*; Iste (autem *add.* 1*e*) beatus Servatius (cui *add.* 1*e*) 1*a. e*; Isti, *om.* b. S. 2*a*. b) *ita* 2*a*; (post *om.*) fictum m. triumphantemque s. 1*a*; post devictum triumphatumque m. (*om.* s.) 1*c*; post (v. *om.*) m. triumphatum (*om.* que s.) 3*a*. c) iustitia 1*a*. d) de hoc *pro* i. 3*a*. e) *ita* 1*a. c. d*; m. h. g. 3*a*; h. m. g. 2*a*. f) *ita* 1*a. c. d. e*; consertus 2*a*; coniunctus 3*a*. g) *in* est *redit* 1*b*. h) et *add.* 2*a*. 3*a*. i) sicut 2*a*. k) *ita* 1*a. d. e*; pacem *et add.* adipisci 1*b*; paci 2*a*. 3*a*. l) *om.* 3*a*. m) ab — comitatur *om.* 1*c*. n) ac *add.* 2*a*. o) (i. *om.*) agno duce comitatus 3*a*. p) *bis scr. erat* 1*a*.

Cap. 9. a) *ita* 1*a. b*; Quia si 2*a*; Quia etsi 3*a*; Nam licet ipso t. 1*c*. b) *ita* 1*a. b*; migraverit 1*c. d. e*; migravit 2*a*. 3*a*. c) martyrum 1*a*. d) *ita* 1*a. b*; carebit 1*c*. 2*a*; defuit 3*a*. e) d. fr. 1*c*; f. carissimi 2*a. b.* f) est *ante* magna 1*c*; exinde *pro* est i. 3*a*. g) saltim 3*a*. h) i. pro n. beato a. S. 1*c*; pro n. illo i. (*om.* b. a. S.) 2*a. b.* i) *ita* 1*a. b*; mereamur *add.* 1*c*. 2*a. b*; mereatur *add.* 3*a*. k) D. d. *om.* 2*a. b.* l) i. gl. 1*c*. 2*a. b.* m) Dei *add.* 1*a*; S. qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen *desinunt* 3*a. b*; S. n. Iesu Christi. Finita est vita sancti Servatii episcopi *desinit* 1*c*. n) qui regnat cum P. in ethereo regno pr. in pr. (*om.* poss.) 2*a. b.* o) et Spiritu sancto *add.* 1*b*. p) et c. *om.* 1*b*; *subscr.* Explicit de sco *(sic)* Servatio 2*a*; *subscr. om.* 2*b*.

1) *Est locus Officii communis doctorum, depromptus ex Eccli.* 15, 5; *cf. Kurth l. l.*

VITA BIBIANI VEL VIVIANI EPISCOPI SANTONENSIS.

Bibiani episcopi Santonensis basilica incepta est ab Eusebio episcopo, qui a. 533—549. *conciliis intererat, perfecta vero, eo defuncto, a Leontio episcopo Burdigalensi, cuius uxor Placidina, Sidonii Apollinaris neptis, tectis argenteis sancti sepulchrum ornavit*[1]. *Eiusdem basilicae in suburbano Santonensi sitae et miraculi ad sepulchrum patrati Gregorius meminit, molem vero virtutum libro asseruit*[2] *contineri, 'qui iam de eius vita scriptus tenetur'. Hunc Iohannes Stiltingus eam ipsam Vitam contendit esse, quam edidit.*

De Bibiano in ea haec fere enarrata sunt. Postquam annis competentibus ordines accepit moxque Ambrosio episcopo successit, 'senio confractus' pro civibus tributo oneratis Theodorum regem Visigothorum — potest esse I. a. 419—451. *vel II. a.* 453—466 — *adiit, deinde Saxones rebelles ex urbe repulit, tum ei in Oriente basilica aedificata est, Severo imperatore (a.* 461—465*) sumptum faciente, alteramque ipse in urbe Santonensi construxit, ubi et sepultus est, martyrum reliquiis Roma accitis. Pauca igitur de patrono memoriae tradere potuit auctor, eaque fide non sunt digna. Parum enim probabile est, Severum imperatorem occidentalem S. Bibiani in Oriente construxisse ecclesiam.*

Sane fieri non potest, quin haec Vita saec. V. vel VI. composita est, id quod Stiltingus statuerat. Prologo enim cum eo similitudo quaedam subest, quem Ionas c. a. 640. *Vitae Columbani praemiserat, eique ipsi elocutio 'superis iunctus' familiaris est, qua auctor ibi utitur. Sermo autem aevo Merowingico attribui non potest, sed ad Carolingicum referendus est. Denique cultus S. Bibiani orientalis e Martyrologio Hieronymiano ductus mihi videtur esse. Fastis illis d.* 28. *Augusti sanctus bis illatus est, id quod frequenter ibi contigit, et primum episcopo cuidam Constantinopolitano socius datur his verbis:* Constantinopoli Alexandri episcopi, Viviani episcopi[3], *deinde, addita civitate sua, haec de ipso relata sunt:* Scantonas depositio sancti Viviani episcopi et confessoris: *consortio autem illo Constantinopolitano auctor procul dubio commotus est, ut negotiatorem ex Oriente Santonas profectum, reliquiisque sancti translatis, basilicam in eius honorem ibi constructam esse finxerit. De imperatore vero tota via erravit. Mihi igitur persuasum est, postquam Gregorio vetustior Vita periit, eam quam habemus conscriptam esse saec. VIII. ex. vel IX. in.*

1) *Cf. Fortunati carmen I,* 12. *de basilica sancti Bibiani.* 2) *Gl. Conf. c.* 57. 3) *Cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [112]. *Praeterea in recensione Fontanellensi (a.* 734—756*) translatio S. Bibiani die* 25. *Octobris commemoratur:* Et Scantonis translatio sancti Vibiani episcopi et confessoris (*ib. p.* [135]).

Codices huius Vitae quattuor tantum mihi innotuerunt:

1) *Codex* Sangallensis *n.* 577, *s. X, p.* 431—440.

2) *Codex* Parisiensis *n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Reg.* 3594[b]*), saec. XII, fol.* 65—66', *V. Bibiani continet, praemisso prologo diverso, quem locus ad sancti stemma regium spectans subsequitur. Est mutilus, littera initiali excisa.*

3a) *Codex* Trevirensis *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. loc.* 456 *(antea n.* 965*), saec. XIII, legendarii S. Maximini volumen mensem Octobrem continens, fol.* 132'.

3a*) *Codex* Coloniensis *archivii urbani n.* 171 *(antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 13*), partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XV, fol.* 209—212, *praescr.:* Incipit prologus in vitam sancti Bibiani episcopi Sanctonice civitatis.

3b) *Codex* Bruxellensis *n.* 9290, *saec. XII, olim S. Laurentii Leodiensis, fol.* 176—177'; *cf. 'N. Archiv' II,* 256; *Bolland. Catal. Bruxell. II, p.* 309.

Vetustissimus codex 1 *cum libris* 3 *ex exemplari pendet, in quo sermo leviter retractatus fuisse videtur, meliusque illud erat, unde codex* 2 *fluxit; is vero, ut est interpolatus corruptusque, integram fidem non meretur. Librorum* 1 *et* 2 *menda peculiaria ope classis* 3 *tolli poterant, cuius liber* 3a *solus unum accusativum absolutum conservavit, procul dubio in textum admittendum. Liber* 3a* *arta necessitudine cum hoc coniunctus, neglegi potuit, alter vero* 3b, *quamvis pessime interpolatus, ad discernendas lectiones communes tertiae classis utilis erat. Praeter hunc ab Arndt b. m. descriptum codices ipse contuli. Exscripsi autem lectiones omnes ex* 1. 2, *dum libros* 3a *et* 3b *non curo separatim discrepantes.*

Iohannes Stiltingus *in Actis sanctorum, Antverpiae* 1743, *Augusti tom. VI, p.* 462—467, *hanc Vitam edidit ex* 3a *et codice Blaburensis monasterii simili* 1, *cuius exemplar a.* 1649. *Gamansius maioribus eius transmiserat.*

Extat etiam altera S. Bibiani Vita a Martene *et* Durand, *Collectio amplissima tom. VI, p.* 757 *sqq. e codice* Parisiensi *n.* 2627, *olim Moissiacensi, deinde Colbertino, saec. XIII, edita. De cuius antiquitate editores disputantes, credi voluerunt eam ipsam a Gregorio fuisse adhibitam. Composuit eam sermone tumido scriptor, quem magis oratorem quam historicum se gessisse Stiltingus recte contenderat. Ut erat in fabulis curiosus, sanctum ab regia stirpe ortum esse voluit. Degebat autem in monasterio Figiacensi saec. X. ex., id quod ex translatione et miraculis intellegitur, quae a Martene et Durand consulto praetermissa nuper ediderunt Bollandiani in Analectis VIII, p.* 256 *sqq. Quamquam codicem G. Waitz b. m. in usum nostrum contulerat*[1], *Vitam hanc praetermittendam esse putavi. Ex ea pendet tertia Vita 'ex pervetusto ecclesiae parochialis S. Bibiani codice' desumpta, quam Ioannes Darde Soc. Iesu Bollandianis transmiserat.*

Denique epistulam suppositiciam Augustini nomine ad Bibianum datam Mabillon, Liturgia Gallicana, Parisiis 1729, *p.* 458—460, *e codice S. Petri Carnotensis saec. X. publici iuris fecit. Agitur ibi de ordine officiorum Hipponensis ecclesiae, quem ut sibi dirigeret, Bibianus Augustinum adiisse dicitur, Troiano diacono litteras afferente.*

B. Krusch.

1) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 250.

IN[a] NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI VIVIANI SANCTONICAE[b] CIVITATIS EPISCOPI ET CONFESSORIS[c].

1.[d] Convenienter* venerabilis vita sacrae mandatur historiae[e], cuius claret[f] virtutibus fama post obitum: vivat in[g] titulis, qui superis[h] iunctus[1] contra mundanas concupiscentias divinis paruit disciplinis, nec oblitteretur conditione mortalitatis, qui in praeceptis secutus est eorum mores, qui sunt ecclesiae fundatores. Magnum namque est ad instructionem fidelium antiquorum patrum ordinem revocare[i] iustorum, ut, dum audientium auribus antistitum virtus officio sermonis ingeritur, semper habeat exemplum[2] posteritas, quod sequatur. Reddemus[k] itaque

*) *In* 2 *prologus diversus extat hic:* Convenienter igitur vitam venerabilis Bibiani pontificis penitus contueri sacra nos ortatur istoria, quatinus, dum gestorum merita vigent in astris, vivat etiam eius virtutum fama, post transitum sacris fideliter indita titulis, quippe cum manifestius constat, divinis eundem a puero studiose cultibus inhesisse, quamquam inter diversa mundialis nequicie positus oblectamenta, utpote magnifica, regali propagatus nobilitate. Verum ne penitus umquam a Christo temeritatis huius privaretur astutia intellectus preceptorum, utique pervigil factus exsecutor eorum, diligentius quidem comitatur mores, quibus ab exordio nove nascentis aecclesie terrarum in orbe iura divinitus reguntur universa. Ad fidelium ergo mu::: (*expectes* exemplum) ac instructionem necessario dignumque ducitur, eius sat imitabilem memorie reparari conversationem, quatinus, dum audientium ea sese latius ingesserit mentibus, habeat fidei posteritas in aeternum, unde libentius cunctis omnino congruum sequatur adprime veritatis exemplum. Interea sciendum, quod si quorundam irreligiosorum gesta, quam plurimis exarata paginis, in posterum sequacibus ob sui quasi communem conservantur utilitatem commemoranda, quod siquidem eorum aut (*lege* haud) quempiam iuvat ullatenus, cum utrosque pariter aeternitatis pena pro meritorum qualitate post obitum puniat, multo propensius oportet tanti patroni vivificis insisti laudibus necne preclara sequi passim vestigia.

Explicit prologus,

post quem additus est locus spectans ad sancti stemma regium:

Incipit vita sancti Bibiani episcopi et confessoris.

Beatissimus igitur Bibianus urbis Sanctonum precipuus omnium extitit indigena, progenitoribus vero, quos admodum superbi sanguinis prefecerat sibi magnitudo labentis seculi. Pater eius in regno satus, in solio regni multo sublimior, non inmodice regali potitus ditione, simul sceptrum amisit regale cum termino vite, gentilitatis dire per omne modum infectus errore. Itaque beatissimus Bibianus parentibus, *ut infra.*

Cap. 1. 1. 2. 3*a*. 3*b*.

Cap. 1. a) *ita* 1; *praescr.:* Incipit prologus in vita sancti Bibiani episcopi et confessoris 2; Incipit vita beati Bybiani episcopi et confessoris 3*a*; Incipit vita sancti Bybiani episcopi 3*b*. b) Scomnicae *pr. m.* 1. c) XXX *add.* 1. d) *om.* 1. 2. 3*a*. *b*. e) ut *add.* 1. f) claruit 1. g) *om.* 3*a*. *b*. h) *ita recte* 1; superstes *pro* s. i. 3*a*. *b*. i) r. i. *pr. m. in litura* 1. k) Reddimus 3*a*. *b*.

1) *Idem quod vivus, estque elocutio Ionae familiaris; cf. V. Col. epist. et c.* 11; *'Mitth. des Instituts f. österreich. Geschichtsforschung' XIV, p.* 53. 2) *Similia Ionas in praefatione V. Columbani scripsit.*

plena fide gestorum ordine[a] Viviani[b] antistitis, genus, mores, vitam, conversationem, conscientiam, disciplinam, ne oblivio tolleret, quod declarata[c] portabat opinio, ut re vera tantum proficiat incolis venerabilis recordatio, quantum facit hunc[d] locum honorabilem fidei plenitudo, ut, dum peculiaris patroni commemoratur actio, quasi praesens dignetur instruere, pro quibus, ut confidimus, Deum[e] non desinit exorare.

2.[a] Itaque beatissimus Vivianus[b] parentibus incolis genitus Sanctonicae[c] civitatis, patrem habuit, qui gentili errore detentus, usque in exitum vitae suae in nullo est[d] sacro[e] fidei ordine gratia[f] baptismatis innovatus, matrem vero eius Maurellam[g] nomine christianam fuisse relatio manifesta[h] commemorat, quod[i], Deo gubernante, multum pro institutione religionis profuisse creditur beatissimo Viviano. Qui cum ad annos sedecim pervenisset, primaevam[k] aetatem suam divinis erudire cupiens disciplinis, sancti Ambrosii huius[l] civitatis episcopi devotus[m] se mancipavit obsequio. Tum[n] ille paterna eum[o] pietate suscipiens, dum sacris litteris erudiret, in ordine lectorum conversionis eius initiavit[p] studium. Quem cum videret perfectae conversationis cursu semper ad meliora pertendere[q], per ordines[r] ecclesiasticos subdiaconus[s] institutus[t], ibi aliquantum temporis manens, competentibus annis[1] in levitico gradu sancto[u] est iunctus altario, ubi tam vita[v] quam moribus omni[w] gravitate respondens[x], in anno 30. presbiter ordinatus[y], ut cui non deerat conversatio laudabilis, per singula honorum[z] tempora annis regularibus militasset[a], ut per apostolicae constitutionis ascensum nihil detraheretur ordine[b], quod non deerat sanctitate.

3. Itaque, providente Dei[a] misericordia, ut sanctissimus institutor dignum sibi[b] relinqueret[c] successorem, ut[d] ne quid[e] eius meritis per spatia temporum fraudaretur[f], beatissimus Ambrosius sancta migratione[g] de hac hospitali vita discedens[h], dormivit in Domino. Tunc unitae et probatae electionis assensu, clericorum et civium voto ad summum[i] pontificii locum electus[k] est sanctus Vivianus. Quod[l] ille, qui sub humilitate cottidie magnis[m] virtutibus[n] habebat ascensum[o], rennuens, ne[p] ambiens probaretur, dum tanto se ordine[q] reclamaret[r] indignum, elegit, ut[s] fugae latebram quaerens, in sacrarii[t] abdita[u] inter sacra[v] ministeria non culpam

Capp. 1—3. 1. 2. *3a*. *3b*.

Cap. 1. a) g. ordinem *3a*; ordinem g. *3b*. b) Bivian., *plerumque* Bibian. *3a*; Bybian. *semper* *3b*. c) clara p. *3a*; p. clara *3b*. d) *ita* 1. *3a*; Sanctonicam civitatem *pro* h. l. *3b*. e) Deo *3a*.

Cap. 2. a) *numeri des.* 2. *3a. b*. b) Bibianus *semper* 2. c) Scomnicae *pr. m.* 1. d) esset *3a*; *om.* *3b*. e) sacrae *3b*; *om.* 2. f) *in litura scr.* 1; *om.* *3a*. g) Maurelam 2. *3a*. h) manifeste 2. i) que 2. k) primam *3a. b*. l) Sanctonic(a)e *3a. b*. m) devote 2; devoto *3a. b*. n) Tunc 2; Quem *3a. b*. o) *om.* *3a. b*. p) iniciatus est st. 2. q) *ita* 1; provhei *(sic)* 2; tendere *3b*; *om.* *3a*. r) ordinem (a)ecclesiasticum *3a. b*. s) subdiaconum *3a. b*. t) *ita* 2; institus *pr. m. et add.* est 1; instituit (constituit *3a*), sed ibi *3a. b*. u) gr. cum aestu animi altari deserviebat, ubi 2. v) t. vitae 1. *3b*; t. in vita *3a*. w) in *add.* *3a*; morum gr. *3b*. x) resplendens *3a. b*. y) *ita* 2; est *add.* 1; ordinatur *3a. b*. z) honorum in t. *3a*; bonorum t. 1; annorum t. 2. *3b* (*ubi infra* honoribus *pro* annis). a) militasse (*om.* ut) 2; militaret et *3b*. b) *ita* 1; ordini — sanctitati *rell.*

Cap. 3. a) divina gratia *pro* D. m. *3a*; divina gratia tempus aderat *pro* D. m. *3b*. b) *om.* 1; eum *add.* *3b*. c) reliquerit 1. d) et *3a. b*; *om.* 2. e) quis 2; quod *3a*. f) fraudareretur 2. g) emigr. *3a. b*. h) decedens *3a*; *om.* 2. i) summi 1. *3b*. k) s. el. est *3a. b*; s. *om.* 2. l) ut *add.* 2. m) magis *3a. b*. n) v. habebatur 2; augebat virtutes *3b*. o) *om.* 2. p) et *3a*; ne a. *om.* 2. q) ordini *3a. b*. r) reclamabat *3a. b*. s) ubi fugeret. Latebram 2. t) sacrario 2. u) abdito *3a. b*. v) sacri altaris misteria 2.

1) *Subdiacono* 20, *levitae, i. e. diacono,* 25, *presbytero* 30 *anni conveniebant; cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' I, p.* 17. 18.

fugiens, sed meritum prodens, ibi se corpore, ubi mente serviebat[a], absconderet[b]. Quod Dei dispensatione ad[c] tanti viri meritum creditur profecisse, ut de sacrario[d] ecclesiae in altario[e] sancta produceretur oblatio. Qui dum in oratione humo prostratus incumberet et pro[f] inquirentibus ibidem omnimodis[g] latitaret, a[h] quadam religiosa matrona nobili nomine Basilia, dum ad ostium sacrarii sedulis precibus Dominum[i] exoraret, se visum esse conspexit. Quam[k] dum rogaret, ut agnitum suo[l] potuisset celare silentio, illa, ne auferretur[m] votis cum[n] dilatione, inventum, tacente[o] lingua, motu capitis indicavit[p]. Unde tacita[q] indicatione[r] sic proditus atque inde publicis laudibus evocatus, pontificalis cathedrae suscepit ascensum.

4. Cumque pio moderamine plebem sibi commissam divinis erudiret in omnibus disciplinis, accidit, ut Gothorum tempore, rege Theodoro[a][1] dominante, Sanctonis[b] civibus intolerabilis statueretur iniunctio[2], ita ut, amissis facultatibus, subderentur maxime[c] statum perdere libertatis. Cumque[d] ablatis opibus non solum mediocrium personarum, sed etiam cunctorum nobilium praesidium[e][3] inhiantes, facula cupiditatis accensi, statuerunt, ut[f] ad Tolosanam[g] urbem cunctos in vinculis inmoderata[h] praesumptione pertraherent, ut cum extorsissent vitam, ambitum rapinae suae intolerabili praesumptione complerent et[i], cessantibus incolis, quicquid inhiaverant[k], barbari possiderent. Sed cum talia fieri sanctus inspiceret[l]
cf. Iohann. 10,12. Vivianus, sacrilegum esse credens, ne[m], pastore posito, oves dominicas lupus[n] traheret in rapinam, elegit pius pater cum filiis commune[o] quemadmodum[p] subire periculum, ut in nullo his deesset sedulitate[q] solatii, quos non minus optabat tam[r] praesentia quam orationibus custodire[s], et[t] Domini misericordia facilius absolveret vinctos, ubi tantus pontifex pro civibus cognoscebatur abiectus. Itaque confractus senio, dum tanti itineris cursum sustinere non posset, cum praecipue essent membra eius per abstinentiam contrita ieiuniis, carri[u] vehiculum quamvis altus mente, humilis habitu perquisivit, ut superborum pompam sacratissimus pontifex sancta quadam[v] abiectione calcaret.

5. Cum ergo ad urbem Tolosanam[a], in qua erat regale solium, pervenisset, beatissimi Saturnini martyris patrocinium quaerens, in vicino[b] vile[c] perquisivit hospitium, ut re[d] vera facilius liberaret oppressus[e], cum Deo vacans, esset a con-

Capp. 3—5. 1. 2. 3*a*. 3*b*.

Cap. 3. a) servabat 2. b) abscondere 2; abscondit 3*a*. c) hoc 2. d) sacrio 1, *corr.* e) altari 2; altarium 3*b*. f) et ab 2; et pro *om.* 3*a*. g) omnimodo 3*a*; omnino 2. h) ad quandam religiosam matronam 2. i) Deum 1. k) Q. (d. *om.*) exoravit 3*b*; *haec om.* 3*a*. l) suum 1; a. se suo celaret 3*b*. m) afferretur 1; offerretur 3*a*; offeretur 3*b*. n) quaecumque dilatio 1. 3*a*. *b*. o) taceret nec l. 3*a*; tacuit l. 3*b*; sed *add.* 3*a*. *b*. p) indicabat 2. q) tacita::, *ras.* ta 1. r) indagatione 1.

Cap. 4. a) *ita* 2. 3*a*; Theodorico 1; regis Theodori Gothis dominio regali presidentis S. 3*b*. b) Scomnis *pr. m.* 1; Sanctonicis 3*a*. *b*. c) m. — libertatis *om.* 2. d) sanctumque 2; que *om.* 3*a*. *b*. e) prediis 2; predia 3*b*. f) *om.* 2. g) Thol. 3*a*. *b*. h) inmoderate pertrahi ut 2. i) et — possiderent *om.* 1, *pagina exeunte*. k) *ita* 2; inierant 3*a*; ambierant (1). 3*b*. l) conspiceret 2. m) *om.* 2; ut 3*b*. n) lupi detraherent 3*a*. *b*. o) *om.* 3*a*. *b*. p) quod(am *pr. m. in litura*)modo 1; *om.* 3*b*. q) sed utilitate 3*a*. *b*. r) *om.* 2. 3*b*. s) custodiri 3*a*. *b*. t) ut 2. u) carre 3*a*. v) quada:m, *ras.* e 1; quidem 3*b*; quodammodo 2; siquidem 3*a*.

Cap. 5. a) Tholosam 3*b*; *om.* 3*a*. b) vicine 2. c) *ita* 3*a*; villae 1. 2; vilissimum 3*b*. d) referam 3*a*; r. v. *om.* 3*b*. e) *ita pr. m.* 1; oppressos *rell.*

1) *Theodoridus I. a.* 419—451, *II. a.* 453—466. *in Visigothos regnabant.* 2) *Iniunctio pro tributo accipitur.* 3) *Praesidium pro re familiari accipitur in Formulis (ed. K. Zeumer).*

ventu omnium separatus, et sine intermissione ad memoriam[a] tanti martyris currens, orationum suffragiis[b] pro negotio filiorum peculiarem aggreditur[c] exorare lacrimis advocatum. Accidit ergo, ut quidam latro diabolicae suggestionis instinctu boves[d], qui pontificis carri[e] vehiculum ad civitatem usque pertraxerant[f], furtiva[g] praesumptione[h] subtraheret. Sed cum latebram, quo[i] celare posset furtum, miserabili[k] vagatione perquireret, suis[l] sequi vestigiis impeditus, lucescente[m] die, in loco ubi admiserat[n] furtum nutu Dei se[o] retentatum esse cognoscens, pedibus[p] beatissimi[q] Viviani prostratus advolvitur et facinorosi criminis auctorem se esse illi[r], qui admissum[s] crimen vindicare non poterat, voce miserabili[t] fatebatur. Quod ille mente placabili non tam increpans, quam castigationis verba subiciens[u], ait: 'Accipe mercedem, fili[v], pro vigiliis tuis, quamvis inhonesta actione transactis, unde huius diei possis habere substantiam, et victum labore[w] quaere proprio, non rapina[x]'. Praeceptum tamen euangelii[y] tenens, ne peccaret[z] ultra, commonuit[a], ne[b] malum cf. Iohann. 8,11. perpetrans[c], quod hic evaserat, possit[d] vindicari.

6. Cum ergo tanti viri benevolentiam fama celare minime potuisset, praeclarum[a] patientiae factum ad aures Theodori[b] regis familiaris[c] perduxit opinio. Quem praesentari[d] sibi honorabili praecepit[e] obsequio et gratuita familiaritate susceptum cum reliquis episcopis suo eum precatus est interesse convivio. Ubi dum cum ceteris convenisset[f], quamvis ipse ieiunus mente[g] inter epulas parca comessatione discumberet, forsitan[h], ut tunc moris[i] erat, rex offerri sibi poculum ab his qui aderant episcopis[k] postulavit. Quod cum singuli perfecissent, ad Vivianum ventum est. Quod ille renuens, ait: 'Officii mei locus est, ut de sacro altario[l] filiis ecclesiae sacratum calicem subministrem, nam, qui mihi alienus est[m] a communione tam secta quam ordine[n], vile[o] ministerium[p] implere despicio'. Itaque rex providens[q] se tali recusatione despectum, iracundiae inflammatus instinctu, contra sanctum Dei tota mente commotus exarsit, et quasi iniuriam suam vindicaturus, statuit in eodem voluntatis[r] suae exercere vesaniam. Ad quod ille non[s] trepidus subsequente[t] nocte, dum[u] vigiliis et orationibus incubaret[v], superbi regis iracundiam sacratissimus pontifex, iacens[w] in oratione, perdomuit[x], cum sub[y] praesidio martyris actum est, ut superbus[z] rex, qui timeri se credidit, formidaret. Qui tamen, dum sub silentio noctis quadam fuisset visione perterritus, ad postulandam veniam[a], deposita furoris insania[b], arma supplicationis[c] assumpsit. Quem cum[d] ad se venire iam humilis denuo precaretur[e], ut petitio eius pro absolutione civium

Capp. 5. 6. 1. 2. 3*a*. 3*b*.

Cap. 5. a) meliora 2. b) suffragia 2. c) p. exoraret 1. 3*a*. *b*. d) bovem 3*a*. *b*. e) *om*. 1. 3*a*. *b*. f) pertraxerunt 2; pertraxerat 3*a*. *b*. g) fort. *pr*. *m*. 1. h) conditione 3*a*; abductione 3*b*. i) l. quod 2; latebra qua 3*a*. k) miserabile vagationi 2. l) suis aeque vestigiis 1; sua sequi vestigia 2; suis siquidem v. 3*a*; suis certe v. 3*b*. m) l. d. *om*. 3*a*. *b*. n) amiserat f. 2. 3*a*; f. adm. 3*b*. o) D. miserante tantum esse 2. p) pedes 2. q) beatissimi:: 1. r) ille qui 3*a*; (i. *om*.) quia 3*b*. s) amissum c. 2. 3*a*; admissi criminis fructum v. 3*b*. t) *ita* 2. 3*a*; se mirabili 1; lacrimabili 3*b*. u) *ita* 2; subiens 1; subiungens 3*a*. *b*. v) *om*. 3*a*. *b*. w) laborem q. proprium n. rapinam 2. x) Et *add*. 3*a*. *b*. y) euvangelicam 2; euangelicum 3*b*. z) peccantem 2. a) com *in litura scr*. 1. b) nec 2. c) ans *in litura scr*. 1. d) posset vindicare 2; p. denuo v. 3*a*. *b*.

Cap. 6. a) praedarum 1. b) Theodorici 1. c) p. f. 2. d) presentare 2. e) praecipit 1. f) venisset 1. g) *ita* 1. 3*a*. *b*; *om*. 2. h) forsitam 2. i) mos 2. k) episcopi 1. l) altari 2. m) *om*. 2; ut *pro* a 1. n) eius *add*. 3*a*; huic *add*. 3*b*. o) vili fuerit m. 2. p) illi *add*. 2. q) videns 3*a*. *b*. r) voluptatis 1. s) *ita* 3*a*. *b*; intrepidus 1; non intrepidus 2. t) subsequenti 3*a*. *b*. u) cum 2. v) inc. ob superni 2. w) tacens 3*a*; *om*. 2. x) perdormivit 2. y) post subsidium 2; (sub *om*.) praesidio 3*a*. z) super 1. a) animum *add*. 3*a*; convertens animum *add*. 3*b*. b) f. amentia cum summa arma 2. c) supplicatione 2. d) *ita* 2; ut ad se veniret d. i. humilis 1. 3*a*. *b*. e) precabatur 3*a*. *b*.

sortiretur effectum, affuit et sic tam proprios cives, quam qui in carceribus tenebantur inclusi, iam auctoritate divina potius quam supplicatione[a] fretus, cunctos[b] beneficio virtutis[c] absolvit. Et cum[d] magnis opibus, ab eodem qui auferre cupiebat rebus[e] plurimis muneratus, reduxit patriae incolomes[f] cives, et sic virtutibus clarum recepit ecclesia sacerdotem.

7. Accidit etiam quodam tempore, ut multitudo hostium Saxonum[1] barbarorum cum plurimis navibus ad locum qui dicitur Marciacus[a. 2] amore depraedationis incumberet[b]. Cumque loca[c] finitima circuisset execranda barbaries[d], et esset civitas tanti antistitis fulta praesidio, causa absolutionis sacris[e] est[f] ostensa miraculis, ut, in oratione incubante Domini sacerdote, in muris ac turribus militia caelestis adstaret, procederetque inde terror hostium, unde erat occultum et magnum in[g] civitate praesidium, ut miro atque ineffabili modo illi sanctam[h] cernerent visionem, quibus non esse honoris poterat[i], sed timoris, et infideles barbari, qui non constringebantur fide, fugarentur interim visione. Sicque adventante[k] die, pacem[l] ultro, divino territi auxilio, petierunt[m], qui cum furore vastationis advenerant, ut[n] quos expugnabat caelestis exercitus, sine effusione sanguinis vincerentur, et esset hostium reditus sospes, ubi[o] etiam civitas ab omni parte residebat incolumis. Quod re[p] vera ad meritum beatissimi intercessoris pio refertur ordine, cum ex ea parte vicit, unde Dominum fideliter exoravit.

8. At vero, quia per singula, quae gessit, replicare[a] fidelibus non creditur onerosum, hanc etiam rem, quae ipsum in aliis provinciis notum fecit et[b] virtutibus publicavit, deducamus in medium. Quodam ergo tempore de partibus Orientis quidam negotiator adveniens in civitate[c] Sanctonica, beatissimi viri expetivit[d] occursum. Quem ille[e] secundum consuetudinem sanctam familiari collocutione[f] suscipiens, factus est[g] intimus[h] conversatione[i], per quem Deus servi sui meritum volebat ostendere, ut[k] illuc etiam deduceretur fide beatissimus Vivianus, ubi et corpore ignotus habebatur et nomine. Quadam ergo die, dum sanctus antistes[l] ecclesias[m] circuiret, accidit, ut de naribus eius[n] sanguis subito[o] in terra[p] pro-

Capp. 6—8. 1. 2. 3*a*. 3*b*.

Cap. 6. a) supplicationibus 2. b) cunctis 1. c) virtus 2. d) *om.* 3*a. b*. e) res plurimas munerator 2. f) *ita* 3*a. b*; in locum suum (aeternos 2) 1. 2.

Cap. 7. a) *ita* 2. 3*a*; Martiacus 1. 3*b*. b) incumberit 1; incumberent 3*b*. c) loci circius et finitima exsecr. 2. d) e. barbaris inruptione essent repleta c. 2; barbaris e. multitudo ut esset c. 3*a*; e. barbarorum multitudo et esset c. 3*b*. e) *inde vocabula plura perierunt, littera maiore excisa,* 2. f) (osten)sa est miraculum 2. g) in c. *om.* 1, *versu exeunte*. h) c. s(anctam) 2. i) potentia 2. k) *ita* 1. 3*b*; advenient(e) 2; Si quod advenit ante diem 3*a*. l) *ita* 1; pagum 3*a. b*; *periit* 2. m) ut *add.* 1; petierunt qu.. 2. n) *ita* 3*b*; *om.* 1. 3*a*; *periit* 2. o) Ibi 2. p) *pro* r. v. *habent* refero 3*b*; offeram 3*a*.

Cap. 8. a) replicari 3*a. b*; *periit* 2. b) *om.* 3*a. b*. c) *ita* 2. 3*a*; civitatem Scomnicam *pr. m.* 1; civitatem Sanctonicam 3*b*. d) expetiit 2. e) *om.* 1. f) locutione 2. g) et *add.* 1; ei *add.* 3*b*. h) notissimus 2. i) ospes sociusque *add.* 2. k) ost. quo ded. 2. l) pontifex 2. m) Domini *add.* 3*a. b*. n) exiret *add.* 2. o) que *add.* 2. p) terra profluerit 1; terram profluerет 2. 3*b*.

1) *Cf. litteras Sidonii Apollinaris VIII,* 6, *datas ad Namatium:* Sed ecce dum iam epistulam, quae diu garrit, claudere optarem, subitus a Santonis nuntius; cum quo dum tui obtentu aliquid horarum sermocinanter extrahimus, constanter asseveravit nuper vos classicum in classe cecinisse atque inter officia nunc nautae, modo militis litoribus Oceani curvis inerrare contra Saxonum pandos myoparones, quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes archipiratas. *Haec vero, regnante Eurico, Theudorici II. successore, gesta sunt.* 2) *Est Marciacensis villa, cuius Gregorius, de virt. S. Mart. III,* 33, *meminit, hodie Marsas (Gironde).*

flueret, quod tamen non infirmitatis fuisse creditur, sed virtutis, ut re vera potuisset superstite[a] tali viro[b] quasi de corpore suscipi[c] reliquiarum eius maxima plenitudo. Attentus[d] itaque negotiator ille fidelissimus, ante[e] quem diximus, de loco, ubi sanguis eius influxerat, sustulit ex[f] terra pulverem cum cruore et fideliter domi[g] referens, sanctas reliquias in linteo[h] cura conservationis[i] involvit, ut, quem diligebat corde, semper praesentem[k] haberet et[l] pignore. Peractum[m] itaque, ut coeperat[n], pro sua utilitate negotium, patriam repetens[o] Orientis, cum venit[p] ad locum, qui erat proximus civitati, antequam in portum[q] vela deponeret[r], subito confiteri[s] hi, quos malignus agetabat[t] spiritus, tanti viri meritum[u] coeperunt et[v] quasi ante conspectum iudicis beati antistitis virtute torqueri[w]. Siquidem in[x] confessione tam nomen quam praesentiam[y] proclamantes[z], res dum[a] insperate redderet cunctos in civitate sollicitos, quae[b] daemonum fateretur[c] assertio, quibus erat altior mens, ad portum cursu celeri perrexerunt, ut, si forsitan aliquis[d] ignorantibus[e] huiuscemodi opinionis vir de aliis provinciis advenerit[f], digna potuisset veneratione suscipi, quem prius sanctitatis meritum fecerat nuntiari. Itaque cum sub hac expectatione negotiator ille portum de occidentali parte remeans introisset, coepit ab eo sciscitari turba fidelium, quis[g] esset ille vir sanctus nomine Vivianus, cuius virtutem et opinionem antea[h] cognoverant[i], et, si cum eodem[k] venisset, ediceret[l], ut ei honorificus inpenderetur occursus. Sed cum ille in nullo eius[m] praesentiam adesse ore proprio fateretur, quin immo et sospitem ipsum[n] in urbe Sanctonica[o] reliquisse[p], ne diutius sancti viri quae erat lateret opinio, subito reduxit in animo[q], eo quod ab occidentali parte de memorati antistitis cruore secum reliquias deportasset. Sed dum gesta singulis referret[r] in ordine, Deo inspirante, perclaruit[s] virtutis et[t] meritum, quod ibi erat fide, ubi non ducebatur et[u] corpore. Quod testimonium gratissimo suscipientes[v] affectu, reliquias sancti viri protulit, quas habebat. Quas cum summo honore et celebritate suscipientes, Deo gratias referebant, qui sibi fidelissimos[w] famulos per totum orbem[x] titulis sic praesentat. Sicque tantum pignus glorioso suscipientes officio, ad basilicam portaverunt, specialiter gaudentes, se[y] magnum suscepisse[z] praesidium, cum per eum ab obsessis corporibus fugabantur daemones, quem pro sui[a] cruciatione prius adventare[b] clamaverunt[c] confitentes. Cum ergo divina potentia[d] tam sanctae opinionis gratiam tribuisset, et[e] quasi beatissimus antistes[f] geminas urbes illuc virtute possideret[g], hic[h] corpore, dumque[i] multa Deus per ipsum beneficia concessa praestaret, devotio sancta fidelium in Oriente basilicam[k] in eius nomine summa operatione construxit, quam Seve-

Cap. 8. 1. 2. 3*a*. 3*b*.

Cap. 8. a) sub 2. b) occasione 2. c) suscipe *pr. m.* 1, *ut infra.* d) Attentior 2. e) quem ante 1. 3*b*. f) extremam pulveris 2. g) domum 3*a. b*. h) cum *add.* 3*a. b*. i) cura quasi contubernani inv. 2. k) h. pr. 2. l) ex 2. m) *ita solus* 3*a*; Peracto — — negotio *rell.* n) itinere *add.* 2. o) petens 2. p) venisset 2. q) portu 2. r) de *add.* 2. s) subito per eos quos 3*a. b*. t) agebant 3*a*; agebat 3*b*. u) m. (merito 3*a*) processit in medium. Cum(que *add.* 3*a*) c(a)eperunt 3*a. b*. v) *om.* 3*a. b*. w) eius *add.* 3*a. b*. x) *om.* 2. y) presentia 2. z) Quae *add.* 1. 3*a. b*; proclamantibus res 2. a) cum 1. 3*b*; insperate *om.* 1. 3*a. b*. b) quod *et add.* ignotum nomen ora 1. 3*a. b*. c) faterentur, *om.* assertio 1. 3*a. b*. d) aliqui *pr. m.* 1. e) ignotus vir de aliis 1. 3*a. b*. f) adveniret 2; advenerat 3*a. b*. g) qui 1. h) ante 3*a. b*. i) cognoverat 3*a*; cognoverit 2. k) eo 2. l) diceretur 2. m) eum praesentem esse 1. 3*a. b*. n) se *add.* 1. 3*a*. o) Scomnis *pr. m.* 1; Sanctonum 3*a. b*. p) reliquisset 2. q) *ita* 1; animum *rell.* r) deferret 2. s) perclamavit 3*a*; proclamavit 3*b*. t) esse 3*a. b*. u) *om.* 2. v) suscipientibus 2. w) fidelissimus famulus 3*a*. x) virtutem *add.* 3*a. b*. y) Sed 2. z) suscepere 2. a) sua 2. b) adventari 3*a. b*; adventatum 2. c) clamaverant 3*a. b*. d) ei *add.* 2. e) ut 3*a. b*. f) a. rebus geminatis illinc virtutem 2; g. urbis 1. g) possederit 1. h) hinc corpus 2. i) que *om.* 1. 3*a*; multis 2. k) basilica 2.

rus[1], qui erat tunc temporis[a] imperator, de proprio sumptu perduxit ad cultum. Ubi tanta[b] Dei miseratione cooperantur beneficia, ut et[c] caecis visus[d], claudis gressus fideli ex oratione reddatur.

9. His ergo virtutibus clarens memoratus antistes, labente iam senio, basilicam sibi propria devotione construxit et, ab Urbe beatissimorum martyrum[a] reliquias qui peterent, suos[b] fidelissimos distinavit. Qui cum essent iam[c] in proximo remeantes[d], sacra martyrum pignora deferentes[e], sanctum antestitem Dei inspiratione non latuit. Evocatis[f] itaque civibus, osculum singulis tradens[g], viam etiam[h] sui transitus intimavit, festivitatem[i] nuntians, ut[k] in diem tertium in honorabili loco sacrae advenientes[l] reliquiae conderentur. Itaque fideliter[m] omnibus praeparatis, quos[n] postulaverat[o] patronus[p], societati[q] meritoque coniunctus[r], migravit in Domino. Sicque providentia Dei factum est, ut sub una[s] die ecclesiam quam fabricaverat et devotione[t] consecrasset[u] et corpore. Ubi[v] multa[w] beneficia[x] declarantur profectusque[y] hodierno[z] die, quo sacratissimo cultu[a] fidelium devotissime[b] praesentiam tanti antistitis conventu venerantur sacratissimique[c] confessoris[d], praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen[e].

Capp. 8. 9. 1. 2. 3*a*. 3*b*.

Cap. 8. a) t. temporibus 1; eius temporis 3*a*. *b*. b) Ubi ita misericordia divina praestat b., *sed* dia — ex oratione *pr. m. in litura scr.* 1; Ubi tanta (ita 3*a*) divina misericordia pr(a)estat beneficia 3*a*. *b*. c) *om.* 2. d) et *add.* 3*a*. *b*.

Cap. 9. a) m. una cum reliquiis 2. b) suis fidelissimis (s. f. *om.* 3*b*) d. 3*a*. *b*; s. ad eandem fidelissime dest. 2. c) deferentes *add.* 2. d) remanentes 2; et *add.* 1. e) gestantes 1; *om.* 2; *cf. n.* c. f) *ita* 3*b*; Et vocatis 1; Convocatis 2; Devotis 3*a*. g) trandens 1, *corr.* h) quam 2. i) f. n. *om.* 2. k) in diem tertium ut in h. 1; ut in die tertio in h. 3*a*. *b*; ut in d. t. h. 2. l) adventantes 3*a*. *b*. m) fidelium 2. n) pr. et eis quos 1; pr. eorum quos 3*a*. *b*; pr. qui 2. o) postulaverant 2. 3*a*; et *add.* 2. p) *ita* 1; patronum 2. q) societate 1. r) coniunctis V. K. Septb. migr. beatus Bibianus feliciter in D. 2. s) uno 3*a*. *b*. t) et solemni dedicaretur consecratione et patroni c. 2. u) consecraret 3*a*. *b*. v) dum *add.* 3*a*. *b*. w) Dei *add.* 1. 3*a*. x) virtutibus *add.* 1. 3*a*. *b*. y) *ita* 2. 3*a*; perfectusque 1; d. in tantum proficit usque in 3*b*. z) odierna 2; in hodiernum diem sacratissimus cultus 1. 3*a*. a) ut habeat *add.* 1. 3*b*; ut habebat *add.* 3*a*. b) devotio velut pr(a)esentem antistitem cum venerantur (veneratur 3*b*) 1. 3*a*. *b*. c) sacratissimum (sacratissimun 1) confessorem 1. 3*a*. *b*. d) *desinunt* 3*a*. *b*. e) xplīc vita sancti Bibiani episcopi et confessoris *add.* 2.

1) *Severus a.* 461—465. *Occidentis imperator basilicam S. Viviani in Oriente vix aedificavit.*

VITA
MEMORII PRESBYTERI ET MARTYRIS.

Attila Chunorum rex in Gallias ingressus est tempore Lupi Trecensis episcopi, huiusque intercessione regem ab urbis vastatione se abstinuisse communis opinio est. Attamen huius rei nisi in monumentis posterioris aevi mentio non fit, vetustissimumque testimonium fortasse est illud Vitae S. Memorii, de qua agitur. Biographus Memorium presbyterum, Felicem Sensatumque diaconos, Maximianum subdiaconum cum 12 *pueris Attilae scripsit obviam missos ipsiusque iussu omnes, uno excepto, Brolii (hodie Saint-Mesmin) passos esse. Colloquium inter regem et sanctum habitum simplicitate fere inaudita finxit homo stolidus vel potius ridiculus, qui credi voluit, Attilam christianum se professum esse quaerentique presbytero illi Trecensi et suum et praefecti nomen indicasse. Erat sine dubio et ipse Trecensis, quippe qui Memorium Trecensibus vindicaverit, asserens, eum apud illos esse sepultum. Sermone latino utitur tam barbaro, ut eum tempora Karoli M. non vidisse pro certo haberi possit. Mos eius computandi dies mensium*[1] *scriptoribus Merowingicis proprius est, silentiumque, quod pro psallentio scripsit, in codicibus saec. VIII. et IX. reperitur*[2]. *Itaque eum priori saec. VIII. parti attribuendum esse opinor.*

Codex unicus est Montepessulanus H. n. 55, *saec. VIII/IX, olim S. Stephani Augustodunensis, deinde Boherii (B.* 8*), fol.* 216'—218. *Ex hoc ipso editio Constantini Suyskenii in Actis Sanctorum, Antverpiae* 1750, *Septembris tom. III, p.* 70—71, *pendet, cui apographon manu Papebrochii scriptum praesto erat. Hanc innumeris ope codicis emendavi locis aliosque ibi depravatos coniectura sanavi, ita ut textus nunc demum intellegi possit.*

Vitam Memorii retractatam (incip. Quodam tempore irruentes Huni, *desin.* commutantes terras caelis*) in codicibus Parisiensibus n.* 11755, *saec. XIII, et n.* 11759, *saec. XIV, repperi. Ibi collecta sunt, quaecumque compilatori de expeditione Attilae nota erant, deprompta ex fontibus dubiis, ut ex V. Servatii fabulosa aliisque. Vetustioris Memorii Vitae codicem fortasse habuit eundem, qui adhuc extat. Decessoris vestigia secutus, impudenter mentitus est, scribens Attilam equo deiectum Brolii defunctum esse aliaque. Sanctum ubi passus erat ibi etiam sepultum esse voluit. Haec acta V. Lupi Trecensis fabulosae insunt, quam codex Parisiensis n.* 5323, *saec. XII, continet, edita cum ea in Actis Sanctorum Iul. VII, p.* 77—79, *et separatim a Camuzato in Promptuario fol.* 430.

B. Krusch.

1) *Cf. c.* 8: quod mensis September facit dies septem. 2) *Cf. SS. rer. Merov. II, p.* 299, *l.* 37, *p.* 304, *l.* 36.

PASSIO SANCTI HAC BEATISSIMI MEMORII PRESBITERI ET MARTIRIS SUB DIE VII. ID. SEPT.

(1).[a] Peculiaris patroni nostri, qui urbem Tricassium civitates gloriosum sanguinem inlustravit, sublimen adque venerabilem passionem[b]. . . .[1]

(2). Cumquae sanctus Lupus episcopus adquae apostolicus sacerdocium fungeretur, tunc tempores adveniens rex iniquos nomen Atthela cum gentem[a] nequisimam, ubiquae per totam Galleam fortis exercetus dommenaret, tunc sanctus Lupus orationibus et vigiliis instantissimi deprecabat ad Dominum caelestem, ut populus christianus, qui urbem Tricasium[b] morabantur, magis non inritarintur[c]. Post vigiliam noctis suporem deprehensus, eccae! angelus Domini per visum adparuit ei, dicens: 'Surge, fidelissime sacerdos[d] Christi, iube perquirere duodecem innocentes et eos baptiza. Transmitte una cum Memorio presbitero similiter Filicem et Sinsatum diaconibus vel Maximiano subdiacono. Eant cum crucis, verbo Dei psallentes, obviam inimicorum, ut Deus misereatur super hanc civitatem'.

(3). Factum est autem, iam solem orientem, baptizati sunt puaeri, sicut sancto Lupo episcopo ostensum fuerat. Et egressus cum multitudinem populi una cum psallentis, eduxit eos extra civitatem, et aelevatis manibus suis, benedixitquae eos,
Tob. 5, 21. horans, lacrimis fundens, ait: *Angelus Domini commitetur vobiscum*. Spiritus sanctus
Ps. 24, 4. sit in viscaeribus vestris. *Vias tuas, Domine, notas fac mihi et semitas tuas aedocae*
Ps. 16, 5. *me*. Et iterum oravit: *Perfice gressus meus in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea*. Et ambulavit sanctus[a] Memorius cum fratribus suis una cum innocentes; pervenit[b] ad locum, cuius vocabulum est Brolium[2]. Cum audisset silentium[3] sanctorum ipsorum, expavit rex, et aequos suos contremuit; caecidit in terra et dixit ad praefectum suum: 'Quis sunt isti, qui talem iniuriam praeparaverunt?' Et ait sanctus Memorius ad regem: 'Nos sumus misi ad sancto Lupo episcopo. Tibi notum sit, ut civitatem huic, unde egressi sumus[c] ad te, eam non permittas[d] captivare nequae incendium concremare'. Praefectus ait ad regem: 'Eccae quidem te grave iniuriam praeparaverunt cum magias eorum! Iubeas eos gladio ferire'.

(4). Ad eum rex respondens: 'Obtime iudicasti', et extractis gladiis suis, amputaverunt capita diaconorum vel innocentum. Et ait rex: 'Senece[a], nolite eum gladium ferire; sed eat, nunciet civitatem vel hominibus, qui morantur in eam, scaelera, quod factum fuit, quia prior sum ego quam Deus eorum, quem ipse adhorant'. Praefectus ait ad sanctum Memorium: 'Eccae! vidis eos interfectus; tu autem eis adiuvare non potaeris'. Et ait rex ad ministros suos: 'Magias eorum, quas in manus ferebant ante se, confrangite eas, et incaendium concraementur'. Ad ubi incendius de crucis sanctas fervebat, egressa est scentilla, percuciens in

Capp. 1—3. *c.*

Cap. 1. a) *numeri des. c.* b) *versu non interrupto, textus hiat c.*

Cap. 2. a) gemtem *c.* b) Tricansium, *ras.* n *c.* c) *ita scripsi*; inriarintur *c.*; iniuriarentur *Suysk.* d) sacer *c.*

Cap. 3. a) s̄cī *c.* b) praevenit *c.*; praeveniunt *V. Lupi interpolata l. l. p.* 78. c) sūmus *pr. m. c.* d) *ita scripsi;* praemitas *c.*; promittas *Suysk.*

Cap. 4. a) *ita scripsi, cf. Fred. III,* 80; senec te *c.*

1) *Lacuna ex Passione Iuliani Arvern. facile suppleri potest:* Sublimem atque venerabilem passionem — — vel nunc oportit fidelibus scribi et in tempora secutura transmitti *(Script. rer. Merov. I,* 879*). Initium simile legitur in Missali Gothico (ed. Mabillon, Liturgia Gallicana p.* 193. 216*).* 2) *Brolium vicus ex ipso sancto nomen duxit hodiernum Saint-Mesmin (Aube).* 3) *Silentium pro psallentio accipitur.*

oculo pincerne regis, et caecidit vocaeferans. Et ait sanctus Memorius ad regem: 'Si credis Deum meum, potens est hunc puerum sanum facere'. Rex ei respondens: 'Fiat'. Tunc sanctus Memorius inponens signum crucis super oculum puaeri, et statim oculus suos restauratus[a] est, sicut antea fuerat.

(5). Et ait rex ad sancto Memorio: 'Quod est nomen tuum?' Respondens autem sanctus Memorius: 'Si credis in Deum meum, quem ego adhoro, dico tibi nomen meum'. Respondens rex: 'Credo'. Et ego tibi dico: 'Memorius vocor. Dic ergo tu, rex, nomen tuum, si credis in Deum meum[a], vel praefectus tuus dicat nomen suum'. Et ait rex: 'Ego Atthelam nomen habeo, et praefectus meus Selenus[b] vocatur'. Praefectus[c] ait ad regem: 'Eccae! omnes magias suas tibi iniuriam praeparaverunt; adhuc nomen tuum vel meum interrogare praesumet. Propterea iube ei caput amputare'. Et ait sanctus Memorius ad regem: 'Antequam mihi martyrium tradas, licentiam habeam in orationibus meis Dominum confiteri peccatis meis'. Ad ubi sanctus Memorius presbiter in oratione discumbens[d]: 'Domine
Deus omnipotens, qui fecisti caelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt, cf. Act. 14, 14.
te deprecor, ut civitatem Tricassium non captivitatem perferent, neque incendium concrementur, sed libera eos de manibus istius inimicorum. Tibi enim, Domine,
conmendo spiritum meum'. Et inpleta oratione sua, elevans oculus suos ad caelos, cf. Luc. 23, 46.
dixit: 'Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, filius Dei; miserere mei'. Et ait ad regem: 'Perficae, quod cepisti'. Ad ille, extracto gladio, amputavit caput eius ad exemplum caeterorum, qui orbem[e] Tricassium morabantur. Ad ille sacer sanguinis suis[f] unda perfusus est.

(6). Maximianus vero subdiaconus oculis suis lacrimis suis fundens, in corde suo omnia scelera vel conlucutionem ipsorum, iuxta quod factum fuerat, tractabat. Et ait rex ad ministros suos: 'Capete[a] hunc magum accipitae et in fluvium istum proicite'. Quae ministri fecerunt, sicut eis a rege iussum fuerat. Deinde redeuntes et intendentes[b] inter se de spolia sanctorum martyrum, gladiis eorum inaestuantes[c] alter alterius mortem dedit. Unus quidem ex ipsis missus nunciavit regem, quae factum fuerat. Maximianus vero subdiaconus collegens de arboribus ramis et stravit super corpora martyrum[d]. Cumquae Maximianus subdiaconus pavore repletus ad fluvium pergeret, invenit vestimenta sanctorum martirum cum corporibus interfectis et accepit vestimentum sancti Memorii et habiit ad Siquane fluvium, abscondit se sub folia auseriae[1]. Media autem noctae tremuit caelus et terra, et inimici ipsi repleti sunt pavore magno, et perterriti nimis, egressi fugierunt ab urbe Tricasium.

(7). Sequenti autem diae accepit Maximianus subdiaconus vestimentum sancti

Capp. 4—7. *c.*

Cap. 4. a) re:stauratus *c.*

Cap. 5. a) tuum *pr. m. corr.* meum *c.* b) *ita scripsi;* Selent *c.*; Selens *Suysk.*: *nomen est Sileni, socii Bacchi.* c) Praefe *in ras.* c. d) discumbes *c., pr. m. corr.* e) obem *c., corr. pr. m.* f) *ita c.*

Cap. 6. a) *i. e.* caput huius magi. b) *ita c.*; contendentes *Suysk.* c) *ita conieci*; gladii e. intescutantes *c. cum Suysk., similiaque in exemplari suo legerat auctor V. S. Lupi interpolatae, l. l. p.* 78, *immutans:* intestino pereunt interitu; *coni.* gladiis e. inter se utentes *Carpenterius apud Ducange ed. Favre IV,* 399. d) martyrium *c.*

1) *In V. S. Lupi interpolata l. l. p.* 78, *huius vocabuli interpretatio recta extat haec:* sub cuiusdam salicis densis viminibus. *Auseria enim vel oseria pro vimineto accipitur, hodieque Galli vocabulo utuntur 'oseraie'; cf. Ducange ed. Favre I,* 492.

Memorii martyris et inposuit eum super corpus ipsius et habiit ad civitatem, nuntiavit omnia, quae facta fuerant.
Iob 1, 21. Sanctus vero Lupus episcopus ait: '*Dominus dedit, Dominus abstullit. Sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen eius benedictum* in secula'. Post hec lacrimis fundens et induit sibi penitentiam gravem. Et venientes ad civitatem sacerdotes, sepelierunt corpus sancti Memorii martyris et eos qui cum ipso passi fuerunt; nam genetoris sancti Memorii antaedicti presbiteri[a] ex urbe Tricassium civitatis fuerunt, Deo timentis. Post dies autem viginti apparuit in somnis Maximiano subdiacono, eccae! angelus Domini, adnuntians ei dicens: 'Surge et vade ad Pimenium piscatorem. Accipiat retiam suam, et extendete in lacum fluvii, ubi sub folia auseriae absconsus fuisti'. Et habierunt ad locum, extensa retia in aqua tragentes ambe partes ausiricas[b], ad litus pervenerunt et invenerunt caput sancti Memorii presbiteri[c] martiris, hodorem flagrantem quasi balsamum.

(8). Ipsi autem eum deportantes ad locum, ubi corpus sancti Memorii ipsius requiescebat, puella quidem habebat demonium, venit obviam eis, qui a nullo sacerdote sanare potuit. Et exclamans vocem diabulus: 'O sancti Memorii martyris, nullus me de hunc corpore eiecere potuit, nisi oratio tua', et exivit satanas, et sanata est puaella ex illa hora. Sanctus vero Memorius presbiter passus est, quod
Sept. 7. mensis September facit dies septem, et sepultus in laudem Domini cum omne pacae, et benedicaetur illic Christus, Dei filius, cui est honor, virtus, gloria et potestas in secula seculorum. Amen.

Cap. 7. 8. *c.*

Cap. 7. a) presbiter *c.* b) *ita scripsi*; siricas *c.* c) preb̄ *c.*

VITA ANIANI EPISCOPI AURELIANENSIS.

Anianus vel potius Annianus[1] *episcopus, Chunis in Gallias irruentibus, urbis Aurelianensis liberator praedicatur, eiusque rei gloria pugna Catalaunica vel Mauriaca obumbrata, immo a scriptoribus posterioribus penitus oblivioni data est. Aurelianenses iam saec. V. salutem suam precibus Aniani attribuerunt divinitus exauditis: urbem dixerunt obsessam, oppugnatam, irruptam neque vero direptam esse, ideoque eius vaticinationem ad effectum adductam. Eius successor Prosper a Sidonio petiit, ut gesta illa describeret, isque promisit, 'Attilae bellum se posteris intimaturum'*[2]. *Opus inceptum cum auctori minime placeret, id in publicum dare non ausus est; utrum vero postea votum solverit annon, diis solis notum est. Attamen mihi persuasum est, Gregorio de Attila disserenti Sidoniana praesto non fuisse. Dum ex Iordane, Get. c.* 37, *constat, Romanos Visigothosque primo adfuisse urbemque magnis aggeribus eos cinxisse et tunc demum Attilam advenisse, ille Chunorum obsidionem ante adventum sociorum posuit*[3]. *Ita factum est, ut bonum belli exitum Aniani virtutibus tribuere posset omnem: eo intercedente, non solum urbs liberata est, 'trementibus ab impetu arietum muris iamque ruituris', sed etiam Mauriaca pugna profligata. Enarravit igitur obsidionem, oppugnationem neque vero irruptio-*

1) *Ita nomen recte scribebant Sidonius Gregoriusque.* 2) *Sidon. ep. VIII,* 15. 3) *H. Fr. II,* 7.

nem urbis, ideoque non est, quod statuamus, ea quae 'fideliter secum retinuit' Aniani 'virtutum gesta', si fuerint conscripta neque memoria tantum comprehensa, Sidonii fuisse auctoris. Fredegarius[1] *duplicem pugnam statuit et prope Aurelianensem urbem et in campis Mauriacensibus; auctor vero L. H. Fr. c. 5, hac omnino praetermissa, Chunos contendit apud Aurelianos tantum prostratos esse, advenientibus Aetio Tursomodoque sanctoque orante Aniano.*

Haec recentissima traditio Vitae quae extat Aniani subest. Auctor virtutem sancti, 'quemadmodum civitatem Aurelianos suis orationibus a Chunis liberaverit', describere voluit. Sane a Chunis incepit, miraculis vero duobus insertis (c. 2. 3), ordinem interrupit demumque c. 4. ad propositum rediit. Ipse apud Gregorium legerat, sanctum prospicientem futura ad Aetium se contulisse Arelate. Iter vero illud iterum disturbavit, miraculis duobus additis: sanctus, ait, Arelate profectus (c. 4) in illa regione Mamertum nobilem, postea episcopum, procul dubio Viennensem, sanavit (c. 5); deinde in monasterium Arnainum ire pergens, abbati ibi visum restituit (c. 6), tunc demum in patricium incidit (c. 7), quem quaesivit. Chunis urbem obsidentibus, teste eodem episcopus in castra Attilae se contulit, 'ut ne ovium suarum esset effusio' (c. 9), hostesque, sociis advenientibus, ab urbe ita repulsi sunt, 'ut neque amplius nomen eorum auditum, forsitan ut nunc memoriter personet' (c. 10). Cladis igitur Mauriacensis ne verbo quidem mentionem fecit, ad quam re vera Chuni pervenire non potuissent, si apud Aurelianos funditus victi essent.

Nequaquam dubium esse potest, quin V. Aniani pendeat ex L. H. Fr. Uterque scriptor praeter pugnam Mauriacensem etiam Theodoridum Visigothorum regem silentio transiit solumque nominavit Thursomodum, filium eius. Praeterea biographus errorem commisit non ferendum in scriptore antiquo, contendens, Aetium rem publicam egisse sub Maioriano (c. 4), qui triennio post necem patricii imperator creatus est. Nomina Aetii et Thorismodi, quae Gregorius recte scripserat, apud eum ita deformata sunt, ut apud Fredegarium et in L. H. Fr. (Agetius, Egitius, Thursomodus). *Cum Anianus* 'nostrae salutis viator' *(c. 8) Aurelianensesque antiqui* 'patres nostri' *appellentur (c. 10), illius urbis clericus vel potius monachus biographus erat. Nationem Romanam etiam sermo probare potest tam agrestis, ut difficilis sit ad intellegendum, qui librariis imputari posset, nisi auctor ipse profiteretur (c. 1):* Illud namque ad sancti viri laudibus arbitror non tacere et, in quantum valuero, vel rusticante sermone, voti mei exposicione edicere.

Speciminis causa adnotare libet grammatica haec: c. 2. cesserant *(= acciderant), c. 10.* ae *(imperativus verbi aio), c. 9.* congruent *(= congruunt), c. 6.* conteruit *(= contrivit), c. 6.* acceditur *et c. 7.* deteneri *sensu activo; c. 1.* summi operis *(= summopere); genetivus vel dativus loco praepositionum* ex *(c. 7) et* in *(c. 7. 8. 9); ut omissum post* secutum est *(c. 3) et* acceditur *(c. 6), vice versa abundans: c. 9.* ut ne esset, *c. 5. 7.* ut audiens, *ib.* ut expergefactus; *adverbia cum praepositionibus coniuncta: c. 6.* ex rite, *c. 9.* inter diu spatium; *c. 10.* forsitan *(= nisi). Praeterea* parracum *(c. 10) pro saepto accipitur, ut* parricum *in Lege Ribuaria saec. VIII. composita*[2], hostium *(c. 10) pro exercitu, atque pro* psallentio, *quod est vocabulum scriptoribus Merowingicis familiare, elocutio emendatior* chori psallentium *(c. 9) ibi legitur.*

Sunt qui fontem antiquiorem ab auctore retractatum esse contendant. Cum autem verisimile non sit, scriptum tam exile eum adisse, ut est L. H. Fr., si acta ei praesto fuissent Aniani, omnino negandum est, ex gestis, quorum apud scriptores vetustiores mentio fit, quicquam aetatem tulisse. Aniani depositio, quae die 17. Nov. celebratur, in Martyrologio Hieronymiano[3] *his verbis commemoratur:* In Gall. Aurilianis Aniani episcopi et confessoris.

1) *II,* 53. 2) *Cf. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I,* 304. 3) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [144]. *In codice Epternacensi, omisso sancti nomine, legitur* Auriliani.

Vitam Aniani ad codices recensui hos:

1) *Codex Parisiensis n.* 11748 *(olim S. Mauri Fossatensis n.* 38, *deinde S. Germani a Pratis n.* 1060, *postea n.* 487*), saec. X, fol.* 70—73, *textum continet locis duobus turbatum, cum verba c.* 1. eodem — prestet *in c.* 4. *iterata et finis c.* 9. *initiumque c.* 10, *verba scilicet* spiratus — proceris ci, *in c.* 11. *transposita sint.*

2) *Codex Trecensis n.* 1171, *antea Collegii Oratorii ibidem constituti, deinde Pithoeanus, saec. XI, post Sidonii epistulam ad Prosperum datam VIII,* 15. *V. Aniani exhibet, sed locum c.* 10. *obtinet textus Gregorianus, SS. rer. Merov. p.* 69, 2—71, 1, *eodemque modo libri duo insequentes interpolati sunt.*

2*) *Codex Parisiensis n.* 5308 *(olim Chesnianus, deinde Colb. et Regius* 3593*), saec. XII, fol.* 268—270, *praescr.* Incipit vita sancti Aniani Aurelianensis episcopi et confessoris, *subscr.:* Explicit vita sancti Aniani.

2**) *Codex Trevirensis bibliothecae urbanae n.* 1151, *Num. Loc.* 455 *(antea n.* 964*), saec. XIII, legendarii S. Maximini tomus menses Iunium Iuliumque comprehendens, fol.* 49, *praescr.:* Incipit vita sancti Aniani episcopi et confessoris.

3) *Codex Parisiensis n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Reg.* 3594^{b}_{I}*), saec. XII, fol.* 133′. 136—137′.

4*a*) *Codex Monacensis n.* 18546 *(Teg.* 546. 2*), saec. X/XI, fol.* 91—97′, *ex quo pendent:*

4*a**) *Codex Monacensis n.* 9506 *(Ober-Alt.* 6*), saec. XII, fol.* 91′—93′, *et*

4*a***) *Codex Monacensis n.* 22244, *saec. XII, legendarii Windbergensis volumen V, menses Octobrem et Novembrem comprehendens.*


4*b*) *Codex Vindobonensis n.* 430 *(olim Salisb.* 404*), saec. XI, fol.* 58—62′.

Textus primigenius servatus non est nisi in libro 1, *dum reliqui ex uno eodemque exemplari immutato (x) pendent. Librarius x pro vocabulis rarioribus substituit usitata, menda ad Donatum correxit locosque obscuriores illustravit. Difficultates igitur omnes per eum sublatae sunt, quibus lector codicis* 1 *impeditur, idque, comparatis inter se libris* 1 *et x, ex locis intellegitur hisce:*

1.	x.
c. 3. bulliret.	flueret 3; fluebat 2; fluxerat 4.
ib. unae hore.	unius hore.
ib. Memoratus (= *reminiscens*) vero antedictus Agripinus, idcirco — — premeretur, cur non prestiterit.	Memoratus vero Agripinus, (dum *add.* 2; quod *add.* 4) idcirco — — premeretur, agnovit, cur non prestiterit.
ib. sanguis — abstenuit.	sanguis — cessavit.
c. 5. locupletus (*ita Fort. V. M. II,* 379).	locuples.
c. 6. aut (= *haud*) dubius.	non dubius.
ib. parumper pulvis (*cf. Greg. Gl. conf. c.* 103).	parumper (*om.* pulvis).
ib. orror labit (= *labitur*).	orror diluit (deluit 3; diluitur 4*a*).
c. 9. ecclesiae congruent (= *in ecclesiam congruunt*).	ad (a)ecclesiam confugissent (confugerunt 2; confugerent 3).

Manifestum est omnes quas praemisi lectiones 1 *esse genuinas auctoris ipsius, ex altero vero latere positas librarii posterioris corrigentis atque interpolantis. Attamen etiam codex vetustissimus* 1 *non adeo diligenter exaratus est, ut mendis omnino careat; hiat enim frequenter, manifestaeque in eo deprehenduntur corruptelae, quae ope reliquorum tolli poterant: e. gr. c.* 6. protinus *recte rell.,* pronus 1; *ib.* deorsum *recte rell.,* deorum 1; *ib.* squameus *recte* 2. 4, sancta eius *(in exemplari erat* scāeus*)* 1, *om.* 3; *c.* 10. amentia *recte rell.,* animantia 1. *Illorum igitur exemplar x non pende-*

bat ex 1, *isque emendari potest ad reliquos, cavendum autem est, ne barbaries primigenia per illos expellatur. Libri* 2. 3, *qui c.* 4. *locum interpolatum ex Sulpicii Severi V. Martini addunt, ex exemplari eodem y exscripti sunt. Denique codices* 4 *ex alio libro z pendent, cui deerat interpolatio quam dixi. Affinitas, qua codices inter se coniuncti sunt, illustratur stemmate hoc:*



Textum ad codicem 1 *recensui neque vero menda eius aperta admisi. Etiam rationem scribendi ad eundem institui, a quo non recessi nisi raro, supprimens videlicet lectiones tales:* nomȩn, personaet, funtus *(= functus),* homnino, excelentes, forssitan, prorssus. *Quas libri singuli, excepto codice* 1, *exhibent lectiones peculiares, eas non adnotavi, cum satis haberem propria exemplarium y et z afferre. Libri autem* 2 *et* 3 *magna cum licentia exarati sunt, vocabulis permultis transpositis interpolatisque. Postquam Guilelmus Arndt b. m. codicem* 1 *descripsit, cum eius apographo et hunc et codices* 3. 4a. b *contuli, libri vero* 2 *collationem a L. Hartmann v. d. accepi.*

Prior S. Aniani translatio in Martyrologio Hieronymiano[1] *die* 14. *Iunii commemoratur his verbis:* Aurilianis translatio sancti Aniani episcopi, *quibus in codice Bernensi interpolato haec addita sunt:* et liberatio civitatis ipsius a Chunis. *Eam ante a.* 627/8, *quo Martyrologium compositum est, factam esse oportet. Deinde anno* 1029. *corpus S. Aniani in novum templum translatum est, quod amore sancti commotus construi iusserat Robertus rex, teste Helgaldo monacho Floriacensi in V. Roberti*[2]. *Huius translationis in altera S. Aniani Vita (inc.* In illo tempore quo fulgens in rota saeculi*) mentio facta est his verbis:* Sepultus est autem ad occidentalem urbis iam dictae partem in ecclesia beati levitae Laurentii, ubi meritorum illius dignitatem Christi dextera publicavit virtute multiplici. Postea vero, crescente devotione fidelium, multorum curriculis annorum labentibus, ad orientalem plagam civitatis Aurelianensium, extructo templo mirifico, argento auroque gemmisque fulgentibus exornato, concurrente conventu nobilium, cum choris psallentium, crucibus, candelabris ac vario lumine radientium (!) lampadarum sanctum corpus illius translatum est in triumpho, ubi, operante clementia Christi, virtutum fulget congeries. *Auctor eiusdem gesta antiquiora retractavit, adhibens codicem classis x. De Evurtio, Aniani decessore, plura enarrare potuit, Vita illius adiutus, cumque Mauriacensem pugnam videret praetermissam, illam restituit. Codices*[3] *huius Vitae saec. XI. non superant, probabileque est occasione ipsius translationis a.* 1029. *eam compositam esse, id quod Augustinus Theiner*[4] *statuerat. Sermo*[5], *qui in plerisque libris haec acta subsequitur (incip.* Nec illud silere debemus*), spectans ad sancti originem gestaque eius priora, ex altera Aniani V. eaque, quae ibi citatur, Evurtii pendet.*

1) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [78]. 2) *Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' X, p.* 110. 3) *Vidi Bernensem n.* 48, *s. XI, Carnotensem n.* 507 *(*193*), s. XI, Parisienses n.* 3789. 5283. 15436, *s. XI, Divionensem n.* 383, *Vol. V, s. XII, Laudunensem n.* 261, *s. XII, Parisiensem n.* 11759, *s. XIV. Codicem Trecensem n.* 1171, *s. XI, qui post vetustiorem continet hanc Vitam, L. Hartmann descripsit.* 4) *Eius disquisitio incognita erat Georgio Kaufmann de bello Chunico disputanti ('Forschungen z. Deutsch. Gesch.' VIII, p.* 135*). Qui cum de plerisque fontibus recte iudicaverit, de altera S. Aniani Vita, quam solam novit, tota via erravit, opinatus illi Sidoniana inesse.* 5) *Deest Parisiensibus* 15436. 11759.

Postquam Andreas Duchesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Parisiis 1636, *tom. I, p.* 521. 522, *alterius Vitae partem ad Chunos spectantem edidit, R. Hubert, 'Antiquitez historiques de l'église royale Saint-Aignan d'Orléans', Aureliae* 1661, *inter probationes p.* 1—5, *hanc totam una cum Sermone publici iuris fecit, codice usus S. Aniani Aurelianensis. Acta vetustiora primus Augustinus Theiner, 'Saint-Aignan ou le siège d'Orléans par Attila. Notice historique suivie de la vie de ce saint, tirée des manuscrits de la bibliothèque du roi', Parisiis* 1832, *p.* 13—26, *c codicibus* 2* *et* 3 *eruit, sed in textu restituendo minime profecit. Editionis praecedentis ignarus adiecit etiam ea quae ibi iam edita erant, Vitam scilicet retractatam (p.* 27—33*) et Sermonem (p.* 34—36*).*

B. Krusch.

INCIPIT[a] VIRTUS SANCTI ANIANI EPISCOPI, QUEMADMODUM CIVITATEM AURELIANUS SUIS ORATIONIBUS A CHUNUS LIBERAVIT.

(1).[b] In[c] temporae illo cum Chunorum[d] exercitus a partibus Orientis a[e] populandam omnem provintiam exisset, et cum excęleris[f] eorum adversus Galliam dire[g] procella detonaret, eodem[h] tempore sanctus ac beatissimus[i] Anianus episcopus Aurelianensium civitatis ut bonus pastor[k] ovium amore tenebatur. Ad ille[l] summi[m] operis cultu religionis et Spiritu sancto repletus, caelestem[n] tramitem tenens[o] ingressum atque per omnipotentis infusione[p] Paraclyti, quae[q] evenire deberet, praescius[1], metuens suae[r] plebis excidium, divino nutu exorans[s], suo ovili ita[t] petit suffragium[u], qui[v], Deo auxiliante, sibi credentibus omnia prestat[h]. Illud namque ad[w] sancti viri laudibus arbitror non tacere et[x], in quantum valuero, vel rusticante[2] sermone, voti mei exposicione edicere.

(2). Ante quam plures annos beatissimus Evortius[a. 3] antestis ecclesiam[b] Dei in urbe Aurelianorum civitatis[c] a pavimentis in amore Dei[d] visus[e] est magnam ecclesiae fabricam construxisse, et post multo[f] tempore, multisque episcopis[g] decedentibus, sanctus vir Dei[h] plenus[i] a Spiritu sancto Anianus, consentiente Domino, ad pontificale[k] onus adcessit. Cui visum est pro[l] tantae fabricae decus[m], tectis depositis, fabricam ipsam altius[n] sublimare, et dum opere[o] incepti gesti-

Capp. 1. 2. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 1. a) passio et *add., sed eras.* 1; *praescripta sunt in reliquis:* Vita sancti Aniani 2; Incipit vita sancti Aniani episcopi et confessoris 3; Incipit vita sancti Aniani confessoris Christi 4*a*; Incipit vita sancti Anniani episcopi Auriliensis urbis ęcclesiae, cuius deposicio 15. Kl. Decemb. colitur 4*b*. b) *numeri des. codd.* c) *ita* 1; *om. rell.* d) Hun. *semper* 2. 4*a*. *b*. e) *ita* 1; ad depopulandam *rell.* f) *ita* 1; sceleris *rell.* g) *ita* 1; dirę 2; dira 3. 4*a*. *b*. h) eodem — prestat *in c.* 4. *iterat* 1 (*signavi ea* 1*). i) beatissimi 1 (*non* 1*). k) pa:tor 1. l) illo 1 (*non* 1*). m) sumi *pr. m.* 1. n) *ita* 1. 1*; caelestem tramite 2; celestis tramiti 3; caelestis tramitis 4*a*. *b*. o) tenes 1 (*non* 1*). p) *ita* 1; infusionem *rell.* q) *ita* 1. 4*a* (*pr. m.*). *b*; qu(a)e — deberent 1*. 2. 3. r) suarum plebi 1 (*non* 1*). s) exorant 1*. t) *om.* 2. 3; adō *m. al. in ras.* 4*b*. u) suffragio 1. v) et 1 1*; D. a. *om.* 2. w) *ita* 1; ad — laudem 3; a — laudibus 2. 4*a*. *b*. x) *om.* 1.

Cap. 2. a) Evoritius *pr. m.* 1; Evurtius 2; Evurcius 3. b) D. aeccl. 3; *haec om.* 2. c) *eras.* 4*a*; *om.* 3. d) *ita* 1; divino *rell.* e) inssus 1. f) *ita* 4*a*. *b* (*v. infra c.* 4); multum temporis 1. 2. 3. g) *post* episcopis 4 *litt. ras.* 1. h) *ita* 1; Deo (que *add.* 3) pl. (*om.* a Sp. s.) *rell.* i) plunus *pr. m.* 1. k) pontificale munus 1. l) est ob t. 2; est ut de t. 3. m) decore 4*a*. *b*. n) *post* altius *ras.* bat (?) 1. o) operis 3. 4*a*. *b*.

1) *Cf. Greg. II,* 7: suspectus futuri. 2) *Cf. Sidon. VII,* 2: si quid stilo rusticante paravero. 3) *Evortii meminit Martyr. Hieron. die* 7. *Sept.:* Aurilianis Evorti episcopi; *cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [117]. *Eius acta, quae edidit Stiltingus, AA. SS. Sept. III, p.* 52, *spuria sunt neque ante saec. IX. composita.*

ret[a] perfectionem, Deo consentiente, subplere, ut vulgo accedit adverse sortis conditio[b], Niellio quidam, qui reliquis artificibus[c] preesse videbatur, dum per tignis[d] currerit[e], pede delapso[f], ita conruit, ut nullus[g] potuisset viribus resopire[h]. Sanctus vero Anianus videns adversa quae cesserant[i. 1], ad eum qui ceciderat, a longe crucem dominicam faciens, omni festinatione cucurrit, et ubi vidit eum paene usque ad mortem[k] crudelitate deductum, inposito vixillo[l] crucis ori eius vel corpori, adprehensa[m] manu eius, protinus[n] ipsa surrexit[o. 2], ut omnes qui aderant, videntes quae cesserant[p], Deo inmensas gratias[q] retulerunt. Artifex ille loco[r], de co fuerat dilapsus[s], absque ullo dolore iterato conscendit.

(3). Secutum est non multo post, vir inlustris[a] Agripinus[b], qui tunc[c] tempore magistri militum[3] fungebatur officium[d], ad[e] principibus fuerat depotatus, ut per omnes civitates Galliarum pro salute et districtione[4] publica habere[f] deberet excursos. Cui beatissimus vir sanctus Anianus occurrens, salutato et[g], ut mos est, data[h] oratione, suggessit, ut propter adventus sui gaudium, qui lautumniis[i] aut ergastulis[k] tenebantur inclusi, absolutione[l] suae[m] suggessioni praestaret[n]. Praedictus Agripinus propter districtione[o] et metu principum, quod vir sanctus petierat a se, hoc ipsud[p] dixit non posset[q] prestari[r]. Veniens vero antedictus Agripinus maturius, causa[s] orationis ad[t] ecclesiam expetivit[u]. De summo fastigio loci ipsius per venti insolentia[v] in capud eius[w] lapis magni ponderis ita cecidit, ut nulla eum omnes putarent[x] posse condicione evadere, adeo ut[y] tam profluus[z] sanguis a[a] suo capite bulliret[b], ut, si amplius unae[c] hore espatium defluxisset, vitae terminum fuerat[d] consecutus. Memoratus[5] vero antedictus[e] Agripinus[f], idcirco adversi casus pondere premeretur[g], cur non prestiterit, quod a sancto episcopo fuerat deprecatus, misitque protinus[h] ad eum, ait[i], quamtutius, antequam exalaret spiritum[k], ad eum[l] sanctus episcopus adveniret. Quam rem beatissimus non solum

Capp. 2. 3. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 3. a) *ita scripsi;* gestire — subpleret 1; i. p. supplere (s. *om.* 3) D. iuvante (iubente 2) persisteret, accidit 2. 3. 4*a. b.* b) conditioni Ellio 1; conditio Niellius 2; conditioni ut Helio 3; conditione Ellio 4*a. b.* c) artifici 1. d) tgnis 1; tegmina 2. 4*a. b*; tegmen 3. e) *ita* 1; curreret *rell.* f) *ita* 1; lapso *rell.* g) nullis 4*a. b.* h) resopiri 2; resubire 3; resipiscere 4*a. b.* i) que cesserant 1; quae accesserant (*superscr.* vel acciderant ei) 4*a. b*; quae acciderant 2. 3. k) *ita* 1; mortis crudelitatem *rell.* l) vexillo 2. 4*a. b*; signo 3. m) que *add.* 2. 3. n) statim *pro* pr. ipsa 2. 3. 4*a. b.* o) ita *add.* 3. 4*a. b.* p) *ita* 1; acciderant *rell.* q) *ita* 1; referrent gratias *rell.* r) *ita* 1; locum *rell.* s) lapsus 3. 4*a. b.*

Cap. 3. a) inluster 4*a. b.* b) Agrippinus *semper* 4*a. b.* c) *ita* 4*a*; qui (*om.* 2) tunc temporis (temporibus *pr. m.* 4*b*) 2. 3. 4*b*; qui tempore illo m. 1. d) *ita* 1; officio *rell.* e) a 3; et a 4*a. b.* f) *ita* 1; haberet discursus (deveniret Aurelianis *add.* 3) *rell.* g) et ut m. est s. 2; et *om.* 3. 4*a. b.* h) *ita* 1; d. o. *om rell.* i) in *add.* 3; lautumnis 4*a. b.* k) ergestulis 1, *corr.* l) *ita* 1; absolutionem *rell.* m) suae suggestione *pr. m.* 3; sua suggessione 2; sui suggestione 4*a. b.* n) Sed *add.* 2. 3. 4*a. b.* o) *ita* 1; districtionem et metum *rell.* p) *ita* 1; ipsum *rell.* q) *ita pr. m.* 1; posse 2. 4*a. b.* r) pr(a)estare 3. 4*a. b.* s) o. c. 1. t) *ita* 1; *om. rell.* u) *ita* 1; et (*corr.* Sed 4*b*) *add. rell.* v) *ita* 1; insolentiam *rell.* w) angularis *add.* 3. x) putare 1. y) a. utam 1; a. (enim *add.* 3) tam (tamen *pr. m.* 3; tamen tam *pr. m.* 4*a*) *rell.* z) profluvius 1. a) ab (b *pr. m.* 4*b*) eius c. 4*a. b.* b) flueret 3; fluebat 2; fluxerat 4*a. b.* c) unius 2. 4*a. b*; hunius *pr. m.* 3. d) fuerit 4*a. b*; fuisset 2. e) *ita* 1; *om. rell.* f) dum *add.* 2; quod *add.* 4*a. b.* g) agnovit *add.* 2. 3. 4*a. b*; *interpolationem om.* 1. h) ad eum pr. 4*a. b.* i) *ita* 1; ut quantotius (quantocius 2. 3) *rell.* k) spiritus 1. l) ad illum 2; ad se 3; *haec om.* 4*a. b.*

1) Cessit *pro 'accidit' in V. Caesarii II,* 27. 43, *legitur.* 2) *I. e. manum Aniani apprehendens, Niellio surrexit.* 3) *Agrippinus potius comes erat testibus Idacio (Auct. antiq. XI,* 1, *p.* 33*) Fredegarioque II,* 56. 4) *I. q. ius poenale.* 5) *I. q. reminiscens.*

non renuit, quod fuerat deprecatus, sed ut ostenderetur[a] in eum solita divina clementia pietatem, in domum eius festinus[b] inrepsit. Inposito[c] vulnere[d] eius manu sua vixillum crucis, sanguis ille profluus illico ac sine ulla mora abstenuit[e]. Sentiens Agripinus meritis sancti antestitis[f] sibimet[g] vitam quemadmodum[h] condonatam, iussit[i] omnes qui in carcere tenebantur absque aliqua tarditate[k] dimitti. Hoc etenim[l] praestitum est beatissimo antestiti, ut factus[m] fuerit ab infelicibus carcer vacuus et custos carceris absolutus.

(4). Accedit[a] enim[b] non post multo[c] tempore per Attila[d] rege persecutio Galliarum[e]. Tunc[f] denique ad exploranda auxilia armatus Christo, proficiscitur in partes Arelatensium[1] civitatis ad Agetio[g] patricio, cuius sub imperio Maioriani[h,2], apud omnem[i] vulgum tenens iustitiam, res publica[k] agebatur. Et in itineribus, ut manifesta[l] sunt, quantasque[m] virtutes per servum suum Deus[n] ostendit[o], ita ut omnes sibi suorum[p] recuperari[q] ab eo animam[r] postularent.

(5). Illa in parte erat[a] quidam homo nomen[b] Mamertus[c] adprime[d] nobilis, multum in[e] omnibus rebus locupletus[f,3], qui olim valitudinibus tormentorum[g] supreme[h] confectus, maciae tenuatus feduque vultu fere ut sine spiritu iaceret[i], ut neque oculorum adtolleret aspectu[k] nec appellantum[l] respondere valeret oraculo[m]. Tunc illius domui[n] matris[o] familiae ut[p] audiens servum Dei adventantem[q], pre gaudio exiliit[r], cum omnem[s] familiam occurrit et ad pedes sancti Aniani se[t] terram genibus provolvit, lamentabili voce subplicans, ut virum suum visitaret et ei suis orationibus incolumem[u] redderet. Neque enim quievit[v] precibus, donec adipisceret, quod poscebat. Obtento quoque[w] sancto Aniano, ut in eadem[x] cubiculi remotionem, in qua ipse morbidus detenebatur, accederet, cumque ingressus[y] fuis-

Capp. 3—5. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 3. a) o. in eo s. divinae cl. pietatis 2; ostenderet in eum solidam divine clementiam pietatis 3; o. in eum s. divina (cl. *om.*) pietas 4*a. b.* b) festines 1; *om.* 3. c) inposita 4*b*; imposita (que *m. al. add.*) 4*a*; inpositoque 2; et imposito 3. d) *ita* 1; vulneri *rell.* e) *ita* 1; cessavit *rell.* f) *ita* 1; Aniani *rell.* g) ibimet 1. h) *ita* 4*a. b*; quemadamodum 1, *corr.*; quodammodo 3; *om.* 2. i) vix sit 1, *corr.* k) tardietate 1. l) enim 2. 4*a. b.* m) pȩtus 1.

Cap. 4. a) Accidit 3. 4*a. b.* b) enit 1; quoque 3; autem 4*a. b*; *om.* 2. c) multum temporis 2. 3. d) *ita* 1; Attilam regem *rell.* e) Eodem — prestat (*p.* 108, *l.* 15–20) *hic repetit* 1. f) Tum 3. 4*a. b.* g) Agatio p. 1; Egecium patricium 2; Egicium patricium 3; Egidium (Romanum *m. al. add.* 4*a*) patricium 4*a. b.* h) *pro* M. *habent* maior Aniani (*m. al. corr.* Anniani) 4*b*; Romanum ius quod *m. al. in ras.* 4*a.* i) omne vulgus 4*a. b.* k) pubilca 1. l) *ita* 1 *et pr. m.* 4*a*; manifestae sunt 4*b*; manifestae fuit 2; manifestum est 3. m) *ita* 1; que *om. rell.* n) Dominus 2. 4*a. b.* o) *ita* 1. 4*b* (*m. al.*); ostenderit 2. 3; ostenderet 4*a. b* (*pr. m.*); non est nostr(a)e facultatis evolvere *add.* 2. 3 *ex Sulp. Severi V. Mart. c.* 10. p) que *add.* 4*a. b* (*pr. m.*); suisque 3. q) recuperare 3. 4*a. b.* r) animas p. 2; animi vigorem p. 3.

Cap. 5. a) erant 1. b) *ita* 1; nomine *rell.* c) *ita* 4*a. b*; Māmertus 2. 3; Ametus 1. d) a. n. *om.* 4*a. b.* e) *ita* 1; in o. r. *om. rell.* f) *ita* 1; locuples *rell.* g) tormenti 4*a. b.* h) suppreme 2. 4*a. b.* i) iacerat 1, *corr.* k) *ita* 1; aspectum *rell.* l) appellatio *pr. m. corr.* appellantium 2; appellantium 3. 4*a. b.* m) *om.* 1. n) *ita* 1; domus *rell.* o) *ita* 1; mater familias *rell.* p) *ita* 1; *om. rell.* q) *ita* 1; advenientem *rell.* r) et *add.* 2. 3, *m. al. add.* 4*a. b.* s) *ita* 1; omni familia *rell.*; alacris *add.* 2. 3. t) se terrae 2; se in terra 3; terram se 4*b*; terga (*corr.* tergo) se 4*a.* u) incolumen 4*b* (*pr. m.*); incolomen 4*a*; incolomē 3. v) a *add.* 3. 4*a. b.* w) Obtentoque s. 2; Optentoque a s. 4*a. b*; obtineretque a s. 3. x) idem cubile, quo languidus (langidus 2) remotior quiescebat, accederet 2. 4*a. b*; eodem cubili, quo languidus remotior iacebat, accederet 3. y) *ita* 1; f. ingr. *rell.*

1) *Cf. Greg. l. l.:* ad quem (*scil. Aetium*) et Arelate abierat prius suspectus futuri. 2) *Maiorianus imperator a.* 457. *creatus est, Aetius autem a.* 454. *iussu Valentiniani occisus.* 3) *Cf. Fortun., V. M. II,* 379: locupletus acervis.

set, ex more[a] sacerdotali oravit et ad torum eius accessit; tum[b] intuens[c] cadaver squalidum sine spem[d] exhaustum, ut vidit[e], dolore ac pietate ingemuit. Extemplo[f] silentium fieri iussit[b] itemque[g] nomen ipsius sciscitatur. Cum haec praecepisset[h], vesperante[i] iam die, facto[k] quiaete, ante[l] grabatum ipsius[m] se humum[n] prostravit, omnipotentem[o] Deum, adsidua oratione pernoctans, iterum atque iterum vocabulum[p] nominis ipsius interrogans[q] et sepius memorans, confisus[r] deplorat sine dubio[s], quod poterat obtinere. Exacta[t] iam densis atris[u] voluminibus[1] noctem[v], primo lucis exordio orationi[w] se sublevans, eum[x] vocavit. Ad ille, ut[y] expergefactus somno, illico respondit, quippe[z] se[a] ipsi benedictionem dari expostulat, quem plurimi putabant efflasse[b] spiritum. Tunc omnes qui aderant benedixerunt Deum, quod per sacerdotem suum a mortuis eum[c] suscitasset. Tantus[d] se membrorum[e] confestim adtulit vigor, ut statim suae benedictione[f] cibum acciperet et eum in[g] priora, beneficio[h] recolente, cum donis subsequeretur vel una comitaretur itinere. Qui vero[i] nec[k] multo post beate[l] consecrationis pontificali est functus officio[2].

(6). Deinde[a] acceditur itaque, nec porro[b] qua pergebat ab[c] aggere causam[d] orationis ad monasterium nomine Arnaino[e, 3] devertisset[f], ubi magnorum ac beatissimorum, adveniente sancto Aniano, monachorum turba occurrit et cum summa veneratione ac[g] reverentia se[h] dari[i] petunt[k] benedictionem. Ex[l] rite celebrata[m] oratione, omnes una[n] laudem dedere[o] Deum[p]. Ita[q] illius loci bone conversationis rector idemque abba, qui, conperendinatis[r] triginta spatio labentibus annis, grave[s] fuerat cecitate percussus, ait[t] ipsum[u], oculorum aciae palpebrarum obductione conglutinato, adsiduae[v] doloribus gravem toleraret[w] aerumnam. Nam et illi[x] fide aut[y] dubius celeri alacritate sermonum tali est sancto[z] episcopo voce adfatus: 'Scio te', inquid, 'sancte ac beatissime Aniane episcope, conversatione ac[a] vita

Capp. 5. 6. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 5. a) fiducia *add.* 4*a. b.* b) tunc 2. 3; tum — iussit *om.* 4*a. b.* c) ad *add.* 2. 3. d) spe 2. 3. e) prae *add.* 2; eum pre *add.* 3. f) et 2; *om.* 3. g) idemque 3; uterque 1. h) *ita* 1; agerentur *rell.* i) vesperascente 3; vespera 2. k) facta 3. 4*a. b.* l) *om.* 1. m) eius 3; *om.* 2. n) *ita* 1; humo *rell.* o) o. deprecans D. lacrimis in oratione (orationem 2) pernoctat 2. 3. 4*a. b.* p) ipsius n. v. 4*a. b.* q) interrogans et sepius *habent* 2. 3. 4*a. b*; *om.* 1. r) (ac *add.* 3) fidens d. 2. 3; *haec om.* 4*a. b.* s) *ita* 3; sine procul dubio quo 1; sine dubietate quod *rell.* t) Exactis 2. 4*a. b.* u) que *add.* 4*a. b.* v) nocte 3; noctis 4*a. b.* w) *ita* 1; e. ab oratione *rell.* x) *ita* 1; v. eum *rell.* y) *om.* 4*a. b.* z) r. ei. Qui (iam *add.* 2) b. sibi d. (dare 4*b*) exposcit 2. 4*a. b*; r. benedictionemque sibi dare exposcit 3. a) *ita* 1. b) *ita* 1; sp. emisisse *rell.* c) s. eum Dominus t. 4*a. b.* d) tantusque se — vigor 2. 3; tantumque (*om.* se) — vigorem 4*a. b.* e) eius *add.* 2; illius *add.* 3. f) *ita* 1; benedictionis *rell.* g) *om.* 4*a. b*; in prioribus 2; in propria 3. h) beneficium (beneficia 3. 4*a. b*) recolens 2. 3. 4*a. b.* i) *ita* 1; *om. rell.* k) nec multum 2; non multum 3. l) b. c. *om.* 4*a. b.*

Cap. 6. a) D. accidit neque longe quo 2; Deinde divertens non longe quo 3; Accidit enim neque longe qua 4*a. b.* b) *ita* 1. c) ab itinere 3; *haec om.* 4*a. b*; ut *add.* 2. d) *ita* 1; causa *rell.* e) Arnainum 4*a*; Arna.inum 4*b*. f) diverteret 2. 4*a. b*; devenit 3. g) ac r. *om.* 4*a. b.* h) *ita* 1; sibi *rell.* i) dare 3. 4*a. b.* k) *ita* 1; petiit *rell.* l) Et 2; Et ex r. 4*a. b.* m) *ita* 1; data *rell.* n) *om.* 2. 3; o. incolumes (incolomes 4*a*) dederunt laudes 4*a. b.* o) dederunt 2. 3. p) *ita* 1; Deo *rell.* q) et illius 2; Et ita illius 4*a. b*; (ita *om.*) illius vero 1. 3. r) conpererendinatis 1; percomperendinatis 3; perendinatis 2. 4*a. b.* s) graven 1; gravi *rell.* t) *ita scripsi;* id 1. (3); ut 2; *om.* 4*a. b.* u) *ita* 1; ipsa — conglutinata *rell.* v) *ita* 1. 2; assiduis 3. 4*a. b.* w) tolerabat 3. 4*a. b.* x) *ita* 1; ille *rell.* y) *ita* 1; non *rell.*: *intellegas* haud. z) *ita* 1; sanctum (s. *om.* 2) episcopum *rell.* a) et 4*a. b*; ac v. *om.* 3.

1) *Cf. Ovid. Met.* 13, 601: nigrique volumina fumi Infecere diem. 2) *Mamertus episcopus Viennensis, de quo v. AA. SS. Mai. II,* 629, *sine dubio intellegitur.* 3) *Ernaginam postea Arnaginem (ita V. Caesarii II,* 10*) locum VI. miliario ab Arelate situm hodie St. Gabriel occupat; cf. C. I. L. XII, p.* 125.

prestantissimum adesse[a] servum Dei, et quodcumque[b] placitis[c] Deo vestris[d] orationibus commoda petieritis[e], vobis prestandum non dubito. Quocirca, mi[f] domne sanctae[g], peto, ut lumen oculorum meorum, quod ex[h] diu, casu accedente[i], Matth. 19,26. amisi, vestra[k] oratio pristinum lumen[g] reddi adtribuat'. Qui[l] respondit: *'Apud[m] hominibus omne inpossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt;* tamen si credis haec[n] in nomine Patris et Filii et Spiritui sancti a me[o] faciendum, fiat tibi, ut petis'. Qui respondit: 'Credo, domne sanctae[p]'. Sanctus Anianus apud semet ipsum fremuit spiritu[q], elevatis oculis ad celum, dixit: 'Domine circumstanti[r] adesto[s] familiae tuae preces[t] et da gloriam nomini tuo in secula seculorum'. Protinus[u] in terra deorsum expuit et[1] digito parumper pulvis[v. 2] conteruit[w], oculorum cilia reddito[x] mixto linuit[y]: protinus[z] aperti sunt oculi eius, et tamquam scameus[a] orror labit[b] inde, mixto cruore. Recepto quod[c] petierat in nomine Domini visum[d], omnes[e] fratrum[f] turba gaudebat[g], quod[h] talem tantumque apostolicae sedis virum visitaverit[i] Deus[k] plebem suam in pace.

(7). Igitur sanctus Anianus episcopus, quod[a] difinierat ambulandum, plebi[b] suae obtinendam[c] salutem, specialius persistebat. Et, cum multa spatia itenerum[d] pertransisset, venit ad inlustrem[e] Agetium[f] patricium virum[g] dignitatis suae perspicuum, virtute egregia invictum. Quem tali tantamque[h] veneratione excepit, non[i] solum ut prestitit[k], quod petebat, sed[l] et multorum episcoporum, qui pro necessitatibus eorum illuc iam[m] multis diebus resedebant[n], quorum nec presentia neque[o] responsum dabatur[p]. Sed tamen servus Dei[q] bonis actionibus[r], ubique gerebat[s] se[t] manifestandum, celare non poterat. Salutato namque Agetio patricio[u], et eo honorem[v] exceptum quo erat preditus[w] sanctitatis[x], tum in confabulando, cum sermo prolongaret[y], interrogans sancto[z] Aniano, quam ob causam tante regionis[a] ad eum venisset, saltim, quid dicere vellit[b], expremeret[c]. Ad ille quen-

Capp. 6. 7. 1. 2. 3. 4*a*. 4*b*.

Cap. 6. a) D. a. s. 2. 4*a. b*; Dei esse s. 3. b) quaecumque 4*a. b*; et quod quaecumque 2. c) placitis? *m. al. corr.* placitum 3; placidis 4*a. b*; a *pro* pl. 2. d) vestri 1; canoribus *pro* v. o. 4*a. b*. e) petieris tibi pr. 4*a. b*. f) me 1. g) *ita* 1; *om. rell.* h) *ita scripsi;* est 1; *om. rell.* i) c. accidente 2. 3; accidente c. 4*a. b*. k) tua 4*a. b*; mihi *add.* 2. 4*a. b*. l) Sanctus Anianus r. 4*a. b*. m) (a. *om.*) o. (quod *add.* 3. 4*a. b*) i. est h. 2. 3. 4*a. b*. n) *om.* 3. 4*a. b* (*cf. n.* o). o) esse *add.* 2; hoc esse *add.* 3. 4*a*. p) *om.* 4*a. b*. q) et *add.* 2. 3; elevatisque o. 4*a. b*. r) circumstantis 3; circumasstantis 4*a. b*. s) *ita* 2. 3; adsto 1; *om.* 4*a. b*. t) p̄cibus 2. 3; exaudi *add.* 4*a. b*. u) Pronus terra deorum 1. v) *om.* 2. 3. 4*a* (*pr. m.*). *b*; lutum *m. al.* 4*a*. w) contrivit 2 *et m. al.* 4*a*; et *add.* 2. 4*a. b*. x) redditum 1; *om.* 2. 3; r. m. *om.* 4*a. b*. y) *ita* 1; linivit *rell.* z) *ita* 1; Statim *rell.* a) *ita scripsi;* sancta (sc̄a) eius 1; squameus 2. 4*a. b*; *om.* 3. b) *ita* 1; diluit 2. 4*b*; deluit 3; diluitur 4*a*. c) r. quem 2. 4*b*; receptoque quem 4*a*. d) *ita* 1; visu *rell.* e) *ita* 1; omnis *rell.* f) t. fr. 3. 4*a. b*. g) congaudebat 4*a. b*. h) per *add.* 2. 3. i) visitaret 2; visitasset 3. k) et *add.* 4*a* (*pr. m.*). *b*.

Cap. 6. a) quo 2. 3. b) plebique su(a)e 2. 3; (per *m. al. add.* 4*a*) plebem suam 4*a. b*. c) salutem exhibendam in eo persistebat 1. d) p. i. 2; transisset i. 3. 4*a. b*. e) lustrem 1, *corr.* f) Agecium *plerumque* 3; Eiecium, *nonnumquam* Eget(c)ius 2; Egidium *semper* 4*a. b*. g) vir dignitati suae perspicuus — invictus 1; dignitate (*om.* s.) 3. h) *ita* 1; tantaque *rell.* i) *ita* 1; ut (et 2) non s. *rell.* k) pręstiterit 4*a. b*; prestaret 3. l) verum etiam m. 2. 3. m) *ita* 1; m. iam *rell.* n) resid. 2. 3; sedebant 4*a. b*. o) nec 2. 4*a*. p) necessitati consuluit *add.* 2; preferret *add.* 3. q) *ita* 1; qui *add. rell.* r) actibus 2. 3. s) *ita* 1; fulgebat *rell.* t) *ita* 1; manifeste se *rell.* u) patriteo 1. v) *ita* 1; honore (ore 4*b*) exceptus *rell.* w) predictus 1. x) *ita* 1; sanctitate (*om.* tum) *rell.* y) prolongaretur 3. 4*a. b*. z) *ita* 1; sanctum Anianum *rell.* a) (per *add.* 2) t. (tanta 2. 3) ad eum spatia regionis (r. sp. 3. 4*a. b*) 2. 3. 4*a. b*. b) vellet 2. 4*a. b*. c) exprumeret, *ut videtur,* 2; exponeret 4*a. b*.

1) *Vita II. addit:* exemplum secutus domini Salvatoris; *cf. Iohann.* 9, 6. 2) *Cf. Greg., Gl. conf. c.* 103: parumper pulveris.

dam iocularem sermonem emisit pium ac sanctum, — presertim ab Egitio patritio est admiratum, — ut aliorum episcoporum, qui extrinsecus stabant, prius causam suggereret[a], quam suam[b] necessitatem imploraret. Tunc Egitius patricius sua[c] presentia episcopus[d] venire precepit, quos ei sanctus Anianus ibidem esse innotuerat, et quodcumque petierunt ab eo, statim sunt consecuti. Tum[e] deinceps beatissimus Anianus episcopus Egitio patritio lacrimans indicat quod petebat. Ait: 'Innumerabilem Chunorum exercitum omnem provinciam a partibus Orientis crudeli[f] caede vastatam et multas excellentes urbes eorum virtute conperimus[g] conlisas. Et iamiam[h] ipsius Galliae capud multarum urbium obsidione detenentur[i], quas omnipotentis[k] Dei misericordia prohibeat[l] eversuras[m]. Id metuens, ne in hanc[n] saevam tempestatem plebs mea cadat, potentiam gloriae vestrae[o] exposco, ut ad defensandam Galliam post[p] Deum cum omnem[q] vestrorum falanges ad repellendas[r] Chunorum[s] insidias properetis, auxiliante Deo. Quod[t] haec a me, quae vobis oro, fuerit inpetratum, vestra erit evo in omnibus[u] memoranda victoria'. Haec cum dixisset, lacrimis subito obortis[1], diffuse[v] vultum[w] umectabat et cum suspiria[x] precibus[y] fundebat in[z] tantum, quod poposcerat, obtinebat. Piis ac salubribus[a] Agetius patricius beatissimi[b] preces[c] permotus, dandum solatium repromisit[d] et se dixit ubique suis suggessionibus[e], seu vivi[f] seu mori, in utrumque prestum[g] esse. Tum[h] interrogans beatissimo[i] Aniano episcopo, quo tempore vel in qua die ei occurreret, sanctus Anianus dixit: 'Quia, Deo[k] imperante, meis suggessionibus[l] te video permotum, si[m] adnuere dignaris, ut promissa custodias, octavo[n] decimo Kal. Iulias[2] oportunum te nobis venire convenit; quod si tum[o] occurrendum tardaveris nec ingressum[p] te illa in parte movere coneris, — quia sic est[q] decretum apud crudelissimum Attilanem[r], quod caelestis[s] misericordia avertat[t], — ea tempestate Galliarum conventum disperdat'. Qui respondit: 'Domne[u] sanctae episcope, quod paciscor[v] iuxta orationibus[w] vestris, ne metuas defuturum; sin

Cap. 7. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 7. a) suggęret 1. b) *ita* 1; q. n. propriam i. *rell.* c) *ita* 1 *et pr. m.* 4*a. b*; sua in pr. 3; in suam praesentiam 2 *et m. al.* 4*a. b.* d) *ita* 1; episcopos 2. 4*a. b*; *om.* 3. e) Tunc d. 2. 3; Deinde tum d. 4*a. b.* f) crudelicę devastatam 1; crudeliter devastari 3. g) conperimus *om.* 1; esse *add.* 3. 4*a. b.* h) *ita* 1; etiam ipsius (ipsam 3) iam caput Galliae *rell.* i) tenetur 2. 3; tenent 4*a. b.* k) *ita* 1; omnipotens Deus (m. *om.*) *rell.* l) prohibet 4*a (pr. m.). b.* m) eversuros 2; evertendas 3. n) hac seva tempestate 3. 4*a. b.* o) *ita* 1; tuae *rell.* p) *ita* 1; post D. *rell.* q) omni v. falange (falanga 2) 2. 4*a. b*; omnibus vestris phalangis 3. r) repellandas 2. 4*b.* s) *ita* 3; Hun. 2. 4*a. b*; Ch. i. *om.* 1. t) *ita* 1; Quia si hoc (haec *pr. m.* 4*b*) quod vos (vobis *pr. m.* 4*a. b*) oro fuerit *rell.* u) (a)evo in omni 2. 3; in omnibus aevo 4*a (pr. m.). b.* v) *om.* 4*a. b.* w) vultum mectabat 1; faciem hum. *rell.* x) suspirio 2; suspiriis 3. y) *ita* 1; preces *rell.* z) f. ut quae petiit Egecium, possit cicius obtinere, tunc piis 2; f. ut petita citius obtineret. Tunc piis 3. 4*a. b.* a) salubris *pr. m.* 4*b*; salu:::: *pr. m.* 4*a.* b) Aniani *add.* 3; sancti Aniani *add.* 2; Aniani episcopi *add.* 4*a. b.* c) *ita* 1; perm. precibus *rell.* d) repromisi et 1. e) *ita* 2; suggestionibus 4*a. b*; iussionibus 1; ubique cum suis subiectis 3. f) vivere 2. 4*a (pr. m.). b*; seu mori seu vivere 3. g) praesto 4*a. b*; praestitum 2; paratum 3. h) Tunc 2. 4*a. b.* i) *ita* 1; beatissimum (beatum 2) Anianum episcopum *rell.* k) *ita* 4*a. b*; Deum inperantem eis 1; Deo inspirante meis (eis 2?) 2. 3. l) suggestionibus 3. 4*a. b.* m) et quasi adn. 1. n) atque inpleas tum daemum *pro* o. d. K. I. 1. o) dum 1; tunc *rell.* p) *ita pr. m.* 4*a*; nec in gressu 2. 4*a (m. al.). b*; neque gressum 3; nec in exeundo 1. q) d. est 3; est (*om.* d.) 4*a (pr. m.). b*; decretum *post* est *m. al. suppl.* 4*a.* r) *ita* 1; Attilam *rell.* s) *ita* 1; m. c. *rell.* t) *ita* 1; ut *add. rell.* u) Dn̄e 1. v) *ita* 2; quod places cor 1; q. spondeo 3; *haec om.* 4*a. b.* w) *ita* 1; orationes vestras (tuas 4*a. b*) me non metuas *rell.*

1) *Cf. Verg. Aen. XI,* 41: lacrimis ita fatur obortis. 2) *Prioris translationis dies indicatus est, ut in codice Bernensi Mart. Hieron.; v. supra p.* 107.

aliter non possum, tamen me illa in[a] die, ut puterim[b], vestris obtutibus presentabo'. Haec ut[c] audiens sanctus Anianus, gratias agit Deo, quod reppererat[d], quid[e] mente obtabat; et[f] continuo, data oratione, vale dixit Egitio patricio et ad propria caelerans[g] ire properabat, quem populus Aurelianensis, sua absentia turbatus[h], plurimum spectabat[i].

(8). At beatissimus Anianus nostrae salutis viator[a] rediens post multis[b] diebus, et[c] sanctum cum urbi pedem intullisset, omnis turba civium congaudebat, quod defensorem suum, per quem salvi esse consueverant[d], incolumem recepissent. Interea sevissimus[e] Attila et[f] inmanior omnium regum scelere, multas urbes erutas, Galliae[g] capud exercitum suum| captivas detenetur. Tunc sanctus Anianus portarum[h] repagula[i] iussit[k] offirmari et cetera, quaeque[l] oportebat, ad repellendas versutias diaboli sollicite parare monebat, illud omnino praedicans[m], ut spem orando in Deum[n] ponerent, qui poterat ipsos liberare a manu tyranni[o].

(9). Nec inter[a] diu spatium fuit Chunorum exercitus, rabiae saevientes[b], erga Aurelianes[c]. Fossata percutiunt, omnem argumentum[d] ingenia disponunt[e], quemadmodum civitatem neci traderent funditus[f]. Continuo arietibus[g, 1] aptant et crebrum[h] inpulsum certatim moenia feriunt[i]. Alii[k] civitatem intrinsecus cum[l] flammis tela iactabant; at vero sanctus Anianus non iaculantium tela verebatur[m], sed per amblatorium[n, 2] muri cum choris psallentium placetis[o] canoribus Deo[p] modulabat. Tunc quidam episcopus, qui[q] captus a barbaris tenebatur, clamitans[r] sancto Aniano dixit: 'Haec[s], quae facere[t] te videmus, nullius[u] nostrorum factum profuit'. Neque adhuc[v], quod ceperat[w], medio sermone[x] fuisset elocutus, letali est plaga percussus, ita ut in locum[y] quo stabat continuo[z] spirasset. Interdum Chunorum exercitus, inpellentibus cuneis[a], saxa murorum convellebant[b], uti iam civitas nullam salute[c]

Capp. 7—9. 1. 2. 3. 4*a*. 4*b*.

Cap. 7. a) *ita* 1; *om.* 2. 4*a. b*; *textus periit* 3. b) *ita* 1; potuero *rell.* c) *ita* 1; *om.* 2. 4*a. b*; *deficit* 3. d) optinuerat 4*a. b.* e) *ita* 1; quae 2. 4*a. b*; *periit* 3. f) Et continuo data oratione *habent rell.*; *om.* 1. g) *ita* 1; celerans (c. *om.* 4*a*) ire (i. *om.* 4*a. b*) perrexit (cepit 3). Cuius absentia populus A. t. *rell.* h) *ita* 1; eum *add. rell.* i) *ita* 1; expectans desiderabat. At *rell.*

Cap. 8. a) auctor 4*a. b.* b) *ita* 1; multos dies *rell.* c) *ita* 4*a (pr. m.). b*; et c. s. p. urbi i. 1; (et *om.*) s. c. urbe p. i. 2; et c. s. urbi p. 4*a (m. al.)*; (et *om.*) Aurelianis cum ibidem pedem i. 3. d) consueverant incolumem (incolomem 4*b*; incolomen 4*a*) r. *rell.*; debebant integrum 1. e) sevissimum Attilla 1. f) et *om.* 3; ante omnes reges scelere i. 1. g) *ita scripsi* (*cf. supra p.* 113, 9); Galliae apud 1; Galliam depopulatam (depopulandam 3; et *add.* 2) exercitum (exercitu 3. 4*a. b*) tenebat captivam (captivum 2). Tunc *rell.* h) portaru 1. i) repugula 1; repacula 3. k) ,ɹ· ius offirmari 1; i. firmare *rell.* l) *ita* 1. 3; qu(a)e 2. 4*a. b.* m) praedicant 1. n) Deo 2. 4*a. b.* o) tyramni 1.

Cap. 8. a) *ita* 1; diu inter (interea *m. al.* 4*a*) 2. 3. 4*a (pr. m.). b.* b) seviens 3. 4*a. b.* c) *ita* 1; Aurelianis *rell.* d) o. ingenium a. 2; omne ingenium argumentaque 3; omnique ingenio argumenta 4*a. b.* e) disponebant 4*a. b.* f) *ita* 1; *om. rell.* g) *ita* 1; arietes aptarunt *rell.* h) *ita* 1; crebro *rell.*; in(m)pulsu 3. 4*a. b.* i) ferunt 1; feriuntur 3. k) in *add.* 2 *et m. al.* 4*a*; intr. in c. 3. l) *ita rell.*; t. c. fl. iaciebant, vero 1. m) *ita* 1; (est *add.* 2) veritus *rell.* n) *ita* 1; ambulatorium *rell.* o) placitis 3; placidis 2. 4*a. b.* p) *ita* 1; Deum modulatis vocibus implorabant (inpl. 2). Tunc *rell.* q) *om.* 1. r) clamans 4*a. b.* s) haec qua 4*b*; hoc quod 2. t) te f. 4*a. b.* u) *ita* 1 *(cf. SS. rer. Merov. I, p.* 946*)*; nulli nostrum 2. 3. 4*a. b.* v) *ita* 1; enim *rell.* w) ceperant 1. x) s. fuisse . telocutus 1; fuerat s. locutus (loquutus 2) et (et *om.* 4*b et pr. m.* 4*a*) ita est letali pl. p. ut *rell.* y) *ita* 1; loco *rell.* z) *om.* 1; st. continuo exspirasset (expirascet 2; expiraret 3) *rell.* a) iuneis 1. b) *ita* 1; rumpebant, ut *rell.* c) *ita* 1; salutem *rell.*

1) *Cf. Greg. l. l.:* Interea iam trementibus ab impetu arietum muris iamque ruituris *et q. s.* 2) *I. q. ambitus super murum.*

habere[a] disperasset. Domibus derelictis, omnes ecclesiae congruent[b]; at beatissimus Anianus episcopus plebem suam orationibus verbisque[c] specialius confortabat. Tunc e[d] civitatem cum paucis egreditur et ad tentoria[e] crudelissimi Attilanis[f] se ferri iussit, rogans, ut[g] ne ovium suarum sanguis[h] esset[i] effusio. Tum[k] impius Attila dixit: 'Ut te[l] senectuti tuae aspitio, potes adhuc nostrae[m] provintiae custus esse ovium'. Beatissimus Anianus respondit: 'Omnes cogitationes hominum in omnipotentis[n] Dei virtute consistunt, et[o] qui hunc[p] ovilem mihi tradidit custodiendum, ipse mecum ovibus meis a[q] foveis Chunorum eripere potest'. Tunc dolore animi repletus, amariter flevit. Illico reversus est[r] civitati, commonebat[1] populum, ne metuerent[s], sed confidenter Dominum deprecarent[t], qui[u] eos liberaret de potestate Attilanis[v]. Itaque beatissimus episcopus cellula seclusus, in orationem[w] dies noctesque pervigilans incumbebat, divinam misericordiam exorans, ut a rapacibus feris, cauli[x] suo circumeuntibus, gregem[y] suum custodire dignaretur inlesum. Tum[z] caelitus inspiratus[a] in sputum[b, 2] sanctus[c] Anianus, imbrem valedissimum emisit, tridui[d] quadriduique ingentem[e] diluvium cum ventis[f] procatibus[g] miscuit, ut nullus se Chunorum ulla in parte auderet[h] movere, donec et[i] angelum[k] suum in[l] placitum Deus exhiberet.

(10). Neque[a] multo[b] post, quod[c] bonus praedixerat vatis[d], aut procol ex[e] urbi adfuit Agetius patritius cum Thursomodo[f] rege Gothorum[g, 3]. In[h] qua die, portis reseratis, Chunorum[i] proceris[k] civitatem introissent, omnem plebem Aure-

Capp. 9. 10. 1. 2. 3. 4*a*. *b*.

Cap. 9. a) *ita* 1; s. habere (h. s. 3) penitus (se *add.* 3) sperasset (speraret 3) et derelictis domibus *rell.* b) *ita recte* 1 *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 430*)*; o. ad (a)ecclesiam confugissent (confugerunt 2; confugerent 3). Nam b. (Sanctus vero 3) *rell.* c) que specialius (specialibus 4*a*. *b*) *om.* 1. d) *ita* 1; *om. rell.* e) tentorium 2; t. in crudulissima 1. f) *ita* 1; Attil(a)e indubitanter perrexit, rogans *rell.* g) *ita* 1. 4*a (pr. m.)*. *b*; ut *om.* 2; ut non 3 *et m. al.* 4*a*. h) sanguinis 2. 3. 4*a*. *b (m. al.)*. i) esse 1. k) *ita* 1; Tunc impiissimus *rell.* l) *ita* 1; te et senectutem tuam aspicio *rell.* m) nostri *pr. m.* 4*a*. *b*. n) omnipontentis 1. o) ut 3; *om.* 4*a*. *b*. p) *ita* 1; hoc ovile *rell.* q) o 1. r) I. r. (in *add.* 2 *et m. al.* 4*a*) civitatem 2. 4*a*. *b*; Reversusque i. civitatem 3. s) metueret 3; timerent 4*a*. *b*. t) *ita* 1; deprecarentur *rell.* u) ut 2. 3. v) *ita* 1; Attil(a)e *rell.* w) *ita* 1. 3; in oratione 4*a*. *b*; *haec om.* 2. x) *ita* 4*a (pr. m.)*. *b*; caula suo: (*ras. fortasse* a) 1; caulae suae 2; caulas suas 3 *et m. al.* 4*a*. y) (gr. s. *om.*) inlaesum c. d. 1. z) *ita* 1; Tunc *rell.* a) in vitatem introissent, *verbis* spiratus — proceris ci *in finem Vitae transpositis,* 1. b) in spatum 1; in sputo 2; in spiritu 4*a*. *b*; *haec om.* 3. c) sancti Aniani 1. d) triduo (que *add.* 4*a*. *b*) quadriduoque 2. 4*a*. *b*. e) ingens 4*a*. *b*; i. d. *om.* 3. f) vento 3; vestibus 4*a*. *b*. g) procatium 2. 4*a*. *b*; procaci 3. h) audere moveret 1. i) *om.* 4*a*. *b*. k) *ita* 1; s. a. *rell.* l) *ita* 1; (in pl. *om.*) Dominus (suis *m. al. add.* 4*a*) exhiberet *rell.*

Cap. 10. a) Nec 3. 4*a*. *b*; Denique nec multum 2. b) multum 2. 3. c) post his, ut praeceperat, deprecantibus — — reversus est *(est locus Greg. p.* 69, 2—71, 1*) pergit* 2. d) vates 3. 4*a*. *b*. e) ab urbe 3. 4*a*. *b*. f) Tursomodo 4*a*. *b*; Thursomundo 1: *item infra libri.* g) Gottorum 1. h) Eadem (que *m. al. add.* 4*a*) die 3. 4*a*. *b*. i) r. Attil(a)e proceres cum Ch. (Hunorum 4*a*. *b*) exercitu introierunt civitatem omnemque pl. 3. 4*a*. *b*. k) proceris ci *(hic locus transpositus desinit)* vitatem introissent 1.

1) *Cf. Greg. l. l.:* ille fidus in Deo, monet omnes in oratione prosterni *et q. s.* 2) *Haec ita interpretatus est auctor Vitae II:* Cumque sibi divinum auxilium adesse sensisset, repente contra barbaros expuit. Tantaque subito cum sputo eodem pluviae moles descendit *et q. s.* 3) *Theodoridus tunc erat Visigothorum rex, quem cum ignoraverit biographus, manifestum est, ipsum usum esse L. H. Fr. c.* 5: Veniente ad eum Egecio patricio Romanorum et Tursomodo rege Gothorum, auxiliante Domino, Chuni ab ipsa civitate, orante sancto Aniano, cum Attelane eorum rege devicti atque prostrati sunt.

lianensium cum opibus[a] eorum exules[b] ducendos; iam plaustra sarcinulis[c] honerata, familia iam parracis[d, 1] septus[e], vicissem barbari[f] sortiebantur. Nam et haec intuens sanctus Anianus, intrepidus summa stabilitate[g], sedula voce populum[h] suum commonebat, ne desperantes[i] timerent, sed sursum[k] Deum deprecantes corda suspenderent, qui eos eriperet[l] de ore diaboli. Scilicet sanctus Anianus uni se[m] ex auleis Egitio patricio manifestavit, in quo locum[n] una cum Thursomodo apud[o] exercitum eorum merediae resederant[p], et dixit ad eum: 'Perge nunc et ae[q, 2] filio meo Agecio, quod si hodierna[r] die civitati venire distulerit, crastina die se autumet[s] frustra venturum'. Ad ille sollicite[s*] interrogans[t], quis esset, sed subito ex oculis[u] quam cito est[v] proditus, tam cito in sermone recessit. Haec ut vidit, amentia[w] perturbatus, paulolum[x] substetit. Deinde ad Agetio[y] patricio percurrit[z] et ex ordine enarravit[a] illi, ut[b] viderat: secum[c] patritius pertractans, prorsus alium non fuisse nisi beatissimo[d] episcopo Anianum. Tunc eum in locum[e], quo se videndum prodiderat[f], sagaci inquisitione precepit requirendum; sed quis eorum poterat caelesti[g] miraculo repperire? Statimque satellites suos simili dignitate consulta petit, simulque ostium[3] suum[h], signum datum, arma[i] capere edicunt, et[k] a[l] civitatem nostram liberanda[m] venire nullam[n] intulit moram. Cumque Aurelianorum Ligericae[o] portus tetigissent, multorum Chunorum[p] dederunt interitum. Alii vero profugi se iectu[q, 4] pontem, quam vimine cratis[r] contexerant[s], inundante Ligere, profundabant[5]. Nec non sanctus Anianus episcopus cum caelestem[t] munus palmam[u] victoriae triumpharet, solita pietate indultus, se[v] adversantibus coram interfeci non permisit, forsitan[w] quos repentinus furor obpressit. Nam reliquam[x] partem Chunorum iuxta omnipotentis Dei virtutem suis orationibus[6] effugavit et ita eos dimersit, ut neque[y] amplius nomen eorum auditus, forsitan ut nunc memoriter personet. A civitatem liberatam una cum patribus nostris, intercedente[z]

Cap. 10. 1. 3. *4a. b.*

Cap. 10. a) e. o. 3. *4a. b.* b) exulens 1. c) sarcinibus 1; sarcinis 3. d) parietes *pr. m. 4a*; pariete: *4b*; per parietes *m. al. 4a*; disparcientes 3. e) septa 3. *4a. b.* f) (a *m. al. add. 4a*) barbaris *4a. b.* g) ac *add.* 3. *4a. b.* h) s. p. 3. *4a. b.* i) ne (desperantes *om.*) metuerent, sed 1. k) D. d. s. 3. *4a. b.* l) eriperent 1. m) A. unum ex a. 1; A. uni se ex aulis (aulicis *m. al. 4a*) *4a. b*; A. quasi in uno ex aulicis 3. n) in quo loco *4a. b*; in loco quo 3. o) et exercitu *4a. b*; rege exercitus 3. p) residebant 3. *4a. b.* q) *ita* 1; dic 3. *4a. b.* r) hodie adesse (c. adesse 3) civitati d. 3. *4a. b.* s) autem et 1; (a)estimet 3. *4a. b.* s*) sollite 1. t) q. e. i. (*om.* sed) 3. *4a. b.* u) que *add.* 1; oculis eius quam *m. al. 4a.* v) *om. 4b et pr. m. 4a.* w) animantia 1. x) populum 1. y) A. patrio 1; Agecium (Egidium *4a. b*) patricium 3. *4a. b.* z) percucurrit 3. *4a. b.* a) narravit 3. *4a. b.* b) quod 3. *4a. b.* c) secumque pertr. patricius 3. *4a. b.* d) beatissimum (beatum 3) Anianum episcopum 3. *4a. b.* e) loco 3. *4a. b.* f) *ita* 1. 3; providerat *4a. b.* g) c(a)eleste miraculum 3. *4a. b.* h) suorum 3. *4a. b.* i) c. a. *4a. b*; capere *om.* 3. k) *om. 4a (pr. m.). b.* l) ad c. 3. *4a. b.* m) liberandam 3. *4a. b.* n) v. non moratur. Cumque 1. o) A. portum fluvii Ligeris attigissent 3. *4a. b.* p) Chŏnorum 1. q) iactu pontis, quem 3. *4a. b.* r) v. ratis c. *4a. b*; vimineratis funibus cont. 3. s) contexerat 1. t) (per *m. al. add. 4a*) caelest(a)e m. *4a. b*; celestis muneris 3. u) palma 3. *4a. b.* v) a. se (eos *m. al. 4a*) c. *4a. b*; adversantes coram se 3. w) forsitam 1; nisi 3. x) requam 1. y) ut nomen eorum nec auditu amplius usque nunc penitus memoretur. Ad (At 3) civitatem liberatam (civitate liberata 3) 3. *4a. b.* z) intercedentes sancto 1.

1) *I. q. parricum, Germ. 'Umzäunung'; cf. Legem Ribuariam ed. Sohm p.* 138. 2) *Verbum 'aio' hunc facit imperativum.* 3) *Hostium pro exercitu accipitur; cf. Ducange ed. Favre IV, p.* 253. 4) *I. q. iactus; cf. Ducange ed. Favre IV, p.* 285. 5) *I. q. immergere; cf. Ducange VI,* 526. 6) *Cf. Fredeg. II,* 53: Civetas Aurilianes oracionibus beatissimi Aniani liberata est.

sancto Aniano, omnes incolumes reddidit divina[a] potentia, nullum plebi suae discrimen captivitatis incubuit, nisi qui semet ipsos[b], suis orationibus disperantes[c], barbaris tradiderunt.

(11). Postquam[a], faciente Deo, per antestitem suum huius[b] civitati salus est reddita, eo exorante, tanta[c] fecunditas terrae se adtulit[d], ut infra[e] spatium status[f] sui sospitate, quod a[g] barbaris fuerat direptum, omnes recuperassent in omnibus[h]. Namque munitum ac salvificatum populum suum, sanctus Anianus pos triennium[i] prosperum exigit vitae suae cursum et[k] illum[l], quo tenderat[m], caelestem adgressus est antrum, ubi palmam[n] gloriae[o] virtuti[p] promeriti, iustorum chori amoena[q] laetantur. Cuius patrocinium petimus, ut, cos[r] hactenus sua[s] oratione protexit, nunc ipsius virtute[t] adsidua interpellatione[u] apud Dominum[v] commendare dignetur, cui est[w] gloria in secula seculorum. Amen[x].

Cap. 10. 1. 3. 4*a. b.* *Cap.* 11. 1. 2. 3. 4*a. b.*

Cap. 10. a) r. non nullus plebi 1. b) semet ipso suis 1; semet ipsos de suis 3. 4*a. b.* c) desp. 3; b. tr. desp. 4*a. b.*

Cap. 11. a) *in* Postquam *redit* 2; vero *add.* 3; autem *add.* 4*a. b.* b) *ita* 1. 2; huic 3. 4*a. b.* c) tantam 2. 3. d) *ita* 1; (se *om.*) attulit ubertatem, ut *rell.* e) *ita* 1; intra *rell.* f) status suis ospitate 1; suae sospitatis (senectutis 3) status (statum 3 *et pr. m.* 4*a*; statum *corr.* statim 4*b*; spolium *m. al.* 4*a*) *rell.* g) *ita* 1; f. d. a b. *rell.* h) omnibus. Nam 2. 3; namque *om.* 4*a. b.* i) *ita* 1; pr. v. suae post biennium cursum transegit *rell.* k) et — est antrum *om.* 2 (*v. infra n.* r). l) illuc 4*a. b.* m) tendebat 3. 4*a. b.* n) palma 2. 4*a (pr. m.). b (m. al.).* o) spiratus — proceris ci *hic inserit* 1 *(v. supra).* p) *ita* 1; virtutem (*ita pr. m.* 4*a. b*; virtutemque 3; virtutum 2) pro meritis *rell.* q) *ita* 1; am(o)enitate *rell.* r) *omissis verbis* cos — n. ipsius, *defectum supra commissum (v. n.* k*), verba scilicet* illa qua tendebat caelestem adgressus, *hic supplevit* 2. s) *om.* 3. 4*a. b.* t) *ita* 1; (nos *m. al. add.* 4*a*) gratia (gratiam 2) adiuvante (et *m. al. add.* 4*a*; continua *add.* 3) *pro verbis* v. a. *rell.* u) intelpellatione 1. v) Deum 3. 4*a. b.* w) cui est honor et gl. 2; cui honor et gl. 4*a (pr. m.)*; cui trino et uni honor et gloria est in *m. al.* 4*a.* x) A. *om. et subscr.* Explicit vita sancti Aniani (Anniani 4*b*) episcopi (confessoris Christi *pro* ep. 3. 4*a*; et confessoris *add.* 3) 3. 4*a. b.*

VITA LUPI EPISCOPI TRECENSIS.

Lupus postquam cum Vincentio[1] *fratre in monasterio Lerinensi tirocinium iuvenis*[2] *fecit, Trecensem episcopatum adeptus est, vir sane magni nominis et, si Sidonio credere fas est, facile princeps pontificum Gallicanorum*[3]*. Consilium eius quanti aestimaretur, exempla adsunt Talasii Sidoniique. Ille a.* 453. *episcopus Andegavensis creatus, eum Euphroniumque episcopum Augustodunensem interrogaturus*[4] *adiit, quomodo disciplinae ecclesiasticae quaestiones quaedam in eorum dioecesibus tractarentur, hic*[5] *se consulentem Arbogastem comitem Trevirensem Lupi doctrina abundanti maluit uti aliusque, qui 'incliti Galliarum patres et protomystae' de quibuscumque quaestionibus interrogari possent, eique ipse epistularum suarum librum VI. ad perlegendum obtulit, litteris IX,* 11. *datis.*

1) *Cf. Eucherii librum de laude heremi c.* 42 *(ed. Wotke p.* 192*)*: haec *(scil. Lerinum)* habuit reverendi nominis Lupum, qui nobis illum ex tribu Beniamin lupum rettulit; haec habuit germanum eius Vincentium interno gemmam splendore perspicuam. 2) *Sidon. Carm. XVI,* 111. 3) *Sidon. ep. VII,* 13. 4) *Concil. Gall. ed. Sirmond I, p.* 122. 5) *Sidon. ep. IV,* 17.

Lupus iam grandaevus episcopatu tunc per 50 *annos functus erat*[1], *per* 45 *autem eo tempore, quo ad eum Sidonius primam libri sexti*[2] *dederat epistulam. Cum epistulae Sidonianae ordine temporum sese subsequantur*[3], *ex locis quos occupant citatae primordia episcopatus Lupi definiri possunt. Libri autem V. et VI. eo quo Arvernis Gothi bellum intulerunt anno* 474. *conscripti sunt. Ergo Lupus tunc* 45 *annos sedens ab a.* 430. *inceperat lustraque decem munere functus est a Chr. n. anno* 479*: eo epistulam XI,* 11. *datam esse necesse est, eoque ipso certe quae eam subsequitur data est*[4] *epistula. Inter Sidonianas duae praeterea leguntur ad Lupum datae commendaticiae*[5]*; aliae non paucae ad alios datae reverentiam testantur, qua senem illum coluit epistolographus, ut Lupo parem Anianum fuisse scripsit Germanoque non imparem*[6]. *Dolendum vero est, commercii illius nisi Sidonii non superesse epistulas, nam unicam Lupi nomine editam potius Vignierii falsarii impudentis esse J. Havet b. m. demonstravit*[7]. *Lupum verisimile est non multo post a.* 479. *obiisse; inter sanctos relati nomen d.* 29. *Iulii fastis Martyrologii Hieronymiani adscriptum est ita:* Trecas civitate sancti Lupi[8]. *Miracula Nicetio*[9] *episcopo Trevirensi Gregorioque, Gl. Conf. c.* 66, *comperta erant ea quae fiebant in eius basilica, cuius etiam Fred. III,* 71. *meminit.*

Vita eius quin integram fidem mereatur, non dubitaverunt viri docti, e quibus Tillemontius[10] *nihil vituperavit nisi brevitatem, Boschius auctorem habuit antiquum fidelemque. Sancti patrem Epirichium appellavit, patruum Listichium, uxorem Piminiolam, Hilarii Arelatensis sororem; de fratre igitur Vincentio, cuius Eucherius coaevus meminit, omnino nihil compertum habuit biographus. Eo teste Lupus, matrimonio post septem annos soluto, Lerinum ad S. Honoratum se contulit, ibique per annum demoratus, episcopus Trecensis creatus est, biennio autem post Brittanias ad Pelagianam haeresim destruendam cum Germano episcopo adiit, scilicet a.* 429, *quo id gestum esse Prosper in Chronico tradidit. Sin vero biennio ante* (427) *episcopatum adeptus esset annoque praecedente Honoratum Lerinensem visitavisset, sancto admodum festinandum fuisset. Eo enim ipso anno* 426. *Arelatensis episcopus factus est Honoratus, monasteriumque tunc gubernandum suscepit Maximus*[11]*: huius autem Lupum fuisse concellitam Sidonius*[12] *ipse testatus est. Eius calculum biographus tribus vel quattuor annis anteit. Itaque qui eum sequitur Mommsenius epistulam, quae inter eas anni* 474. *posita est, primam libri sexti attribuit a.* 470/1. *annoque* 475/6. *alteram, quam epistula a.* 479. *data excipit, scilicet undecimam libri noni. Hanc chronologiam falsam esse iudico fictamque totam Vitam inde ab initio usque ad finem.*

Lupi cum Attila congressus auctores antiquiores, id quod iam Boschius dolebat, mentionem nullam fecerunt; biographus vero non solum urbis Trecensis, sed etiam Chunorum salutem sancto attribuit, ideoque enarravit, post urbem liberatam eum ab Attila ad Rhenum tractum esse, eo quod fidem eius 'altiori sensu suspiciens' rex, se suumque exercitum cum illo incolumes ituros esse sperasset: cumque ad fluvium pervenissent, episcopum dimissum, eundem, ut pro se oraret, a rege enixe petitum esse, interpretante verba Hunigasio. Hunigasium illum Hunorum interpretem Attilamque semichristianum non leviter admiramur. Stupefacti vero audimus, Lupum reversum Latisconem, i. e. in Lin-

1) *Ep. IX,* 11: per quinquennia decem non aequaevis sacerdotibus tantum, verum et antiquis, quotiens collatus, antelatus quoque est. 2) *Ep. VI,* 1: post desudatas militiae Lirinensis excubias et in apostolica sede novem iam decursa quinquennia. 3) *Cf. Mommsenii praef., Auct. antiq. VIII, p. L.* 4) *Cf. Mommsen l. l. p. LIII.* 5) *Ep. VI,* 4. 9. 6) *Ep. ad Prosperum ep. Aurel. VIII,* 15. 7) *'Bibl. de l'école des chartes' XLVI, p.* 252. 8) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [97]. 9) *M. G. Ep. III, p.* 121. 10) *'Mémoires pour servir à l'hist. ecclés.' XVI, p.* 127. 11) *Cf. Auct. antiq. VIII, p. LIV.* 12) *Ep. VIII,* 14: Luporum concellita Maximorumque.

gonensem dioecesim, se contulisse, ut illuc transferret populum Trecensem, ipsoque nolente, biennio post Matisconem eum migrasse ibique in praedio eum degisse neque redisse. Stupefacti audimus, a Gebavulto rege Alamannorum, qui teste Eugippio in Bawaria constitutus Batavis incurrebat, Brigonenses Trecensis dioeceseos pagenses quondam subiugatos, per Lupum vero a servitio abstractos esse. Haec omnia, ut sunt absurda, credi non possunt, Vitaque fabulis fictis adnumeranda est.

Biographus non tam cultui S. Lupi providit, quam utilitati ecclesiae Trecensis. Quod enim contendit, sanctum Latisconem transferre voluisse sedem episcopalem eumque in praedio degisse Matisconensi, ea ad vindicanda aut confirmanda bona ecclesiae Trecensis conficta sunt. Lupi expeditionem Brittanicam, quaeque de Severo episcopo Trevirensi, ipsius discipulo, rettulit, ea ex Bedae hist. eccl. I, 17. 21. *hausit, quocum Treviros in Germaniam primam male transtulit, qui potius Belgicae primae erant. Ex sermone intellegitur, eum tironem fuisse grammatica, nam participiis pro verbis finitis utebatur, dumque c.* 2. patrio lare *cum Horatio scribit, nonnumquam tam confuse locutus est, ut quid voluerit difficile sit intellectu. Vixisse autem eum opinor saec. VIII. ex. vel IX. in.*

Florus Martyrologii Bedani interpolator Lupi Vita usus est, haec adnotans d. 29. *Iulii:* Eodem [1] die depositio S. Lupi episcopi de Trecas, qui cum Germano venit Britanniam et LII annos sacerdotio functus est, qui tempore Attilae, qui Galliam vastabat, sicut in hymno [2] eius canitur: 'Dum bella cuncta perderent,
Orando Trecas muniit',
quae in Martyrologiis Hrabani Adonisque iterantur. Praeterea et Reginoni [3] *et Hugoni Flaviniacensi V. Lupi praesto erat.*

Codices tres tantum repperi:

1*a) Codex* Parisiensis *bibliothecae S. Genovefae* H^L 2, *formae minoris, fol.* 96. *saec. XI, olim S. Eligii Novioduni, fol.* 1—7'; *cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 600.

1*b) Codex* Parisiensis *n.* 5278 *(Colb.* 11, *Regius* 3594. 7*), formae magnae, saec. XIII, fol.* 134. 135; *cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 586.

2) *Codex* Bruxellensis *n.* 9636—7, *formae magnae, saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodiensis (ibi signatus* $\frac{M\,M}{4-3}$, *deinde* $\frac{L\,L}{4-2}$*), fol.* 216—217.

Horum nullus ita praestat, ut eum solum sequi potuissem. Codex 1*a in grammaticis quidem anteponendus erat, sed librarium sustinuit minus accuratum, qui textum non semel immutavit: e. gr.*

c. 6. mox credidit festinandum] 1*b.* 2 (*v. infra* se censuit transferendum); festinavit 1*a.*

Discrepantibus igitur ab eo libris 1*b.* 2, *his magis credendum erat; codex autem* 2 *graves interpolationes subiit.*

Extant etiam ampliora S. Lupi acta, in quibus Vita vetustior retractata, immo ex aliis sanctorum Vitis Bedaque interpolata est. Iisdem etiam V. Memorii inest, de qua supra egi. Hugo Flaviniacensis (a. 1090—1102*) praeter breviora haec quoque habuit acta* [4].

Editiones admodum depravatae sunt.

Surius, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1573, *tom. IV, p.* 390—392, *duobus codicibus usus est, qui similes erant nostris* 1*a et* 1*b (c.* 6. iuxta Alisiam *in textu,* basilicam *in marg.), sermonem vero suo more immutavit. Hanc ite-*

1) *AA. SS. Mart. II, p. XXVII.* 2) *Hymni, qui periisse videtur, etiam Hincmarus (Opp. ed. Sirmondus II,* 166*) a.* 875. *meminit.* 3) *Cf. 'N. Arch.' XV, p.* 317. 4) *Cf. SS. VIII,* 311.

ravit editionem B a r r a l i s, *Chronologia sanctorum insulae Lerinensis, Lugduni* 1613, *p.* 204—206, *simulans se codices*[1] *adhibuisse, quos numquam viderat.*

Petrus B o s c h i u s, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1731, *Iul. tom. VII, p.* 69—70, *Vitam vetustiorem ex codice affini* 1a, *sed eo multo deteriore edidit Valcellensi, conferens etiam libros monasteriorum Bodecensis, Accincti Vallis Lucentis foedissime interpolatos immutatosque. Idem p.* 72—82. *acta recentiora ex codice Ultraiectino S. Martini, collato cum libro Musei Bollandiani P. Ms.* 14, *addidit.*

B. K r u s c h.

INCIPIT VITA SANCTI LUPI EPISCOPI[a].

1.[b] Beatissimi et apostolici viri antistitis Lupi vitam ex aliquantulo enarrare operae pretium[c] est, quoniam in operibus laudum suarum multiplex materia dicendi consurgit. Fuit namque ex urbe Leocorum[d] familiae primus Epirichio[e] genitus[f] patre. Quo defuncto, Listichio[g] patruo, aeque familiae meritis decorato, scolis traditus[h], rethoricis imbutus[i] studiis. Quem deinceps adprime eruditum per regiones florentis eloquii fama vulgabat. Cui gloriosae memoriae Piminiola[k], sancti Hilarii[l] Arelatensis[m] episcopi germana, matrimonium[n] fuit, quae iuventutis annos sensuum maturitate conservans[o], verecundiae semper pudore flagrabat.

2. Septimo coniugii[a] anno, instigante Domino, se ad conversionem[b] hortatu mutuo contulerunt. Tum[c] ille superni spiritus vigore inflammatus[d], transferens ad nitorem mentium vestis[e] ornatum, relicto patrio[f] lare cunctisque mundanae cupiditatis nexibus disruptis[g], euvangelice perfectionis exempla sectatus[h], virum[i] eximiae claritatis et gratiae splendore conspicuum sanctum Honoratum alacri animo[k] maiori virtute credidit expetendum, abbatem[l] primae habitationis insulae Lirinensis[m], cuius nempe[n] instructione[o] cervice subdita, iugum dominicae servitutis excipiens, omnium vigiliarum abstinentiarumque[p] dogmatibus institutis[q].

3. Quo[a] ille fidei calore[b], emenso[c] anni curriculo, regrediens ad oppidum Matiscone[d], ut quae sibi remanserant, pauperibus eroganda distraheret, ad urbis Trecassinae[e] ilico pontificium raptus[f]. Cuius talia perfectionis fuere primordia, ut civibus suis viam salutis non nisi semper praedicationibus aperiret et inperitos populi sensus divina instrueret lectione. Clerum quoque suum, gratia praeeunte, habenis[g] iustitiae strenue gubernabat.

Capp. 1—3. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 1. a) quae est IIII. Kl. Augusti *add.* 1*a*; Incipit vita sancti Lupi Trecassini episcopi et confessoris *praescr.* 1*b*; Vita sancti Lupi Trecassinae urbis episcopi *praescr.* 2. b) *numeri des.* 2; *textus m. al. in lectiones divisus est* 1*b*. c) preciosum 1*b*. d) Leuchorum 1*a*; prestantioris *add.* 2. e) *ita* 1*a*; Eperechio 2; Eperochio 1*b*; Epirochio *Sur.* f) a *add.* 1*a*. g) Listicio 1*a*; Alistichio *Sur.* h) *ita* 1*a*; traditur 1*b*. 2. i) *ita* 1*b*; imbu:tus (est *postea add.*) 1*a*; imbuitur 2. k) Pimeniola 1*a*; Pimmiola 1*b*. l) Hyl. 1*b*. m) urbis *add.* 1*a*. n) *ita* 1*a*; matrimonii 1*b*; g. copulata in matrimonium 2. o) praecellens 2.

Cap. 2. a) sui *add.* 1*a*. b) conversationem 1*b*. c) Tunc 1*b*. d) flammatus 1*b*. e) vestium 2. f) patri (o *m. al. in ras.*) lare 1*b*; patri(s *postea add.*) solari(o *in ras.*) 1*a*. g) instructus 1*a*. h) *om.* 1*a*. i) verum 1*a*. k) a. in maiorem illius institutione virtutem promovendus cr. 2. l) scilicet *add.* 2. m) Liri[n]ensis 2. n) *om.* 2. o) intructioni 2. p) abstinentirumque 2. q) *ita* 1*b*; institutis *corr.* est institutus 1*a*; instituitur 2.

Cap. 3. a) *ita* 1*a*; Quod i. f. 1*b*; Itaque f. 2. b) non tenuiter, sed perfecte ignitus *add.* 2. c) e. a. c. *om.* 1*a*. d) Mathiscone 2; mansione 1*b*. e) Tric. 1*a*. f) est *add.* 2, *postea add.* 1*a*. g) habens 1*a*.

1) *Barralis:* Ut, *inquit,* habetur in antiquis M. S. Codicibus; *sunt autem verba Surii.*

4.[a] Post haec cum esset pollens ingenio, clarus eloquio, sanctitate praecipuus, transcurso biennii tempore, cum sancto Germano totius perfectionis famae[b] et pleno gratiae spiritualis contra heresim[c] Pelagianam, pravi dogmatis fidem[d], ad Brittanniam[e] commeantes[f], uno spiritu iuncti[g] et pari[h] voluntate concordes, terribilis oceani[i] fluctus, temporibus hibernis inexplorato[k] mari se committentes, orationis gubernaculo mitigabant. Quippe[l] inter undarum minas ad portum serenitatis advecti[m], virtutibus crebris adventus sui nuntium praemittebant. Namque menibus propinquantes[n], omnium excipiebantur[1] occursu, ubi signorum mirabilibus cunctis admirationis[o] fuere. Nam capturam hominum sine cessatione facientes, aegrotis medelam reddentes, palam spiritus nequam de obsessis corporibus propellebant. Omnes etiam prorsus[p] ad fidem trinae confessionis ab[q] errore populos[r] adduxere[s]; iam[t] pene tota ex parte Brittanniam occupatam liberaverunt.

5.[a] Inter haec non[b] longa post tempora, imminentibus Hunis, quorum per Gallias ubique[c] diffusus[d] premebat exercitus: quippe[e] cum diversa urbium loca simulatae pacis arte temptaret[f], alia[g] excidio eruenda[h] urgeret[i], Tricassinam urbem patentibus campis expositam nec armis munitam nec muris cum[k] infensaret sui agminis[l] densitate, sollicitus piae mentis antistes[m], recurrens ad nota praesidia, sola ad Deum[n] intercessione et prece deposita[o], supernae opis defendit auxilio, in cuius absolutione totius discriminis conpressit incendium. Ad[p] ille[q] feralis[r] Attila[s] et immitis fidem eius altiori[t] sensu suspiciens[u], pro incolumitatis suae statu vel exercitus sui salute[v] secum indicit iturum, Reni[w] etiam fluenta visurum, ibique[x] dimittendum pariter pollicetur. Cui[y] de loco confestim ut revertatur offertur, reditus non negatur, iter ostenditur; nec minus pro se orandum[z] supplicavit enixe[a], interprete Hunigasio.

6. Regressus[a] ut vidit se suorum desperatione turbatum, ad montis perfugium Latiscone[2] experto sollertior mox[b] credidit festinandum, ut illic[c] transferret ple-

Capp. 4—6. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 4. a) *om.* 1*a*. b) fama 1*a (pr. m.)*. 2; *m. al. corr.* famosissimo 1*a*; celeberrimo *add.* 2. c) heresem 1*b*. d) commentantem et ad decipiendum fidelem populum melle seductionis lętifero (virus sui amaritudinem *m. coaeva in marg. suppl.*) dulcorantem *add.* 2. e) Britanniam 1*b*. f) commeans utrique uno 2. g) *m. coaeva corr.* coniuncti 2. h) parili 1*b*. i) occeani: (*ras.* s) 1*b*; terribiles sociant fl. 1*a*. k) inexemplorato *pr. m.* 2; explorato 1*a*. l) *ita* 1*b*; quique 1*a*; qui 2. m) adducti 1*b*; *abscis.* 1*a*. n) appropinquantes 1*b*. o) c. ammirationi 2; admiratione c. 1*a*. p) *ita* 1*a*; *om.* 1*b*; illius terrae (populos *m. coaeva add.*) *pro* pr. 2. q) heretico *add.* 2. r) *om.* 2. s) adduxerunt 1*a*. t) i. p. t. ex p. Britanniam (occupatam *pr. m. suppl.*) liberaverunt 1*b*; i. p. t. ex p. Brittannia occupata (*om.* l.) 1*a*; et totam Brittanniam hoc veneno corruptam liberaverunt 2.

Cap. 5. a) *fortasse abscis.* 1*a*. b) nec 1*a*. c) ubi 1*b*. d) omnes *add.* 2. e) *om.* 2. f) temptarent 2. g) alie 1*b*; que *add.* 2. h) erudiendo 1*b*. i) urguerent et Tregassinam (*corr.* Trec.) 2. k) cum infensarent 2; cum insessanter 1*b*; arcu *pro* c. i. 1*a*. l) ac *postea add.* 1*a*. m) antistitis 1*b*. n) Dominum 2. o) illam *add.* 2. p) *ita pr. m.* 1*a*; at *rell.* q) rex illorum *pro* i. 2. r) ferilis 1*a*. s) Atila 2. t) altiore 1*a*. u) suscipiens 1*a*. v) illum *add.* 2. w) :reni 1*a*. x) et *add.* 1*a*. y) Cuius comitatum usque ad praedictum Reni fluvium viro Dei prosecuto de loco ipso *pro verbis* Cui de l. 2. z) orando *pr. m.* 1*a*. a) obnixe quodam medio mutuae collocutionis i. nomine H. 2.

Cap. 6. a) Reversus 1*a*; namque *add.* 1*b*; deinde ad urbem suam *add.* 2. b) festinavit *pro verbis* m. c. f. 1*a*. c) illuc 2.

1) *Germani Lupique iter Britannicum Vitae scriptor ad Bedae h. eccl. I, 17, enarravit:* Ibi conveniens ex diversis partibus multitudo excepit sacerdotes, quos venturos etiam vaticinatio adversa praedixerat. Nuntiabant enim sinistri spiritus, quod timebant. Qui imperio sacerdotum dum ab obsessis corporibus detruduntur *et q. s.* 2) *Lassois mons (cant. Vix-Saint-Marcel, dép. Côte-d'Or); cf. Longnon, 'Atlas, texte expl.' II,* 185. *Latis-*

bem, quam orationum[a] suffragiis discrimini subiacentem inter excidia publica et hostilia arma defenderat[b]; quod[c] perfugium distans[d] XLV milibus[1,*] ab urbe. Ubi bienni[e] temporis spatio[f] commanens, offensus venientium raritate suorum, Matiscone[g] se censuit transferendum. Ibique eunti quaedam se mulier iuxta[h] Alisiam[2], prostrata corpore in aggere publico, paraliticam proclamavit, quae mox, eodem orante, remedium sanitatis adepta[i] est. Cuique[k] degenti in praedio Matiscone oblatam[l] puellam hora[m] circiter sexta inpulsu demonis mutam[n]: cui protinus signum crucis inponens, media quidem nocte ex more consurgens, psalmorum decantatione peracta, invocato nomine[o] Trinitatis, imperavit[p] restitui pristinae locutionis officium.

7.[a] Cuius ex plurimis licet pauca perstricta sint[b], tamen videtur utcumque[c] vitae[d] qualitas replicanda. Annis ferme[e] viginti[f] quinque[g] expers lectuli iacendi laborem superpositus tabulae sustinebat, cui indumentum non nisi consuetudo semper cilicii fuit. Deinde unius tunicae semper usu contentus, in orationibus[h] pervigil alternis noctibus perdurabat. Biduanis ieiuniis defatigato[i] corpusculo, iuventutis incentiva prosternens[k], fletibus ora futurorum[l] intentus indefesse[m] rigabat, iugi etiam districtione[n] omni sabbato superponens[o], quam[p] non[q] nisi refectione panis ordeacei resolvebat.

8.[a] Nec sacrae immemor legis censos[b] suos in opus pauperum transmigravit[c] et in redemptionem transtulit captivorum, sciens elemosinis caelorum[d] regna posse mercari. Nam plurimis[e] sane[f], quos detinere[g] desperationes[h] incommodo repperisset, visitatione celeri refovebat, inter quos scilicet[i] clarissimum[k] Claudium, filium expectabilis[l] Germaniani[m]. Quem iam, deficiente vigore membrorum, tenebat vicinae mortis pallor aegrotum, in quo hiatus frigidi[n] designabant robur extinctum. Iamque[o] exanimem intra hospitium corpusculi oratione retentat, revocat[p] in morte compositum, refunditur in viscera calor egressus, languentes[q] venae incipiunt motus[r] admovere defectus, et speciem[s] viventis ostendit in faciem. Sicque incolumem sub ope Christi paternis reformavit affectibus.

*) pro centum quinquaginta *add.* 1*b*.

Cap. 6—8. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 6. a) d. subi. o. suffr. 2. b) defendebat *pr. m.* 1*a*. c) quod — urbe *om.* 1*a*. d) *ita* 1*b*; distat 2. e) *ita* 1*b*; bienni tempore *pr. m.* 1*a*; biennii temporis 2. f) *ita* 1*a*; spati(o *in ras.*) 2; spatium 1*b*. g) Ma:tiscone, *ras.* r 1*b*. h) *ita Sur.* (*in marg.* basilicam); i. aliis iam 1*b*; i. basilicam 1*a*; *haec om.* 2; (i. *om.*) Alisia *Bosch.* i) indempta 1*a*. k) que *om.* 1*a*. l) *ita* 2; oblatam sibi puellam 1*b*; oblata (est *in ras.*) puella 1*a*. m) h. c. s. *om.* 2. n) muta 1*a*; ipse curandam excepit *add.* 2. o) sanctae *postea add.* 2. p) Tr. medelam a Deo impetravit restituitque pr. 2.

Cap. 7. a) *c.* 7. *infra incipit ab* Annis 1*a*. b) sunt 1*a*. c) utrumque 1*b*. d) vita eiu:: (*corr.* eius) q. 2. e) fere 1*a*. f) et *add.* 1*a*. g) XXXV (with superscript marks) *pr. m.* 2. h) semper *add.* 1*a*. i) defatiga:to 1*b*; defetigato 2. k) extinguens 2. l) o. gaudiis futuris hoc modo praeludens, indef. 2. m) indefessus 1*b*. n) intentione 1*a*; districtioni ieiunium omni 2. o) superadiciens 2. p) quod 2. q) sibi *add.* 1*b*.

Cap. 8. a) *om.* 1*a*. b) *ita pr. m.* 1*a*; census *rell.* c) delegavit 2. d) r. p. m. c. 1*b*. e) *ita* 1*a*; plurimos *rell.* f) sepe 1*a*. g) *ita* 1*a*; detineri *rell.* h) *ita pr. m.* 1*a*; desperationis *rell.* i) *om.* 2. k) carissimum 1*a*. l) spectabilis 1*a*; matrone *add.* 2. m) *ita* 1*a cum Sur.*; Germani 1*b*; Germaniae 2; Germanianae *Bosch.* n) h. frigidus designabat 2. o) iam pene erumpentem eius spiritum intra 2. p) revocatque ad vitam iam in morte c. 2. q) languentis 1*b*. r) motibus suis adm. corporis def. 2. s) spem 1*a*; et in vitalem figuram reducere exanimatam faciem 2.

censis pagus ad Lingonensem dioecesim pertinens (cf. Longnon p. 96) praediumque episcopi Trecensis Matisconense suspecta sunt: hic latet anguis in herba. 1) *Distat Latisco mons ab urbe Trecensi c. 55 chiliom., i. e. 40 milia.* 2) *Ex Alisia regio Auxois nomen duxit.*

9.[a] Nec minoris miraculi res[b] est uno eodemque tempore[c] et alibi[d] extendisse virtutem. Nam clarissima matrisfamilias[e], germana sancti ac venerabilis presbyteri Rustici, quae letali dudum constringebatur defectione membrorum, cui mensibus decem neque pes[f] neque manus officium[g] faciebat, ab eo visitari desiderans[h]. Quem ad se intuens venientem, inter preces fletus admiscens, palmas tetendit utrasque, inquiens: 'Si vis, potes me mundare[i]'. At ille terrae[k] ad Deum in oratione procumbens, lacrimarum imbre perfusus, conpellavit aegrotam. Quae magna[l] cum voce proclamans, doloris[m] cessisse languorem, cui iam fuerat voluntas refectionis ablata, extemplo victus alimoniam flagitavit.

10.[a] Illud autem singularis gratiae beneficium, quod ei inter proceres saeculi erat divinitate concessum, sollicitudo memoriae tradidit retinendum[b]. Quippe cum ab omnibus gentium regibus eidem reverentiae servaretur affectus, specialius a rege Gebavulto[c, 1] obedientiae[d] fuit honor inpensus. Nam[e] Brigonenses[f, 2] videlicet[g], quos Alamannorum condam[h] cepit immanitas, per[i] presbyterum ad se[k] scriptorum paginola[l] destinata, non cupiditate inlectus, non praeda hominum captus[m], non auri pondere nec pretio victus, sed[n] regia dignitate sublimis[o], cunctos dempsit hostili[p] servitio, iam[q] nimiae dominationis acerbitate depressos[r]. Et velut devotus rei publicae legibus[s], statum quem amiserant[t] universi[u] in eum absolutionis et libertatis pristinae reparavit.

11. Cuius rei gestae relationem[a] posteri tradiderunt exempla[b] praecedentium factorum; qui fuerunt vero ex scolae eius disciplinis, virtutis exempla docuerunt: nam cuncti[c] insignibus miraculis praeminebant. Unde in sanctum Policronium[d] episcopum ecclesiae Viridunensis[e] curationum gratia praelucebat, ita ut, religatis postergum manibus, daemonibus[f] imperaret, et[g] prius sensum perciperent,

Cap. 9—11. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 9. a) *fortasse abscis.* 1*a*. b) *om.* 2. c) *om.* 1*b*; et *om.* 2. d) sanctum virum suam *add.* 2. e) *ita* 1*a*; materfamilias *rell.* f) pe(s *in ras. maiore*) 1*b*; spes *pr. m.* 2. g) implebat off. *pro* o. f. 1*a*. h) desiderabat 2. i) sanare 2. k) ter 1*a*. *b*; terrae D. oraturus pr. 2. l) c. m. 1*b*. m) *ita scripsi;* procl. se sensisse doloris l. cui 1*b*; procl. dolere desisse l. cui 1*a*; procl. pronuntiat nihil se doloris sentire et ad indicium resumptae sospitatis, cui 2.

Cap. 10. a) *fortasse abscis.* 1*a*. b) regendum 1*b*. c) *ita* 2; (Geba *om.*)vulto 1*a*; Geba vultu 1*b*. d) sue *add.* 1*b*. e) propter *add.* 2. f) *corr.* Bring. 1*a*; Briconenses 2; Brionenses *Sur.*; Brigenses 1*b*. g) *om.* 2. h) *ita pr. m.* 1*a*. i) per pr. *om.* 1*a*. k) ad se scriptorem 1*b*; scriptorum ad se 1*a*; ad eundem regem scriptorum 2. l) pagina 1*a*. m) *m. al. in ras.* 1*b*. n) quamvis *postea add.* 2. o) sublimis:: pontificis dilectione inclinatus cunctos d. 2. p) s. h. 1*b*. q) ita a *pro* iam 2. r) mansuescens et pietati sancti viri suam insuetam pietatem contemperans *pro verbis* d. et 2. s) leibus *pr. m.* 1*a*. t) amiserat 2, *corr.* u) universi in eius 1*a (pr. m.)*. *b*; universis restituit et sua absolutione eos libertati pristinae r. 2.

Cap. 11. a) r. posteris 1*a*. *b*; r. et exempla praecedentium factorum sancti magistri sui hi qui fuerant ex scolae eius disciplinis posteris 2 (*v. n.* b). b) tradunt praesentium exempla factorum qui (quae *m. al.*) fuerint vero ex scolis (colis *pr. m.*) discipulorum virtutis e. d. N. 1*a*; tradiderunt e. pr. f. que fuerunt v. ex scolis eiusdem discipulorum virtutes e. d. N. 1*b*; tradiderunt et eius virtutes pro disciplina habendas et pro exemplo emulandas futuris sectatoribus transmiserunt. N. 2. c) eius discipuli *add.* 2. d) Polichronium, *superscr.* vel Pulchronium 2. e) *ita* 1*a*; Veridunensis 1*b*; Virdunensis 2. f) daemoniacis (2). g) in virtute verborum eius *add.* 2.

1) *Gibuldus rex Alamannorum in oppidum Batavis, inter Aenum et Danubium situm, saepe incurrebat, quare incolae Severinum asciverunt a rege magni aestimatum; cf. Eugippii V. Severini c.* 19. 2) *Agitur de incolis pagi Breonensis ad dioecesim Trecensem pertinentis (hodie le Brenois; cf. Longnon, 'Atlas, texte expl.' II,* 110*); cf. V. Lupi interpolatam:* vinctos duxerat Brigonenses silvicolas, partes civitati Trecorum incolentes vicinas.

Beda I, 21. quam in collisionem suorum corporum cernui[a] laberentur. Sanctum[b, 1] Severum[c] Treveris ordinatum, primae Germaniae gentibus praedicantem, apostolorum non ambigimus societati[d] permixtum. Sanctum quoque Alpinum[e] Catalaunicae pontificem civitatis, resplendentem praerogativa diutinae sanctitatis[f] locis plurimis, non silendum est[g], quam saepe daemonum purgator extiterit. Merito in tantorum[h] praeconiis magistri laus gloriosa signatur.

12. In cuius sede[a] dignus profecto antestis[b] Camilianus morum probitate successor electus est. Nam gloriosae memoriae pontifex Lupus, aetate provecta[c], annis quinquaginta duobus sacerdotio functus vitaeque praesentis debitum complens, spiritum emisit ad caelum, dignis in terra laudibus excolendus. Unde nunc nobis, quo[d] sublimis[e] evectus est, praesidium[f] gloriosus impendat[g], praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et[h] virtus in saecula saeculorum. Amen.

Capp. 11. 12. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 11. a) labi cernerentur 1*a*. b) quoque *add.* 2. c) ipsius nihilominus alumpnum *add.* 2. d) societate 1*b*. e) Albinum *pr. m.* 1*a*. f) in *postea add.* 2. g) sub eius studiis eruditum adolevisse, cui ipsa Catalaunis attestatur illum divinitus sortita rectorem *add.* 2. h) discipulorum *add.* 2.

Cap. 12. a) scilicet Trecassina *add.* 2. b) *ita pr. m.* 1*a*. c) senescens *add.* 2. d) in infimis relictis, ipse qui *pro* quo 2. e) *corr.* sublimius 1*a*; ad sublimia *add.* 2. f) ne pernitiose infimis involvamur *add.* 2. g) oramus *add.* 1*a*. h) h. et gloria et virtus et potestas per infinita sec. secularum. A. 1*b*.

1) *Haec ex Bedae h. eccl. I,* 21. *deprompta sunt:* Namque adiuncto sibi Severo totius sanctitatis viro, qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Trecassenorum episcopi et tunc Treviris ordinatus episcopus, gentibus primae Germaniae verbum praedicabat, mare conscendit *(scil. S. Germanus),* et consentientibus elementis, tranquillo navigio Brittanias petiit.

VITA PATRUM IURENSIUM ROMANI, LUPICINI, EUGENDI.

Complura saec. V. in Galliis condita sunt monasteria ab hominibus piis, qui societatem mundanam refugientes exemplo Orientalium in eremum se receperunt, ibique vitam religiosam degentes, opere aut manu victus necessaria sibi comparabant, cultis locis inviis silvestribusque. Ab his cultoribus etiam monasteria in saltu Iurensi sita originem traxerunt, quae iam Sidonii tempore celebrata laicis quoque refugium dedere, ubi curis vacui quasi in 'caelestibus supernisque habitaculis' residere viderentur[1]. *Eorum primordia Gregorius, V. Patr. c.* 1, *enarravit.*

Erant duo fratres Lupicinus senior, Romanus iunior, quorum alter matrimonium iniit, alter id recusavit. Parentibus saeculum relinquentibus, hi Iurense desertum adierunt, ibique eorum victus herbarum constitit radicibus. Hominibus hinc inde confluentibus, primum Condatisconem monasterium condiderunt, deinde aliud, tum tertium intra Alamannorum fines situm. Ex his Condatisco postea S. Eugendi abbatis nomen tulit, hodie vero ex S. Claudio episcopo Vesontionensi, qui illuc se receperat, vocatur Saint-Claude (dép. Jura). Alterum tertiumque Gregorius non nominavit fortasse ea de causa, quia nomina non habebant nisi ea conditorum, ut etiamnunc vocantur Saint-Lupicin (dép. Jura) et Romainmotier, id est Romani monasterium, quod re vera in Alamannia situm est, scilicet in pago Lausannensi[2]. *Tria monasteria unus gubernabat Lupicinus abbas, quamquam etiam Romanus singula visitabat fratribusque praedicabat*[3]. *Eratque Lupicinus severus morum castigator atque mulierum consuetudinem omnino evitabat; Romanus vero indulgentior etiam illis benedictionem tribuebat. Unde cum Lupicinus quondam monasterium in Alamannia situm, i. e. Romainmotier, visitaret, cumque ibi videret monachis magnum ciborum apparatum praeparari, in unum confundi iussit fercula, ut inde se reficerent ganeones. Horum duodecim id aegre ferentes abscesserunt, quorum Romanus miserens abbatem in monasterium regressum severitatis causa increpuit idque effecit, ut converterentur, qui postea et ipsi singula condiderunt monasteria. Uterque igitur frater in uno eodemque morabatur monasterio, primario scilicet Condatiscone. Inde visitandi gratia egressus Romanus aliquando novem leprosos mundasse fertur. Lupicinus senex erat tempore Chilperici regis Burgundionum († c.* 470*) Genevae residentis.*

1) *Cf. Sidon. ep. IV,* 25. *ad Domnutum (virum quaestorium):* Nunc ergo Iurensia te remittunt iam monasteria, in quae libenter solitus escendere iam caelestibus supernisque praeludis habitaculis. 2) *Cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule au VI*e *siècle' p.* 226. *'Romanus monasterium' appellatur in vetustiore S. Wandrigiseli Vita c.* 10, *ubi constructum esse dicitur in 'Ultraiuranis partibus' (Arndt, 'Kl. Merow. Denkm.' p.* 36*).* 3) *Cf. Greg. V. Patr. I,* 2: Ibantque vicissim hi duo patres, requerentes filios, quos divinis imbuerant disciplinis, praedicantes in singulis monasteriis ea quae ad institutionem animae pertenebant. Lupicinus tamen abbatis super eos obtenuit monarchiam.

Eum adiens abbas praeceptionem accepit, 'ut annis singulis trecentos modios tritici eiusdemque mensurae numero vinum monachi acciperent et centum aureos ad conparandum fratrum indumenta', quae etiam suo tempore illis praestita esse Gregorius affirmavit. Romanus prior obiit sepultusque est in monte parvulo, decem milibus distante a monasterio, quia ibi quiescere noluit, unde mulierum accessus arcebatur. Super eius sepulchrum teste Gregorio ecclesia magna aedificata est, quae hodie vocatur Saint-Romain de Roche[1]*. Frater vero senior intra monasterii basilicam sepultus est, i. e. Condatiscone.*

Ineunte saec. VI. monasterium Condatiscense sub Eugendo abbate florebat, amico Aviti episcopi Viennensis. Is eodem fere tempore obiisse videtur atque Stephanus episcopus Lugdunensis. Erat tunc inter monachos Condatiscenses Viventiolus presbyter doctrina praeclarus, cuius institutione locus factus erat ex eremo paradisus. Sane is dignus fuisset Eugendi successor, sed episcopatum Lugdunensem ambire maluit, quam in saltu Iurensi eremiticam degere vitam. Ipse se Lugdunum contulit ibique Apollinarem episcopum Valentinum visitavit, tunc aegrotantem; Avito vero, fratri eiusdem, litteris datis, sellam transmisit, in ipso monasterio eleganter fabricatam. Monachis haec eius cura displicebat, statusque 'scholae Eugendi' nutare videbatur. Unde Avitus cum gratias ei ageret, eum adhortatus est[2]*, ut episcopus creatus simplicitati sodalium ignosceret neque 'ab impendenda caritate se retraheret', sed 'scholam cari communis Eugendi' foveret. Haec eius epistula paulo ante a.* 517. *scripta est, quo Viventiolus Lugdunensis ecclesiae episcopus factus concilio Epaonensi subscripsit*[3]*.*

Trium abbatum Romani, Lupicini, Eugendi Vitas[4] *descripsit monachus Condatiscensis non proprio motu, sed ab Iohanne Armentarioque monachis Acaunensibus*[5] *compulsus. Idem non semel testatus est ipsius S. Eugendi se fuisse intimum amicum eiusque ex ore complura se comperisse:*

I, 14. Memini tamen, beatissimum domnumque meum Eugendum referre solitum,

II, 3. Testabat etiam qui tunc in puericia interfuit beatae indolis Eugendus abba omnesque seniores, qui cum eodem id factum meminerant atque ex eadem fuerant benedictione salvati,

III, 7. Mihi tamen crebro secretissime testabatur *(Eugendus)*, utilius multo esse abbati propter iuniorum ambitionem liberum a sacerdotio praeesse fratribus,

III, 17. mihi quoque vultum atque abitum *(Martini)* cum suprafatorum *(Petri, Pauli, Andreae)* secretissime solebat exponere *(scil. Eugendus),*

III, 23. Cum, transacta nocte, de nocturna quoque quiete a nobis percontaretur *(scil. Eugendus moribundus) et q. s.*

Ideo eum esse necesse esset auctorem Gregorio multo vetustiorem, scilicet paulo post mortem Eugendi scribentem; cumque hunc voluerit fuisse Romani discipulum, sane habendus esset non solum temporis Eugendi testis oculatus, sed etiam de prioribus abbatibus traditione firma optime instructus, idque opinati sunt non solum Tillemontius[6]*, sed etiam qui nostris temporibus scripta illa examinaverunt plerique, scilicet Rettberg*[7]*, Binding*[8]*, Stöber*[9] *egoque ipse*[10]*.*

1) *Cf. Longnon l. l. p.* 223. 2) *Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 53. 3) *Ib. p.* 174. 4) *Vitas examinavi in dissertatione quam inscripsi 'La falsification des vies de saints Burgondes' ('Mélanges J. Havet' Parisiis* 1895, *p.* 40—44*).* 5) *Cf. Praef.:* Unde vos, o piissimi fratres, Iohannes atque Armentari, vehementius amicum gemino pulsantes affectu *et q. s.; ib.:* Quamvis ergo Agaunus vester *et q. s.; I,* 19: o praemiati fratres; *II,* 1: karissimi fratres; *III,* 1: beatissimi fratres. 6) *'Mém. pour servir à l'hist. ecclés.' XVI, p.* 143 *(1732): 'Ainsi nous avons peu d'histoires qu'on puisse dire estre plus authentiques que celle-ci'.* 7) *'Kirchengeschichte' I,* 96. 8) *'Gesch. des Burgundisch-Rom. Königreichs' p.* 65. 9) *'Zur Kritik der V. S. Iohannis Reom.' p.* 14. 10) *Script. rer. Merov. I, p.* 663.

At Quesnellus[1] *scriptorem pro falsario habuit, gravissimumque inter ea quae protulit argumenta hoc est. Monachus Condatiscensis I,* 5, *Romanum enarravit ab Hilario Arelatensi episcopo haud longe a Vesontionensi urbe presbyterum creatum esse eo tempore, quo Celidonius 'supradictae metropolis patriarcha' a sede sua esset remotus, scilicet paulo ante a.* 445, *quo Celidonium per Hilarium exauctoratum a pontifice maximo restitutum esse ex epistula Leonis I. et novella Theodosii Valentinianique constat. Patriarchae vero titulus saeculo VI. non tribuebatur metropolitanis Gallicis nisi Lugdunensi*[2]. *Immo Vesontio eo tempore non erat metropolis ecclesiastica, neque enim huius civitatis episcopus inter metropolitanos actis conciliorum subscripsit*[3]. *Quesnellus hunc locum interpolatum esse censuit, quamquam etiam integris scriptis sublestam attribuit fidem.*

Sane auctor vitae patrum Iurensium coaevus Eugendi fuisse non potest. Condadiscone nomen Gallicum ex lingua Latina interpretatus est, scilicet ex verbo condere: mox, *inquit,* ab unitate elementi iam c o n d i t i Condadiscone loco vulgus indidit nomen *(I,* 1*), quamquam linguae Gallicae se peritum esse affirmavit, de alio nomine haec disserens:* vico, cui vetusta paganitas ob celebritatem clausuramque fortissimam superstitiosissimi templi Gallica lingua Isarnodori, id est ferrei hostii, indidit nomen *(III,* 2*). Haec vero non minus futilis est doctrina, nam Germanis Isarnodorus est ferreum ostium, i. e. 'eisernes Thor', ideoque Gallica quam laudavit lingua potius est Germanica. Idem scriptor postquam I,* 19. *regulam Romani Lupicinique tertio libro se reservasse dixit, quia eorum constituta ab Eugendo comptius exornata essent, in tertio libro (III,* 21. 22*) de huius vita coenobiali agens, cum Caesarii Arelatensis regulis plerumque convenit, id quod etiam Malnory*[4] *perspexit; sed regulae S. Benedicti non minus peritus erat aliaque ipse sibi excogitavit, veluti eligendi ministros aegrotis facultatem dedit. Quae 'per imitationem beati Eugendi' (III,* 23*) de institutis patrum Iurensium exposuit, ea naturae Gallicanae magis convenire asseruit quam Orientalium instituta, eaque occasione non solum Pachomium 'Syrorum' abbatem declaravit, sed etiam Lerinenses Cassianumque inter Orientales collocavit. Atque domesticam monasterii Condatiscensis historiam auctor ita ignoravit, ut ne eius quidem nomen noverit, qui Eugendum abbatem praecessit, nam modo 'pater ille' (III,* 8*) ab eo vocatur, modo 'decessor' (III,* 10*).*

Auctor erat mysticus mysticeque[5] *interpretabatur scripturam sacram vel typice*[6]. *Laxata disciplina regulari, monachi eius tempore quadrupede vehebantur*[7], *abbas mensam suam separabat a fratribus*[8], *immo ubique institutiones veteres erant abolitae*[9]. *Monachi ambitiosi dignitatibus clericalibus inhiabant, presbyterique ordinati, superbia ita efferebantur, ut non solum coaevis, sed etiam senioribus digniores sese esse censerent 'delicati iuvenculi nec primis simplicibusque elementis imbuti':* nituntur, *inquit,* cathedris vel sacerdotio praesidere, qui adhuc pro elatione ac levitate iuvenali virgis indigent coherceri *(I,* 6*). Ut his monachis iisdem presbyteris exemplum proponeret grave, Lupicinum Eugendumque abbates noluit fuisse presbyteros. Huius quidem pater 'in pres-*

1) *Dissertatio V. seu apologia pro S. Hilario Arelatensi inter Leonis opera quae Quesnellus edidit, iterata a Balleriniis Leonis opera II, col.* 754 *sqq. Eius opinionem approbavit D. Papebrochius, AA. SS. Mai. VII, p.* 596. *Ea autem quae Jahn, 'Gesch. der Burgundionen' I, p.* 522 *sqq., argumentatus est, temeraria sunt neque enim saec. XVI. confictae esse possunt Vitae, quae codicibus saec. X. traditae sunt.* 2) *Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' I, p.* 573, *n.* 1. 3) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 546. *In concilio Epaonensi a.* 517. *episcopus Vesontionensis post Gratianopolitanum collocatus est et ante Lingonicum.* 4) *'Saint Césaire', Paris.* 1894, *p.* 275. 5) *Cf. Praef. et II,* 3. 6) *Cf. III,* 3. 7) *Cf. II,* 15. 8) *III,* 21. 9) *Cf. II,* 15: quod n u n c quoque, refragatis ubique institutionibus, referre pudet ac dicere.

byterii dignitate sacerdos' fuerat[1], *filius vero reverentiam tanti honoris aufugiens, maluit liberum 'a sacerdotio' se praeesse fratribus 'absque sacerdotali eminentia'*[2], *immo a sacramento ministrando removebat presbyteros, quippe qui in examinandis hominibus parum cauti essent*[3]. *Scriptoris igitur tempore inter monachos multi erant sacerdotes, ut appellavit presbyteros, nonnullique diaconi, e quibus unum commemoravit 'Valentinum eiusdem monasterii diaconum'*[4]. *Sacerdos vero a scriptoribus Merowingicis pro episcopo accipitur neque pro presbytero, nisi verba 'secundi ordinis' addita sunt, et saeculo IX. demum sacerdos nude positus significat presbyterum, eoque tempore sacerdotium per monasteria admodum vulgatum erat*[5].

Auctor quamquam ineruditum indoctumque[6] *se ipsum professus est garrulitatemque*[7] *suam saepe castigavit, tamen aliquo modo litteris imbutus erat, ita ut ignorationem inscitiamque presbyterorum irridere potuerit, quin immo linguae Graecae, quam Eugendum quoque calluisse affirmavit*[8], *notitiam habuit quamvis exiguam*[9]. *De Alexandrina bibliotheca*[10] *instructus erat et, quamquam sermone utitur duro eoque prolixo, tamen auctores classicos legerat eorumque vocabula formasque adhibuit, ut* ast, faxit, membrum *(I,* 10 = *pars domus), atque* psalmi sonus[11] *scripsit neque psallentium, ut vetustiores. Grammaticae vero leges saepe transgressus est, falsis utens constructionibus*[12], *adverbium*[13] *flectens, composita creans inaudita*[14], *vocabulaque barbara adhibuit, quorum usus apud scriptores saeculo IX. antiquiores non reperitur:*

- *I,* 1. serra = *mons (a.* 832. 861; *cf. Ducange ed. Favre VII, p.* 439).
- *II,* 6. 9. sagellum = *stragulum lecti (a.* 808; *cf. Ducange l. l. p.* 273).
- *III,* 3. muttum = *Gall. 'mot' (Amalarius, ep. Ludovici II. imp.; cf. Ducange V,* 562).
- *III,* 17. Tyrrenum mare = *mare Mediterraneum* (mare Terrenum *Fred.;* mare Tyrrenum *Nith. a.* 842. *Ann. Fuld. a.* 878; *cf. SS. II,* 669; *I,* 392).
- *ib.* ad mansum = *domum (Herard. archiep. Tur. a.* 855—870; *cf. AA. SS. Sept. I,* 771).
- *III,* 18. capitium lectuli = *caput lecti (a.* 881; *cf. Ducange II,* 137).
- *III,* 25. mausurium = *mansorium, dormitorium (ut* mausura *pro mansura a.* 1191; *cf. Ducange V,* 313).

Cum igitur Eugendi abbatis familiarem se fuisse affirmaverit auctor, hominem mendacem se praestitit falsariumque, Vitamque patrum Iurensium manifestum est non ante a. 800. *compositam esse. Cum autem Ado de tribus sanctis haec rettulerit in Martyrologio:*

1. *Ian.* In territorio Lugdunensi monasterio Iurensium sancti Eugendi abbatis, cuius vita virtutibus et miraculis plena refulsit.

28. *Febr.* In territorio Lugdunensi locis Iurensibus beati Romani abbatis, qui primus illic vitam eremiticam duxit et multis virtutibus ac miraculis clarus plurimorum postea pater extitit monachorum. Venerabile corpus eius situm est in finibus Vesuntionum.

1) *Cf. III,* 2. 2) *Cf. III,* 8. 3) *Cf. III,* 14. 4) *Cf. III,* 19. 5) *In monasterio S. Dionysii a.* 838. *erant sacerdotes minimum* 33, *diaconi* 17, *in Sangallensi sub Salomone abbate* 42 *presbyteri,* 24 *diaconi; ex* 30 *monachis Crulandensibus* 10 *erant sacerdotes. Cf. Mabillon, Ann. ord. S. Bened. II, p.* 608. 6) *Cf. Praef. et III,* 1. 7) *Cf. Praef., I,* 19. *III,* 26. 8) *Cf. III,* 4. 9) *Vocabulis Graecis usus est his:* hocdoadam *(II,* 5), effessibus *(II,* 1 = ἔφεσις), θαπίνωσις *(III,* 1 = ταπείνωσις). 10) *Cf. III,* 11. 11) *Cf. III,* 16. 19. 12) *E. gr.* uno — migrato, decessore — migrato; ita tamen, quod *c. ind.* bis, sic, quod *c. ind.* 13) *Cf. I,* 17. forinsecam — nequitiam. 14) *Cf.* fidedictus *(II,* 11. fidedicto amico, *II,* 12. ad fidedictum, *II,* 13. fidedictus), hebefactus, porrogenitus.

21. *Mart.* Et in territorio Lugdunensi sancti Lupicini abbatis, cuius vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit. Corpus eius in finibus Vesuntionum apud Lauconense monasterium celebratur,

verisimile est, ei has Vitas notas fuisse, ideoque ineunte aut medio saec. IX. eas ortas esse: Romanum enim primum illic vitam eremiticam duxisse (I, 1), Lupicinumque in Lauconensi monasterio quiescere (II, 16), anonymus enarravit neque Gregorius.

Hi mirum in modum inter se differunt, quamquam easdem fere res enarraverunt. Biographo teste, Romanus erat maior natu, primus eremita, idem primus abbas Condatiscensis, Lupicinusque iunior postea in eremum se contulit, relictis sorore et matre, ideoque matrimonii vinculis non constrictus. Is secundus abbas factus est, alteroque monasterio condito, quod Lauconnus[1] *appellatur, ambo in utroque praesules erant, etsi Lupicinus in hoc 'peculiarius liberiusque*[2] *versabatur'. Monachi luxuriantes erant Condatiscenses, non Alamannici, qui Romani monasterium inhabitabant. Leprosos Romanus sanavit duos, novem vero apud Gregorium. Chilpericum Lupicinus adiit, ut causam ageret servorum quorundam, non monachorum indigentium. Denique Romanus sepultus est in basilica a fratribus prope Balmam monasterium sanctimonialium constructa, idque iidem instituerant, sororem ordinantes abbatissam; Lupicinus vero apud Lauconnum sepulchro conditus est. Stupemus tot diversitatibus in rebus vel minimis, auctorque paene anxie cavisse videtur, ne e Gregorio pendere videretur. Latina lingua libere utitur, ut eum non opus fuisset ad aliena verba redire, sed I, 13. in luxuria monachorum enarranda vocabula* paleae *et* triticum *servavit Gregoriana.*

Etiam Agrippini comitis historiolam (II, 11 sqq.), quam sibi formavit Idacio usus vel potius Fredegario II, 56, ita immutavit, ut proditionis falso suspectum ab imperatore restitutum esse voluerit eum, quem Gothis Narbonam tradidisse inter omnes constat.

De Eugendo abbate cum Gregorio destitutus praeter opera ascetica, visiones, trita miracula nihil scire potuerit, affirmavit, sanctum inde a septimo anno limina monasterii Condatiscensis numquam transgressum esse (III, 14), itaque grave quod susceperat onus aliquo modo sibi allevavit.

Praeter fontes, quos supra commemoravi, V. Pauli Thebaei (I, 1), Passione Acaunensium martyrum (I, 15), V. Epiphanii (III, 12), Rufini historia ecclesiastica (III, 11) auctor usus est. Epistulam autem, quam apud Rufinum legerat, Gregorii episcopi Neocaesariensis Gregorio Magno temere attribuit, is qui saec. VI. in. haec se scripsisse finxit.

Duo tantum codices innotuerunt, qui integrum opus continent:

1) *Codex* Parisiensis *n. 11748 (olim S. Mauri Fossatensis n. 38, deinde S. Germani a Pratis n. 1060, postea n. 487), saec. X, fol. 102'—108. V. Romani a librario posteriore radendo corrigendoque depravatam, fol. 108—113. V. Lupicini, fol. 113—118'. V. Eugendi exhibet.*

2) *Codex* Vesontionensis *ecclesiae S. Iohannis 'Gothico charactere maiusculo exaratus', teste Petro Francisco Chiffletio in Illustrationibus Iurensibus (cod. Bruxell. n. 8287—90, antea Musei Bollandiani † ms. 165, s. XVII), totum opus continebat (praescr.* Vita vel regula sanctorum patrum Romani, Lupicini et Eugendi monasteriorum Iorensium abbatum), *quod Vita abbatum Acaunensium (v. infra) excipiebat. Liber hodie latet, ex ipso autem Vitae Romani Lupicinique a Bollandianis olim editae sunt.*

1) *Lauconna inter possessiones monasterii Condatiscensis commemoratur in charta Lotharii imperatoris a. 854. data, a. vero 862. a Karolo Calvo vocatur 'Cella, in qua corpus beati Lupicini humatum iacet'; cf. Bouquet VIII, p. 394. 583; Sickel, Acta Karol. II, p. 407.*
2) *Cf. I, 8. 'Liberius' hic pro 'licentius' accipi non potest, cum Lupicinus fratre vel severior fuerit, sed adverbium 'libentius' postulatur, ita ut 'liberius' idem sonet atque Germ. 'lieber'.*

Vita Eugendi separatim transscripta non raro reperitur in legendariis.

3*a*) *Codex Montepessulanus H.* 238, *saec. XI, olim S. Benigni Divionensis, deinde 'bibliothecae Buherianae D.* 16' (*a.* 1721), *fol.* 124—125', *desinit in verbis* quiete a nobis (*c.* 24), *folio deficiente, idque insertum est codici Parisiensi n.* 9376 (*Suppl. lat.* 165[4]), *fol.* 57: *cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 592.

In libris sequentibus Eugendus excipit Fulgentium.

3*a**) *Codex Parisiensis n.* 16736 (*olim S. Martini a Campis* 1. 5), *saec. XII, fol.* 20—23; *cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 598.

3*b*) *Codex Trecensis n.* 7, *olim monasterii Arremarensis, saec. XII.*

3*c*) *Codex Carolivillensis n.* 229, *saec. XIII, olim Signiacensis monasterii, fol.* 200—204.

3*d*) *Codex Divionensis n.* 383, *saec. XIII, olim Cisterciensis, Vol. I, fol.* 55' —59'; *cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 575.

E bonis libris 1. 2 *modo hic modo ille anteponendus erat, lacunaeque alterius ex altero suppleri poterant. Codex* 2 *perutilis erat ad restituendos locos, quos librarius posterior in* 1 *mutilaverat. Cum V. Eugendi cum* 2 *collatam non haberemus, libri* 3 *subsidium ferebant multo quidem deteriores codice primario, neque vero ex ipso pendentes, ita ut huius damna ex illis resarciri possent. Codicis* 1 *discrepantiam lectionum plenam attuli, ex libris vero* 3*a.b.c ea selegi, quae ad restituendum eorum exemplar commune aliquid facerent. Codices ipse contuli omnes praeter* 3*b, quem L. Hartmann v. c. in usum nostrum comparavit.*

Orthographiam ad exemplum codicis 1 *formavi, nisi quod inustitata sustuli talia qualia sunt:*

c *om.* distinta, instintu, santissimi;
c *add.* cincgulo;
ę *pro* e *saepe;*
d *pro* t gestiad; — t *pro* d quit;
n *pro* m quanquam;
p *pro* b propationis, sup;
te *pro* ce acteptis;
ti *pro* ci, *ut* titius;

geminationes saepe aut admissas male aut omissas.

Vita Eugendi adhuc ad codices deteriores tantum recensita est, primusque eam edidit

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1576, *tom. I, p.* 56 —63, *ex codice simili*[1] *nostris* 3*b.c, sermonem non immutans, deinde*

Bollandus, Acta sanctorum, Antverpiae 1643, *Ian. I, p.* 50—54, *ex codicibus uno S. Mariae Bonifontis, qui III,* 1, tapinositas, *ut noster* 3*c, praebebat, altero S. Mariae de Ripatorio, tum*

Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis 1668, *saec. I, p.* 570—576, *ex codice Compendiensi, cui III,* 3. dignanter, *ut nostro* 3*a, deerat.*

Vitas Romani Lupicinique Bollandus Henscheniusque a Petro Francisco Chiffletio acceperunt transcriptas ex codice, quem Iacobus Chiffletius, frater illius, fuisse opinabatur monasterii Iurensis, easque ediderunt inter Acta sanctorum, Febr. III (1658), *p.* 740—746, *et Mart. III* (1668), *p.* 263—267. *Codicem autem teste ipso Francisco potius Vesontionensem* (2) *fuisse, supra diximus. Utramque Vitam cum hac editione contulimus.*

B. Krusch.

1) *Legit III,* 4, instrui iubet *pro* instituit.

PROLOGUS IN[a] VITA SANCTORUM PATRUM IURENSIUM ROMANI, LUPICINI, EUGENDI.

Sacer ille euangelicus archanusque amicus, dum pietatem suam mistice mortalibus edocet non negandam, intempesta nocte supplici panes Trinitatis, si pertinax pulsaverit, adstruit non negari. (cf. Luc. 11, 5 sqq.) Hoc magnum secretumque archanum, ruptis obstinationis vinculis, pietatis patitur aditu reserari, quod licet ineffabili divinoque, ut diximus, praemineat[b] sacramento, habet tamen in mistica[c] remunerationis questum, etiam dum simpliciter servatur in littera. Unde vos, o piissimi fratres, Iohannes atque Armentari, vehementius amicum gemino pulsantes affectu[d], si oris cordisque mei claustra reserare distulero, insignitum pertinacis avaritiae notis[e], nec cibum mecum apostolica traditione pronuntiatis posse vos sumere. Igitur ineruditi cordis verecundiam rumpens, trium vobis abbatum Iurensium vitam, id est sanctorum patrum Romani, Lupicini[f], Eugendi[g], pro supradictis panibus trinifer relator adponam, siquidem theoretica illa conversatio vitaque vestra, — qua prior priscum secutus Iohannem, supra urnam sancti Mauricii, id est legionis Thebeorum martyrum caput, velut ille eximius apostolus atque sinmistes[1] supra salutiferi pectus recumbit auctoris, alter vero in modum natatilis arcae, dum illic in coenobio et iam claustro peculiaris cellae contentus mundi turbines inpactus inridet uterque, — tamen absque alimonia spiritali nequit omnimodis inviolabiliter exerceri. Quamvis ergo Agaunus vester[h] Gallico priscoque sermone tam primitus per naturam[i] quam nunc quoque per eclesiam veridica prefiguratione Petri petra[2] esse dinoscitur[k], agnoscat tamen caritas vestra, et inter pineas abiegnasque Iurensium silvas ipsam[l] quondam a psalmographo[3] *in campis*[m] *silve* mistica significatione repertam, quae nunc inibi[n] sanctis fratribus, sublato iam praefigurationis enigmate, pedisequa stabilitate calcatur. Et quamquam non decoloret virtutum[o] amplitudinem sermonis angustia, tamen karitatis vestrae suffragari[p] mihi suffragia posco, ut, si laus vitaque digna venerabilium abbatum nequit forsitan ab imperito, ut convenit, reserari, dum per se affatim rutilat, garrulitatis nostrae ore nequeat deturpari. Amen.

I.[a]

VITA SANCTI ROMANI ABBATIS[b].

(1).[c] Igitur praefatorum venerabilium Iurensium patrum actus vitamque ac regulam, quantum inibi proprio intuitu vel seniorum traditione percepi, nitar fideliter in Christi nomine replicare. Ac primum beatissimum Romanum, tamquam vere dominici belli signiferum, professioni[d] vestrae monachorumque exercitui proferam sancta emulatione sectandum. Hic namque Romanus abbas[e] primus e tribus ac primitus nuncupandus[f] non adeo exiguae familiae, quantum testatur parentalis

Prolog. I. Cap. 1. 1. 2.

Prolog. a) *om.* 1. b) praeemineat 2. c) murca 2. d) :ffectu *pr. m.* 1. e) novis 1. f) et *m. al. add.* 1. g) Augendi 2. h) urâ *pr. m.* 1. i) natulam *pr. m. corr.* naturam 1. k) disn. *corr.* din. 1. l) ipsa 1. m) campi 1. n) a *add.* 2. o) virtutem *pr. m.* 1. p) sufflagari *pr. m.* 1.

Cap. 1. a) *om.* 1. b) quod est *add.* 1, *spatio relicto.* c) *numeri des.* 1. d) professione 1. e) *eras.* 1. f) nunc cupa|:::: *pr. m.*, nunc cupatur abb. *m. al.* 1; nuncupatus 2.

1) *I. q. arcanorum particeps.* 2) *Vide supra p.* 34. 3) *Ps.* 131, 6.

dirivata posteritas, intra Galliam Sequanorum oriundus fuisse monstratur. Ante quem[a] nullus omnino monachorum intra[b] ipsam provinciam religionis obtentu aut solitariam aut consortialis observantiae[c] sectatus est vitam. Nam cum esset non quidem adprime litteris institutus, sed, quod est prestantius, sinceritatis dote et caritatis virtute[d] precipuus, ita ut nec in pueritia infantum lasciviis[e] nec in iuventutis robore humanis cupiditatibus aut uxoris vinculo vinceretur[1], tricesimo et quinto ferme aetatis anno secretis heremi[f] delectatur. Relicta quoque matre, sorore vel fratre, vicinas ville Iurensium silvas intravit, quasque huc[g] illucque professioni congruas aptasque circumiens, repperit tandem ulterius inter saxosa convallia culturae patulum locum, qui, altrinsecus triiugi montium paululum ardua secedente natura, in[h] planitiem aliquantulum relaxatur. Illic namque bifida fluviorum[i] in solidum concurrente natura, mox etiam ab unitate elementi iam conditi Condadiscone[2] loco vulgus indidit nomen. Cumque oportunitatem domicilii novus posceret hospes, repperit ab orientale parte sub radice saxosi montis, porrectis in orbitam ramis, densissimam abietem, quae patulis diffusa comis, velut quondam palma Paulum[3], ita texit ista discipulum. Extra cuius arboris orbem fons inriguus gelidissima[k] fluenta prestabat, ex quo etiam hodie terebratris lignis ulterius in monasterium educti latices pro quodam[l] hereditatis pignore pignoribus ministrantur inrigui. Haec ergo ei[i] supradicta, ut diximus, arbor a fervore estuum vel frigore imbrium, tamquam vere meritorum gratia vernans, praebuit iugiter tecta virentia. Erant praeterea pauce silvestres arbuscule, quae acida quidem voluptuosis, sed dulcia quieto pomula ministrabant. Locus ipse ad[m] cursu unitati[n] fluminis, ut tunc sanctus ille ingressus est, non parvis spaciis ob raritatem consistentium distabat ab incolis, quia abundans procul in campestria[o] cultura minime per successionem silvae illic permiserat quempiam vicinari. Ceterum si quis solitudinem ipsam inviam contra Equestris territorii[4] loca ausu temerario secare deliberet, praeter concretionem silvestrem sive congeries[p] arborum caducarum, inter iuga quoque praecelsa, cervorum platocerumve[q] praerupta[r] convallia vix validus expeditusque poterit sub longa solstitii die transcendere. Nam dextra, certe sinistra serre[5] ipsius tractum, a limite scilicet Reni sive flatibus aquilonis usque paginem[s. 6] Mausatis extimum, nullus omnino ob longitudinem vel difficultatem inaccessibilis naturae poterit penetrare.

I. Cap. 1. 1. 2.

Cap. 1. a) quem *m. al. corr.* eum 1. b) inta *pr. m.* 1. c) obsevantiae 1. d) virtutem 1. e) lascivis *pr. m.* 1. f) heremo *pr. m. corr.* heremi 1. g) huc — circumiens *om., signo* ·/. *apposito*, 1. h) im 1. i) *om.* 2. k) galidissima 1. l) quam 1. m) adcursu *corr. m. al.* ad cursum 1; a decursu 2. n) uniti 2. o) campestri 2. p) congeres 1. q) platocerum, *om.* ve 2: *i. e.* platycerotumve. r) p̄rūta 1. s) pagine 1.

1) *Cf. Greg., V. Patr. I,* 1: Romanus vero — — nuptias refutavit. 2) *Hodie Saint-Claude (dép. Jura) oppidum situm ad radices montis Bayard, ubi Bienne et Tacon fl. confluunt. Condate potius 'confluens' significat; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 548. 3) *Intellegitur S. Paulus Thebaeus primus eremita, de quo Hieronymus haec scripsit (AA. SS. Ian. I, p.* 605*)*: repperit saxeum montem, ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, — — animadvertit intus grande vestibulum, quod, aperto desuper caelo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens. 4) *Civitatis Equestrium caput est Nyon oppidum; cf. Longnon, 'Atlas, texte expl.' II,* 135. 5) *Serra pro monte accipitur inde a saec. IX; cf. Ducange ed. Favre VII, p.* 439. 6) *Pagina est ager mensura sua definitus, eodemque sensu 'pago' accepit Ducange ed. Favre VI,* 93. *Mausatis limitem australem Iurae montis non repperi.*

(2). Igitur, adlatis seminibus vel sarculo, coepit illic vir beatissimus[a] inter orandi legendique frequentiam necessitatem victus exigui institutione monachali labore manuum sustentare: affatim abundans, quia nihil indigens, satis erogans, quia minime pauperibus eroganda praesumens, non scilicet ultra promovens gressum, non citra referens pedem, ut heremita indesinenter[b] orabat et, ut vere monachus, sustentandus alimento[c] proprio laborabat. Viderat namque, priusquam religionis professionem acciperet, quendam venerabilem virum Sabinum nomine Lugdunensis Interamnis[1] abbatem eiusque strenua instituta monachorumque[d] illius[e] vitam, et[f] quasi quedam florigera[2] apis, decerptis ab unoquoque profectionum[g] flosculis, repedarat[h] ad pristina. Ex quo etiam monasterio, nihil de ambitione sanctissima manifestans, librum vitae sanctorum patrum eximiasque institutionis abbatum omni elegantia[i] ac[k] nisu aut supplicando[l] elicuit aut potitus est conparando.

(3). Cum ergo in supradicto loco multo iam tempore prisci imitator[a] Antonii[b] vita[c] frueretur angelica hac praeter caelestem intuitum nullo nisi ferarum ac raro[d] venantium frueretur aspectu, venerabilis germanus ipsius Lupicinus, postmodum scribendus abba, cum esset eidem[e] germanitate minor[3], sed non inpar postmodum sanctitate, per visionem nocte a fratre commonitus, relictis ob[f] amorem Christi, quas iam beatissimus Romanus deseruerat, sorore vel matre, tugurium fraternum professionemque ardenter[g] expetiit, futurum procul dubio, quod rei postea probavit eventus, ut in nidulo illo, hoc est secreto heremi, tamquam par turturum, id[h] est duo pulli columbarum, spiritalem subolem, divini scilicet verbi inspiratione conceptam, monasteriis eclesiisque Christi casta parturitione diffunderent. Quo in tempore duo quidam iuvenes Noiudinensis[i. 4] municipii clerici, audita fama vitaque sanctorum, non absque periculo, nisi fides prestantior extitisset, a[k] parte illa inrupta heremi[l] huc illucque incerti ad piorum sedem vagantes adveniunt, eorumque adfore praesentiam sanctus abba[m] Romanus ita germano suo dicitur pridie praedixisse: 'Duo', inquit, 'ad nos, pertrahente imitationis affectu, crastina venturi sunt iuvenes, e quibus maior, coniuge amissa, continens, alter vero virginitatis privilegia intacta potitur[n]'. Cumque illud, ut ita dixerim, natale sanctorum iam paene nequiret auctos ambire, haud procul ab arbore illa in quodam molli colliculo, quo nunc in memoriam secrete orationis est locus, dedolatis levigatisque diligentissime lignis, et sibi construxere habitacula[o] et praeparavere venturis.

(4). Interea ita longe lateque sanctorum sese fama diffuderat, ut fragrans[a]

I. Capp. 2—4. 1. 2.

Cap. 2. a) Romanus *add.* 2. b) indesinentur 1, *corr.* c) alimenta 1. d) i. et monachorum 2. e) us *in ras.* 1. f) *om.* 1. g) perfectionum 2. h) repedaret 1. i) elegentia *pr. m.* 1. k) aut 1. l) suppli::cando 1.

Cap. 3. a) mitator *pr. m.* 1. b) Romanus *add.* 2. c) vita: 1. d) rora *m. al. corr.* roro 1. e) eadem 2. f) ab *pr. m.* 1. g) ardentur 1. h) vel *pro* id est 2. i) *ita recte* 1; Nugdunensis 2. k) apte 1. l) eremo 2. m) abbas 1. n) put. *pr. m. corr.* pot. 1. o) h. et pr. *om.*, et *m. al. suppl.* 1.

Cap. 4. a) flagrans 1.

1) *Tillemont Insulam barbaram (Ile-barbe) intellexit fortasse recte, dum alii de loco Athanacensi (Ainay) cogitant.* 2) *Cf. Lucan. IX,* 289. *de apibus:* studiumque laboris Floriferi (*al.* florigeri) repetunt *(Forcellini ed. de Vit s. v. florifer).* 3) *Immo Romanus iunior erat teste Gregorio, V. Patr. I,* 1. 4) *'Civitas Equestrium i. e. Noiodunus' in Not. Prov. commemoratur, hodie Nyon; cf. Auct. antiqu. IX,* 2, *p.* 596; *Forbiger, 'Handb. d. alten Geogr.' p.* 168².

bonae opinionis odor horrorem nidoremque saeculi detestando credentium turbas persuaderet effugere, abrenuntiationis scilicet[a] et perfectionis gratiam Domino servaturas. Nonnulli institutionis huius visuri miracula atque exempli dona convenientia domi reportaturi conveniunt. Alii etiam vexatos daemoniis ceterisque diaboli larvis[b], oratione sanctorum cum propria fide curandos, et mente impotes et corpore nexos[c] adducunt, quorum plurimi, incolumitate recepta, ad propria sunt regressi; ast alii in tantum conpuncti ieiunio ac vigiliis in monasterio permanserunt, ut mira vicissitudine postmodum diabolum cum satellitibus ac ministris suis dicto citius
Ps. 76, 11. ab arrepticiis effugarent, atque hec videntes dicerent: 'Vere *hec est mutatio dextere Excelsi*'. Cum ergo institutione gemina congregatio sancta, velut seges laetissima dominico utique condenda horreo necdum zizaniorum vitio interpolata, unita fide et caritate succresceret, adeo ut cernerentur vix receptacula ipsa recipere posse receptos, coeperunt exinde venerabilia patrum examina[d], velut ex referto[e] apum alveario[f], Spiritu sancto ructante, diffundi, ita ut non solum Sequanorum provinciae loca secretoria, verum etiam territoria multa, longe lateque spatiis distincta terrarum, divine subolis diffusa gratia, monasteriis atque eclesiis replerentur, sic scilicet, quod in illo tamen fonte, unde institutionum dirivati sunt rivuli, vetusta quidem, sed purior semper recentiorque[g] extitit institutio magistrorum. Ambo etenim patres mutua[1] necessariaque[h] semet praeibant regendi gubernandique solertia. Nam ut beatus Romanus piissimus circa omnes et tranquillissimus erat, ita[i] iste, ut in corrigendis regendisque ceteris, etiam in semet severior existebat. Romanus, inexspectata venia, ledentibus pronus indulsit, iste, ne iterata lenitate delinqueretur[k], vehementissime increpavit. Romanus tantum abstinentiae imponens fratribus, quantum voluntas animi[l] posse dictabat, Lupicinus vero formam sese in omnibus efferens[m], possibilia cuique cum Dei adiutorio refellere non sinebat.

(5). Audita namque memoratorum fama, sanctus Hilarius Arelatensis episcopus[2], missis in causa clericis, beatissimum Romanum haud longe[a] sibi a Vesontionensi urbe[b] fecit occurrere, cuius incitamentum vitamque dignissima praedicatione sustollens, inposito honore presbiterii, ad monasterium honorifice repedare permisit. Siquidem antedictus Hylarius venerabilem Caeledonium supradictae metropolis[3] patriarcham, patricio[4] praefectorioque fultus favore, indebitam sibi per Gallias vindicans monarchiam, a sede episcopali memoratum Caeledonium, nulla existente ratione, deiecerat. Ob quod in audientiam beatissimi papae Leonis

I. Capp. 4. 5. 1. 2.

Cap. 4. a) sc. et p. *om.* 1. b) labis *corr.* luis 1. c) noxos 1. d) exemina *pr. m.* 1. e) refecto *codd.* f) :alveario, *ras.* m 1. g) recentior:, *ras.* &? 1. h) que *eras.* 1. i) *om.* 1. k) delinqueret 1. l) amici 1. m) offerens 2.

Cap. 5. a) longo 1. b) :urbe, *ras.* e 1.

1) *Cf. Greg., V. Patr. I,* 2: Ibantque vicissim hi duo patres, requerentes filios, quos divinis imbuerant disciplinis, praedicantes in singulis monasteriis ea quae ad institutionem animae pertenebant. 2) *Obiit c. a.* 449. 3) *Celidonius quin Vesontionensis episcopus fuerit, dubitavit Quesnellus. Affertur quidem in tabulis huius ecclesiae, eique deposito successor ibi datur:* Inportunus speudoepiscopus receptus, sed turpiter eiectus *(cf. SS. XIII, p.* 371*), illae vero saec. XI. demum compositae sunt, nomenque Importuni suspectum est per se.* 4) *Hilarius manum armatam contraxerat ad intrudendos, quos ipse ordinaverat episcopos; cf. ep. Theodosii et Valentiniani ad Aetium virum illustrem comitem et magistrum utriusque militiae et patricium datam a.* 445 *(Leonis opp. ed. Ballerini I, p.* 643*). Praefectus praetorio Galliarum tunc non extitit.*

Romae mala[a] gessisse convictus[b], restituto quoque in[c] episcopatu Caeledonio, apostolica auctoritate ob usurpationem inlicitam regulariter est increpatus. Extat denique exinde antedicti ac venerabilis papae ad Galliae episcopos cum examinatione gestorum inserta canonibus epistola[1] regularis, in qua priscum per Gallias metropolitanorum privilegium, calcata Hilarii superfluitate, restituit.

(6). Igitur beatissimus Romanus ad monasterium, ut supra iam diximus, conlato sacerdotio, sic[a] regressus, professionis pristine memor auctoritatem clericalis officii monachali humilitate calcabat, ita ut cum sollemnitas advenisset, vix a fratribus sacrificii causa cogeretur stare superior. Reliquis vero diebus monachum monachis exhibens, nihil in se eminentiae sacerdotalis praestabat. Sed mihi istud de viro sanctissimo replicanti illi in oculis cordis occurrunt, qui in professione positi monachali, cum ad officium clericatus rabida ambitione pervenerint, confestim coturno[2] elationis inflati, non solum supra coaevos digniores, verum etiam supra vetulos ac seniores delibuti ac delicati iuvenculi efferuntur, et nec primis saltim simplicibusque elementis inbuti, nituntur cathedris vel sacerdotio[b] praesidere, qui adhuc pro elatione ac levitate iuvenali[c] virgis indigent coherceri.

(7). Sed hec alias[a]. Nobis vero ad portum recti tramitis[b] properantibus[c] obscaena ac devia declinetur oratio. Et quia ista tacere decrevimus, illud addere nunc conemur[d], qualiter Condadiscensis caenubii locus, miro inauditoque numero[e] monachorum refertus, non solum advenientibus turbis, sed etiam fratribus pene iam difficulter alimenta praestabat. Siquidem cultura loci ipsius pendula collibus vel acclinis[f] inter eminentes scopulos vel acervos, crebro[g] salebrarum labefactata conluvio, non solum in spatiis parva ac difficilis, sed etiam in ipsis frugibus, reditu nutante, torpuerat. Nam ut hiemali asperitate loca ipsa non solum sunt nivibus obruta, sed sepulta, ita verno estivoque vel autumnali tempore aut aestuantia[h] alterno vicinoque saxorum vapore conflagrant, aut intolerabiles imbres non solum eventilatam culturis asportant in torrentibus terram, sed ipsa[i] etiam inculta ac rigida sepe cum herbis et arboribus ac frutectis, cum gleba[k] quoque ipsa, nudatis quibus insiderat saxis, aufertur monachis, aquis infertur.

(8). Hoc igitur sanctissimi[a] patres aliquatenus vitare cupientes, in vicinis exinde silvis, quae et planitiae et fecunditate minime fallebantur, exsectis[b] excisisque abietibus, aut falce in prata aut vomere in aequora complanarunt, ut loca oportuna culturis Condatescensium[c] inopiam sublevarent. In utroque tamen monasterio ambo praesules erant. Pater tamen Lupicinus in Lauconno[3] — sic namque loci fertur nomen — peculiarius ac liberius versabatur, adeo ut post beatissimi Romani obitum usque centum quinquaginta illic propria disciplina inbutos reliquerit fratres.

(9). Nam et propter locum ipsum in rupe valde edita, quae superiacet natu-

I. Capp. 5—9. 1. 2.

Cap. 5. a) male 2. b) convinctus 1. c) in episcopatu *m. al. in rasura minore* 1.

Cap. 6. a) *om.* 2. b) *m. al. corr.* sacerdotibus 1. c) iuvenili 2.

Cap. 7. a) alia: 1. b) tramititis *pr. m.* 1. c) proparentibus 1. d) conveniat 2. e) m. n. 2. f) *ita* 1; acclivis 2. g) crebros glebrarum 1. h) aestuans — conflagrat 1. i) ipsam e. incultam ac rigidam 1. k) greba *pr. m. corr.* gleba 1.

Cap. 8. a) scisima? *corr.* scisimi 1. b) et sectis 1. c) Condadiscensium 2.

1) *Epistula Leonis papae ad episcopos per Viennensem provinciam constitutos a.* 445. *data extat inter eius Opera, ed. Ballerinii I, p.* 632 *sqq.* 2) vanitatis cothurno elatus *Greg., H. Fr. IV,* 11. 3) *Hodie Saint-Lupicin.*

rali saxo, prominente quoque cingulo, quod cavernas spatiosissimas intus addebat, de affectu parentali instituentes virginum matrem [1], centum quinque illic religionis gubernaculo rexisse monachas tradunt. Locus ipse ut, praecisa inaccessibili desuper rupe ac sub cingulo prolixius naturaliter perexcisa, nullum ulterius cinguli praestabat egressum, ita ab orientis parte, artatis paulisper angustiis, subitum in terrestri atque aequali solo laxabat egressum. Illic namque in ipsis quodammodo faucibus beatissimi patres[a] basilicam [2] fabricarunt, quae non solum virginum recepit exuvias, sed et ipsum heroam[b] Christi Romanum ambire meruit sepultura. Tanta namque illis temporibus inibi districtio servabatur, ut, quaecumque virginum illic causa abrenuntiationis intrasset[c], foris non videretur[d] ulterius, nisi extrema transitus causa deportaretur ad cymiterium [3]; et cum[e] in vicino Lauconensi[f] monasterio[g] mater fortassis filium vel germana fratrem haberet, sic neuter alteri aut visu aut nuntio versari[h] noscebatur in[i] corpore, ut putaret uterque alterum iam sepultum, ne paulatim genuine recordationis gratiae[k] mollitie quadam professionis[l] vincla disrumperent. Sed ad beatissimum Romanum vel ad[m] Condatiscense[n] monasterium nunc revertar.

(10). Dum hec admirabili conversatione geruntur, inimicus nominis christiani diabolus indigne ferens, multorum vitam copiosa cotidie abrenuntiatione succrescere, ausus est beatissimum Romanum sub colore[a] consilii salutaris iaculo livoris antiqui competere atque unum e senioribus, zeli ardore flammatum, talia compellens suadet effari: 'Diu', inquit, 'est, sancte abba[b], ex[c] quo pro salute atque administratione tua quaedam salubriora caritati tuae pertracto suggerere, et quia adtulit oportunitas votiva secretum[d], quaeso, ut pandere me tibi conclusa dudum[e] animo salutaria verba permittas'. Cumque ille utpote seniori non tam vita quidem aut moribus, sed sola qua in cassum vacua efferebatur aetate licentiam dandi sibi consilii prestitisset: 'Doleo', ait, 'pater mi, quod frustra cotidie enormitate[f] convertentium delectaris et ita seniores ac iuvenes, probos pariter inprobosque coenobiali catervatim[g] professione concludis, et non electos potius ac probatos solerter segregans ac secernens, omnes de reliquo, tamquam vere degeneres et indignos, ex hoc nostro ovili aeliminas ac propellis. Ecce! si bene[h] cubilia nostra aut orationis vel exenodochii membrum[i] sollicita inquisitione respicias[k], indiscreta, ut suggessi, multitudine monachorum, poene iam locus nulli superest ingressuro'.

Luc. 21, 15. (11). Tum pater sanctus, suggerente illo, qui in euangeliis repromisit: *Ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri,* ita contra spiritum persecutoris antiqui apostolici gladii arma corripuit, ut caput anguiferi hostis

I. Capp. 9—11. 1. 2.

Cap. 9. a) patris (1). 2. b) heroa 2. c) intra:sset, *ras.* n? 1. d) videtur 1. e) *om.* 1. f) Lauconnensi 2. g) monasterii *pr. m.* 1. h) versari:, *ras.* i 1. i) *eras.* 1. k) gratia — disrumperet 2. l) vincula pr. 2. m) a 1; *om.* 2. n) Condadiscense 2.
Cap. 10. a) ::::re *pr. m.,* figura *m. al.* 1. b) abbe *m. al. corr.* abba 1. c) (ex *om.*) quod 2. d) secreta 1. e) du:dum, *ras.* m 1. f) :normitate *pr. m.,* inormitate *m. al.* 1. g) *ita* 2; acervatim *m. al. corr.* cacervatim 1. h) pene 2. i) membrorum 1. k) inspicias 2.

1) *Sororem sanctorum; cf. finem Vitae.* 2) *Cf. Greg., V. Patr. I,* 6: Pro hac vero causa cum obisset *(scil. Romanus),* in decim milibus a monasterio *(scil. Condatiscone)* in monte parvulo sepultus est. Super cuius deinceps sepulchrum magnum templum aedificatum est. *Monasterium mulierum infra Balma vocatur; hodie ecclesia Saint-Romain de Roche locum occupat; cf. Longnon, 'Géographie' p.* 223. 3) *Cf. SS. rer. Meroving. I, p.* 815, *n.* 5.

salutaris verbi acie festina obtruncatione praecideret. 'Dic', ait[a], 'nostrae humili-
tatis amator, cui procul dubio, si vere consilium pietatis inest, conmissa est etiam
discretio salutaris? Potesne hos omnes, quos in congregatione nostra circumspicis,
tali sequestratione secernere vel dividere, ut omnino probatissimi ac desides, peri-
turi pariter et perfecti, examinatione tua viritim ante exitum valeant sequestrari,
vel iuxta[b] illud examen[c], quo occulta hominum sive praeterita vel futura solus
Creator introspicit, sine damno ac periculo tuae salutis eligere vel dampnare?
En[d] ipsa infatigabilis ac pia circa humanam[e] fragilitatem maiestas[f] nullum omnino
ante exitum praescientiae virtute, salva beati Enoch sive Aeliae adsumptione, in cf. Gen. 5,24. 4. Reg. 2, 11.
partis dextere felicitate[g] sustollit aut pro reatu[h] ad praesens baratro gehenne
septoque voraginoso concludit; et tu diabolico errore caecatus, iam iamque iuste
procul dubio humilitate conscientiae meliores secernere vel damnare audes[d]? Nonne[i]
legis a Domino Saul vel Salomonem in regno[k] Israheliticae[l] gentis, antequam cf. 1. Reg. 9, 16. 3. Reg. 1, 34.
peccato proprio laberentur, electos, ut de reliquis taceam; Iudam quoque ac Nico- cf. Matth. 27,5. Apoc. 2, 6.
laum inter ceteros in fastigia sacre administrationis adscitos, unum hereseos, ast[m]
alterum[n] suspendii laqueo deperisse; Ananiam namque et Saffiram in illa primitiva cf. Act. 5.
ac purissima apostolorum segete zizaniae suffocatione degeneres? Non meministi
ac retines inaudita[o] antea post electionis fastigia divina severitate multatos? Sic
e contrario non miraris, veneraris ac suspicis ex persecutore Saulo repente prae- cf. ib. 13, 9.
dicatorem Paulum, ex Mattheo publicano subito Christi discipulum, ex prodigo cf. Matth. 9,9. Luc. 15.
filio subolem liberalem, ex Zacheo fraudulento ac divite patriarchae nunc filium; cf. Luc. 19,9.
appensum quoque pro scelere damnatumque latronem repente cum Domino para- cf. ib. 23, 43.
dysi amoenitate ditari? Quantos praeterea, si revolvam, ex alto in ultimis cor-
ruisse et[p] ex minima atque ima nonnullos invenio sublimia[q] conscendisse? Quantos
denique monachos deflemus in stupris? Quantas vero meretrices ac scorta etiam
ad martyrium legimus inspiratione subita prosiluisse[r]?

(12). Et, ut praeterita sileam, aliquos in hoc coenobio nostro non vidisti ardenter[a] arripere, quod lenta postmodum ac tepida consummatione calcarunt? Aut quoties quidam e cenobio[b] diverso instinctu egressi sunt? Quoties namque ex ipsis sunt aliqui ex saeculo bis tertiove[c] reversi et tamen, recuperata virtute, derelictam dudum professionem ad palmam victoriae perduxere? Nonnulli enim inreprehensibiliter[d] non ad vitia, sed ad loca pristina revertentes, tanta dilectione ac studio instituta hec nostra servarunt, ut amore atque electione[e] fidelium monasteriis ecclesiisque[f] Christi sacerdotes dignissime praesiderent. Et, ut unum adhuc tibi, si non denegas, notissimo noveris exemplo, quasi non pridie in hoc monasterio nostro Maxentium conspexisti[g], qui post inauditam in Galliis nuditatem atque abstinentiam, post vigiliarum quoque iugitatem et indefessam[h] lectionis instantiam, quomodo[i] elationis malo deceptus, ab spurcissimo fuerit correptus demone ac multo his amentior seviorque extiterit[k], quos pridie pollens meritorum successu curaverat, atque ab ipsis, quos dudum Domini virtute sanaverat, loris vinctus[l] ac funibus, funesto fuerit spiritu unctione sancti olei liberatus? Agnosce

I. Capp. 11. 12. 1. 2.

Cap. 11. a) Romanus sanctus *add.* 2. b) iusta 1. c) in *add.* 2. d) *om.* 1. e) humanum 1, *corr.* f) maiestatis 1, *corr.* g) felicitatem 2. h) creatu, *ras.* c 1. i) ut *add.* 1. k) regnum 2. l) Israheli(tice *m. al. suppl.*) 1. m) est *eras.* 1. n) alteri *pr. m.* 1. o) multos *m. al. in ras.* 1. p) aut ex minimis a. imis 2. q) sublima 1, *pr. m. corr.* r) prosiliisse 2.

Cap. 12. a) ardentur 1. b) conobio 1, *corr.* c) ve *om.* 1. d) inreprehensebiliter 1. e) dilectione 2. f) eccl. q. Chr. *om.*, et *m. al. in ras.* 1. g) conspexisse 1. h) infessam 1. i) uomo? *pr. m.* 1. k) extiterat 1. l) victus 1.

ergo, te hac elatione invisibiliter, diabolo instigante, pulsari nec ab ipsius distare consortio, cuius utique, ut livore simili accenderis[a] et zelo, ita exequaris et meritis'. His frater ille auditis poene corruit consternatus, sed mox oratione beati viri in tantum, relicta praesumptione, compunctior atque emendatior est effectus, ut solent capti mente arrepticii per Christi famulos expulsione demonum puriores defecatioresque restitui.

(13). Interea, quia per famulum Christi enervatum est consilium hostis antiqui, vertit se ad molliora consueta calliditas, et de prosperis producens adversa[a], non solum contra regulam, sed in ipsum pene patrem fecit insurgere fratres. Primitus namque materia huiusce modi extitit ubertas fecunditasque fructuum; dehinc habundantia ipsa refertos cotidiana fecit[b] remissione turgescere; post haec autem etiam scientiae quadam[c] effecit coturnositate[1] superbos. Retexam ergo rem ipsam mira elegantia per germanum suum Lupicinum et inaudita[d] contrarietate cassatam. Quodam namque tempore cum habundantia, ut diximus, frugum monasterio ipsi, utpote adhuc in cultu ruris[e] novo[f], ultra solitum arrisisset[g], et quidam fratres fertili fecunditate fidentes, dispecto contemptoque abbate, non quod regulae vel canoni subpeteret, sed quod habundantia terrae[h] tulerat, studerent ventri vel gutturi cultius infarcire, atque ex hoc a beatissimo Romano, ut erat benignissimus, crebrius increpati, non solum proterviores, verum etiam ex nimia dissolutione lasciviores exsisterent, levis quippe blandusque ipse[a] baculus necessario virgam fraternae severitatis expetiit. Adito namque germano suo Lupicino, ganeones ipsos etiam in suam iam iamque personulam insurgere condeclarat; siquidem voluptati luxuique dediti famulari[i] regulariter detractabant[k]. Iubet ergo abba Lupicinus secretius redire germanum seseque post sextam admodum diem, quasi ex inproviso, cellulae ipsi adfore denuntiat. Cumque adveniens vir altioris[l] ingenii causam totius insolentiae gutturis nosset insultatione turgescere, silet interim biduo, donec tertio die, quasi escarum fastidio copiosius post adventum refertus, quo melius cybum reciperet, ordeaciis[m] interim ut pascatur, exorat, ac fratribus ipsis una[n] vescentibus, sic Romanum abbatem vultu laetus expostulat: 'Ita vivamus, domine frater[o], ut nobis crastina hordeaceas incretasque solummodo parare iubeas in merendula pultes[2], quasque etiam, quia sic libentissime[p] vescor, absque sale vel oleo[q], obsecro, iubeat vestra pietas ministrari'. Cumque reniti[r] aut[s] mussitare nullus auderet, apponitur crastina abstemiis et ganeonibus in communi mutatus pristinus adparatus. Quod cum Lupicinus germanusque ipsius absque ventris, ut[t] dicitur, speculo praesumpsissent, liguritores illi discedunt omnimodis incenati; quosque abba Lupicinus latenter inridens: 'Si quid[u]', ait, 'delectationi[v] meae annuis[w]',

I. Capp. 12. 13. 1. 2.

Cap. 12. a) accendaris 2.

Cap. 13. a) *om.* 1. b) facit 1. c) quodam *m. al. corr.* quosdam 1. d) inauditum: *pr. m.* 1. e) rulis 1. f) novu 1, *corr.* g) arsisset *m. al. corr.* ausisset 1. h) abund. contulerat 2. i) f. r. *erasis,* eum ad invicem cotidie *m. al. in ras. scr.* 1. k) detrectabant 2. l) altiores 1. m) acidis 2. n) *eras.* 1. o) fr: *m. al. corr.* frater 1. p) libentime *pr. m.* 1. q) oleleo 1. r) renur: *m. al. corr.* renuere 1. s) vel 2. t) *pro* ut — praesumpsissent *m. al. in ras. scr.* ingluviae praefatas epulas comedissent ab refectorio 1. u) siq:: *pr. m.,* sicque *m. al.* 1. v) delectationis 1. w) *pro* annuis *m. al. in ras. scr.* escas prepara michi 1.

1) *I. q. fastus.* Cotornosi atque elati *Greg., V. Patr. I,* 3, *ubi similia enarrata sunt.* 2) *Cf. Greg. l. l.:* De his pultibus nunc reficiantur fratres, nam non diliciis vacent, quae eos a divino inpediant opere.

o piissime frater, obsecro, donec Lauconnum a cellula tua revertor[a], his nos[b] cotidie ordines diliciis saciari. Fateor karitati tuae, pene[c] exorans postulare delibero, ut tu hinc Lauconno[d] victurus eas, ast[e] hic[f] ego iugiter talibus cum dominis fratribus deliciis vescar[g]'. Transacta igitur tertia probationis pulticula, cuncta ventositas cum suis auctoribus, nocte imminente, diffugit[1], neque ex his resedit ullus in monasterio, nisi his[h] quem non vitiaverat esculentae[i] voracitatis ingluvies. Mane autem cum vidisset beatissimus[k] Lupicinus evanuisse e monasterio turgidos fumos[l]: 'Veni', ait, 'nunc, Romane frater, et redeant iube regulares, ut moris est, adparatus; huiusmodi enim[m], ut video, decreverant non servire Christo domino, sed suo ventri. Igitur fugatis ventatisque[2] paleis[3], serva nunc triticum, et gragulis corvisque evolantibus, iam pasce pacatus mitissimas Christi columbas'.

(14). De mirabilibus vero signorum, quae gratia divina vallatus[a], in expulsionem inmundorum spirituum gessisse memoratur, replicarem utcumque[b] nunc aliqua, nisi multo illa[c] eminentiora coniciantur, quae latendi causa teste tantum Domino studuit operari. Unde quia extingui nequit accensa semper gratia meritorum, dona hec sancti Spiritus circa sepulchrum ipsius peculiarius curiosus[d] religiosusque[e] lector inquirat, ubi pro fide vel meritis expetentum[f] plus videt quisque[g] quod credat, quam legit fortasse quod dubitet. Memini tamen[h], beatissimum domnumque meum Eugendum[i] referre solitum, quod inter eos, quos illic[k] in pueritia viderat diverso[l] more, una tamen potentiae virtute torqueri, ita supra urnam beati Romani quendam ex infelicibus in faciem vidisset extendi, ut solent criminosi hac scelerati[m] tendiculis iudicum sententia verberari, atque inibi duobus cubitis fere semiora suspensus, obsidentis scelera vel crimina clamans atque eiulans publicabat. Tantum namque, ut diximus, beatissimus pater in his mirabilibus[n] studuit latere, quae gessit, ut nec illud ad nos procul dubio pervenisset[o], quod in Pontianensium[p, 4] parrochia, dum iter ageret, quandam paraliticam, veternosa debilitate[q] torpentem, sanitati restituerit[r] iuvenali[s], nisi hoc, comitante sancto fratre Palladio, minime[t] potuisset occulere.

(15). Et quia sanctissimi viri Palladii[a] fecimus mentionem, cuius beatissimus Romanus tam in cenobio quam in itinere, tamquam vere karitatis comite, fido solatio potiebatur, retexam etiam illud, cui idem[b] frater interfuit et factum vulgatumque urbi ac populis celare[c] non potuit. Basilicam sanctorum, immo, ut ita dixerim, castra martyrum in Acaunensium locum, sicut passionis[d] ipsorum relatio

I. Capp. 13—15. 1. 2.

Cap. 13. a) revertor *m. al. corr.* revertar 1. b) vos *m. al. corr.* nos 1. c) plene *m. al. in ras.* 1. d) Lauconnum 2. e) *eras.* 1. f) (ill *m. al. in ras.*)ic 1. g) vescor 1. h) et 2. i) escu::::e *pr. m.*, escarum *m. al.* 1. k) L. b. 2. l) ::mos *pr. m.* 1. m) *pro* enim *m. al. in ras. scr.* refectorii 1.

Cap. 14. a) *pro* vallatus *m. al. in ras. scr.* per eum 1. b) *eras.* 1. c) e. i. 2. d) curio:-sus, *ras.* r 1. e) reliquiosusque *pr. m.* 1. f) expetentium 2. g) quod cr. quisque 2. h) tami:: *pr. m.* 1. i) Augendum 2. k) quos:::::::::: *(ras.* inter illic?) in 1. l) diverso — potentiae *(i. e. versus unus) eras.* 1. m) scelerati diuari::::::::culis iudicium *pr. m.* 1. n) miralibus 1. o) provenisset 1. p) Pontianensi 2. q) *eras.* 1. r) restituẹret 1. s) iuvenili 2. t) nomine 1.

Cap. 15. a) Pallidii 1. b) cuidem *corr.* cui idem 1. c) celari 2. d) passiones 1.

1) *Gregorio teste* 12 *fratres monasterium reliquerunt.* 2) *I. q. ventilatisque.* 3) *Apud Gregorium Lupicinus:* Nam, *inquit,* scias, purgatam esse aream Domini, et triticum tantum reconditum in horreo, paleas autem eiectas esse foris. 4) *Hodie Poncin (dép. Ain); cf. Guigue, 'Topographie historique du dép. de l'Ain' p.* 298.

digesta[a] testatur[1], quae sex milia et[b] sescentos viros ne[c] dicam ambire corpore in fabricis, sed nec ipso, ut reor, campo illic potuit consepire, fidei ardore succensus[d] deliberavit expetere. Cumque digressus Genuam[e], nulli omnino esset pauper incessus — et certe minime signari vel agnosci cupiens — publicatus, accidit, ut, inminente vespera, speluncam, qua[f] propter aggerem leprosi duo[2], id est pater cum filio, versabantur, intraret. Igitur cum infelices ipsi, intrante misericordia, iam felices, ligna usibus convecturi, eminus aliquantulum absentarent, beatissimus Romanus, pulsata reserataque clusurula[g], speluncam ingressus est. Cumque orationem religiosa funccione complesset, ecce! laboriosi ipsi ligna deferentes adveniunt, eiectisque in vestibulo lignorum surculis[h], novos atque inopinatos hospites non sine hesitatione respiciunt. At vero sanctus Romanus, ut erat singulari benignitate conspicuus, consalutatis blandissime complexisque Martini[3] in morem, utrumque sanctissima fide et karitate deosculat[i]. Et oratione cum reliqua sollemnitate percepta, vescuntur simul, una manent pariterque consurgunt, ac delucescente crepusculo, agens Deo hospitibusque gratias, caeptum iter adgreditur. En[k], o mira fides, mox ut ipse egressus est, apparuit in operatione similitudo, cuius iam praecesserat in imitatione constantia. Leprosi namque illi per confabulationem recordationemque magnorum hospitum mutua semet consideratione respicientes, elevata cum gaudio voce, de salute communi gloriantur alterutrum, et concite[l] ad civitatem currentes, quia causa elymosinae[m] multis non habebantur incogniti, sanitatis preconia virtutisque gaudia pontifici et clero, popularibus maximisque[n] aperta ac propria testificatione declarant. Tum vero mirum in modum catervatim irruentes ad singulos, auctorem facti, rimantibus oculis, sicubi adesset, diligenter inquirunt. Cumque eum dubia adhuc luce innotuisset[o] properasse festinum, electos de eclesia viros in sancta exploratione perfectos iubet[p] excurrere et custodire Bresti[4] montis saxosas angustias, ne fortassis in reditu arto[q] conclusoque aggere exclusus, nequiret a Genavensibus invadi[r] caelestis regni pervasor. Igitur cum repertum percontatione cautissima, quasi per oportunitatem comitaturi, karitatis vinculis nexuissent, praecurrens repente unus, nuntiat urbi; ceteri vero ita eum sermocinatione sancta conligant, ut suspicione careret, donec obvio pontifici[s] et populis[t] ultra moenia deveniret in manibus. Ipsi vero qui fuerant a lepra, ut diximus, emundati, crebro cum lacrimis adeuntes, prostrati vestigiis advolvuntur[u]. In quorum quoque gaudiis civitas[v] universa conlacrimans, tersit procul dubio et ipsa per fidem interius[w] peccata, morbi contagione[x] concreta, sicut et illi quoque propulerant dirae calamitatis exuvias. Ducitur ergo, immo rapitur Christi servus; primitus a sancto pontifice, dein a clero omni et civibus, a popularibus

I. *Cap.* 15. 1. 2.

Cap. 15. a) deiesta 1. b) *om.* 2. c) non 2. d) suscensus 1. e) Genavam 2. f) quam 1. g) *eras.* 1. h) sarculis 1. i) deosculatur 2. k) & *eras.* 1. l) *ita* 1; conciti 2. m) a *m. al.* (?) *add.* 1. n) *pro* m. q. *m. al. in ras. scr.* utriusque sexus 1. o) innotuissent 1. p) *expectes* iubent. q) *pro* arto c. q. aggere *m. al. in ras. scr.* in aliquo latibulo 1. r) *pro* i. *m. al. in ras. scr.* repperire 1. s) pontifice 2. t) populos? *pr. m.* 1. u) advolūntur, *pr. m. corr.* 1. v) civitatis *pr. m.* 1. w) ulterius 2. x) contagine *pr. m.* 1.

1) *V. supra p.* 33. 2) *Erant novem teste Gregorio l. l.* 3) *Martinus Parisiis leprosum osculando mundavit; cf. Sulp. Sev. V. Mart. c.* 18. *Ceterum apud Gregorium sanatos leprosos sanctus osculatus est.* 4) *Bret lingua Gallica angustias locorum significat (cf. Joanne, 'Dict. de la France' h. v.), hodieque vicus huius nominis parvus extat, situs prope St. Gingolph (dép. Haute-Savoie).*

quoque utriusque sexus, inormitate permixta[a], pro salutis remediis magna ambitione constringitur. Cunctos tamen re vera, ut Christi famulus, convenientissime benedixit, hortatus est primitus in religione gradientes, monuit tardantes[b], propter incertum vitae ne sero vellent in melius mutare sententiam. In merore vero positos paterna benignitate consolatus[c] est, infirmos iuxta fidem pristinae restituit sanitati; se quoque ad[d] coenobium celeritate omni reddidit iuxta morem, ne saeculi male blandientis[e] inlecebris, humana delinitus confabulatione, auditu forsitan pollueretur aut visu.

(16). Nec enim beatissimus Romanus solus in his virtutibus fulgebat in monasterio. Forma namque perfectionis et karitatis tales erant in mirabilibus cuncti, qualem se omnibus praebebat exemplum. Nam crebro illic a multis et serpentium[a] pellebantur venena, et daemonum eliminabantur[b] catervae. Ob quod etiam tantum illic gregi dominico hostis insidiabatur antiquus[c] et ita effrenis circa caulas gregis dominici livoris stimulo rabidus grassabatur, ut, relicta etiam temptationis serie, fantasmatum inimico monstruosoque corporali inpulsu niteretur[d] exinde monachos effugare. Retexam ergo, qualiter illic cum uno ex fratribus congressus sit inimicus, ut illis temporibus reliquorum constantia scire cupientibus[e] facilius innotescat.

(17). Erat inibi inter reliquos virtutum, ut diximus, viros diaconus quidam Sabinianus nomine, qui sanctitate mentis et corporis ministerii huius principem Stephanum et puritate sectatus est conministrum et publicavit virtute discipulum. Hic namque causa utilitatis strenue in vicino flumine sub ipso Condatescensi[a] coenobio molinas piscinasque[b] fraternis usibus gubernabat atque e convalli ipsa[c] non solum diurnis, verum etiam nocturnis conventiculis reptatu festino cunctos poene[d] praeveniebat in sinaxi[1]. Hunc diabolus tanta noctibus momentisque singulis debachatione vexabat, ut nec exiguum saltim tempus eidem concederet ad quietem. Nam praeter crebras parietum inlisiones, ita tectillum ipsius lapidum reddebat fragore perfossum, ut vix valeret frater ille detrimenta nocturna diebus singulis resarcire. At cum forinsecam nequissimus perspiceret frustrari[e] nequitiam, nocte quadam coram diacono tuguriolum ingressus, extracto ex igne torre, huc illucque festina alacritate discurrens, cellulam nitebatur incendere, quod procul dubio perpetrarat[f], nisi suspectus diaconus sanctus instinctu pietatis dominicae[g] vigilasset. Cumque eum invocatione Christi nominis propulisset, sequenti nocte mutata virili diabolus speciae[h] sub duarum puellarum forma pudicissimo Dei servo insidiaturus advenit atque ad focum vigilanti, effractis foribus, conpellatione mollissima durus temptator intravit. Ad cum multimodis provocatus hinc inde cachinnis, signa monstrifera dedignaretur aspicere, excogitat, immo addit ostis[i] nequissimus detestabiliora, quam gesserat. Reductis namque nebulosi[2] tecminis vestimentis, feminea pudenda, quocumque se pudicus vertisset aspectus, Christi famulo

I. Capp. 15—17. 1. 2.

Cap. 15. a) promixta 1. b) ardentes 1. c) solatus 2. d) q. coenobio o. cel. 2. e) blandientes 1.

Cap. 16. a) serpentum 2. b) daemonum et luminabantur *pr. m.* 1. c) antiquis 1. d) miteretur *pr. m.* 1. e) cupientes 1.

Cap. 17. a) Condatecensi 1. b) pisasque 1. c) ipso 1. d) *om.* 2. e) fraustrari 1. f) perpetraret 2. g) dominici *pr. m.* 1. h) spatiae *m. al. corr.* spætiae 1. i) ostes nequissimos 1.

1) *Synaxis est cursus, officium ecclesiasticum; cf. Ducange h. v.* 2) *I. e. tenuis et pellucidi tegminis.*

ingerebat in facie, ut, quatenus animos viri enervare non poterat, saltim aspectus visusque castissimos tali dedecore callidius[a] incestaret. Cumque ille unum nosset sub specie gemina monstrum: 'Quidquid[b] libet', inquid[c], 'gesseris, inimice, non[d] me in Christi nomine propellere valebis ex loco, quia cor meum, vexillo dominice passionis armatum, nequaquam aut oblectatione corrumpere aut terrore poteris enervare[e]. Quid te toties[f] mihi in diversis ingeris formis? Nempe, stultissime, erubescis, cum me adiutum divinitus unum ac solum, numquam vides[g] alterum, quam vidisti'. Tunc accensus furore diabolus, reducta[h] fantasmata nequitiae puellaris, gravissima eum alapa, brachio exerto[i], percussit, adeo ut maxillam illius non solum ex ictu tumidam, verum etiam fetidam laceramque[k] reddiderit atque contortam: et more solito labefactus, ad aerias sese contulit auras. Mane vero cum causas[l] livoris et ulceris fraternitas percontaretur attonita, atque ille causas exposuisset insidiatoris adsidui, confestim maxillam olei[m] sancti liquore perungens[n], repedavit ad cellulam, ac de reliquo[o] eum[p] non temptavit dispectus[q] deicere[r] frustra temptator.

(18). Hinc enim Sabinianus sanctus cum die quadam, adhibito fraterno solatio, alveum torrentis ipsius, quo molinaris advehebatur aqua, geminato ordine defixis[a] stilis[1] eisdemque, ut mos est, inplexis[b] viminibus, palearum quoque ac lapidum admixtione[c] permixta, ad cursum rotalis[d] machine[2] vellet diligentius inaltare, dumque stramenta densius comprimunt intra sepes, subito eventilatus e paleis ingens coluber, mox ut sese ostentavit, occuluit. Interea fratres illi viperea venena verentes, dum frustra latitantem in gelidissimis aquis inquirunt, absque ullo effectu operis spatia diurna consumunt. Tunc diaconus sanctus ad fratres: 'Quid', inquit, 'tamdiu suspensi atque suspecti follem[3] insidiatoris prisci veremur[e]?' 'Veni', ait uni ex fratribus, 'et manus meas ac[f] pedes signo dominicae crucis armato'. Cumque id socius, praemissa oratione, complesset, intra alvei illius saepes levita ingressus: 'Heia', inquid, 'insidiator ipse[g] noster, noce nunc ac percute, si praevales, conculcantem'. Tunc adstantes fratres conloquebantur alterutrum: 'Vere ex illis
Luc. 10, 19. est levita hic noster, quibus Salvator in euangelio repromisit, dicens: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes*[h] *et scorpiones et super*[i] *omnem virtutem inimici, et nihil vos nocebit*'.

(19). Igitur minima licet de tam praecipuis ac maximis dixerimus, ad finem tamen libelli iam tendit oratio, ut legentis industria sub accentu desiderii quam sub prolixitatis torpore claudatur. Moneo ergo ac supplico, o praemiati[4] fratres, ut fidem potius quam verba pensantes, sic vos nostra garrulitas non offendat, ut sanctorum patrum non est a Domino fastidita rusticitas. Illud tamen praemoneo, ut, quia eorundem regulam digesturum me pariter repromisi[5], tertio me[a] hoc libello

I. Capp. 17—19. 1. 2.

Cap. 17. a) callidus 2. b) (que *in ras.*) quid 1. c) ait 2. d) nū me *m. al. in ras.* 1. e) enarvare 1. f) coties 1. g) videas 2. h) reducto phantasmate 2. i) excerto 1. k) laceratamque 2. l) casus 1. m) oleo 1. n) perungeris 1. o) ac dereliquit 1. p) n. e. 2. q) *ita* 1 (*cf. infra* dispectus satelles); disiectus 2. r) dicere 1.

Cap. 18. a) et fixis 1. b) inspexis 1. c) adiunxione 2. d) rivolis 1. e) veneremur 1. f) et 2. g) n. i. 2. h) senpentes *pr. m. corr.* serp. 1. i) supra 2.

Cap. 19. a) mea 1.

1) *Stilus pro palo accipitur; cf. Ducange s. v. stillus.* 2) *Cf. Sulp. Sev. dial. I,* 13, 2: impulsa rotali machina aquam producere. 3) *Follis est stultus, hic vero pro stultitia accipi videtur vocabulum.* 4) *I. e. prooemiati, in prooemio commemorati fratres, scil. Iohannes et Armentarius.* 5) *Supra p.* 131, *l.* 33.

reservasse noscatis[1], quia rectius hoc in vita beatissimi Eugendi[a] depromitur, a quo constituta ipsa, inspirante Domino, sunt comptius exornata. Nunc vero, exacto hoc primo opusculo, ad sanctum patrem Lupicinum secundi[b] opusculi tendit oratio. Cumque igitur heroam[c] Christi, inminente transitu, longaevitate[d] praelata, corporea urgueret infirmitas, germanam quoque[e] suam, quam in cingulo illo[f] vel Balma[2] — Gallico, ut reor, sermone sic vocitant[g] — monasterio praefecerant[h] puellari, de transitu, revelante Domino, iam securus ad vale dicendum expetiit. Illic quoque vehementi inaequalitate pulsatus, vocatis ad se fratribus, pacem Christi, quam puro ac mansueto semper servavit affectu, cunctis osculo inpertito, in magna hereditate distribuit. Ultimum quoque germanum suum Lupicinum, data oratione, deosculans, fraternitatem cunctam pastorali amore regendam commendavit adtentius, et purus a noxa, sicut liber a crimine, mortem letus aspiciens, exalavit. Cuius sublato corpusculo, illic in basilica supra collis[i] verticem, ut narratione praecurrente digessimus[3], filioli ex utroque monasterio condiderunt. Qui venerabilis locus meritorum ipsius testimonio, signorum quoque virtutumque florente successu, diebus momentisque singulis comptius pro filiorum gloria decoratur[k]. Amen.

II.[a]
VITA SANCTI LUPICINI ABBATIS[b].

(1). Pollicitationis nostrae debito tercia ex parte, opitulante Domino, iam soluto, restat nunc, karissimi fratres, ut sanctitatis[c] vestrae suffragio[d] praefationum[e] syngrafam[f] saltim paupertini marsupii satisfaccione solvamus, quia, quoadusque nos tanta[g] reddebere cognoscimus, procul dubio, conscientia[h] conveniente, rite retinemur obnoxii. Quia ergo de conversatione atque exercitiis beatissimi Lupicini abbatis superiore libello, etsi non ex merito luculenter[i], certe ex voto fideliter simpliciterquè meminimus aliqua nos dixisse, nunc vero, quae sint illa, quae post obitum sancti decessoris sui gesserit, memoria suggerente, tangamus ac primum, qualis ei fuerit in vestitu vilitas[k], parsimonia in victu, post singularem eius atque inimitabilem[l] in religione serietatem pandamus.

(2). Igitur ad arcenda gelidissimi loci frigora vel lasciviam corporum[a] conterendam pellicia semper pilosaque[b] usus est tonica, quae tamen humilitatis causa de diversis quadrupedum coaptata vel adsuta pelliculis, non solum informis[c] atque hispida, verum etiam quadam erat vilitatis varietate turpata. Coculla vero adaeque vilissima, quae tantum arceret imbrem, non tamen quae posset loci, ut diximus, frigura utiliter retundere. Calciamentum[d] namque tum[e] tantummodo usus est, cum

I. Capp. 19. 1. 2. *II. Capp.* 1. 2. 1. 2.

Cap. 19. a) Augendi 2. b) secundo *m. al. corr.* secunda 1. c) heroa 2. d) longevitę 1. e) que *m. al. in ras.* 1. f) *om.* 1. g) vocatam 2. h) praefecerat 2. i) collem *pr. m.* 1. k) declcoratur, *exp.* cl 1.

II. Cap. 1. a) (II *om.*) Incipit v. 1. b) quod est (XII KL. MR. *m. al. suppl.*) 1. c) caritatis 2. d) sufflagio 1. e) praefationis nostrae syngr. 2. f) syngras¦fam 1. g) *ita scripsi*; canta reddebere 1; cantare debere 2. h) d. a scientia 2. i) luculentur *pr. m.* 1. k) vilutus? *pr. m.* 1. l) imitabilem 2.

Cap. 2. a) corporis 2. b) pellosaque 1. c) infirmis 1. d) Calceamento 2. e) tum *om.* 1.

1) *Cf. V. Eugendi c.* 23. 2) *Balma in Glossariis vertitur per cavernam, cryptam montis; cf. Ducange h. v.* 3) *V. supra p.* 136.

pro aliquibus[a] forsitan[b] ad comitatum intercessurus egressurus[c] est. In monasterio vero, etiamsi prolixius[1] egressus est ad culturam, lignea[d] tantum sola[2], quae vulgo soccos monasteria vocitant[e] Gallicana, continuato potitus est usu[f]. Lectuaria vero aut lectum numquam habuisse peribetur in usum; commodiori namque temperie, expleta vespertina sinaxi[g], ut[h] ceteri in[i] lectulis quieturi, ita iste in horaturium meditaturus[k] potius, quam repausaturus intravit, tantum illic somni participans, quantum e solo post oratione[l] consurgens, supra formulam[3] conquiescenti potuit natura furare[m]. Si vero vis frigoris sese ingessisset[n], austerior[o], habebat ad propriae staturae mensuram in modum cunae decorticatam ex robore ruscam[4] atque utrique[p] capiti ex eadem[q] cortice adsuta clusoria[r, 5]. Hanc[s] a parte patula ad prunas secrete diuque tostatam, aut inibi, participato aliquantisper tepore, quievit, aut calefactam ilico sub ascella[t] in oratorium quieturus adtraxit. In ieiuniis vero hac vigiliis tam praepotens fuit, ut Orientalium Aegyptiorumque virtutem natura vinceret Gallicana. Nam cum nullus in Condatescensi praesertim coenobio odie usque in Christi nomine de animalibus[u] quicquam, exceptis lactibus, aut de alitibus preter ovis[v], infirmans dumtaxat, audeat degustare, iste tamen sepissime ne stillam quidem olei aut lactis pulticule saltim suae[w] permisit infundi. Vinum enim a monachali professione numquam coactus est vel leviter[x] praelibare, nam et aquam[y] ipsam octo circiter annis ante transitum, ne utcumque[z] degustaret[a], abstinuit. Si vero estivis temporibus, inminente refectionis hora, vis quoque sitis stomachum atque arida membra pulsasset austerius[b], panem[c] tantummodo comminutum atque in parabside[d, 6] aqua frigida madefactum pro reliquo cibo[e] edebat ad cocliar. Maiora replicarem, quae gessit in abstinentiam[f], nisi nossem inimitabilia Gallis fore, quae condam, traditur, peregisset[g]; ne incongruo[h] quis[i] secutus exemplo, ea fortassis[k] gestiat imitari, quae pro dispensatione gratiae[l] non omnibus, sed aliquibus sunt divino beneficio distributa.

(3). Interim de mirabilibus nunc dicamus. Quodam namque tempore cum inormis congregatio atque expetentum[a] secularium multitudo, iam[b] iamque inminente penuria famis, periculo conturbaret oeconomum ac praeter dierum quindecim victum trimenstre[c] tempus, donec seges nova succurreret, penitus nihil haberet, quinque secum adscitis senioribus, sanctum patrem[d] Lupicinum flebiliter conveniens, mox omnes secum periturus[e] inopia contestatur. Ille vero intrepide fisus in Domino atque animum cordisque oculos ad panem illum vivum, qui de caelo descendit, adtollens: 'Venite', inquit, 'filioli, spicarium[7] hunc nostrum, in quo exiguitas manipulorum superest, intrantes, oremus: et nos enim, relictis urbibus, audituri in desertum[f] sequimur Salvatorem'. Cumque ingressus pater, diu[g] multumque prostratus, oras-

II. Capp. 2. 3. 1. 2.

Cap. 2. a) aliqui 1. b) forsitam 1. c) egressus 2. d) linea 1. e) vocant 1. f) usus 1. g) xinaxi 1. h) *om.* 1. i) *pr. m. superscr.* 1. k) mediturus 1. l) p. orationem assurgenti 2. m) furari 2. n) ingressisset 1. o) aut sterior 1. p) utrosque 1. q) eodem 2. r) culsoriam 1. s) Hac (a parte *om.*) patula — tosta 2. t) ascelsa 1. u) animali 2. v) ova 2. w) suam 1. x) leniter 2. y) aqua ipsa 2. z) utcomque 1. a) gustaret 2. b) aut sterius 1. c) pane 1. d) *ita* 1. e) *om.* 1. f) abstinentia 2. g) peregisse 2. h) incongrua — exempla 2. i) quisecutus 1. k) fortasse 2. l) gratia 1.

Cap. 3. a) expetendum 1; expetentium 2. b) *om.* 1. c) timenstre 1; bimenstri *V. Eug. c.* 17. d) patrum 1. e) *ita* 1. f) in deserto 2. g) *om.* 2.

1) *I. q. longinquius.* 2) *I. q. solea.* 3) *I. q. sponda; cf. Scr. rer. Merov. I,* 946. 4) *I. q. cortex; cf. Ducange h. v.* 5) *I. q. operculum; cf. Ducange h. v.* 6) *Παροψίς est parva patina.* 7) *Germ. 'Speicher'.*

set, seseque postmodum in genibus tantummodo sublevans, extensis quoque manibus, oculos supplices erexisset ad caelum, in excessu quodam[a] complens orationem, ait: 'Omnipotens Domine, qui per famulum tuum Cheliam[b] nec hydriam farinae nec vas olei usque in diem pluvie vidue quondam mistice inminui promisisti, cf. 3. Reg. 17, 14. 16. tu anc eclesiam, quae[c] iam relictis[1] typicis[d] Iesu Christo, filio tuo, sponso perhenni defenditur, sicut satietate[e] verbi, ita saturitate refice panis, ac donec imbre fructuum pociamur novorum, spicarium[f] hunc nostrum non[g] patiaris triticea[h] ubertate deficere'. Cumque fratres respondissent: 'Amen', conversus ille ad oeconomum, ait: 'Excutite nunc, quae Dominus benedixit; haec enim respondens fidei divinitas infit: Manducabunt et supererit[i]'. Testabat[k] etiam, qui cf. Luc. 9, 17. tunc in puericia interfuit, beatae[l] indolis Eugendus abba omnesque seniores, qui cum eodem id factum meminerant[m] atque ex eadem[n] fuerant benedictione satiati[o], numquam se alimoniam ipsam[p] excutiendo[q] vincere potuisse, nisi eadem acervis[r] nove segetis advenientis[s] quodam redintegrationis circulo, insertis nova veteribus, miscuissent[t]. Atque ita Dei homo et fraternam et saecularium multitudinem, fide fidens, a[u] famis periculo liberavit.

(4). Erat inibi in[a] eodem tempore monachus quidam, qui pregrandis abstinentiae rigore ita corpusculum suum quadam scabredine[b] contractum et macie nimia reddiderat semivivum, ut in[c] modum paralyseos[d] adstrictus, nec spinam erigere nec gressum regere nec brachia ad usus proprios colligere posset aut tendere, ut praeter tenuem anelitum corporis[e] reservatum iam paene crederes[f] migrasse superstitem. Siquidem septimana[2] circiter vertebatur[g] annorum, ex quo nihil praeter mensarum[h] monachalium micas[i], diligenti post refectionem fratrum peniculo[k] conscopatas atque aqua modica madefactas, edebat in vespera. Huic beatus senior[l] consilio salutari succurrens, ita medicabili quadam elegantia dicitur subvenisse, ut non tamen abstinentiam viri nimiam aut reprehendere saltim aut notare forsitan videretur[m] in aliquo.

(5). Die igitur quadam, cum fratres ad agriculturam, nescio quid operaturi, exissent, atque omne monasterium secretum poenitus aberetur: 'Veni', ait abbas ille ad fratrem, 'et ulnis humerisque inpositus[a] meis, fraternum intremus ortellum; diu est[b] enim, quod[c] gravissimo tabo constrictus[d], nec[e] sole contingeris nec qualiacumque virentia exiguo saltim carpis aspectu'. Cumque, expansis in terra verbecum pellibus, advexisset quoque inter areas[f] membra torpentia, extendit se pariter iuxta fratrem, et quasi et ipse quodam esset simili languore constrictus, coepit nunc brachia vicissim, nunc quoque alternis vicibus pedes, nunc etiam resupinus et crebro in utroque latere revolutus spinam delectabili conversione[g] corrigere et inter haec, ut serietate nimia persuaderet, addebat senior: 'Deus bone, qualiter confortatus, qualiter sum reparatus ad horam!' 'Veni', ait, 'frater, et temet huc illucque

II. Capp. 3—5. 1. 2.

Cap. 3. a) quadam comples 1. b) Eliam 2. c) q. i. *om.* 1. d) tibicis 1; a *add.* 2. e) sanitate 1. f) spicarum 1. g) *bis scr.* 1. h) tritici 2. i) et insuper erit 1. k) Testabatur 2. l) beata 1. m) meminerunt 1. n) adem 1. o) salvati 1. p) ipsa 1. q) excut. vinc. pot. *om.* 1. r) acervos 1. s) adveniens 1. t) miscuisset 1. u) *om.* 2.

Cap. 4. a) *om.* 1. b) scabedine 1. c) im 1. d) paryliseos 1. e) a. in corpore 2. f) credegres 1, *corr.* g) vescebatur 1. h) mensuram 1. i) miscas 1. k) pinnaculo 1. l) pater 2. m) videret 1; in a. *om.* 2.

Cap. 5. a) inpositis 1. b) es 1. c) quo 2. d) astrictus 2. e) a *add.* 2. f) eas 2. g) conversatione 1.

1) *I. q. vidua.* 2) *Septimana annorum pro septennio accipitur.*

pro sanitatis[a] remedio simili alternatione convertam'. Cumque tortum[b] exhaustumque[c] corpusculum velut perunctor quidam in diversa extentum[d], ac singulatim membra perlevigans, contactu[e] salubri contingeret, coepit frater ille semiviva interim, sed iam recta in officio[f] hominis membra porrigere. Currens igitur ad oeconomum pater ac[g] cellariolum ingressus, subtiliora quaeque fragmina panis vino madefacta permiscens, nec non et reliquam escam olei pinguedinem[h] profusiorem infectam in ortello[i] exhibens, ait: 'Veni, dulcissime frater, et voluntatis propriae rigore seposito, si forte tedeat[k] imperium, saltim non frangat exemplum'. 'Quod me facturum', inquid, 'videbis, procul dubio ex oboedientia, inretractabili utique discussione, iudicio facturus es regulari'. Cumque ad fraternum latus, collecta horatione, sedisset, refecit membra, nimia severitate torpentia; immo sustentans, erexit fraternum asellum, sub onere[l] succumbentem in via, et hymno dicto, refectumque[m] revehit in cubili[n]. Sequenti namque die reductum[o] in hortulo cum humanitate solita inpendit etiam studium pridianum. Cumque et tercio demum die non iam alienis viribus, sed propriis tantummodo nitens, sustentatus incederet, parat senior uncatum[p] levi pro[q] sarculo lignum et secum ducit[r] nunc stantem, nunc quoque iacentem, ut[s] rastro aut digitis holeribus arva laxaret. Quid multis morer? Intra unam circiter hocdoadam[t, 1] ita, sanitatis[u] vivificatione reposita, iam iamque sepeliendum reddidit vivum, ut per annos postea[q] multos et virtutis et karitatis eius testimonio superstes atque efficax vixerit frater. Itaque perspicuo divinoque exemplo perdocuit, neminem[v] in arrepto proposito ardua dextrae aut proclivia levae, sed mediam viae regiae debere incedere disciplinam. Huic namque fratri, meritorum gratia adstipulante, divina largitate concessum est, ut si quis egrotans lectulo ipsius fuisset impositus, explosa omni inaequalitate[2], confestim sanitatis pristinae commodis redderetur. Ego etiam multos adhuc puerulus[w] ex his fratribus vidi, qui id et visu in aliis et in[x] semet experimentis[y] creberrimis conprobarunt. Conciat igitur quisquis[z] de meritis viri nihil taceri, cum, quod verba non explicant, facta conclamant[a].

(6). De vigiliis ergo iam nunc beatissimi patris dicamus. Quadam namque vice, dum, inserta[a] hominibus loci eius quiete[b] ubique, pervigilat, nocte quidem[c] duo fratres, unito exinde sese asportaturi consilio, oratorium ex condicto, quasi oraturi et quemadmodum[d] vale dicturi, intrantes, mutuo semet post orationem silentio commonebant, dicentes: 'Tu', inquit unus, 'exinde meum sarculum ac securem, at ego ex lectulo cautius sagellum[3] tuum extraham vel cocullam, ut in loco illo atque illo, convasatis omnibus et extractis, mutuo coniungamur adventu'. Cumque, urgentibus[e] tenebris, per Christi tamen famulum luceret divina praesentia[f], sentiretque pater, praeordinatis omnibus, iam iamque promoveri e paradisi limite

II. Cap. 5. 6. 1. 2.

Cap. 5. a) sanitate 1. b) tostum 1. c) exustumque 1. d) extensum 2. e) contractu 1. f) officium 2. g) ad 1. h) pinguedine profusiore 2. i) hortellum 2. k) tedat 1; taedet 2. l) honore 1. m) que *om.* 2. n) cubile 2. o) reducto in hortulum 2. p) truncatum 2. q) *om.* 2. r) docet 2. s) aut — laxare 2. t) ogdoadem 2. u) vanitatis viv. seposita 2. v) eminem 1. w) puerolos 1. x) *om.* 1. y) experimentis creberrimus 1; experimenta creberrime 2. z) quisque 2. a) conclament 2.

Cap. 6. a) incerta 1. 2; omnibus 2. b) *om.* 1. c) d. quidam 2. d) quodammodo 2. e) arcentibus 2. f) potentia 2.

1) *Ogdoas pro septimana accipitur.* 2) *I. q. aegritudo; cf. Ducange h. v.* 3) *I. q. stragulum lecti; cf. Ducange h. v.*

gressum, tum[a] senior ex angulo: 'Quatenus', inquit, 'o filioli, orationem[1] iam mihi abituri dedistis, pacem discessuri subtrahere non debetis'. Ruunt ilico infelices, quasi coram iudice parituri[b], et trahentes longa ex imo corde[c] suspiria, flagellari[d] sibi viscera profundis gemitibus et crebris singultibus testabantur. Ille vero nominatim ac sensim, extenta[e] manu, adprehensoque[f] singulis mento, lenissima palpatione deosculans, et nihil ultra sermocinationis adiciens, conplicatis genibus[g], orationis arma paterna pietate corripuit. Tum vero divinitus nequam satellite ex animis[h] proturbato, fratres illi crebro sibimet pectora oculosque cum oratione atque invocatione Christi nominis consignantes, timidi ac trepidi redeunt in[i] cubili, tanto metu ac pudore concussi, ut nec alterutra conloquutione, quae sibimet[k] acciderant, auderent proloqui vel mutire, hoc solummodo confidentes, quod possint[l] habere de reatu veniam, quos taliter confusione propria paterna pietas senserat verberari.

(7). Iesum Christum testem invoco, qui nos passione sua redemptos non sinat[a] iterata hostili persuasione perire, quod ita rem gestam pro emendationis[b] conpunctione texit silentio pater, ut post viginti fere annos, iam uno ex ipsis migrato ad Christum, adtestificante et praesente quoque superstite, cautioris exempli gratia congregationi omni idem rettulit pater, et gaudiis miscens merorem, cunctis in commune fratribus praedicabat: 'Videtis, o[c]', inquiens, 'filioli, quam latentibus ac subdolis rebus Christi famulos prosternere conetur hostis antiquus. Et ecce! prestante misericordia, Redemptor[d] permisit quidem, servos suos ad oram pro sensuum qualitate temptari, sed, extenta miserationis suae dextera, non passus est titubantes a seductore vorari[e]'. 'En', inquid, 'unus, sarcina carnis abiecta, paradysi praemia parata potitur; ad vero alter nobiscum, ut cernitis, exultans de Christi miseratione congaudet. Perspicitis[f] namque, quod non affectus rei tantummodo, sed effectus potius pensetur in culpam, et nec totum, quod male disponitur in reatum, sed quod pessime perficitur, taxatur[g] in noxam. Stans ergo unusquisque vestrum vereatur semper iuxta apostoli sententiam[2] casum, rursumque fragilitatis errore conlapsus prophetico consurgat oraculo. Quid enim tunc lucri atque emolumenti quaesieram, si definitionem orum[h] pro severitatis destrictione publicans, verecundos ac trepidos in congrua asperitate multassem[i]? hoc re vera solummodo, quod, verecundia inpellente, post paucos forsitan dies artius inplicare compuleram, quae iam, miserante Domino, verecunda[k] satisfactione cassaverant[l]. Sicut ergo contumaces ac tumidi debent vehementius increpari, ita conscientiae quique[m] humiliatione conpuncti medica[n] sunt lenitate palpandi. Quis enim vestrum ignorat, quod nobis in hac coenobica[o] administratione conmissa spiritalis est artificii servanda curatio, ut[p], velut a perfectis medicis, pro qualitate vulnerum vel infirmitate causarum congrua singulis adhibenda sit medicina? Neque enim infirmitas omnis cirurgiae[q] adcisione aut cauteris[r] est adustione torrenda; nam saepe cataplasmanda et fovenda sunt aliqua, ne[s] incongrua effessibus[t, 3] aut temporibus in-

II. Capp. 6. 7. 1. 2.

Cap. 6. a) vero *add.* 2. b) perituri 2. c) cordis 2. d) flagellare 1. e) extensa 2. f) adprȩhensosque 1. g) gemibus 1. h) animo 2. i) ad cubile 2. k) sibi 2. l) possent 2.

Cap. 7. a) sinit 2. b) emundationis 2. c) i. o 2. d) Redemptoris 1. e) vocare 1. f) Perspicite 2. g) taxetur 2. h) *ita* 1; eorum 2. i) mutassem 1. k) vere cum da 1. l) cessaverant 2. m) *om.* 2. n) medicaminis 2. o) coenobiali 2. p) et 1. q) cirurgia adscisione 1; chirurgiae accisione 2. r) cauterii 2. s) nem congrua 1; ne incongrue 2. t) febrium temp. 2.

1) *De oratione et pace v. p.* 157, *n.* 1. 2) 1. *Cor.* 10, 12. 3) *Ἔφεσις est studium, voluntas.*

pertita, non medellam cuique, sed potius generent de intempestiva atque incongrua adibitione langorem'. Haec vero beatissimi patris oratio multam tunc fratribus adtulit[a] pro rerum qualitate et causarum discretione cautelam.

(8). Transactis namque temporibus[a], mensibus, itidemque[b] unum de probatissimis electisque fratribus ad praedam expetit[c] hostis anticus et tanta calliditate animos viri conligat atque captivat, ut primitus discrecionis arma[d] et orationis virtute privatum, vinctum[e] de reliquo clandestinis nexibus conligaret. Erat hic summe humilitatis hac mansuetudinis homo et praeter[f] oboedientiae virtutem magnis[g] quoque gratiarum dotibus in[a] omni artificio divinitus adornatus. Huic diabolus paulatim sensimque de humilitate[h] ipsa scintillam elationis inmittens, protenus, ut conflagrasse perspexit, quosdam e fratribus adversum virum, iurgio stimulante, succendit, ut, dum alii cotidie flabris scandali iam per elationem vaporatum[i] accendunt, alii quoque fabularum funibus blandisque seculi loris extractum de coenobio personas huiuscemodi non ferre, sed deserere cohortarent[k]. Constructis igitur conligatisque utensilibus, clam, ne ab aliquo retineretur[l], abscessit atque ad Turonicum oppidum pervenit, itinere continuato, festinus. Cumque ingressus atrium basilicae beatissimi Martini, aulam quoque ipsam reverenter[m] oraturus intrasset[n], ecce! ex inproviso[o] quidam de energuminis adcurrens laetus exclamat[p]: 'En nostrum ex Iura[q] monachum', atque eum ex nomine conpellans: 'Salve[r]', ait, 'noster o dative sodalis'. Cumque ille pavefactus, et[s] inlusum se a diabolo congemescens, gravissime suspirasset, ille arrepticius[t] addit: 'Bene', inquit, 'te veiculum nostrum hac[u] vexatione domitavimus, sic vivamus'. Orat ergo ille festinus ac redit, iterumque se monasterio recipi[v] prostratus exorat et caute deinceps diligenterque cum divino auxilio solito[w] sagacius aditum voratoris excludit.

(9). Emenso namque biennio, redit ad hominem sessor[1] antiquus, et ritu pristino constrictum, sagellum atque utensilia habiturum convasare facit[a] in fascem. Cumque abba sanctus oviculam ipsam non iam discessuram redituramve, ut primitus, sed omnino flens gemeret perituram, atque ille coram fratribus onus habiturus posuisset in umeris, restitit interim semihora hebefactus[b] in atrio, et per orationem Dei servi incentorem ipsum evagationis exsufflans, iactatis quoque in vestibulo e cervice[c] sitarciis: 'Heia', inquit, 'adhortator[d] ipse suasorque meus, porta tu previus, quo habire conpellis; ast ego sequar, si te ferre[e] perspexero'. Illico, fugata ex animis[f] diabolica fantasia, laetus et alacer conversus, fraternitatem cunctam deosculatur atque conplectitur. Neque enim ex illa ora inrisus dispectusque satelles ausus est Christi oviculam solite[g] persuasionis vinculis alligare.

(10). Erat praeterea hic beatissimus abba et in sermonis auctoritate, sinceritatis conscientia comitante, valde mirabilis nec adulatione iudicum vana inflatione disruptus est nec terrore principum a tenore iustitiae excussus aut mutatus est

II. Capp. 7—10. 1. 2.

Cap. 7. a) adprotulit 1.

Cap. 8. a) *om.* 2. b) que *om.* 2. c) expetiit 2. d) armis 2. e) victum 1. f) praetur 1. g) magis 1. h) vilitate 2. i) vaposatum 1. k) cohortarentur 2. l) retin&retur 1, *corr.* m) reverentur 1. n) intrausset 1. o) exinprovisu? *corr.* exinprovisi 1. p) exclammati 1. q) Iure 1. r) Salvus 1. s) i. et 1. t) arepcitius 1. u) hacve ex atione 1. v) recepi 1. w) salitos agatius 1.

Cap. 9. a) fecit 2. b) thabefactus 1. c) cerviae 1. d) adhoratur 1. e) eferre 1. f) f. examinis 1. g) solitis 2.

1) *Cf.* 2. *Mach.* 3, 25.

umquam. Quadam namque vice, dum pro adflictione pauperum, quos persona quaedam, honore dignitatis aulice tumens, vi[a] persuasionis inlicite servitutis iuga[b] subdiderat, coram viro inlustri Gallie quondam patricio Helperico[c], sub quo[d] ditionis regiae ius publicum tempore illo redactum est[e], adsertione piissima Dei famulus nititur defensare[1], obpressor ille nefarius, iracundiae furore succensus, in nevum sanctissimi viri quasdam verborum spumas, iracundia suppletus, eructans, ait[f]: 'Nonne tu es ille dudum noster inpostor, qui ante hos decem[g, 2] circiter annos, cum civilitatem[h] Romani apicis arrogans derogares, regioni huic ac[i] patribus iam iamque imminere interitum testabaris? Cur ergo, oro te[k], tam terribilia[l] hostenta praesagii in nullo rei tristis probatione firmantur[m], vanus vates exponas'. Tum ille audacter manum ad memoratum Helpericum virum singularis ingenii et praecipuae bonitatis extendens: 'Ecce', ait, 'perfide ac perdite, ruinam[n], quam tibi tuisque similibus praedicabam, adtende. Nonne cernis, degener et infelix, ius fasque confusum, ob[o] tuis tuorumque crebra in[p] innocentum pervasione peccatis nutare[q] muriceos[r] pellito sub iudice fasces? Tandem resipisce[s] paulisper et vide, utrum rura ac iugera tua novus hospes inexpectata iuris dispectione[t] sibi non vindicet[u] hac praesumat. Que tamen sicut te[v] scire non abnuo vel sentire, ita personulam meam unco bicipiti ante regem[w] timidum aut eventu trepidum stigmatis[x] nota turpare te decrevisse non denego'. Quid plura? Tanto[y] est memoratus patricius veritatis audacia delectatus, ut hoc, adstantibus aulicis, ita divino iudicio accidisse exemplis multis ac longa[z] disputatione firmaret. Mox vero vigoris regii sententia promulgata[a], liberos restituit libertati et Christi famulum, oblatis[b] ob necessitatem fratrum vel loci muneribus, honorifice fecit ad coenobium repedare[c].

(11). Hic namque aliquando, quod longevos forsitan meminisse non ambigo, magnam ac miram absolutionem fidedicto[a] amico, orans in monasterio, vincto in ergastulis praestitit[b] Romae. Vir condam inlustris Agripinus, sagacitate[c] preditus singulari atque ob dignitatem militiae secularis comes Galliae a principe constitutus, per Egidio[d] tum magistrum militum callida malitiosaque apud imperatorem arte fuerat offuscatus, eo quod Romanis fascibus livens[e, 3], barbaris[f] procul

II. Cap. 10. 11. 1. 2.

Cap. 10. a) sui *pr. m.* 1. b) iugo 2. c) Hilp. 2, *ut infra.* d) sub conditione regia eius p. 1. e) esta desertione 1. f) N. a. 2. g) c. d. 2. h) civilitati 2. i) a patribus *coni. Jahn, 'Gesch. d. Burgund.' I, p.* 522. k) orate 1. l) terribilis 2. m) firmentur 2. n) iram 1. o) ab 2. p) (in *om.*) innocentium 2. q) mutari 1. r) muricos 1. s) resipice 1. t) iuris dictione 2. u) vindicare pr. 2. v) sicute 1. w) rege 1. x) stematis notatur parere decrevisse 1; st. nota turpatum te crevisse 2. y) Tantopere 2. z) multa dispositione 2. a) permulgata 1. b) obbatis 1. c) repedari 1.

Cap. 11. a) fide dicta 2. b) praestite 1. c) sagacitatem 1. d) Aegidium 2. e) lucens 2. f) barbaris — et *om.* 1.

1) *Teste Gregorio, V. Patr. I,* 6, *Lupicinus senex victus causa Genavam ad Chilpericum se conferens, praeceptionem accepit, 'ut annis singulis trecentos modios tritici eiusdemque mensurae numero vinum monachi acciperent et centum aureos ad comparandum fratrum indumenta'. Regem Burgundionum praeter Gregorium etiam Iordanes, Get. c.* 44. *Chilpericum dixit, patricium biographus solus; cf. Binding l. l. p.* 301. *Erat autem vir illustris Galliae patricius ad a.* 454. *Aetius; cf. supra p.* 134. 2) *Unde id gestum esse necesse esset c. a.* 453, *i. e. decennio, postquam in Galliis Burgundiones consederunt. Cum vero Chilpericus non ante a.* 457, *quo Gundiocus Sapaudiam reliquit, Genavae solus regnaverit, calculus V. Lupicini constare vix potest.* 3) *Cf. Fred. II,* 56: Atrepennus Gallies comis et civis invedus Aegidio insignis inimicus, ut

dubio favere et subreptione clandestina provincias a publica niteretur ditione desciscere[a]; eumque, ut diximus, antequam posset[1] in comminus[b] puritatis assertione veris falsa prosternere, nidoris virosi accusatione turpaverat[2]. Mox praecepta imperatoria inflammata praecipiunt, uti rei publicae inimicum Rome[c] regia severitate plectendum magister militum, qui accusaverat, destinaret. Interea memoratus Agripinus, de causa ad presens in loco mussitatione quadam[d] leviter titillatus, ad comitatum[3] sub quadam custodia cogitur properare. Cumque adhuc in loco positus, animos principis emulo in semet livore praeventos quorundam, ut diximus, mussitatione sensisset, reniti ac reclamare fortiter coepit, non[e] se omnino iturum, nisi his qui clancule accusaverat, reum convicturus, palam veniret in comminus. Ad vero Egidius non quidem e contra sermone confligere, sed, conscientia[f] conveniente, subtrepidus coepit crebris sacramentorum nexibus innocentiam Agripini potius inretire[g] quam solvere: scilicet non eum habere omnino quod metueret, quia neminem videlicet personam inculpabilem utique apud principem naevo[h] suggessionis[i] insignisse sensisset; sed hoc solum sibi videri, ut si fuisset forsitan insimulatus ab aliquo, magis suspicionem crescere faceret renitendo, quam evidenter perfidie[k] conscientiam poterat abstergere presentatus. 'Si ergo', inquit Agripinus, 'mi domine ac maior Egidi, nihil est, quod illic metuam accusatus[l], obsecro, ut mihi sanctus Dei servus Lupicinus, qui ad praesens est[m], ex hoc vice nobilitatis tuae fideiussor accedat'. 'Fiat', inquid Egidius. Confestim adprehensam Dei servi dexteram deosculans, arra[n] foederis tradidit accusato.

(12). Cumque, arrepto confectoque itenere, ad urbem maximam pervenisset, confestim patricio iuxta insinuationem pristinam praesentatus, adscito quoque senatu, quid[a] simulatorem partium rei publice, quidve coniurato hostium digne conveniret excipere, iam conexus consulitur[b] imperator. Iubet ergo indiscussum atque inauditum capitalem mox subire sententiam. Sed Dei procul dubio nutu, immo servi sui oratione concessum est, ne confestim indemnatus atque innocens securi publica plecteretur. Ergo retrudi interea iubetur in carcerem, hinc inde exultante insultanteque fremitu vulgi, quod his qui favorem barbaris ardoremque inruptionis videbatur accendere, tandem divinitus coercitus, nullam de reliquo temeritas[c] barbarica potiretur audaciam. Ad vero sanctum Lupicinum confestim facinus omne non latuit, nam et memoratus Agripinus iugi suggessione fideiussorem suum conveniebat in spiritum[d]. Inponit ergo sibimet Christi servus cum oratione continuata paenitentiam indefessam et praeter fomitum[e, 4] caulium crudas medullas, incoctas adaeque[f], viles ac rusticas rapas nihil omnino aliud in usu coti-

II. Cap. 11. 12. 1. 2.

Cap. 11. a) *ita scripsi*; deiscere 1; deiicere 2. b) communis 2. c) Romam 2. d) Quedam 1. e) nosse omnino 1. f) conscientientia 1. g) inpetire *pr. m. corr.* inretire 1. h) eum *add.* 2. i) suggestionis 2, *ut infra.* k) perfidam 2. l) accusatur 1. m) praesensem 1; pr. adest 2. n) arrham 2.

Cap. 12. a) in *add.* 2. b) consolitur 1. c) temeritate 2. d) spiritu 2. e) *om.* 2. f) aquae vilesque ac 2.

Gothorum fideretur, Narbonam tradit Theuderico. *Haec ex Idacio fluxerunt, at biographum ex Fredegario pendere opinor, cum vocabulum* invidus, *quod legisse videtur, huius sit additamentum.* 1) *Scil. Agrippinus.* 2) *Scil. Aegidius.* 3) *Cf. Cassiod. Var. I,* 8: Aut si quid est quod pro suis partibus intentio retentatoris obiciat, legali sponsione praecedente, ad nostrum deproperet venire comitatum: ut, allegationibus cognitis, pro consuetudine nostrae iudicemus aequitatis. 4) *Fomites sunt incrementa; cf. Gloss. Amplon.*

diano potitus[a] est, donec illum cerneret absolutum. Cum ergo amicus Christi suggessione pervigili aurem pietatis dominice iugi obstinatione pulsaret, nocte quadam in carcere[b] per visionem ad fidedictum veniens, ne turbaretur, hortatus est, atque angulum demonstrans in ergastulo: 'Hunc', inquit, 'levi commotione pulsatum, lento[c] quietoque tractu, antequam delucescat, festinus[d] egredere'. Excussus ergo e somno, et quasi Herodiano[e] conclusus carcere a[f] prisco apostolicoque[g] fuerat[h] angelo conpellatus, confestim paxillo arrepto, quo[i] propria sitarciola carcerati pendebat, contritis[k] quoque vinculis atque angulari lapide cauta[l] eventilatione convulso, velut[m] in[n] modum coniculi patefecit egressum. Igitur quasi in primevam redactus[o] infantiam, submissis ac protensis terratenus manibus, reptatu[p] quodam evulsus[q], quanam in parte ad refugium apostolica limina expeteret, ignorabat. Reperta[r] tamen platea, gradum[s] concitus urget, ut vel procul asportatus et insertus commeantibus[t], agnosci nequiret inmixtus. Cocullo ergo capiti obducto[u], quo iret, poenitus ignorabat. Interea ad dextram prospiciens, veteranum[v] quemdam religiosum monachum, se mentiens peregrinum, qualiter ad basilicam apostolici culminis recte possit[w] pergere, percontatus est. At ille: 'Per Vaticanum', quo nunc famosissimo in publicis[x] porticibus loco cellulae debilium ex uno sunt latere contignate; plateas quoque omnes ac bivia flexusque verbo indice commonstrans[y], velut locorum ignaro nihil omnino tramitis recti reliquit ambiguum.

cf. Matth. 14, 3.

(13). Ingressus igitur sancti Petri basilicam, prosternitur, cum lacrimis heiulans atque erumnas omnes de antro[1] pectoris ructans, et culparum[a] propriarum veniam[b] et circumscriptionum praesentium laqueos, salutari medico vulneratus, inmurmurat. Nocte igitur subsequuta iterato susceptulum[2] suum fideiussor[c] in basilicam[d] per visionem blando solatur[e] alloquio. Ille vero inter familiare commentum[3] gaudet quidem sese e tenebris ergastularibus eductum in luce[f], sed naturali vexatus incommodo, valde semet esurire testatur; siquidem de custodia elapsus[g], huc illucque crebro diffugitans, nihil omnino postulaverat alimenti. 'Quiesce', inquit[h], 'tantisper[i]', Dei famulus; 'ego namque mittam tibi diluculo, quibus sufficienti refectione pascaris'.

(14). Cum ergo dies[a] coepisset subsequens deluciscere, ecce! quedam senatrix, cum se a confessione apostoli post orationem verteret[a] habitura[b], Agripinum in angulo contemplata: 'Hic', inquid puero suo, 'peregrinus est, et quantum reverentia genuina testatur, constat non exigue familiae esse personam. Hos ergo duos solidos, qui erogatiunculae[c] nostrae supersunt, offer ipsi interim, donec domi revertens, admonitione tua largiora transmittam'. Confestim igitur, perceptis solidis, e vicinis nundinis alimenta mercatus, ad atrium exterius iam letior rettulit gressum. Et ecce! audit quosdam de palatio viros tristes ac trepidos conloquen-

II. Capp. 12—14. 1. 2.

Cap. 12. a) potius 1. b) carcerem 2. c) leva 2. d) festinans regredere 2. e) Hered. *pr. m. corr.* Herod. 1. f) ac 1. g) apostolicoqui 1. h) fuerit 2. i) quo propria setarciola c. pendebant 2; quod propter sitarciolam c. pendebat 1. k) conlatis 1. l) cautet eventi latione 1; cauta ventilatione 2. m) ul ut 1. n) im 1. e) reductus 2. p) raptatu 1. q) evadens 2. r) Repta 1. s) gradu concito fugit 2. t) cominatus *pr. m. corr.* cominatibus 1. u) adducto 1. v) veterenum *pr. m. corr.* veteranum 1. w) posset 2. x) pullicis 1. y) condemonstrans 1.

Cap. 13. a) cumparum 1, *corr.* b) veniem *pr. m.* 1. c) fidedictus 1. d) basilica 2. e) solvatur 1. f) lucem 2. g) et *add.* 2. h) t. i. 2. i) tantas per 1.

Cap. 14. a) *om.* 1. b) habituram 1. c) qui ergo gratulae 1.

1) *Prudentii Psychomachia v.* 6: de pectoris antro; *v.* 774: sub pectoris antro.
2) *I. q. susceptus, cliens; cf. Ducange ed. Favre VII,* 680. 3) *I. q. colloquium.*

tes: 'Agripinus namque iste, qui effugit e[a] carcere, procul dubio gravi coactus iniuria, ad inruptionem rei publice inmissurus est barbaros'. Quo audito, et quia vultu habebatur incognitus, inserit se paulisper[b] ac leviter conloquentibus, ac de his[c] quasi indigena callide explorans, confabulando perquirit, et inter haec ex consilio conloquia miscens: 'Quantum[d]', inquit, 'melius fecerat imperator[e], si huiusmodi virum, etiamsi esset in accusatione convictus, magis sibi fecisset pietatis[f] beneficio debitorem, quam indiscussum et inconvictum[g] ad id fortassis[h], quod falso obiectum fuerat, iniuria instigante, citaret'. Ad illi: 'Hoc[i]', inquiunt, 'agustus ac[k] patricius omnisque senatus, quur ita, ut dicis, factum non fuit, congemescunt'. Et ille: 'Et modo', ait, 'quasi[l] repertus, evaderet?' 'Sicubi', inquiunt illi[m], 'indagari pervenirique[n] possit, non solum indemnis, verum etiam sublimatus honoribus et muneratus valde, redibit[o] ad propria, dummodo hoc metu[p] res publica solveretur ad praesens'. 'Ut sciatis', inquit, 'quia Agripinus ille, insimulatus[q] nequiter[r], fugere quidem ad hostes potuit, sed, si reus est, optat convictus, patefacta veritate, dampnari, ite nunc quoque, nuntiate imperatori ac[k] patricio, quia ecce! hic sum ego Agripinus'. At illi illico cumplectuntur hebefacti hominem atque deosculant[s] et cursim ad palatium nuntium mittunt. Audiens namque, alacrior redditur imperator; vulgus omne versa vice congaudet hac, voto vultuque mutato, in melius iam letatur. Senatus[t] vero vicissim ac rapidus[u] rogatus, adcurrit hinc inde; confestim larga humanitas et[v] crebra munuscula, abusione abolita[w], destinantur: adlegatio[x] omnium in causa, minime mandante[y] causedico. Nec mora praesentatus augusto est, publicata accusatione, suspicione solutus est, atque ad Gallias repedans, haec quae retulimus auditu[z], Christi servo prostratus gratias referens, quoram[a] omnibus retulit.

(15). Florebat namque eodem tempore, immo flagrabat ubique bonus hodor servorum domini nostri Iesu Christi, quia neminem carpebat subdolus livor[a], nullum edax lacerabat invidia; omnes, inquam, unum erant, quia unius omnes erant. Si quis igitur patrum gubernaculi fratrem[b], id est coabbatem utique suum, dispensatione sancti Spiritus quacumque gratiarum parte fervere ac perfrui praesensisset, elevatis ad caelum oculis manibusque, tamquam si ipse id gereret, gaudii lacrimas alacer profundebat ad Christum. At si aliquis[c] fuisset auctore Deo facundior[d] aut eruditione sancta disertior, plus in fratre simplicitatis pure conscientia[e], quam proprii[f] acsi favoris delectabatur industria. Itemque simpliciores[g] quique cum omni reverentia servabant[h] ab his instrui vel doceri, quibus[i] efficacius atque instructius adapertio[k] oris iuxta apostolum ad loquenda Christi mysteria prestabatur. Nemo namque omnino[l] iuxta apostolicum constitutum suum quicquam esse dicebat: nominis tantummodo proprietate[m] quis, non facultatis aut claritatis cultu distabat ab altero. Adeo nuditate contenti karitatis ac fidei unanimitate fervebant, ut si frater forsitan pro qualibet necessitate ordinatus, uspiam pro-

cf. Matth. 5,2.

cf. Act. 4,32.

II. Capp. 14. 15. 1. 2.

Cap. 14. a) de 2. b) pauplisper 1, *corr.* c) iis 2. d) Quanto 2. e) imperatori h. 1. f) fecisset beneb beneficio d. 1. g) et convinctum 1. h) fortass& 1. i) cum *add.* 1. k) a[c] 1. l) si respectus esset, ev. 2. m) ille 1. n) invenirique posset 2. o) rediret 2. p) metueres publica 1. q) insinuatus 1. r) nequitur 1. s) deosculantur 2. t) *ante* Sen. *tres litt. ras.* 1. u) rapide rogatur 2. v) ac 2. w) obolita 1. x) allegato 2. y) emendante 2. z) adito 2. a) quorum *pr. m. corr.* quoram 1.

Cap. 15. a) livox *corr., ut vid.,* livor 1. b) fratrum 2. c) f. a. 2. d) fecundior 1. e) conscientię 1. f) propria sophisticis locis delectabat 2. g) subplitiores *pr. m. corr.* supplitiores 1. h) r. se volebant 2. i) *bis scr.* 1. k) adapertiorę iuxta 1. l) *om.* 2. m) proprietatis 1.

cessisset et[a] frigore vel forsitan[b] hiemali conpluvio redisset infusus, certatim quisque, a semet molliori sicciorique vestimento excusso[c] calciamentoque extracto, calefacere ac fovere fraterna potius viscera quam propria festinaret. Non illo utique[d] tempore frater ab abbate foris[e] ob causam aliquam destinatus, — quod nunc quoque, refragatis ubique institutionibus, referre pudet ac dicere, — sensibilis ac bipes quadrupedi[f] invectus est equo, sed et[g] sufficiebat cuique cum sustentatione baculi grossior[h] forciorque monasterii tortula. Atque ideo sepe per Domini servos, comitante virtutum gratia, sanitatum et mirabilium dona perfecta sunt: quippe[i] poene prius loca ipsa praeteribant[k] signorum, quam visu aut nomine noscerentur ab alico. Illic namque edocebant fontem atque exordium gratiarum debere expetere admirantes, ubi quantocius[l], amore et calore fidei perfectis impletisque mandatis, absque venalitate[m] gratie festinabant, ne in templo utique cordis sui negotiationum[n] nundinas construentes, ut mensarum[o] quoque[g] nummulari[p], mercatores etiam columbarum, flagello severitatis dominice[q] plecterentur. cf. Matth. 21,12.

(16). Igitur cum beatissimum patrem longeva tempora, senecta quoque atque inequalitas gemino labore pulsarent, primitus Condatescensi[a], seniori utique coenobio, praeficiens[b] patrem, tum quoque, imminente transitu, Lauconensi[c] monasterio designans[d] abbatem, coepit in dies auctiori inaequalitate vexari, donec dudum arentia membra, cumulato[e] febrium ardore, ferverent. Cumque[f] exoratus a monachis, ut aquae[g], qua octo circiter, ut diximus[1], abstinuerat annis, haustu, ut assolet, exiguo concava oris crebra linguae eventilatione[h] purgaret, venerabiles filii professionem patris karitatis vinculis, sera licet ac parva mutatione, rumpentes, calicello, quo cyatum aque accepturus erat, coclear mellis latenter[i] inmiscent. Ad cum ille decumbens hinc inde fuisset residens sustentatus oblatumque summis labiis degustasset[k], confestim professionis zelo commotus: 'Inimice', inquid, 'etiam in exitu conaris humilitatem meam periture dulcedinis oblectatione corrumpere'. Dehinc paulolum subpinatus, festina alacritate migravit ad Christum. Inspiratione igitur pietatis ingenitae in ipso, ut diximus, Lauconensi[1] monasterio[2] paternum filioli corpusculum condiderunt, ut quia iam germanus ipsius orationis locum inlustrabat ad Balmam, sanctus quoque Eugendus Condatescensem inlustraturus quandoque erat, interius hic[m] interim Lauconense[l] monasterium virtutibus instrueret, imbueret exemplis, ornaret patrociniis[n], orationibus iugiter adiuvaret. Amen.

II. Capp. 15. 16. 1. 2.

Cap. 15. a) in 2. b) forsitam 1. c) excussu 1. d) usque 1. e) foras 2. f) quadrupi 1. g) *om.* 2. h) grossor *pr. m. corr.* grossior 1; crassior 2. i) quique 1. k) praeterire 1. l) quanto cuius amore 1. m) veneclitate *corr.* venal. 1. n) necogitationum 1. o) mensuram 1. p) nummularii et m. (*om.* etiam) 2. q) se *add.* 1.

Cap. 16. a) Condatescenti 1; Condadiscensi 2. b) praeficere 2. c) Lauconnensi 2. d) designare 2. e) cum mulatu 1. f) Dumque 2. g) aqua (qua *om.*) 1. h) linguae et ventilatione 1. i) latentis 2. k) dagustasset 1. l) Lauconensis 1. m) hinc 1. n) patronciniis 1, *corr.*

1) *Supra p.* 144. 2) *Greg. l. l.:* Lupicinus, *inquit,* abba obiens, infra monasterii basilicam est sepultus, *i. e. Condatiscone.*

III.[a]

VITA SANCTI EUGENDI ABBATIS[b].

(1). Quantum, beatissimi fratres, desiderio fervorique vestro ex debiti summa subpleverim, sicut ex ratione apicum ex parte sum, opitulante Domino, iam securus, ita conscientiae propriae extraneique[c] iudicii incertus ago haec quae iniungitis non praesumptione indocti, sed oboedientia, ut cernitis, regulari. Sic adnuens divinitas faxit, ut umana proclivior in[d] diiudicando fragilitas dum melo delectatur aut musicis, dumque oratorias venustates, vocabulorum quoque[e] ac[f] temporum signata proprietate miratur, *ΘΑΠΙΝΩCIS*[g, 1] haec nostra nequaquam iactantia superborum iudicum[h] ventosa superfluitate calcetur[i]. Porro nos, ut prefati[k] iam sumus, vobis proprie opuscula ista dicavimus, quos novimus non oratorum[2], sed piscatorum esse discipulos, nec in philosophia sermonis regnum Dei, sed in virtute prospicere, magisque pura ac iugi observantia Dominum exorare, quam vana perituraque facundia perorare. Hinc ergo iam nobis[l] in relationem vitae beatissimi viri narrationis sumatur exordium[m].

(2). Sanctus namque famulus Christi Eugendus, sicut beatorum patrum Romani ac[a] Lupicini in religione discipulus, ita etiam natalibus hac provincia[b] extitit indigena atque concivis. Ortus nempe est haud longe a vico, cui vetusta paganitas ob celebritatem clausuramque fortissimam superstitiosissimi templi Gallica lingua Isarnodori[3], id est ferrei hostii, indidit nomen, quo nunc quoque in loco, delubris ex parte iam dirutis, sacratissima[c] micant caelestis regni culmina decata christicolis[d]. Atque inibi pater sanctissimae prolis iudicio pontificali plebisque testimonio extitit in presbiterii dignitate sacerdos.

(3). Igitur cum beatissimum pignus ab ipsis poene incunabulis quodam instinctu successuque[a] felicitatis ac luminis, virtute divina, ut reor, praesagante, succresceret, nocte quadam, ne[b] venerabilis pater ipsius vel subolis sancta ab effectu[c] profectuque futurae beatitudinis tenerentur incerti, in visione puer sanctus a duo-
cf. Gen. 13, 14. bus religiosis viris sublatus, ultra domus paterne vestibulum sistitur, ita ut Orientis plagam caelique astra quasi condam multigenis[d] Abraham patriarcha intuitu dili-
Gen. 15, 5. genti prospiceret, atque ipsi typice[e] iam quodammodo dicebatur: *Sic erit semen tuum.* Post intervallum namque modicum hinc unus, ast hinc alter atque alius inde, donec succrescens multitudo efficeretur innumera, beatum puerum vel sanctos

III. Capp. 1—3. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 1. a) *om. codd.* b) quod est (Kl. Ianuarii *m. al. suppl.*) *add.* 1; (Incipit prologus in *superscr.*) vita sancti Eugendi abbatis Iurensis 3*a*; Incipit prologus in vita sancti Eugendi abbatis 3*b. c.* c) extraneoque iudicio 1. d) pr. invidiae iudicando 1. e) q;que 1. f) *om.* 1. g) h. n. tapinosis (tapinosys 3*a*; tapinositas 3*c*) 3*a. b. c.* h) iuditium 1. i) caletur 1. k) profati 1. l) vobis 1. m) *subscr.* Explicit prologus. Incipit vita (sancti *add.* 3*a. c*) Eugendi abbatis 3*a. b. c.*

Cap. 2. a) *om.* 3*b*; et 3*a (superscr.). c.* b) provintiae 1. c) sacratissime (ę) 3*a. b. c.* d) chisculis 1.

Cap. 3. a) suggessuque 1. b) nec, *exp.* c 3*b*; *om. rell. (?).* c) affectu 1. 3*a. c.* d) *ita* 1; multigena *rell.* e) typici 1.

1) *Ταπείνωσις est humilitas.* 2) *Cf. Greg., Virt. Mart. Praef.: (Christus)* non oratores sed piscatores, nec philosophos sed rusticos praeelegit. 3) *Hodie Izernore (Ain). Isarnodurum sane est nomen Gallicum, compositum ex nomine proprio 'Isarnus' et ex vocabulo 'durum', id est castellum. Biographo vero lingua Gallica potius est Germanica, ex qua interpretatus est 'ferreum ostium', id est 'eisernes Thor'; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 184 *sq.*

procul dubio Romanum ac Lupicinum patres, qui eum in spiritu de coeno paterne domus eduxerant, tamquam inhormitas apum in[a] modum mellificantis[b] uve quadam constipatione sepserunt[c]. Et subito a parte prospicua videt[d] instar amplissimae portae culmina patefacta caelestia, ex[e] lento[f] etiam deductoque ad se usque ae caeli vertice cum lumine clivo, in modum reclinis scale cristata[g] proclivitate, descensum[h] et niveos fulgidosque angelicos choros ad se usque vel socios trepudiantes in Christi laudibus adventare, ita tamen, quod, crescente semper in loco[i] societate, nullus omnino reverentia divinitatis adtonitus aut sermonem[k] movebatur aut muttum[l·1]. Cumque sensim cauteque mortalibus multitudo sese inseruisset[m] angelica, collectis copulatisque[n] sibi terrestribus, concinentes angeli, ut[o] venerant, caelestia sacra repedantes ascendunt. Hoc solummodo puer sanctus inter carminum modulationem percipit[p], quod post annum circiter[q] monasterio intromissus ex euangeliis recitari[r] cognovit: istud nempe vice antiphonae[s], ut bene, ipso dignanter referente, commemini, reciprocis vocibus multitudo[t] concinebat angelica: *Ego sum via et*[u] *veritas et vita.* Recepta igitur ingenti multitudine, post Ioh. 14, 6. contemplationem diutinam area[v] quoque sese clausit astrigera, et solum semet puer contemplatus in loco, excussus e somno concutitur, ac visionis terrore perculsus, rem gestam ilico refert patri. Confestim namque presbyter sanctus, cui potissimum prolis sanctissima dicari deberet, agnovit.

(4). Mox igitur litterarum[a] eum instituit[b] aelementis, et anni exacto circulo, tamquam Samuhel quondam non in typico excubaturus templo, sed ipse potius cf. 1. Reg. 3. Christi efficiendus templum, sancto Romano oblatus est patri. In quo vere ita beatorum abbatum, qui eum in spiritu de incolatu terrestri eduxerant, gratiarum gemina confluxit ubertas, ut succidua quoque posteritas, utrum in Eugendo Lupicinum[c] potius suspiceret an[d] Romanum, iudicio fluctuaret incerto. Illis[e] dumtaxat huc illucque necessitate misericordiae e monasterio saepe progressis[f], iste vero a septimo ultra[g] sexagesimo[h] vite quo transiit[i] anno nusquam exinde post ingressum extulit pedem. Lectione[k] namque in tantum se die noctuque, expletis consummatisque omnibus, quae a proposito[l] vel abbate iniuncta sunt, dedit et inpendit, ut praeter Latinis voluminibus etiam Greca facundia redderetur instructus.

(5). In vestitu autem duabus tunicis numquam est usus atque unam ipsam nullatenus inmutavit, nisi antea fuisset plurima vetustate consumpta, simili quoque coculle ipsius condicione servata. Paleis vero lectuli ineventilatis multo tempore vilique sagello constrictis[a] pellicioque[2] superposito, conquievit. Aestivis namque temporibus carecalla[b] vel scapulari[3] cilicina[c] utebatur vetusta[d], quod ei

III. Capp. 3—5. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 3. a) im 1. b) mellificantes 1. c) repererunt 1. d) iudet 1. e) *ita scripsi*; et *codd.* f) lente 1. g) crustalenta 1. h) discessum 1. i) et *add.* 1. k) sermone 3*a. b. c.* l) *ita* 1; nutu 3*a. b. c*; metu *cod. Rip.* m) inserviret 1. n) copulantisque 1. o) *om.* 1. p) percepit 3*a. b. c.* q) in *add.* 3*a. b. c.* r) recitare 1. s) aut iphonae 1. t) munt. *pr. m. corr.* mult. 1. u) et via et veritas. R. 1. v) *ita* 1; aerea *rell.*

Cap. 4. a) eum litt. 3*a. b*; eum *om.* 3*c.* b) instruit 3*a. a**; instrui iubet 3*b. c.* c) Lupitinum 1. d) an 1. e) vero *add.* 1. f) progressi 1; progressus *corr.* progressis 3*a.* g) usque 3*b. c.* h) *ita* 1; sexagesimum — annum *rell.* i) transit 1. k) Lectioni 3*a. b. c.* l) *ita* 1. 3*b (cf. Scr. rer. Merov. I, 957)*; preposito 3*a. c.*

Cap. 5. a) constrictus 1. 3*b.* b) carecella 1. c) cilicino 3*a. b. c.* d) *om.* 3*a. b. c.*

1) *Gall. 'mot'; cf. Ducange h. v.* 2) *Germ. 'Pelz'.* 3) *'Scapulare propter opera' sibi induebant monachi; cf. Regul. S. Benedicti c.* 55.

quoque vir sanctitate conspicuus Leunianus[1] Viennensis[a] urbis abba[b] pignore[c] transmiserat karitatis. Fuit namque sanctus iste de Pannoniis[d] quondam, expargente[e] barbarie[f], in Galleis vinculo captivitatis abductus et non solum in Viennensi[a], sed etiam in Augustudunensium[g] urbe multo tempore claustro peculiaris cellae conclusus, ita ut amplius quadraginta annis in utraque civitate cohercitus[h], nulli hominum[i] ex prima retrusione vultu aut corpore praeter sola sermonis notitia nosceretur. Monachos iuxta cellulam haud plurimos regens, monachas vero procul intra urbem monasterioque conseptas ultra sexagenario[k] numero admirabili ordinatione rexit et aluit praemisitque maximas, magnas interim succiduasque in spiritu non dimisit. Sed sursum redeo.

(6). Habebat namque Eugendus beatissimus calciamenta fortia rusticaque in modum priscorum patrum, constrictis[a] ocreis cruris[b] fasceolisque plantis[c]. At vero nocturnis matutinisque conventiculis nec in frigidissimis pruinis nec in magnis nivibus quicquam nuditati pedum praeter ligneas Gallicanasque[d] caligas[e] addidit umquam atque in hunc quoque modum eminus saepissime matutinis oris ad fraternum cimiterium oraturus gradiebatur in[f] nivibus. Nemo namque eum umquam aut in[g] diurna aut in nocturna sinaxi[h] ante expletionem conspexit egredi foras. Nam cum[g] ipse noctibus certe oratu[i] longissimo atque secreto cunctos in[i] oratorium diutissime anteiret, post omnium quoque discessum nihilominus formulae suae incumbens oratione diutina pascebatur in spiritu. Atque ita exinde quolibet[k] tempore vultu hilari ac laeto egrediebatur ad fratres, ut solet exsatiata ambitio vultus hominum lasciva iucunditate dissolvere.

(7). Refectio ei omni tempore semel in die fuit, quae tamen aestivis diebus nunc in sexta cum[a] ceteris fatigato, nunc vero cum his, qui iterato reficiebantur, terminabatur in vespera, ita tamen quod nihil umquam, excepto[b] his quae cunctis adponebantur fratribus, degustavit in mensa. Igitur ad inquoationem administrationis ipsius revertamur.

(8). Cum ergo pater ille[2], quem beatissimus Romanus vel Lupicinus Condatescensi coenobio signaverant successorem, praeter labores sollicitudinesque coenobiales etiam corporeae inequalitatis frangeretur incommodis, vocatis[a] ad se fratribus, sic sanctum Eugendum vice[b] sua sollicitudine innexuit, quod[c] sibi tamen ius

III. Capp. 5—8. 1. *3a. b. c.*

Cap. 5. a) Vienensis 1. b) abbas *3a. b. c.* c) pignere 1. d) Pannonis 1. e) *ita* 1; et spargente *rell.* f) barbaria et in 1. g) Augustid. *3a*; Angustud. *3b.* h) *ita 3a. b. c*; herticus 1. i) ominem 1. k) *ita* 1; sexagenarium numerum *rell.*

Cap. 6. a) constrictus *3a. b. c.* b) crura *3a. b. c.* c) plantas *3a. b (non 3c).* d) Gal|ganasque 1. e) gallicas 1. f) *bis scr.* 1. g) *om.* 1. h) xinasi 1. i) oratu — in *om.* 1. k) quodlibet 1.

Cap. 7. a) de *add.* 1. b) exceptis *3a. b. c.*

Cap. 8. a) vocatus 1. b) vicis su(a)e *3a. b. c.* c) ut — — imminueret aut (atque *3c*) subtraheret *3a. b. c.*

1) *Leonianus temporibus S. Aviti in colle civitatis Viennensis monasterium sanctimonialium fundasse dicitur; cf. Adonis chron. (Migne, Patrol. lat. CXXIII, p.* 111*). Is est sine dubio Leonianus archidiaconus, qui, dictante Avito, scripsit ad Sapaudum v. s. (Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 95*), neque vero credendum est auctori recentiori sermonis de S. Aniano (v. supra p.* 107*), huius sancti illum fuisse germanum.* 2) *Nomen abbatis, qui Eugendum praecesserat, auctor ignoravit. Minausius audit in catalogo abbatum S. Eugendi saec. XII. composito (SS. XIII, p.* 743*) et in rhythmico (ib. p.* 746*).*

paternae eminentiae in nullo penitus inminuit aut subtraxit. Temptavit namque idem[a] abba[b], ut antedictum sanctumque Eugendum cum administrationis onere[c] etiam presbiterii dignitate artius inligaret[d]. Sed non solum voluntati ipsius in hac parte saepissime, immo sanctissime contradixit, verum etiam sacrosanctos pontifices, qui illic orationis[e] causa confluxerant[f], reverentia tanti honoris caute ac diligenter aufugit. Mihi tamen crebro secretissime testabatur, utilius multo esse abbati propter iuniorum ambitionem liberum a sacerdotio praeesse fratribus et non inligari dignitate, quam abrenuntiantes ac remotos minime convenit adfectare. 'Novimus namque', aiebat, 'praeter hanc quam prediximus causam multos etiam patres post[g] humilitatis professe culmina hoc officio gravius ac latentius superbisse[h] et plus se efferre fratribus, quos[i] exemplo humilitatis convenerat anteire'. Suscepit ergo Dei sanctus, sicut etiam pater Lupicinus, absque sacerdotali aeminentia iniunctae sibi vicissitudinis societatisque laborem, ea maxime securitate fretus, quod de paterna sollicitudine ac provisione non habebatur incertus; sed mox evidentissima revelatione percellitur, ne de plenaria administratione, velut in aliquo incertus, redderetur ambiguus.

(9). Nocte igitur subsecuta subito raptus in visione, beatissimis quoque Romano ac[a] Lupicino abbatibus, ut in iniciis quondam, ita nunc in oratorii secretario[b] a parte dextera praesentatur necnon etiam inter ipsos seniores ac superstites circumspicit fratres cereos ac lampades gestare lucentes. Et data sibi a sanctis patribus oratione vel pace[1], ilico benedictum illum abbatem, decessorem sibi utique mox futurum conspicit intromitti ac super dorsum ipsius vel scapulas, rigentibus clavis purporeis, pallium album aspicit dependere. Soluto namque beatus Romanus sancti illius cingulo constringit ilico lumbos Eugendi. Dehinc excusso quod desuper, ut diximus, gestabat pallio, huius adeque umeris superinponens, ait: 'Hec tibi ad praesens nosce interim adsignari'; et digitis dalmaticam[2] praedicti decessoris[c] adstringens: 'Etiam hanc tibi', inquid, 'probata[d] in acceptis utilitate, noveris adsignandam'. Mox adstantes cum cereis[e] fratres, incipiente primitus uno, confestim cuncti claritatis hac solatii[f] lumina inpacta parieti[g] depremunt et extingunt. Cumque vir beatus tenebrarum angustiis cohercitus, eventum rei adtonitus prestularet[h] in visu, vox ad eum facta est[i]: 'Noli', ait, 'te, Eugende, fraude orum praesentium hac materialium luminum contristare; orientalem namque cellulae huius adtende prospectum, et videbis ilico tibi absque opitulatione humana lumen divinitus ministrari[k]'. At ille confestim illic porrigens visus[l], aspicit, sensim deluciscente aurora, radium ad se diei ac lucis influere, et in semet[m] reversus, lectulo laetus excutitur. Nec mora visionem sequitur effectus.

(10). Nam ad Christum decessore ilico[a] migrato, volens nolensque administrationem subterfugere non potuit subarratam. Illi vero qui per visionem luminis solatia prestata subtraxerant, humanitatis malo aliquid passi, livoris zelo flammati[b]

III. Capp. 8—10. 1. 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 8. a) *om.* 1. b) abb̄ 1; abbas *rell.* c) honore 1. d) indigaret 1. e) *ita* 1. 3*a*; causa o. confl. 3*b*. *c*. f) c. adiens reverentiam 3*a*. *b*. *c*. g) p̄ 1. h) superasse 1. i) in *add.* 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 9. a) et 1. b) secretari. 1. c) antecessoris 3*a*. *b*. *c*. d) *ita* 1; probatam in a. utilitatibus *rell.* e) caeteris 1. f) solatiis 1. g) parietati 1. h) praestolaretur 3*a*. *b*. *c*. i) *om.* 1. k) ministrare 1. l) visum 3*a*. *b*. *c*. m) ipsum *add.* 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 10. a) illo 3*a*. *b*. *c*. b) inflammati 3*a*. *b*. *c*.

1) *Pacem dare est idem atque osculari (cf. Ducange ed. Favre VI,* 228*), atque orationem pacemque dant salutantes se ecclesiastici ordinis homines.* 2) *Dalmatica vestiri abbatibus non licebat neque per medium aevum a papis id concessum est nisi raro.*

in beatissimum virum invidiae ardore turgescunt et sanctum Eugendum[a] abbatem[b] nunc dispectione[c] animi, nunc quoque monasterii professionisque desertione tamquam novitium ac rudem monachorum laicorumque patiuntur subiacere contemptui. At non ille divinae pietatis obtutus famulum suum passus est prolixa[d] fatigatione vexari. Confestim namque ipsi potentiae ac virtutis suae dexteram affluentissima signorum largitate porrexit, dando atque ostendendo[e] per servum suum sanitatum dona[f], prodigia multa, ita ut summae saeculi potestates[1] sospitari se crebro ac benedici eius litteris exorarent nec se clementiam divinam crederent habere placatam, nisi prius Christi amici gratiam sive suffragia aut visu aut litteris potirentur electa[g]: episcopi quoque[h] ac suspicientissimi sacerdotes prae se omnimodis ferre, si eum corporaliter cernere aut affatu[i] litterario obtinuissent familiarius conpellari. Ipsi etiam pseudofratres, qui pridie coturno elationis inflati discesserant, tamquam infelices atque degeneres notabantur[k] a laicis, nisi, deposito invidiae virus[l], ad sanctum Christi famulum quantocius repedarent.

(11). Dum haec odorifera fama geruntur, puella quaedam iuxta saeculi dignitatem non infima[a], circa Secundiacensim[b, 2] parrochiam a[c] daemonio atroci correpta, non solum claustris retrusa, verum etiam ferreis vinculis tenebatur obstricta. Cumque sanitatis causa a multis, ut solet, exorcismorum scripta nexae[d] cervicibus necterentur, atque illa ignotas[e] sibi scriptorum personas per inmundum spiritum cum nomina[f], quod dolendum est, carperet et vitia se[g] magis illos qui scripserant iam olim in illo atque illo peccato, latentibus apud humanitatem indiciis, adsereret possidere, tum ad ipsam[h] inerguminam[i] de adstantibus unus: 'Quid nos', inquit, 'istis alienis, immo propriis vitiis terres, inmunde? Vere in Christi nomine non solum istorum quos[k] derogas virorum, sed cunctorum quoque, si potuero, scripta sanctorum ita cervicibus tuis innectam[l], ut vel multitudine inperantium obruaris, si hos paucos audire dispicis[m] et contempnis'. 'Tu mihi', inquit diabulus, 'Alexandrina, si placet, cartarum onera exarata[n] inponas, numquam[o] tamen ex obtento[p] vasculo poteris propulsare, dummodo mihi solius Eugendi Iurensis monachi ex hoc non adferas iussionem[q]'. Confestim namque rapientes proximi dictum, ad beatissimum virum plenissima fide concurrunt[r], ac rem gestam[s] pedibus provoluti narrantes, non se reddituros[t] esse testantur, nisi misericordiam Christi praestaret exoratus obpresse. Victus igitur vel ratione vel precibus pater, breviter cum longa oratione, ut Gregorius quondam Magnus[3] Apollini, in hunc modum scribens atque consignans, sporcissimo transmisit epistolam[u]: *Eugendus*[v] *servus Christi Iesu in nomine domini nostri Iesu*[w] *Christi, Patris et Spiritus*[x] *Dei nostri*

III. Capp. 10. 11. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 10. a) Augendum 3*a.* b) abbatum 1. c) dispectionem 1. d) prolixas 1. e) extendo 1. f) et *add.* 3*a. b. c.* g) *om.* 3*a. b. c.* h) quique (*om.* ac) 1. i) afratu 1. k) notebantur 1. l) *ita* 1. 3*a*; viru 3*b. c.*

Cap. 11. a) infama 1. b) Secundiacensem 3*a. b. c.* c) *om.* 3*a. b. c.* d) *ita* 1; nexa *rell.* e) ignota 1. f) nomine 3*a. b. c.* g) que *add.* 3*a. b. c.* h) ipsum 1. i) *ita* 3*a*; inergima 1; energuminam 3*b. c.* k) quod 1. l) innecto 1. m) despicis 3*a. b. c.* n) exorata 1, *corr.* o) nunc quam 1. p) obtempto 1. q) iussioni 1. r) concurrerunt 1. s) gēstā g. pedibus 1. t) *ita* 1 *et pr. m.* 3c; redituros *rell.* u) eptā 1. v) Eugendi 1. w) I. Chr. *bis scr. erant* 1. x) spū 1.

1) Summae potestates *est elocutio Suetoniana, Nero* 36. 2) *Hodie Segny (dép. Ain, cant. Gex).* 3) *Rufino teste (Hist. eccl. VII,* 25, *ed. Cacciari I,* 436*) Gregorius episcopus Neocaesariensis scripsit Apollini:* Gregorius Apollini. Permitto tibi redire ad locum tuum et agere quae consuevisti.

praecipio tibi per scripturam istam: Spiritus gule et ire et fornicationis et amoris, et lunatice et Dianatice[1] *et meridiane*[2] *et diurne et nocturne et omnis spiritus inmunde, exi ab omine, quae istam scripturam secum habet. Per ipsum te adiuro*[a] *verum filium Dei vivi: Exi velociter et cave, ne amplius introeas in eam. Amen. Alleluia*[b]. Et orans atque conplicans, subplicibus tradidit deportandam[c]. Quid plura? Necdum itineris medii[d] spatia confecerant, cum ecce! furcifer ille frendens atque eiulans prius egressus est ex obsessa, quam calcarent domus limina revertentes.

(12). Ab hoc fere tempore beati viri longe lateque fama[a] nomenque enituit, ut qui[b] sanctus iam habebatur indigenis, potens etiam et vere apostolicus porrogenitis[c, 3] haberetur. Materfamilias quondam Siagria[d, 4] nunc quoque ecclesiarum monasteriorumque per elymosinam mater, cum gravi obsessa incommodo iam iamque haberetur a medicis desperata, epistolam beati viri, quae casu ad eam delata pervenerat, de amariolo sibi vice dextere beati viri exosculandam praecepit adtingi[e]. Cumque adprehensam, contactis ex eadem cum oratione oculis, lacrimis quoque haut[f] minime deciduis infecisset, ori dehinc insertam aliquantisper dentibus cum oratione constringens, mox, recuperata sanitate, surrexit. Quo gaudio atque miraculo non solum ipsa suique, verum etiam civitas maxima Lugdunensium exultatione mira relevata atque laetata est.

(13). Cum ergo fama vitaque viri virtutum dilatatione[a] succresceret, tanta miserorum acervatim coepit in monasterium turba concurrere, ut secularium, immo tribulantium multitudo paene catervis videretur numerosior monachorum. Interea dum inibi mox nonnulli, alii etiam post bidui triduique, quidam vero post mensibus quommoda votiva percipiunt, Dei sanctus manum ad[b] salutare compendium mittens[c], fatigationem miseris auferebat. Dabat ergo subplicibus atque sospitibus deportanda inligandaque infirmis cum sancti olei quantitate superius contra[d] larvis ac miseris[e] scripta mandata, quae ita, quooperante fide, porrigebant in provinciis longe positis medicinam, ut illi quoque obtinebant, qui eius in monasterio praesentabantur aspectui. Neque solus beatissimus pater in[f] coenobio, sed et presbiteri multique inibi fratres potiebantur[g] charismata[h] meritorum, et zeli ambitione cessante, illis potissimum quam sibi Dei homo medendi delegabat[i] officium.

(14). Et hoc studebat omnimodis, ut unusquisque illi rei vel studio in monasterio deserviret, in quo eum dono sancti Spiritus pollere eminentius praespexisset[a].

III. Capp. 11—14. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 11. a) iuro 1. b) aīt 1; aīta 3*a. c.* c) deportandem 1. d) mediis pacea 1.

Cap. 12. a) fame 1. b) quid 1. c) *ita* 3*a. b. c*; progenitis 1. d) Sigratia 1. e) adtengi 1, *corr.* f) aut 1.

Cap. 13. a) relatione 3*a. b. c.* b) ad s. c. *om.* 1. c) et *add.* 1. d) *ita* 1; contraria *rell.* e) miseriis 3*a. b.* f) *om.* 1. g) potibantur 1. h) clarissima virtute *pro* ch. 3*a. b. c.* i) delegebat 1. 3*c.*

Cap. 14. a) perspexu 3*a*; perspexit 3*b*; prospexit 3*c.*

1) *Cf. sermonem Maximi Taurin. (Ducange ed. Favre III, 99):* Cum maturius vigilaveris et videris saucium vino rusticum, scire debes, quoniam, sicut dicunt, aut Dianaticus aut aruspex est; insanum enim numen insanum solet habere pontificem. 2) *Meridianum daemonium, cuius non semel meminit Greg. Tur. (cf. Scr. rer. Merov. I,* 635*), idem est, quod a rusticis Diana appellabatur.* 3) *I. e. procul positis. Mab.* 4) *Syagriam matronam Lugdunensem, quae auro suo liberalissime captivos redemit, auctor nosse potuit ex V. Epiphanii (Auct. antiq. VII, p.* 106*), ubi ut 'thesaurus ecclesiae' ipsa ab Ennodio praedicatur.*

Atque ideo mansuetum ac lenem illi ordinabat officio vel loco famulari[a], ubi mansuetudinis ac patientiae bonum nullatenus inquietudo decoloraret alterius; rursumque superbiae forsitan[b] aut vanitatis naevo[c] notatos non patiebatur esse sepositos, ne iudicio virosae ac propriae elationis inflati, altius graviusque corruerent, cum culpas ac vitia sua non agnovissent, in medium crebrius increpati. Si quos sane, ut sese habet natura fragilitatis humane, aedacis tristiciae morsibus interea noverat sauciari, illis quoque inopinantibus, ita spiritaliter ex industria blandus superveniebat ac laetus et sancto dulcique fovebat alloquio, ut, deterso tristiciae perniciosissimum[d] virus, quasi quadam[e] salutaris olei perunctione, exasperata sanaretur austeritas[f]. Dissolucioribus vero ac levioribus[g] acriorem se severioremque semper exibuit. Presbiteris quoque ipsis, quorum officio, constrictus saepe ab[h] episcopis, humilitatis[i] causa noluit, ut diximus[1], implicari, ita semper ob ministerium sacrificii salutaris quodam remotionis opere conscientiae purae tribuit facultatem, — ut illo cuique pro delicto mordaciter forsitan[k] quippiam, ut assolet, succensenti, illi vero, dum reatum culpamque ignorarent, absque notitia vel participatione alieni reatus corpus dominicum traderent ab altari, — ut nec se[l] conscii plecterent communione delicti nec alterum severitate paterna[m] ante emendationem forsitan sacramentorum indultu subtraxisse viderentur in aliquo.

(15). Hic namque fuit, immo[a] est aput Christum beatissimus homo, ex cuius ore, Deum testor, numquam processit obloquium[b, 2], cuius aures numquam polluit maliloqui oris ferale contagium. Tantum namque detestabatur[c] hoc vitium, immo flagitium, quantum quis letiferi[d] anguis non solum venenum metuit, verum etiam occursus ipsius vitat atque conspectus. In tantum mens ipsius, abstrusis viciis, pura pollebat, ut etiam beatissimos[e] Christi apostolos Petrum ac Paulum sanctumque Andream, adaeque apostolicum conspicuumque virum Martinum episcopum et conloquio fuerit potitus[f] et visu. Quodam namque tempore, antequam ipsi administrationis onus incumberet, diebus aestivis ultra monasterium iuxta semitam, qua Genua[g] usque transcenditur, sub arbore solito quiescenti[h] subito tres sese[i] per soporem adventantes offerunt viri. Quorum[k] cum post orationem et pacem[k] novitatem ac vultus abitusque contemplatur[l] adtonitus, interrogat quoque, quinam ipsi venerabiles essent, quorum benedici meruisset adventu. Tum unus: 'Ego[m]', ait, 'Petrus, ast hic germanus meus Andreas et iste frater noster est Paulus'. At ille confestim in spiritu ad eorum vestigia provolutus: 'Et quid est', inquit, 'domini, quod vos in haec rura cerno[n] silvestria, quos in magnis urbibus Romae hac Patras post sanctum martyrium legimus corpore contineri?' 'Verum est', inquiunt, 'et illic[o] quidem, ut asseris, sumus et hic quoque nunc abituri[p] venimus'. Et in haec verba visio finivit[q] et somnus.

III. Capp. 14. 15. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 14. a) familiari 1. b) forsitam 1. c) vit(c)io 3*a. b. c.* d) perniciosissimo 3*a. b. c.* e) quandam 1. f) aus peritas 1, *corr.* g) levibus 1. h) ad episo 1. i) humanitatis 1. k) forsitā 1. 3*c.* l) nec recons | (su *exp.*)cii pl. 1. m) paternae 1.

Cap. 15. a) ammo 1. b) obloquentium 1. c) testabatur 1. d) loetuferi 1. e) beatissimorum Chr. apostolorum Petri ac (et 3*c*) Pauli sanctique Andre(a)e ad(a)eque apostolici conspicuique viri Martini episcopi 3*a. b. c.* f) potius et v. 1; et v. p. 3*b. c.* g) Genuam 3*a. b. c.* h) quiescente 1. i) *ita* 3*b. c*; esse 1; se 3*a.* k) Q. — pacem *om.* 1. l) contemplaretur 3*a. b. c.* m) ergo 1. n) certio 1. o) illi 1. p) *ita* 1; habitaturi *rell.* q) finiunt 1.

1) *Vide supra p.* 157. 2) *Obloquium pro convicio accipitur.*

(16). Cumque, confricata facie, torporem somni depulisset[a] ex vultu, conspicatur eminus duos qui ante biennium circiter discesserant[b] fratres eo adventare calle, quo sanctos[c] apostolos per visionem conspexerat advenisse. Et prosiliens ilico in occursu[d], consalutatos[e] quoque ex more, consulit, unde dulcissimi[f] fratres pos tam diutinum commeatum ad coenobium repedarent. 'Nos', inquiunt, 'inter alia ad Urbem usque progressi, obtentis quoque sanctorum patrociniis, sub trina martyrum sera quidem, sed fida intercessione revertimur. Dominorum namque apostolorum Petri et Pauli atque Andreae ditati reliquias[g], ad caulas repedamus antiquas'. In loco igitur, ut moris est, subsistentes, currens Eugendus sanctus ad monasterium, ipse patri[1] ac fratribus adventantium sanctorum efficitur nuntius, qui fuerat paulo[h] ante contemplator in visione. Prosiliunt confestim obviam, et consalutatis[i] fratribus deosculatisque[k] reliquiarum vasculis, cum trepudio et[l] exultatione atque psalmi sono exhibitis, inclusis quoque sub altari, patrocinantur[m] nunc exorantibus indefessa virtute, quorum laudes ac merita nequeunt localiter coherceri.

(17). Ut enim de sancto ac beatissimo viro Martino dicamus, cuius mihi quoque vultum atque abitum cum suprafatorum secretissime solebat exponere, parumper nobis[a] referre non pigeat. Quadam namque vice, dum diros metuunt ac vicinos Alamannorum incursus, qui inopinatis viantibus non congressione in comminus, sed ritu superventuque[b] solent[c] inruere bestiali, ad mortem aut suspicionem mortis penitus evitandam, quae crebro timoris iaculo totiens interimit[d], quotiens[e] timetur, e limite Tyrreni[f] maris[2] potius, quam de vicinis Aeriensium[g, 3] locis coctile decernunt[h] petere sal. Sed hoc totum ut fieret, et consilium et ordinatio beati viri persuaderant[i]. Cumque emenso bimenstri tempore, nullum darent proprii adventus indicium, vertitur in sanctum inputatio fratrum, quod, aliis e vicino quod timuerant sospitibus iam reversis, non tam distinatis[k] fratribus exilium, quam

III. Capp. 16. 17. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 16. a) pullisset 1. b) decesserant 1. c) scs apls 1. d) occursum 3*a. b. c.* e) consolatos 1. f) dilectissimi 3*a. b. c.* g) reliquiis 3*a. b. c.* h) paule 1, *corr.* i) consalutis 1. k) deosculantisque 1. l) et exult. *om.* 1. m) patrocinant 1.

Cap. 17. a) *ita* 1. 3*a*; vobis 3*b. c.* b) supervenientuque 1. c) solerent 3*a. b. c.* d) et *add.* 1. e) quotiesque timet 1. f) *ita* 3*b. c*; Tirreni 3*a*; Tyranni 1. g) Heriensium 3*a. b*; Her:entium, *ras.* i 3*c.* h) discernunt 1. i) persuaserat 3*a. b. c.* k) dest. 3*a. b. c.*

1) *I. e. abbati.* 2) *Intellegitur Mare Mediterraneum, a Fredegario 'Mare Terrenum' dictum, Tyrrenum autem a Nithardo a.* 842. *et in Ann. Fuld. a.* 878*; cf. supra p.* 128. 3) *In codice A* 1 *Passionis Acaunensium m. s. VIII. adnotavit, quantum salis ex areis Eriensibus monasterium S. Eugendi collegerit; cf. supra p.* 22. *Salinas Erienses esse eas oppidi Salins contendit Lütolf, 'Die Glaubensboten der Schweiz' p.* 256, *adnotans, prope oppidum illud etiam nunc situm esse locum Pont d'Héry, idque ipsum iam saec. XVII. probaverat doctissimus Chifletius S. I. in opere inedito 'Illustrationes Iurenses' (Cod. Bruxell.* 8287—90, *fol.* 72'*): 'Favet', inquit, 'huic sententiae, quod etiamnum pagus est prope Salinas dictus "le Pont d'Ery" et circa illum "le Mont d'Erry", item "le Champ d'Ery", "le Prè d'Ery", "le Font d'Ery". — — His adde pro Condatiscense monasterio autographas tres Karoli Simplicis aevo ab octingentis fere annis conscriptas auctoritates, in quibus mentio est* Irii vici *in pago Scudengorum et* Crausoni *seu Crausonis vici in pago Amaorum, et in harum binis Irio vico additur vox* Salinensis, *in tertia* Salaris, *ut minime dubium sit, quin ea ipsa quae nunc est urbs Salinae, tunc quidem tantum vicus, vel* Irius vicus Salaris *vel* Irius vicus Salinensis *nuncuparetur'. Inter possessiones monasterii Condatiscensis 'Salinas et quae sunt circa Salinas' enumerantur in charta Karoli Calvi a.* 854. *data (Bouquet VIII, p.* 394*).*

mortem[a] peregrinam propria persuasione dedisset. Ille vero incertus licet[a] de reatu, quia ipsos ancipiti abstraxisset eventu, metuens tamen saltim[b] indebite increpari, misericordiam Christi pro salute eorum diebus singulis exorat[c] ac noctibus. Cumque post lacrimas fessus fuisset soporatus[d] in lectulo, ita claritate subita vallatur in grabatto, ut plus se luce cerneret circumfusum, quam si purissimi solis inlustraretur allapsu. Ilico iuxta lectulum beatissimus Martinus adsistens, cumsalutatum quoque, qualiter valeret, interrogat. At ille: 'Bene', inquit, 'agerem, si[e] de salute fratrum, quos[f], increpor, exules feci, non haberer incertus'. Et ille: 'Non meministi', ait, 'quia euntes mihi eos, id est Martino tuo[a], in orationem[g] propriae commendasti?' 'Ecce[h]', inquit, 'in Christi nomine reddo tibi cum effectu incolomes, quos mihi in oratione sospites commendasti[h]. Hac namque nocte in Pontianensi[i] parrochia manent; crastina vero unus ex ipsis istic[k] veniet, suspicionem cunctis ablaturus, ad mansum'[1]. Expergefactus[l] igitur Christi homo, tamquam memoratus[m] fratres cunctis visibiliter adsignaret, ita diem et oram praedixit adventus: ut ipse[n] sanctus Dei nuntiaverat, vel ipsi continuo sunt regressi.

(18). Nam et hoc, quod in[a] consequens relaturus sum, licet iam[b] nullus ambigat beatissimi Martini mirabilibus adplicari, tamen ignoro, quis tam ignarus ac brutus sit, ut non illic specialius[c] noverit virtutum dona clarescere, ubi per unitatem fidei familiárius concordans, residere noscitur gratia meritorum. Permisit namque Dominus nocte quadam in secretario[2] antedictum sanctumque Martinum temptari quidem incendio, sed probari. Sic igitur et Condatescense[d] monasterium exustum quondam est flammis, sed[e] tamen Martini oleum[f] nullo flammarum est voratus[g] incendio. Quodque etiam beatus Eugendus[h] tanta patientia atque aequanimitate[i] suscepit, ut mox illi[k] divina providentia non solum ad victum sive vestimentum[l] duplicia pro simpla reddiderit, verum etiam tabernacula ipsa multo utilius congruentiusque quam[m] fuerant in usus pristinos restaurarit. Vice igitur quadam[n], inminente vespera, omne illud, ut dixi[o], monasterium, quia erat ex lignis fabrefactum antiquitus, et non solum contignatis indiscretisque cellulis, verum etiam pulchre[p] fuerat cenaculis geminatum[3], ita subito redactum[q] est in favillis, ut mane non solum nihil resideret ex edificiis, verum etiam celeritate arentis[r] pabuli ignis ipse pene totus redderetur[s] extinctus. Cumque fratres illi, prout[t] quisque sarculum securemve posuerat, ferrum re vera, quod solum exuri nequiverat, prunis eventilatis, inquirerent, ecce! Antidiolus sanctus presbiter prospicit[u] ampullam cum oleo beati Martini, quae salutis gratia ad lectuli sui capitium[4] dependebat, plenam clausamque[v], ut fuerat, post vasta incendia postque[w] caenaculorum desuper

III. Capp. 17. 18. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 17. a) *om.* 3*a. b. c.* b) saltem 3*a. b. c.* c) exorabat 3*a. b. c.* d) superatus 1. e) fide sal. 1. f) ut *add.* 3*a. b. c.* g) oratione 3*a. b. c.* h) Ecce — commendasti *om.* 3*a. b. c.* i) Poncianensi 3*b*; Pocionensi 1. k) istuc 3*a. b. c.* l) Expargefactus 1. m) *ita* 1. n) ipsa 1.

Cap. 18. a) insequens 3*a. b. c.* b) *ita scripsi*; nam nullus 1; (iam *om.*) nullus *rell.* c) spetialibus 1. d) Condatescente 1. e) secum M. 1. f) oleo nulla fratrum est 1. g) *ita* 1. 3*a*; voratum 3*b. c.* h) Aug. *pr. m. corr.* Aeug. 3*a.* i) aequanimitatem 1. k) illa 1; illa *corr.* illi 3*a.* l) vestitum 3*a. b.* m) c. q. fuerint in u. pr. restaurata 1. n) quandam 1. o) dix̄ 1. p) pulcre 1, *corr.* q) reductum 1. r) arenti 1. s) reddetur 1. t) ut 1. u) *ita* 1. 3*a*; prospexit 3*b. c.* v) causamque 1. w) postquem 1.

1) *Mansus pro mansione accipitur in V. S. Chrodogangi episcopi Sagiensis auctore Herardo archiep. Turonensi (a.* 855—870*), AA. SS. Sept. I, p.* 771. 2) *Cf. Sulpicii Severi epistulam ad Eusebium.* 3) *I. e. coniunctum, indiscretum.* 4) *Caput lecti intellegitur, Gallis 'chevet'; cf. Ducange ed. Favre II,* 137.

ruentium ardentiumque[a] ruinas ita integram[a] ac stabilitam[b] inter fumantes ignium[c] residere favillas, ut tres condam pueros roscidis[d] refrigeriis legimus in camino Persico claruisse. cf. Dan. 3. Quae etiam ampullula[e] cum oleo ipso ad virtutum[f] testimonium odie usque in eodem monasterio servatur[g]. Unde non amplius sub Eugendo sancto incendiali arbitror casui licuisse, quam, ut diximus[h. 1], beatissimo quondam[i] cessisse Martino, vel postmodum Condatescenses[k] monachos cum oleo virtuteque[l] Martini reminiscimur evasisse[m].

(19). Nam praeter ista, que ob meritorum virtutumque testimonium pauca perstrinximus[a], tam praecipua extant[b], que puritate spiritus, divina inluminatione praescivit, ut in corpore positus, iam quodammodo cum supernis virtutibus clarescere putaretur, adeo ut vice quadam venerabilem virum Valentinum eiusdem monasterii[c] diaconum[d] commoneret, secretius dicens: 'Constat te[e], karissime frater, intra hos viginti circiter dies ex[f] hoc saeculo ad praeparata premia migraturum. Et ideo quamlibet exutus peccatorum nexibus, paratus ad Dominum eas, moneo tamen, ut te ita circa clausulam vitae, dum tempus suppetit, profectuum conlatione ditifices, quo possis digna, ut vidi, acceptabiliorque hostia ex ara Christi adsumi. Hac[g] namque nocte vestitum te[h] niveis linteis a sanctis patribus vidi cum psalmi sono in altare[i] oratorii huius imponi. Igitur licet meritum qualitatemque tuae adsumptionis[k] agnoscas, suadeo tamen, ut tibi interim addas, quod possis[l] illic felicitate perpetua possidere'. Cumque[m] sermocinationem cum alacritatis lacrimis et oratione complessent, post decem circiter dies febricula levi correptus paulatimque inequalitate vexatus, cursum vite praesentis explicuit.

(20). Ceterum ex cuiuslibet superventu persone ita per odoris flagrantiam[a] fetorisque adflatum[b] meritorum insignia dinoscebat, ut praesciret ilico, cui quis virtuti vel vitio subiaceret. Nam et adventus fratrum et secularium expetentium fidem prius saepe praedixit, quam ulla fratribus adventans praesentia nosceretur: ita tamen magnis eximiisque bonis exuberans, quod[c] numquam se meliorem eminentioremque[d] alteri[e] vel leviter iudicavit; sed pietate refertus, non quid interim esset, sed quam longe a perfectione adhuc esset[f], quasi cunctis abiectior et[g] infimus perpensabat. Habebat autem, nimirum habitatore inlustrante, magnam et in vultu laetitiam; nam sicut illum tristem nemo unquam vidit, ita ridentem nullus[h] aspexit. Non[i] illi beatorum Antoni atque Martini gesta aut[k] mores umquam labebantur ex animo. *Numquam iste,* ut de Antonio[2] refertur, *aut ira subita patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam.* Numquam laudatus ac beatificatus inflatus est; numquam[l] vituperatus fractus[m] est aut tristatus[n]. Tantum namque lectione reficiebatur, ut cum lectitaretur ad mensam, sepissime futurorum victus affectu, vel utin extasi positus, obliviscebatur adpositis; nam prae gaudio

III. Capp. 18—20. 1. *3a. b. c.*

Cap. 18. a) ard. — integram *om.* 1. b) stabilitatem 1. c) igne 1. d) in *add.* 1. e) ampulla *3a. b*; ampula *3c.* f) virtutem 1. g) reservatur *3a. b. c.* h) dixi *3a. b. c.* i) quandam 1. k) Condatiscenses *3a. b (non 3c).* l) virtutemque 1. m) evacuisse 1, *corr.*

Cap. 19. a) praestriximus 1. b) ex tam 1. c) monasterium 1. d) diaconem *3a. b. c.* e) Constate 1. f) ex *om.* 1. g) Hanc 1. h) vestitumque niveis 1. i) altari *3a. b. c.* k) adsumtione 1. l) poscis 1. m) que *om.* 1.

Cap. 20. a) fraglant(c)iam *3a. b. c.* b) afflatu *3a. b. c.* c) *om. 3a. b. c.* d) eminentiorumque 1. e) *ita* 1 *(cf. Scr. rer. Merov. I, p. 940)*; altero *3a. b. c.* f) & 1. g) *om.* 1. h) nemo *3a. b. c.* i) Noli illo 1. k) ut 1. l) nam 1. m) *ita 3a. c*; factus 1. *3b.* n) tristatur 1.

1) *Cf. supra p.* 162, *l.* 20. 2) *V. Antonii* § 88 *(AA. SS. Ian. II, p.* 134*).*

attonitus, peregrinationem praesentis vite dispiciens[a], municipatum[1] suspirabat in caelestibus praeparatum. Iste namque illic post[b] priscis patribus legendi proprie invexit industriam.

(21). Iste[a] etiam, refutato archimandritarum[2] orientalium[b] instari[3], utilius omnes univit in medium. Distructis[c] namque mansionum ediculis, uno cunctos secum xenodochio quiescere fecit, ut quos causa unitae refectionis una claudebat aedicula, discretis quoque[d] lectulis una ambiret et mansio, cui tamen lumen olei[e], sicut in oratorium[f], indeficiens noctibus prebebatur. Iste, inquam, abba[g] sanctus nec mensulam suam, ut quosdam facere nuper audivi, nec victum umquam exceptavit a fratribus; omnium[h] omnino omnia erant. Non ille umquam imperio docuit[i], quod exemplo antea aut opere non complevit[4]. Infirmis semper aut valde senibus clementissime obsequi fecit, adiciens quoque, ut ipsi illis e fratribus in necessitate servirent, quos egroti potissimum praelegissent; et non solum faciebat alimenta convenientia ministrari, verum etiam propter laborem infirmitatis, donec sanitas suppeteret, prestitit sequestratim reficere vel manere.

(22). Nam et saeculi hominibus[a] absque personali acceptione[b] se praebuit; pauperibus vero[c] adaeque ut divitibus osculum convictumque praestitit atque consessum, omni[d] cautela iuxta patrum regulam servans, ne se conspectui adventantum[e] laicorum vel propinquorum saltim[f] iniussus monachus praesentaret. Si quid vero cuique[g] fuit a proximis fortassis oblatum[h], confestim hoc abbati aut economo deferens, nihil exinde absque paterno[i] praesumpsit imperio. Cellam, armarium arcellamve nullus[k] illic omnino habuit umquam; nulla[l] cuique de necessitate exigua proprietate[m] operandi dabatur occasio[n]. Nam usque ad acum ipsam[o] lanasque nitas[p] etiam suendi consuendique cuncta prebebantur in medio[q], dummodo subtilissima fratribus deviandi eximeretur occasio. Inter haec autem omnia omnibus proprietatis[r] causa solum legere licuit aut orare. Ceterum novit fraternitas cuncta, quod dico[s], numquam in coenobio declinandi delinquendique[t] causas deesse maximas, ubi non propelluntur etiam minimae[u].

(23). Et quia sermo attulit, ut de institutione patrum[a] per imitationem beati Eugendi aliqua tangeremus iuxta promissum, quod memet praedixi[b, 5] tertio opusculo servaturum, prout memoriae, Christo inspirante, suggeritur, abrenuntiantum[c, 6]

Capp. 20—23. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 20. a) desp. 3*a. b.* c. b) *om.* 1.

Cap. 21. a) Istae 1. b) more *pro* o. i. 3*a. b. c.* c) Districtis 1; Destr. 3*a. b. c.* d) descretis quoque 1; discretisque 3*a.* e) diei 3*a. c*; *eras.* 3*b.* f) oratorio 3*a. b. c.* g) abbas 3*a. b. c.* h) omnibus 3*a. b. c.* i) que *add.* 1.

Cap. 22. a) omnibus 1. 3*a.* b) exceptione 1. 3*a*; absceptione 3*b.* c) verum 1. d) o. cate cautela 1. e) adventantium 3*a. b. c.* f) saltem 3*a. b. c.* g) cuicumque 3*a. b. c.* h) oblatim 1. i) respectu *add.* 3a *(ubi* spectu *detrit.) cum Mab.; om.* 1. 3*b. c.* k) *ita* 1. 3*a. c*; nullius (3*b*). l) nullam 1. m) pro pietate 1; proprietatis *rell.* n) occasione 1. o) ipse 1. p) netas 3*a. b. c.* q) medium 3*a. b. c.* r) propietatis 1. s) diaconum quam in 1. t) declinandaque 3*a*; *om.* 3*b. c.* u) minimas 1; minme? 3*b.*

Cap. 23. a) patrum 1, *corr.* b) praedix̄ 1. c) abrenuntiantium 3*a. b. c*; abrenuntiato 1.

1) *Cf. Hieron. ep.* 16, *n.* 2; *V. Arnulfi praef. (Scr. rer. Merov. II, p.* 432*).* 2) *Cf. Aviti lib. I. contra Eutychianum:* copiosae monachorum multitudini praepositus fuit, cuius officii personas episcopi orientales archimandritas appellant *(Auct. antiq. VI, 2, p.* 16*).* 3) *I. q. modus.* 4) *Ita V. Caesarii I,* 46. 5) *Vide supra p.* 143. 6) *Abrenuntiantes sunt monachi; cf. III,* 8.

exordia primitus intimamus: sic namque, quod non illa omnino quae quondam sanctus ac praecipuus Basilius Capadociae urbis antistes, vel ea quae sancti[a] Lirinensium patres, sanctus quoque Pachomius Syrorum[1] priscus abba, sive illa quae recensior[b] venerabilis edidit Cassianus fastidiosa presumptione[c] calcamus[d]; sed ea cotidie lectitantes, ista pro qualitate loci et instantia laboris invicta[e] potius quam Orientalium[2] perficere affectamus, quia procul dubio efficacius haec faciliusque natura vel infirmitas exequitur Gallicana.

(24). Igitur quia[a] oratiuncula haec nostra instar gubernatoris trepiditante[b], institutionis pelagus contemplata, circumspiciens undique, portum silentii gaudet adtingere, paululum circa transitum gesta viri beatissimi referam. Cum enim ultra sexaginaria[c] aetate sex ferme[d] mensibus praedictus pater inaequalitate corporea laboraret, sic tamen quod numquam canonico usque ad horam defuisset cursu[e], nec bis in die fesso corpusculo quoactus fuit[f] aliquid inpertire, vocato ad se uno e fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perunguendi infirmus[g] opus iniunxerat, secretissime quoque sibi pectusculum petiit, ut moris est, perungueri[h]. Cumque, transacta nocte, de nocturna quoque quiete a nobis[i] percontaretur[k], diluculo in lacrimis ac singultum[l] aerumpens: 'Parcat', ait, 'vobis omnipotens Deus, qui me tanta inequalitate constrictum non permittitis corporeis vinculis iam resolvi'. At cum trepidi inter profluas[m] lacrimas, convulsis quoque in corde singultibus, sileremus: 'Domini', inquit[n], 'mei abbates[o] Romanus ac Lupicinus propriis humeris feretrum ante hoc[p] lectulum exhibentes, me quoque deosculatum atque conpositum elevantes, deferendum gestaturio inmiserunt. Cumque elevatum in oratorium introferrent, concurrentibus vobis in hostio, violenter excussus, in hoc sum[q] vobis lectulo reportatus[r]. Et ideo rogo, si quid seni, si quid vero[s] paternae pietati praestatis, ne me istic retinere diutius, sed tandem transire permittatis ad patres. Oro[t] ergo omnes et obsecro, filioli, ut accepta ac tradita patrum in omnibus inviolabiliter instituta ad gaudium meum sanctorumque omnium ac vestrum ad palmam victoriae[u] perducatis'.

(25). Igitur cum verba inter lamenta nostra complesset, quinto admodum die huic ipsi[a] lectulo idem[b] in mausurio[3] semet imponens, subito, tamquam dormiens visus, animam exalavit[c]. Cuius sanctum ac beatum corpusculum inibi[d] inter catervas filiorum[e] ac fratrum, posteritatis quoque deserviente famulatu[f], venerabiliter est in Christi nomine consepultum.

(26). His interim fidei fervorisque vestri sitim, o[a] sanctissimi, exsatiatis tan-

Capp. 23—26. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 23. a) sanctorum 3*a. b. c.* b) *ita* 3*a. c*; recensor 1; recencior 3*b.* c) presumptionem 1. d) calcemus 3*a. b. c.* e) invecta 1.

Cap. 24. a) qui 1. b) *ita* 3*a*; trepiditdante 1; trepidante 3*b*; trepidantis 3*c.* c) sexagenariam etatem 3*a. b. c.* d) fere 3*a. b. c.* e) *ita* 1. 3*a. c.* f) fuit a. fuit 3*a*; a. fuit 3*b. c.* g) *ita* 1. h) perungui 3*a*; perungi 3*b. c.* i) *hic incipit folium e codice Montepessulanensi excisum, quod Parisiensi n.* 9376 *(f.* 57*) insertum est* 3*a.* k) percunctaretur 3*b. c.* l) singultu 3*c*; singultus 3*b.* m) prolofluas 1, *corr.* n) m. i. 3*b. c.* o) abbatis 1. p) hunc 3*a. b. c.* q) a *add.* 3*a. b. c.* r) reportatur 1; deportatus 3*c.* s) verum paternum 1. t) hora 1. u) victoria 1.

Cap. 25. a) ipse 1. b) i. in m. *om.* 3*a. b. c.* c) exoravit 1, *corr.* d) mihi 3*b. c*; *om.* 3*a.* e) filiolum 1. f) famulatum 1.

Cap. 26. a) omnes s. 1.

1) *Immo Aegyptius; cf. Arnold, 'Caesarius von Arelate' p.* 512. 2) *Igitur Lerinenses inter Orientales posuit biographus.* 3) *I. e. mansorium, quod supra xenodochium et mansio appellatur, dormitorium monachorum commune.*

tisper desideriis, reficite, fratres. At si animas[a] vestras, spreta[b] dudum[c] philosophia, rusticana quoque garrulitas exsatiare non quiverit[d], instituta, quae de informatione monasterii vestri, id[e] est Acaunensis[f] coenobii, sancto[g] Marino[1] presbitero insulae Lirinensis abbate conpellente, digessimus, desideria vestra tam pro institutionis insignia[h], quam pro iubentis auctoritate, Christo opitulante, luculenter explebunt[i].

III. Cap. 26. 1. 3*a. b. c.*

Cap. 26. a) animos vestros 3*a. b. c.* b) sperta 1, *corr.* c) *om.* 1. d) quieverit 1. e) id est *om.* 3*b. c.* f) *ita* 3*b*; Acanensis 1; Agaun. 3*a.* g) scm̄ 1. h) insignibus 3*a. b. c.* i) *subscr.* F(eliter Deo gratias amen *m. al. suppl.*) 1; Explicit vita sancti Eugendi abbatis 3*c.*

VITA SEVERINI ABBATIS ACAUNENSIS.

Castro Nantonis (hodie Château-Landon, dép. Seine-et-Marne), pagi Wastinensis[2] *capiti, quod saec. demum X. Notitiae Galliarum insertum*[3] *est post civitates provinciae Lugdunensis Senoniae, S. Severinus patronus extitit, eique ecclesia dicata erat, cui postea monasterium accessit.*

Iussu Magni archiepiscopi Senonensis, ideoque saec. IX.[4] *in., Vita Severini*[5] *composita est sermone, quem Karolingicum facile agnosces. Severinus abbas et sacerdos, i. e. presbyter, Acaunensis monasterii, postquam Chlodovechus rex ex* 25. *regni sui anno per biennium decubuit, Tranquillino medico suadente, per Transuarium cubicularium Parisios ad eum ascitus est, eoque sanato, rediens die* 3. *Id. Febr. in Castro Nantonis obiit. Auctor igitur de ultimo tantum itinere sancti egit neque ea quae de illo rettulit stare possunt. Sane Mabillon*[6] *recte animadvertit, Chlodovechum ipso anno* 25. *regni, i. e.* 507. *p. Chr. n., pugnam Vogladensem iniisse, deinde apud Burdigalensem urbem hiberna (a.* 507/8*) constituisse, Alarico thesauros Tholosae abstulisse, Ecolismam cepisse, tunc triumphatorem Turonos ingressum esse atque Parisiis sedem constituisse*[7]*, ideoque per biennium fere bello eum occupatum esse, idque parum convenire aegroto apud Parisios lecto decumbenti. Quod si verum est, Vitam confictam esse necesse est, neque ex ea concludi licet, monasterium Acaunense ante a.* 515, *quo a Sigismundo renovatum est, monachos sub abbate inhabitasse.*

Auctor Fausti presbyteri, discipuli Severini, qui ei per triginta annos servivisset, libellum de vita vel actibus sancti a se transcriptum esse voluit, affirmans, verba quidem non ipsa, sed sensum et ordinem rerum se referre. Itaque testimonio auctoris aequalis se munivit cautus falsarius. Faustus consul a. 490. *cum in scriptis Ennodii saepe commemoratur, tum in epistula n.* 457. *una cum Tranquillino viro sublimi*[8]*, et quae ad eum data est epistula n.* 89. *aliam subsequitur ad Eulalium episcopum datam*[9]*: Eulalius autem episcopus ille Nivernensis nominatur, quem a Severino ad regem proficiscente sanatum*

1) Cohortante domno meo Marino abbate *Eugippius excerpta ex opp. Augustini composuit; cf. Corp. scr. eccl. Vindob. IX,* 1, 1. 2) *Cf. Longnon, 'Atlas, texte expl.' II, p.* 107. 3) *Cf. Auct. antiq. IX,* 2, *p.* 589. 4) *Sedit a.* 801—818*; cf. Gall. christ. XII,* 15. 5) *De ea disserui in 'Mélanges J. Havet', p.* 44—47. 6) *Annal. ord. S. Benedicti I, p.* 28. 7) *Cf. Greg., H. Fr. II,* 37. 38. 8) *Auct. antiq. VII, p.* 318. 9) *Ib. p.* 116.

esse auctor Vitae enarravit. Is igitur nomina Fausti scriptoris, Tranquillini medici, Eulalii episcopi et fortasse Transuarii cubicularii, si ex nomine Traserici regis Gepidarum[1] *formare id potuit, Ennodio debuit, quamque de Severino scripsit dictionem poeticam:* est profecto magna loci illius tutela, *item ex illo depromere poterat*[2].

Chlodovecho defuncto, Childebertus rex ecclesiam aedificasse fertur super sepulchrum sancti, in oratorio primo sepulti. Postea Eligius sepulchra cum aliorum tum Severini de auro argentoque et gemmis fabricavit[3]. *Nomen eius ab Usuardo Martyrologio*[4] *illatum est d.* 11. *Februarii:* Eodem die castro Nantonense sancti Severini abbatis monasterii Acaunensis, cuius precibus cultor Dei rex Clodoveus a diutina infirmitate sua liberatus est, *eaque quae rettulit ex Vita ipsa pendere manifestum est.*

Extat etiam brevior Severini Vita (B) eaque a Fausto ipso edita vult esse, iubente Childeberto rege, id quod credidit Jahn[5]. *Auctor cum easdem res plerumque iisdem verbis rettulerit, in eum non conveniunt verba, quae de Fausto suo alter (A) scripserat. Nomina minus recte reddidit, scribens pro Eulalio Euladium, pro Niverno Libernum, eaque quae Severinum profecturum fratribus Acaunensibus dicere voluit:* Omnia quae voluit Dominus fecit *(c.* 4*), falsa sunt, neque enim de Severino omnia tunc fecerat Dominus, quae voluerat, multoque magis locus communis expectatur, qualis in altera Vita legitur:* Omnia enim quaecumque vult Dominus facit (§ 9). *Sane sermo recentior est altera Vita, constructiones vocabulaque continens Francogallica:*

A.	*B.*
§ 10. iam ab anno priore peste percussus gravissima, — iacet.	*c.* 5. iam annum est integrum, quod infirmus — iacet.
§ 19. secundum eius praecepti imperium.	*c.* 8. ad ordinationem.

Denique B contendit, paucis diebus post mortem sancti Childebertum regno successisse ecclesiamque ab eo constructam esse: at Chlodovechus ex 27. *anno ad tricesimum ideoque triennium exinde regnavit. Verba igitur* post paucos dies *sensu carent eaque in A desiderantur. Haec pro primigenia Vita habenda est et pro exemplari, ex quo alter falsarius suam excerpsit. Is non plus quam saeculo a collega distare potest, cum codex unicus sit saec. X. Homo astutissimus libellum his verbis concludens:* et de fisco suo aemunitatem integram sua praeceptione designavit, *Childeberto regi immunitatis privilegium attribuit, de quo in A nihil legitur. Is qui utilitati ecclesiae Castri Nantonis ita providit, ipsius sine dubio minister erat. Utraque igitur fraus monasterio Acaunensium imputari non debet.*

Amplioris Vitae A praefationem tantum ex codicibus

1) *Parisiensi n.* 3788 *(antea Colb. n.* 801, *Reg.* 3863$_{10}$*), saec. XII, fol.* 149—151,

2) *Carnotensi n.* 27 (68), *olim ecclesiae S. Petri, saec. XII, fol.* 147—149′ *(cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 571*),*

edidi, textum vero satis habui breviorem B proponere, cum codice Parisiensi n. 5324 *(olim S. Germani a Pratis, deinde Claudii Puteani, postea Reg. C.* 4174*), saec. X, fol.* 126′—128′, *collatum a Guilelmo Arndt b. m.*

Bollandus, AA. SS., Antverpiae 1659, *Febr. II, p.* 547—550, *e codice Andreae Chesnii, cui* § 18. 19. *deerant, alteroque Musei Bollandiani, qui praefatione carebat, Vitam A edidit integram, quam Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae* 1576, *tom. I, p.* 987—989, *in breve compendium coegerat.*

1) *Auct. antiq. VII, p.* 362. 2) *Cf. Ennod. Panegyr. dictum Theoderico, ib. p.* 206: Ulca fluvius est tutela Gepidarum. 3) *V. Eligii I,* 32. 4) *AA. SS. Iun. VI, p.* 95. 5) *'Gesch. der Burgundionen' II,* 288.

Textum B publici iuris fecit Mabillon, AA. SS. ord. S. Benedicti, Parisiis 1668, *saec. I, p.* 568—570, *ex codice eodem qui nobis praesto erat bibliothecae Sangermanensis sibique gavisus est desideratum Fausti fetum sincerum viris doctis se exhibere posse, postea vero, ut vidimus, longe aliter sensit vir doctissimus.*

B. Krusch.

A.
INCIPIT[a] RELATIO IN VITA SANCTI SEVERINI ABBATIS.

Sacram sane[b] libelli seriem, quam[c] Faustus presbyter, discipulus sancti Severini abbatis, de eius vita vel actibus post ipsius ediderat obitum, transcribentes, iubente etiam venerabili viro Magno meritis et nomine, urbis Senonicae antistite, vitia scriptoris corrigere curantes, commodum duximus secundum ingenioli nostri capacitatem eiusdem historiae textum aliquanto clariore propagare sermone, et licet verba non ipsa, sensum tamen et ordinem eiusdem lectionis funditus[d] exequendo nec etiam diversum aliquid huic textui inserendo, nisi quod a prefato presbytero eidem agnovimus historiae insertum, quod etiam facile lectoris poterit comperire sollertia. Siquidem huius sanctissimi viri gesta non parvi nobis pendenda nec improbanda, sed omni sunt mentis dulcedine conplectenda. Cuius sanctitas claris huic vitae praesenti radiavit virtutibus, cuius etiam anima modo cum Christo regnat, sociata sanctorum agminibus. Nam fuit vir iste iugiter humilis habitu, affabilis alloquio, venerabilis moribus, sedulus in orationibus, pius affectu, bonitate laudabilis, pietate amabilis. Adhuc terris degens, Deo per omnia spirituali[e] amore coniunctus, multos ad eum piae conversationis provocavit exemplo: gaudens utique[f] se lucratorem fore animarum, ut cum extremus huius orbis occurrerit terminus, voti compos cum ipsis letetur in caelesti beatitudine et in aeterna sanctorum gloria. In qua nos, eius intervenientibus meritis, utinam[b] participes quantulaecumque portionis[g] esse mereamur cum[h] corpore simul et anima[h], quando iusti in terra sua duplicia possidebunt, in die adventus domini nostri Iesu Christi, cum[i] venerit in maiestate sua et gloria[k] sanctorum angelorum iudicare saeculum per ignem, ut reddat unicuique secundum opera eius, iustis videlicet gloriam et honorem et letitiam sempiternam, impiis vero et sceleratis contumeliam et terrorem et debita penarum supplicia iusto[l] iudicio recompensans.

EXPLICIT PREFATIO.

B.
INCIPIT VITA[a] SANCTI AC BEATISSIMI SEVERINI ABBATIS.

1. Eodem tempore cum Chlodoveus rex Francorum anno XXV. regnaret in urbe Parisius, tunc in corpore suo gravis obvenit infirmitas, typus frigoris per duos annos, ut non a sacerdotibus loci illius neque ab ullo medico corpori suo potuerit invenire medicinam. Nam et ministri sui libenter eum in cubiculo tenebant inclusum propter metum populi, quia multi populi putabant eum, contempta morte, subicere. Erat autem ibidem homo in domo regis nomine Tranquilinus doctor et omni sapientia plenus honores arte

A. Praef. 1. 2. *B. Cap.* 1. *c.*

Praef. a) Incipit prologus vitae sancti ac beatissimi Severini confessoris, que est 3. Idus Februarii 2. b) *om.* 2. c) quem 2. d) *ita cod. Chesnii;* l. fudit exequendo 1; l. exequimur 2. e) spiritali 2. f) itaque 1. g) eius *add.* 2. h) cum — anima *om.* 2. i) c̄ 2. k) gloria. Explicit prologus 2. l) r. iustus iudex, id est dominus noster I. Chr., qui cum Patre *etc. praefatio desinit in cod. Chesnii.*

Cap. 1. a) castro Nantonensi *postea add. c.*

medicinae gerebat. Hic locutus est ad regem dicens: 'Domine mi rex, et quia nullus ex nobis corpori tuo potest invenire medicinam, tibi dico: Audi consilium meum et ad sanctum monasterium Agaunensium, ubi sanctus ac beatissimus Mauricius martyr iacet in corpore, festinanter accede aut certe tuam transmitte legationem. Est ibi homo sanctus Dei nomine Severinus abbas ordinatione institutus tutela magna loci illius. Multi ibidem veniunt homines male habentes, variis languoribus et tormentis comprehensi et a daemonibus correpti; sanctus autem Dei Severinus suis orationibus ad pristinam eos revocat medicinam'.

2. Tunc rex febricitatus obaudivit consilium hominis ac Transoario cubiculario suo dixit: 'Festinanter accipe pecuniam de thesauro meo et omne stipendium itineris et velocius ad locum accede, et cum accesseris, ad pedes sancti Severini prostratus, sublimi precatione insiste; forte Deus suis orationibus habeat pietatem, ut meae debeat subvenire infirmitati'.

3. Tunc Transoarius, accepta ordinatione[a], iter pergens, ad sanctum[b] Agaunensium monasterium velocius se contulit, et ingressus, ad pedes sancti Severini se humili precatione prostravit, dicens: 'Dominus meus salutat te; sublimis rex Chlodoveus tuam expetiit secundum Deum sanctitatem, ut ad suam debeas venire infirmitatem et tuis orationibus corpori suo infundere digneris sanitatem'.

4. Sanctus autem Dei Severinus precationem pueri libenter animo obaudivit[a] et omnes fratres in suam iussit venire praesentiam, indicans eis petitionem regis, et dixit ad eos: 'Vobis dico, fratres, amodo me vivum in corpore non videbitis, nisi in die magni iudicii ante tribunal Christi. Sic mihi ostensum est a Domino in visu noctis per angelum suum. Mons est, cuius vocabulum est Castra-Namtonense[b]; ibidem corpusculum meum a Paschasio et Ursicino erit tumulandum'. Cui omnes fratres dixerunt cum fletu magno: 'Abba pater, numquam nos derelinque vivos'; at ille respondens eis[c]: 'Omnia quae voluit Dominus fecit'[1].

5. Et mox cum hoc dixisset, iter sibi praeparari iussit et continuo in Libernum[a] civitatem in ecclesiam Dei se contulit ingressus. Et cum[b] orasset, custodibus dixit: 'Ubi est pontifex vester?' Custodes dixerunt: 'Pontifex noster Euladius episcopus iam annum est integrum quod[2] infirmus in cubiculo suo iacet mutus et surdus nec altario sacrificat nec populo benedicit; nam et ministri sui putant eum spiritum in se non habere'. Cui vir sanctus Dei dixit: 'Permittite mihi in cubiculum illius introire'. Custodes dixerunt: 'Veni'. Et cum introisset sanctus vir Dei ad lectum pontificis, ubi iacebat, orationem pro eo in terram prostratus fudit; et cum diutissime orasset, levavit se et dixit: 'Loquere mecum, pontifex'. Cui Euladius episcopus respondit, qui fuerat mutus et surdus, et dixit: 'Instrue me, vir Dei sanctissime, qui fuisti missus a domino Iesu Christo, ut me cures ab infirmitate mea'. Tunc sanctus Dei porrigens manum, allevavit eum et dixit ei: 'Indue vestimentum corporis et calciamentum pedibus tuis; hodie altario Dei sacrificabis et benedices plebem tuam'. Et surgens de lectulo Euladius episcopus, benedicens Deum et dominum nostrum Iesum Christum, qui per adventum sancti Seve-

B. Capp. 1—5. *c.*
Cap. 3. a) legatione *A.* b) sanctorum *Mab.*
Cap. 4. a) oboed, *c.* b) *ita c.* c) *ita c.*; ait *Mab.*
Cap. 5. a) Nivernum *A.* b) hic *add. Mab.*; ibi *add. A.*

1) *Cf. Vitam A,* § 9: Omnia enim quaecumque vult Dominus facit in caelo et in terra; *v. Ps.* 134, 6. 2) *Cf. Vitam A,* § 10: Eulalius iam ab anno priore peste percussus gravissima, est mutus et surdus grabatoque pene ad mortem iacet fessus.

rini super ipsum Deus tantam suam ostendit virtutem, et sacrificavit cum illo et populo benedixit.

6. Alia die promovens inde una cum Transoario puero regis, Parisius civitatem se contulit ingressus. Et cum venisset ad portam civitatis, erat ibidem leprosus unus, elymosinam[a] se accepturum sperans ab eo. Cui sanctus Dei dixit: 'Veni ad me'. Et venit, et osculatus est eum et sputum suum manu sua inposuit super eum et linivit eum et sanavit lepram eius. Et cum orasset in ecclesia Dei, domum regis se contulit ingressus et ante lectulum regis se in orationem prostravit. Et cum se elevasset, exuens casubulam[b] suam, corpori regis induit eam, et statim dimisit eum febris. Et adoravit eum rex, et flectens genua, ad pedes sancti se iactavit, et[c] benedicens Deum et dominum Iesum Christum, qui per adventum sancti Severini super illum suas tantum ostendit virtutes. Et dixit ad eum rex: 'Abba pater, accipe pecuniam de thesauro meo et pauperibus eroga, et quanticumque in regno meo pro suo crimine carceribus detinentur, nostra[d] indulgentia relaxentur'. Multi quidem et alii infirmi erant in domum regis et sub urbe[1] Parisius; sanctus autem Dei Severinus corporibus singulorum suis orationibus reddidit medicinam.

7. Et rememoratus est sanctus Dei Severinus, quia adpropinquabat tempus et hora transmigrationis suae, sicut ostenderat ei angelus Domini. Regi vale dicens et plebi civitatis Parisius, se Castra-Namtonense contulit. Ingressus in oratorium ex ligno munitum, Paschasio et Ursicino presbiteris adlocutus est sanctus Dei Severinus, dicens: 'Servi Dei, vobis dico, corpusculum meum a vobis erit sepeliendum in locum istum. Commendo vobis memoriam meam, commendo vobis dilectissimum fratrem meum Faustum presbiterum, qui mihi annos XXX in adflicto corpore deservivit; commendo vobis monachum meum nomine Vitalem'. Et mox cum hoc dixisset, infra tres dies[2] reddidit spiritum, cuius corpus suprascripti presbiteri cum summo honore sepelierunt ac tumulaverunt.

8. Ad cuius sacrum sepulchrum caecorum oculis redditur[a] lumen, daemones de obsessis corporibus repelluntur, et infirmos ibidem, qui Deo ex toto corde vota persolvunt, gloriosus confessor revocat ad salutem. Et post paucos dies succedens in regnum gloriosus Childebertus rex, et ut vidit, quia sanctus Severinus super genitorem suum suas tantum ostendit virtutes, tunc ad ordinationem[3] ipsius super sepulchrum beati viri aedificare iussit ecclesiam. Conspicuam sublimitatem refulgens et devotus suo tempore[4] vota et munera inferens atque persolvens et a patrocinio eius non recedens, et clericos ibidem deservientes instituit et de fisco suo aemunitatem integram sua praeceptione[b] designavit. Edita a Fausto[5] praesbitero, disciplulo ipsius sancti Severini abbatis, simplici ordine composita, iubente glorioso principe Childeberto rege, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est gloria, et honor et virtus et imperium in saecula saeculorum. Amen.

B. Capp. 5—8. *c.*
Cap. 6. a) alimoniam *A.* b) casulam *A.* c) *om. Mab.* d) tua *A.*
Cap. 8. a) reditur *c.* b) perceptione (*c*).

1) *Cf. Vitam A,* § 14: multos de domo eius simul et de Parisiaca plebe. 2) *Cf. Vitam A,* § 16: tertio Idus Februarii. 3) *Cf. Vitam A,* § 19: secundum eius praecepti imperium. 4) *Cf. Vitam A,* § 19: solers ibidem suo in tempore vota reddens, muneribus eandem honorifice sublimavit ecclesiam. 5) *V. Praefationem Vitae A, supra p.* 168.

VITA ABBATUM ACAUNENSIUM.

Institutionem monasterii Acaunensis (a. 515*) vitasque primorum abbatum Hymnemodi, Ambrosii, Achivi describere voluit auctor*[1], *qui se ipsum timide confessus est eorum aetati fuisse supparem Achivique familiarem. 'Huius enim vitam sanctissimam commemorare lacrimis paene piis impediebatur' (c.* 9*), et quomodo Ambrosius iuvenis clericatus officio functus esset, universis contendit non haberi incognitum (c.* 8*). Quamobrem ii qui eius opusculum examinaverunt auctorem eum gravem habuerunt, qui ante saec. VI. med. degisset. Acaunensem eum fuisse ex praefatione intellegitur, nam quae ibi commemoratur 'piae caritatis recordatio' ad monasterium ipsum referenda est.*

Auctor propositum suum in capitibus 1—9. *peregerat. Sequitur vero altera pars, comprehendens de Tranquillo abbate, Achivi successore (c.* 10*), versus in orationem solutam translatos, eosque de primis abbatibus (c.* 11—13*), de quibus supra relatum est. Hanc in optimo codice Vesontionensi versus de Vita Probi excipiunt, quem abbatum amicum fuisse auctor Vitae praecedentis non semel commemoravit. Huius carminis Pragmatius presbyter auctorem se ipsum in subscriptione professus est. Eius versus videntur esse hexametri, neque vero metrum observatum est pedesque non raro deprehenduntur iusto plures; at Ludovicus Traube v. d., quem hac de re consului, eos affirmavit traditos esse tales, quales poeta ipse composuerat, neque emendandos eos nisi paucis locis manifesto depravatis. Pragmatium, quem cum poeta 'Vitae Eligii rethorice atque commatice expolitae'*[2] *recte comparavit, mecum consentit aevo Karolingico floruisse idque labente saec. VIII, cum veteris barbariei adhuc restent vestigia, ut v.* 26. senicem. *Eius autem carmen cum c.* 10, *ubi de Tranquillo agitur, necessitudine quadam coniunctum est. Pragmatius enim inter hexametros pentametrum unum (v.* 56*) posuit, qui cum versu praecedente distichon faciens sepulchrale ex epitaphio depromptus esse potest, isque ipse etiam c.* 10. *inter hexametros reperitur, quamquam ibi minus apte cohaeret. Deinde Pragmatii lapsus prosodiacus v.* 32*:* Ieiuniis precibusque *etiam in c.* 10. *adest. Monuit autem L. Traube, carmen quod c.* 10. *inest aliis locis respondere legibus metricis, Pragmatio claudicante, idque compositum esse credit hexametris rectis, ut ab eo restitutum illud infra exhibere possum. Certe recte statuit vetustum Tranquilli epitaphium huic capiti inesse; id autem Pragmatius et expilasse poterat et retractasse et ampliasse.*

Etiam c. 11. *et* 12. *epitaphia continent, scilicet Hymnemodi Ambrosiique, illudque oratione pedestri compositum est, immixtis flosculis poeticis, hoc vero versibus elegiacis bonae notae. Differunt etiam eo, quod illic Hymnemodus consule Petro defunctus, i. e. anno post monasterium innovatum, primus abbas fuisse dicitur psallentiumque promovisse, hic vero Ambrosius:*

1) *De eius fide disserui in 'Mélanges J. Havet' p.* 47—51. 2) *Cf. Bolland. Cat. Bruxell. I, p.* 470.

Nam meruit primam abbatis nomine palmam,
Cum sanctis fratrum coepit amica fides
Auctoris nostri laudem sine fine canendam
Psallere succiduo perpetuoque choro.

Cum psallentium assiduum Avito teste[1] *in innovatione monasterii a.* 515. *institutum sit, alterutrum epitaphium interpolatum esse oportet, idque esse non possunt versus Ambrosii. Hymnemodi autem nomen ex Imemundo vel Ememundo*[2] *depravatum sine dubio falsa etymologia ad psallentium relatum est, itaque factum est, ut qui monachus vel laicus fuerat, crederetur fuisse primus abbas, cantu instituto.*

Denique c. 13. *hymnum de Achivo abbate continet. Hunc Ludovicus Traube me docuit iambis octosyllabis iisque rhythmicis more acrostichi esse compositum, ita ut undecim priores versus verba faciant:* ACHIVUS ABBA. *Ex ultimo versu idem conclusit Probum ipsum, Achivi amicum, carminis fuisse auctorem.*

Posterior igitur Vitae abbatum Acaunensium pars collectionem carminum vetustorum continet, quae cum insequentibus versibus Probi vinculo quodam cohaeret. Cum constet, Pragmatium poetam artem suam etiam in epitaphio Tranquilli exercuisse, is fortasse credendus est monumenta poetica Acaunensia collegisse.

Redeamus ad priorem partem (c. 1—9*). Historia ibi enarrata maximam partem ad Hymnemodum spectat, cuius vita plene describitur, quomodo monasterium Grenencense adiisset ibique abbas creatus esset, deinde vero Acaunensis abbas electus iter aggressus esset, psallentioque instituto, paulo post diem supremum obiisset. Si vero ex epitaphio Ambrosii recte conclusimus, hunc potius primum fuisse abbatem, tota abbatum Acaunensium Vita a fundamento movetur, eamque fictam esse oportet. Sane auctor rerum Merowingicarum quam maxime imperitus erat. Unum 'monasterium Grenencense' commemoravit idque situm esse opinatus est prope Gratianopolim. Hymnemodum Achivumque Grenencense monasterium relinquentes Probus presbyter comitabatur, abbates vero quidam, 'qui Hymnemodum semper secum supparem habuerunt', eum a se discedere noluerunt, item Victorius episcopus Gratianopolitanus ingrate tulit, 'quod corpore ei absentaretur', Acaunumque postea se conferens eum monuit, ut 'fratres vel ecclesiam, quae eum educaverat', visitaret (c.* 5*). Etiam Achivus, antequam Grenencense monasterium adiit, in Gratianopolitano territorio militiam egerat (c.* 9*). Erant vero Grinincensia monasteria, quorum et Sidonius VII,* 17. *et Avitus ep.* 74. *meminit, plura, nominibus sanctorum (e. gr. S. Ferreoli basilica) distincta, eaque prope Viennam sita. Haec omnia auctor ignoravit, neque Viennae mentionem ullam fecit neque Aviti episcopi, ad cuius dioecesim monasteria pertinebant, ideoque eum manifestum est multo recentiorem fuisse, quam ipse profitetur, falsariumque se praestare impudentem. Cum autem monasteria illa saec. VIII. in. a Saracenis destructa sint*[3]*, auctor posterior de iis minus instructus esse poterat. Denique ne biographum habeas aequalem, sterilitatem eius consideres. De Ambrosio Achivoque, quocum se familiariter usum esse credi voluit, nihil fere enarravit nisi eorum piam conversationem piaque dicta, qui Hymnemodi quoque sententias singulas accurate rettulerat. Praeterea sermonem quem scripsit saeculo VI. imputari non posse, huius rei periti concedent.*

Auctor in Ambrosium verbis dispensatione divina et congregationis electione loco eius imponitur *(c.* 8*) transiit, eodemque fere modo etiam in Tranquillum transitur:* electio divina providit. *Unde concludo ab auctore cap.* 1—9. *etiam collectionem poeticam Pragmatii adiectam esse, ita ut, ea reperta, propositum suum in Tranquillum ex-*

1) *Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 146. 2) *Cf. Binding l. l. p.* 386. 3) *Cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 425.

tendens, eius epitaphium oratione soluta Achivi vitae subiecerit, reliqua vero eo ordine transcripserit, quo sese subsequebantur.

Eum vixisse opinor saec. IX. In chronico Acaunensi c. a. 830. *composito*[1] *Vita abbatum Acaunensium nondum adhibita est, ideoque Maximus episcopus Genavensis, a quo Sigismundum ad monasterium renovandum incitatum esse auctor mendax finxit, ibi non commemoratur, commemoratur vero in actis concilii Acaunensis multo post confictis*[2]. *De Ambrosio abbate, cuius nomen etiam Martyrologiis Fuldensi*[3] *Usuardique illatum est, haec referens Ado d.* 2. *Nov.*[4]*:* Eodem die natale S. Ambrosii abbatis monasterii Agaunensis, qui prius apud Lugdunum monasterii Insulae Barbarae pater et magnis virtutibus clarus, cum illuc ob religionis egregiae normam translatus fuisset, beato fine in Domino requievit, *eum Insulae Barbarae antea fuisse abbatem, aliunde scire non potuit nisi ex Vita abbatum Acaunensium, ideoque hanc conscriptam esse oportet ante a.* 860/870.

Monachus Condatiscensis idem falsarius qui V. Eugendi composuit in fine eiusdem affirmavit, etiam instituta monasterii Acaunensis se interpretatum esse: instituta, *inquit,* quae de informatione monasterii vestri, id est Acaunensis coenobii, sancto Marino presbitero insulae Lirinensis abbate compellente, digessimus, *eaque instituta esse Vitam ipsam abbatum Acaunensium voluit Chiffletius, quia Vitam Eugendi in codice Vesontionensi ea excipiebat. Cum autem sermo omnino diversus sit garrulitatique Condatiscensis auctoris siccitas opponatur Acaunensis, haec opinio stare non potest. Praeterea instituta ad regulam quandam spectare videntur, quam fortasse numquam digesserat nebulo.*

Crisis ex tribus codicibus pendet, quorum duo perierunt, supersunt vero apographa recentia:

1) *Codex Vesontionensis ecclesiae S. Iohannis deperditus post Vitam patrum Iurensium (v. supra p.* 129*) continebat eam abbatum Acaunensium, quam versus de Vita Probi et Catalogus abbatum Acaunensium in extrema pagina positus excipiebant. Haec accurate exscripta Chiffletius Illustrationibus suis Iurensibus inseruit, quas codex Bruxellensis n.* 8287—90. *saec. XVII. continet. Is cum ad imprimendum postea correctus esset, prior lectio distinguenda erat a posteriore, quae partim ex 2a fluxisse videtur, quem ab Heriberto Rosweydo descriptum Chiffletius item adhibuerat.*

2*a) Codex Trevirensis S. Martini vetustissimus item deperiit, sed inter schedas Bollandianorum extat apographon manu Heriberti Rosweydi exaratum, quod codex Bruxellensis n.* 8930—1, *saec. XVII, cum aliis vitis sanctorum d.* 2. *et* 3. *Nov. continet. Etiam Rosweydus exemplar suum accurate fecisse videtur, postea vero alia manu illud immutatum est, codice nullo adhibito.*

2*b) Codex Trevirensis bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1376, *Num. Loc.* 141 *(antea n.* 578. *et* 394*), chartaceus formae octavae, scriptus a.* 1509/10, *olim monasterii S. Mathiae extra muros Trevirenses erat.*

Cum codices 2a. b ex eodem exemplari pendeant, id quod ex mendis communibus intellegitur, ut c. 3. illic ubi] illi cui *2a. b, c.* 8. debet esse] debitis se *2a. b, liber vero* 1 *immunis ab his sit, is ut ex fonte meliore haustus in textu restituendo potissimum adhibitus est neque vero solus, cum et ipse mendis depravatus sit; immo non raro libri omnes defecerunt, ita ut ad coniecturam confugiendum esset. Lectionem priorem a posteriore asteriscis distinxi, ita ut unus illam (*1*. 2a*), hanc duo (*1**. 2a***) indicent. Ortho-*

1) *Gremaud, 'Origines et documents de l'abbaye de St. Maurice d'Agaune', Friburgi* 1858, *p.* 25. 2) *Gremaud l. l. p.* 18. 3) *Anal. Boll. I,* 44. 4) *Surius tom. VII, p.* 1212.

*graphiam vetustiorem codex 2a saepe servavit (*ad = *at,* hac = *ac,* monachus *acc. pl.), nonnumquam etiam* 1*: in utroque litterae* e *et* i *frequenter permutatae sunt.*

Guilelmus Arndt, 'Kleine Denkmäler aus der Merowingerzeit', Hannoverae 1874, *p.* 12—21, *postquam a Remigio de Buck S. I. apographon codicis Bruxellensis* 8287 (1) *accepit collatum cum altero n.* 8930 (2*a*), *editionem principem*[1] *Vitae abbatum Acaunensium paravit.*

Karolus de Smedt, Acta Sanctorum, Parisiis 1887, *Nov. tom. I, p.* 552—554, *tribus codicibus supra citatis usus est, quos inverso ordine ita digessit, ut librum* 2*b primo,* 2*a altero,* 1 *vero tertio loco posuerit. Codicem* 2*b pro optimo habuit eumque secutus est, vel dissentiente gemello* 2*a. Ampliore apparatu usus, menda complura editionis prioris tollere potuit vir doctissimus. Vitae abbatum Acaunensium et Versus de vita Probi (p.* 556*) et Catalogum abbatum Acaunensium (p.* 557*) primus adiecit.*

Utrumque opusculum cum codice collatum nostrae quoque editioni addere libuit. Catalogus abbatum dies depositionum tempusque quod unusquisque sederit tam accurate indicat usque ad saec. VII. in., ut certe pro documento pretiosissimo aestimandus esset, si re vera esset antiquus. At fides eius eo debilitatur, quod primus abbas Hymnemodus positus est, quem monasterio numquam praefuisse supra probavi. Deinde ultimus Leontius ad a. 616, *quo Catalogo teste eum obiisse oporteret, pervenire non potuit. Ex altero enim Catalogo*[2] *chronici Acaunensis a.* 830. *sequitur, Secundinum Florentiumque abbates, qui Leontii Iocundinique erant successores, privilegia accepisse a Chlothario II. rege. Qui cum anno demum* 613. *Burgundiae regnum arripuerit annoque* 629. *defunctus sit, Leontio a.* 616. *deposito tres abbates intra spatium tredecim annorum successisse necesse esset. Ipso autem a.* 616/7, *Fredegario IV,* 44, *teste, Chlotharius privilegia Burgundionum confirmavit verique simile est, tunc etiam Acaunense Secundino abbati datum esse, id quod Arndt b. m. animadverterat. Itaque eo anno neque Leontius neque Iocundinus, sed eorum successor monasterio praefuisse videtur, et fortasse in Leontio calamum sistebat auctor Catalogi, quia chronologiam suam nimis progressam esse videbat. Alteri catalogo, de quo dixi, annorum notae desunt.*

Denique Ludovico Traube v. d. gratias refero debitas, qui ea qua callet artis metricae peritia in hac Vita edenda me adiuverit.

B. Krusch.

I.

VITA SANCTORUM ABBATUM ACAUNENSIUM[a].

Beatorum virorum sanctae conversationis imitandam memoriam quamvis opinio meritis vivificata succedentibus populis semper insinuet, tamen, ne per longas temporum lineas, confusis fabulis, certum tramitem videatur omittere, necessarium est veritatem litteris adsignari, ut hii[b], qui calore fidei et sanctitatis amore accensi, pectora sua sermocinatione cupiunt satiari[c], non inanem aerem de nebulosa caligine, sed verum imbrem hauriant sitientes. Quam ob rem vitam sanctorum abbatum Hymnemodi, Ambrosii et Achivi, qui suspiciendae[d] congregationi Acaunensis[e] monasterii eximie praefuerunt, vel qualiter ipsum[f] monasterium fuerit institutum,

Prolog. 1. 2*a*. *b*.

Prolog. a) *ita* 1; Vita sanctorum (abbatorum *add.* 2*a***) Agaunensium 2*a*; Incipit prologus in vitam sanctorum abbatum Agaunensis monasterii 2*b*. b) *ita* 2*a**. *b*; ii 1. c) satiare 2*a*. d) *ita scripsi;* suscipiendae 1. 2*a**. *b*; successive 2*a***. e) *ita constanter* 1*; Ag. *rell.* f) illud 2*a*.

1) *Eam examinavit Meyer v. Knonau, 'Anzeiger für Schweizerische Geschichte'* 1874, *p.* 37 *sqq.* 2) *Ed. Gremaud l. l. p.* 26.

piae caritatis recordatione[a] suadente, unigeniti verbi Domini hac dei nostri Iesu Christi opitulante suffragio, stili famulantis officio huic paginae credidi inserendam. Neque enim vereor fructuosam fidem eorum, quam in timore Dei miro semper exercuerunt affectu, sermone incultu[b] describere, quia, quicquid de eorum laudibus dictio obscura celaverit, id, fulgentibus actuum meritis, relatio inlustrata clarificat[c].

1.[a] Sanctus igitur Hymnemodus[b] natione quidem barbarus, sed morum benignitate modestus, ita inmunis ab omni feritate beneficio[c] divinitatis effectus est, ut sub habitu saeculari iugum Christi blanda clementiae libertate portaret. Hic dum in aula regali sedulus famulator regiae potestati adsisteret hac tota mentis integritate commissum sibi ministerium[d] adimpleret, militiam Christi intra hospitium pectoris fideliter exercebat. Reddebat iuxta Salvatoris praeceptum, quae Dei (Matth. 22,21.) erant Deo; regi quoque inoffense debitum servitii[e] exhibebat. Nam cum, fervente spiritu, perfectae religionis intrinsecus maturasset consilium, mundanis spretis inlecebris et pompa tumentium potestatum dispecta[f], festinus[g] monasterium Grenencense[h. 1] expetiit. Quem cum vidisset vir venerabilis abba[i] Caelestius, qui ipsi[k] monasterio eo tempore praeerat, cum omni congregatione adtonitus, in monasterii coenobio propter officium ei a rege traditum interim eum suscipere non audebat. Ad[l] ubi obstinationem abbatis sanctus Hymnemodus supplicando superare non valuit, ad quandam speluncam paulisper secessit; illic detonsis capillis capitis[m] sui, omni in Deum cogitatione iactata[n], ad monasterium quod expetierat rediit, sicque[o] susceptus et sanctae congregatione[p] adiunctus, gradibus religionis cum omni caritate et humilitatis virtute[q] proficiebat. Quantumque regis minaces insidiae procedebant, tantum ille in Christi servitio acrius excellebat, adeo ut non post multum temporis, sancto Caelestio abbate de hoc saeculo ad Christum migrante[r], ipse, Deo favente, ex totius congregationis consensu, fratrum supplicationibus[s] vix coactus, abba loco eius succederet. Quod officium ita Deo et hominibus carus longo tempore cum omni strenuitate implevit, ut et numero monachus[t] et profectibus augmentaret.

2. Quae vero per eum gratia sancti Spiritus egerit, praecipue intimare curavi[a]. Cum quidam adolescens de primoribus iam mortis vicinitate concluderetur, rogatus a parentibus eius, ut eundem visitaret[b], cum sanctus Hymnemodus diutissime recusavit, tandem fletibus eorum conpulsus ad aegrum ire non distulit. Ad ubi venit, oratione facta et oleo sancto accepto, dedit adolescenti[c]: statim[d] et adolescens sanitatem, et parentes eius pro lacrimis gaudia receperunt. Quid

Prolog. Cap. 1. 2. 1. 2*a. b.*

Prolog. a) cercordationi (?) 2*a**; recordationi 2*a***. b) *ita (?)* 1*. 2*a**. c) *subscr.* Explicit prologus *et praescr.* Incipit vita sanctorum abbatum Agaunensis monasterii 2*b*.

Cap. 1. a) *numeri des.* 2*b*. b) Himn. 2*a (raro). b (plerumque).* c) beneficia 2*a**. d) mi(y)sterium 1*. 2*a**. e) servituti 2*a**. f) desp. 2*b*. g) festivius *de Smedt.* h) Grenemense (?) 2*a**. i) abbas 2*a, saepe.* k) ipse 2*a. b.* l) *ita (?)* 1*. 2*a**. m) captus 2*a**. n) iactat: 2*a**. o) Si que (?) 2*a**. p) *ita* 2*a**. *b*; congregationi 1. q) iustitiae 2*a*. r) megr. (?) 1*. s) supplicatione 2*b*. t) *ita* 2*a**; monachos *rell.*

Cap. 2. a) curavit 2*a. b.* b) viseret 1. c) adolescent: 2*a**. d) statimque 2*b*.

1) *Grinincensium patrum statuta magni aestimabantur (Sidon. ep. VII,* 17*), monasteriaque eorum erant plura (Aviti ep.* 74, *Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 91*), e quibus S. Ferreoli basilica ibi sita erat, ubi hodie extat Sainte-Colombe (cant. Vienne); cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 425.

vero sub praesentia sancti Achivi Lugduni fecerit, silere non convenit. Matrisfamilias[a] Syagria[b, 1], ut domum illius benediceret, postulavit, quae habebat puellam mutam. Hanc obtulit sancto viro, ut curaretur ab eo; quo tantae rei praesumptionem diutissime recusante, tandem flebili supplicatione obtinuit. Dum[c] secundum fidem petentis, Dei nomine invocato, accepit oleum sanctum et digitis suis misit in os puellae, statim[d] locuta est[e]. Operatus est per servum suum Ps. 135, 4. dominus Iesus Christus, qui cum Patre et sancto Spiritu facit mirabilia magna Ps. 67, 36. solus, quique est mirabilis in sanctis suis. Sed nunc pedem calami ad institutionem praedicti Acaunensis monasterii vertam.

3. Cum Sigismundus[a], Gundebadi regis filius, iam honore patriciatus[2] accinctus, Arrianae pravitatis abiecisset[b] perfidiam, fidem catholici[c] dogmatis consecutus, animum suum erga religionis studia intentissime commodabat. Eo tempore Maximus Genavensis urbis antistes[3] omni sanctitate et puritate conspicuus cunctaeque industriae strenuitate egregius, apud quem praedicatio[d] divini sermonis vehementer pollebat, ad hanc[e] devotionem Sigismundi praecordia incitavit, ut de loco illo, quem pretiosa morte Thebaei martyres et effusione sanguinis incliti[f] felicibus maculis rosea varietate ornaverant, promiscui vulgi commixta habitatio tolleretur, et illic[g], ubi splendor vitae per passionis atrocitatem fuerat adquisitus, nitor habitantium remearet, exclusisque[h] actionibus[4] tenebrarum, dies perpetuus haberetur: ita fore, ut, hisdem[i] patrocinantibus, et regno et regni integritate tutissime potiretur, eo pacto, si cogitatio eius a pietate et iustitiae itinere minime deviaret, quia hos[k] sancti tuentur, quos sciunt a bono ordine nullatenus declinare. Quod tamen cum omni habundantia et prosperitate habere promeruit[l] et adhuc tempore longiore habuerat, si non, exundantibus populorum delictis, antiqui hostis invidia valuisset. Igitur, habito consilio, quod universitate[m] Dei instinctu conplacuit, visum[n] est, ut omnes mulieres de loco eodem tollerentur, et remotis familiis secularibus, Dei inibi, hoc est monachorum, familia locaretur, qui die noctuque caelestia imitantes[o], cantionibus divinis insisterent.

4. Pertractatis[a] ergo, qui potissimum de abbatibus monarchiam ipsius actionis adsumeret, vir electione dignissimus Hymnemodus huic[b] opere[c], quamquam suum monasterium propter periculum congregationis sibi commissae nollet relinquere, nullatenus obviavit, ea conditione opus tam praecipuum se pollicens suscepturum, si sibi vir sanctitate consimilis de Insula Barbara[5] abba Ambrosius iungeretur.

I. Capp. 2—4. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 2. a) *ita* 2*a**. *b*; Mater familias 1. b) nomine *add.* 2*b*. c) Tum 2*a***. d) statimque 2*b*. e) Haec *add. de Smedt.*

Cap. 3. a) Segism. 1*, *ut infra.* b) a. et p. f. 2*a**. *b*; a. p. et f. 1. 2*a***. c) catholice 2*a**. *b*. d) praedica:: 2*a**. e) hac 2*a**. f) inditi 2*a**. g) *ita* 1*; illi cui spl. 2*a*. *b*. h) ex clusique 2*a**. i) iisdem 2*a***. k) hoc 2*a**. l) promerui 1*. m) *ita* 2*a**. *b*; universitati 1. n) usum 2*a**. o) imitanter 1*. 2*a**. *b*.

Cap. 4. a) *ita* 1*. 2*b*; pertractatis. Ergo 2*a**; pertractatus ergo 1**; pertractandis. Ergo 2*a***; Pertractus ergo *de Smedt.* b) *ita scripsi;* cui *codd.* c) *ita* 2*a**. *b*; operi 1*. 2*a***.

1) *De ea v. V. Eugendi c.* 12, *supra p.* 159. 2) *Cf. Binding, 'Gesch. des Burg.-Rom. Königreichs' p.* 241. 3) *Maximus a.* 515. *Genavae basilicam condiderat, ad quam dedicandam Avitus profectus est, revertens 'de institutione Acaunensium' basilicae; cf. Aviti homiliam, Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 133. *Haec est quae inter Maximum et Acaunum intercedit necessitudo.* 4) *Chronicon Acaun. saec. IX. in. (apud Gremaud l. l. p.* 25*):* abiciens opera tenebrarum; *cf. Rom.* 13, 12. 5) *Hodie Ile-Barbe insula medio in Arare fl. sita prope Lugdunum; cf. Longnon l. l. p.* 199.

Itaque arrepturus iter sanctissimum, cellam monasterii Grenencensis vel congregationem sancto Achivo, qui de servitio vel de obtutibus eius nequaquam discesserat[a], eo quod locus eidem deberetur, obtulit gubernandam, cuius actionem infra, sicut Dei verbum sermonem dederit, explicabo. Qui sitiens opus, quod nunc Acauno regitur, hoc abbati suo respondit, nisi transitus separaret[b], numquam se de eius obsequio discessurum, quod sanctus Hymnemodus gratissimum habuit.

5. Qui, valefacta congregationi[a], seque eius orationibus commendantes[b], cum aliquantis fratribus ex eodem monasterio viam agentes, sanctum Probum presbiterum, quem valde iam antea diligebant, quemque morum probitas et sanctitas[c] conprobata eis mente aequaverat, rogaverunt, ut cum eis ad tantum opus, Deo adiuvante, veniret, ut sicut animo[d] ita et praesentia corporali coniuncti pariter, Deo indesinenter gratias et laudes referrent. Ille vero cum summa gratulatione suscepit oblatam benedictionem eorum. Plures tamen, praesertim inconparabiles viri Ursolus[e] et Iustus abbates, qui illum semper secum supparem habuerunt, ne de eius aspectu devellerentur[f], amoris causa eum in veniendo dissimulabant[1]. Idem[g] sanctus Victorius[2] Gratianopolitanae civitatis episcopus ingrate ferens, quod corpore ei absentaretur[h], blandis eum sermonibus liniebat, quem etiam postea occurrens sanctorum basilicae multis precibus coram fratribus precabatur, ut deberet[i] fratres vel ecclesiam, quae eum educaverat[k], visitare. Sed ille, inconcussa stabilitate cordis, de firmo proposito non discessit.

6. Interea dum saepe dictus abba Hymnemodus cum comitibus suis, quorum supra intexui[a] mentionem, id est Achivo et Probo presbiteris, ad sanctorum basilicam adventaret, quodam loco summa caeli serenitate sub divo[b] manerent, et subito densissima pluvia funderetur, ac deversorii[c] locus non inveniretur[d] sub tegmine[e], tum ille supra memoratus[f] comites conpellavit, ut cum eodem Dominum precarentur. Cumque orassent, ilico, remotis imbribus, claritas caeli cum clementia aurarum reducta est.

7. Inter haec missum est Lugduno ad beatum abbatem Ambrosium, uti regis devotio et sancti Hymnemodi promissio impleretur. Quod ubi cognovit civitas Lugdunensium, valde turbata est, eo quod tantus et talis servus de loco illo discederet. Sanctus vero Viventiolus[3] urbis eius episcopus vel fratres, quos ipse abba regere videbatur, merore gravi perculsi sunt. Sed ille vir Deo plenus, ubi audivit, praecipuos viros Hymnemodum et Achivum cum sancto Probo iam ad sanctorum

I. Capp. 4—7. 1. 2*a. b.*

Cap. 4. a) decesserat 2*a.* b) separasset 1.

Cap. 5. a) *ita* 2*a. b*; congregatione 1. b) commendantis (?) 2*a**. c) *ita scripsi;* sanctitatis (*ita* 1*. 2*a. b*) conprobata eis (*ita* 1; conprobata eius 2*b*; conprobitatis 2*a**; conprobatio 2*a***) m. 1. 2*a. b.* d) ammonita et pr. 2*a.* e) Ussosus 2*a**. f) *ita* 2*a. b*; divellerentur 1*. g) *scr.* Item. h) absentiaretur 2*a.* i) debere 2*a.* k) edocaverat 2*a.*

Cap. 6. a) textui 2*b.* b) di: 1*. c) *ita* 1*; div. *rell.* d) veniretur 1*. 2*a.* e) tigmine 1*. f) memoratos 2*a. b.*

1) *Dissimulare apud scriptores sequioris aevi 'cunctari' et 'neglegere' significat (cf. Rönsch, 'Semasiologische Beiträge' III, p. 30), quod neutrum placet. Chiffletius pro 'dehortari' illud accepit, L. Traube pro 'retinere'; infra autem verbis 'blandis sermonibus lenire' elocutio circumscripta est, eandemque fere notionem (blandiri) Carpenterius (Ducange ed. Favre III, p. 143) verbo attribuit.* 2) *Victorius conciliis Epaonensi a.* 517. *et Lugdunensi inter a.* 516—523. *intererat, commerciumque epistularum extitit inter eum et Avitum imprimis de quaestionibus ecclesiasticis; cf. Auct. antiq. VI,* 2. 3) *De Viventiolo v. supra p.* 126.

basilicam praecessisse, omnibus morarum retibus amputatis, velociter cum aliis abbatibus, sanctis viris Arcadio[a] et Drabistione, magno comitato[b] ad sanctorum basilicam venit. Sic iunctus sanctis martiribus, mira caritatis gaudia cunctis in congregatione eadem fratribus cumulavit. Psallendi interim vel subsistendi regula instituta sancto Hymnemodo[c] a coetu episcoporum, qui illic ad constituendum monasterium venerant, traditur, nec multum post ad Christum de hac luce migravit. De cuius sententiis vel aliquid relatio praesens digne suscipiet, nam hos, qui aliqua scintilla religionis accendebantur, seu quos secum habebat, sive quos ubi forsitan repperisset, paterna pietate fovebat et monebat, uti cum summa cautela ambulantes proficerent, dicens: 'Videmus aliquos inordinate progredientes, qui etiam bene currentes impedire nituntur'; illos oportere[d] magis caveri et corripi[e] quam sectari.

8. Igitur post transitum sancti Hymnemodi dispensatione divina et congregationis electione sanctus Ambrosius abba loco eius imponitur. Hic itaque in iuvenali[a] aetate, dum clericatus officio fungeretur, qualiter seniori sensu occulte monachi actos[b] impleverit, universitate[c] non habetur incognitum. Denique desiderio vitae monasterialis productus, contemplata vanitate seculi et dispecta[d], ad monasterium, propinquis nolentibus, properavit, tantum animi sui obedientiam divinis praeceptis coaptans, ut tam abba quam universa congregatio stupore miraculi tenerentur. Nam ita caritate et iugi servitio obtenuerat, ut omnes abbate pene superstite ipsum patrem elegerint[e]. Denique, abbate defuncto, ipse abba loco eius in Insula Barbara ex voluntate Dei et praedistinata[f] congregationis electione successit. Et quia inerat ei gratia[g] prophetiae, erat etiam et larga cum omni providentia tribuendi humanitas et arta abstinendi constantia profusaque fraternae caritatis dilectio ac pia disciplinae[h] distinctio[i]; omnia bona temporibus eius et monasterio Acaunensi et regno et regioni largitio divina concessit. Qualiter vero cum sancto Achivo vel Probo unanimem dilectionem habuerit, omnibus debet[k] esse exemplum. Ipse vero inter alia ita fratres iugiter commonebat, ut omnem ambitionem, quisquis monachus vellet esse, aufugeret et inter virtutes ceteras humilitatem, caritatem et obedientiam sequeretur, adiciens: 'Debemus certare officiis, et tam[l] animo quam corpore vigilantes, exclusa invidia, in medio utilitates[m] exponere et[n] adiumentus[o] alteri ferre studio, officiis et operibus vel quolibet modo, ut inter fratres societatis semper[p] gratia augeatur, nec quisquam ab officio sancto terrore periculi subtrahatur'; sed omnia patienter sufferri vel adversa vel prospera, interea caritatis bonum teneri omnimodis praedicabat. Quid multa? Assidua sapientis viri instructio timorem Dei perfectum[q] in cordibus monachorum construxit.

9. Ipso itaque transeunte ad Christum, sancto Achivo[a] regendi monasterii merito electus[b] est locus, cuius vitam sanctissimam commemorare lacrimis pene piis inpedior, sed inter caros gemitus[c], quantum valeo, explicare curabo. Hic in

I. Capp. 7—9. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 7. a) Archadio 2*a**. *b*. b) *ita* 1*. 2*a**. c) Hymemodo ob coetu (?) 2*a**. d) oportet 2*a***. e) correpi 1.

Cap. 8. a) iuvenili 2*b*. b) *ita* 1*. 2*a** (?). c) *ita* 2*a**; universitati *rell.* d) desp. 2*b*. e) *ita* 1*. 2*a*. *b*. f) *ita* 1; praedestinatione 2*a*. *b*. g) gratiae 2*a*. h) disciplina 2*a**. *b*. i) *fortasse* districtio *legendum est*. k) debitis (exhibens 2*a***) se exemplum 2*a*. *b*. l) tamen (?) 1*. 2*a**. m) utilitatis 2*a*. *b*. n) *om. de Smedt*. o) adiumentum 2*a***; adiumentis 2*b*. p) sanctae per (sc̄e per *pro* sēper) gratiam 2*a*. q) perfectam (?) 2*b*, *corr*.

Cap. 9. a) Achiv: 2*a**. b) l. el. est 1. c) gemitos (?) 2*a**.

aduliscentia cum patre Heraclio in Gratianopolitano territorio militiam agitavit. Post paucum temporis horruit mundi huius inlecebram et monasterium Grenencense[a] expetiit. Parentes autem dissimulabant[1] eum, eo quod non possit[b] districtionem monasterii sustinere, sed ille dissimulationem eorum cordis auribus non recepit. Cui dixerunt: 'Si istud desideras, aptabis corpus ad poenam', quod postea vir devotus cum patientia magna sustenuit. Et quoniam tota mentis integritate ita animum suum Deo dicaverat, ut[c] arcanum suum habitaculum sancto Spiritui praepararet, per praecellentem obedientiam disciplinae diversarum gratiarum spiritalium[d] ornamenta adeptus est; confixerat enim timor Domini mentem eius et carnem. Inter quae bona tantam[e] memoriae capacitatem habere promeruit, uti[f] quaecumque legisset, ilico commendaret. Unde factum est, ut pene omnes libros ecclesiasticos corde receperit, quarum scripturarum ex affectu divino interpretator insignis effectus est. Diligens Deum, diligens omnes, dilectus ab omnibus, humanitate cunctis largissimus, sibimet abstinentia parcus, ligabat[g] erga Deum omnium caritatem. Dum praedicando vitia refrenabat, conpatiebatur tristantibus, congratulabatur pie in Christo laetantibus; nihil iracundum in actibus, nihil torvum in facie[h] videbatur. Alienus a culpis, pro culpis tamen pallens erubescebat alienis, pro qua puritate, quicquid pro quibuscumque necessitatem patientibus a Domino poposcisset[i], tamquam vere Dei famulus accipere merebatur. Et cum fuisset mente robustus, vultu quoque rubicundus iugiter permanebat, cuius integritatem et mentis et[k] corporis permanens, eo defuncto, in facie eius rubor roseus adsignavit, cum nulla exsanguis mors vultui eius pallidam intulerit foeditatem.

10. Denique mansuetudine[a] eius Tranquillum successorem cum Probi solacio electio divina providit.

Qui mundi laqueos vicit, labente palestra,
qui pectore sincero semper meruit cernere Christum,
ut monachus Tranquillus iste mitis[b] sanctusque sacerdos,
cui claruit benigna fides, moribus de nomine vita,
cum meritis animam sidera clara tenet[c].
Dum fragilis[d] seculi tumidos evitat honores,
vanaque[e] dispiciens[f], Domini praecepta secutus,
ieiuniis precibusque, psalmis permansit honestus[g].

Cap. 10. *versus ita restituit Traube v. d.:*

Qui mundi laqueos vicit, labente palestra,
Pectore sincero meruit qui cernere Christum,
Ut monachus <fuerat> mitis sanctusque sacerdos.
Moribus alma fides, claret de nomine vita,
Dum fragilis saecli tumidos evitat honores,
Vanaque dispiciens, domini praecepta secutus,
Ieiunus precibus, psalmis permansit honestus.

I. Cap. 9. 10. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 9. a) Grenenscense (?) 2*a**. b) posset 1. c) in 2*a**. d) spiritualium 2*a*. e) tanta 2*a**. f) *ita* 2*a** (*cf. supra p.* 177, 28); ut *rell.* g) *ita scripsi;* legabat *codd.* h) faciem 2*a**. i) ait (?) *add.* 2*a**; id *add.* 2*a***. k) *om.* 1. 2*b*.

Cap. 10. a) mansuetudini 1. b) mites 1*. c) *ita* 1*. 2*a**. *b*; tenent *Vers. de Probo* 56. d) flagelis 1*; flagellis 2*a*. *b*. e) vanasque 1*. 2*a**. *b*. f) *ita* 1*; desp. *rell.* g) et *add.* 1. 2*a*.

1) *V. supra p.* 177, *n.* 1.

Insuper leprosis pius addedit servire minister
humilis, ut altam possit viam mercari salutis.
Cum meretis redditur aeterni Regis merces[a] promissa laborum,
praemia quae patent iustis, retribuente Deo[b],
quod Iudex caeli rector, librato[c] pondere, pensat.
Ibi iam probatus gaudet suscepta munera Christi;
honoribus ditatus summis, possidet caelestia dona.
Et cum vitalis[d] redeunt[e] animas in[d] corpore necti,
quandoque caro recipit[f] surgens post funera[g] vitam,
sic iterum ut nova rursus utantur sanguine membra,
tunc rutilo decore terris regressus lumine fulgit[h].

LXXXVI. post vitae[i] annum corpore requiescit Acauno[k]. Obiit pridie Idus Decembris.

11. Relictor[a] seculi, presbiter sanctus Hymnemodus abba, sanctorum exempla secutus, laudabilis[b] vita ad laudem omnes invitans, Dei auxilio exemploque suo vota canentium iuvans, LX. post vitae annum corpore requiescit Acauno, meretoque 516. Ian. 3. sanctis[c] in caelesti regno coniunctus est. Obiit tertio Nonas Ianuarias cons. Petro.

12. Ambrosius, gestis cui caeli regna patescunt,
Huic quoque promeruit membra donare solo.
Protegit hunc tellus sanctorum sanguine pollens,
Quem caeli meritis clarior axis habet.
Sic Pater omnipotens, quos mundum temnere[a] cernit,
Martiribus voluit consociare suis.
Et licet hoc templum fulgenti luce coruscet,
Hic quoque sublimat corpore templa suo[b],
Quem templum servasse fide[c] vitamque futuram
Perpetuasse bonis, gloria celsa docet.
Nam meruit primam abbatis nomine palmam[d],
Cum sanctis fratrum[e] coepit amica fides

Cap. 10. *versus ita restituit Traube v. d.:*

Nec non leprosis voluit servire minister
Infimus, ut possit summam sperare salutem.
Redditur en! meritis merces promissa laborum,
Retribuente Deo, patuerunt praemia, iustis
Quae Rector caeli, librato pondere, pensat.
Lectus laetatur, suscepto munere Christi,
Caelo ditatus, fruitur caelestia dona.
Cum fas vitales animas in corpora necti,
Cumque caro recipit surgens post funera vitam,
Ut nova iamque novo sumantur sanguine membra,
Tunc rutilo decore terris regressus lumine fulget.

I. Cap. 10—12. 1. 2*a*. *b*.

Cap. 10. a) mercis 1*. b) Deum 1*; Domino 2*a*. *b*. c) liberato 2*a**. d) *ita* 1*. 2*a*. *b*. e) *verbum interpolatum videtur esse.* f) recepit 2*a*. g) funere 2*a*. *b*. h) fulget 2*a***. *b*. i) vita 1*. 2*a**. *b*. k) Agaunum 1*. 2*a*. *b*.

Cap. 11. a) Relictorque (?) 1*. b) *ita* 1*. 2*a*; laudabili 2*b*. c) sanctus 2*a*.

Cap. 12. a) tenere 1*. 2*a*. b) sua 1*. 2*a*. *b*. c) fidei (fedei 1*) *codd.* d) palma 1*; palnam 2*a*. e) c. fr. 1*. 2*a*. *b*.

Auctoris nostri laudem sine fine canendam
Psallere succiduo perpetuoque choro.
Hunc si martirii vidissent tempora iustum,
Post primum Victor iste secundus erat.

13. Amore Christi fervidus
Castusque sanctis[a] moribus
Heres[b] Achivus praemii
Iure aeterni canitur.
Vitae exemplum nobilem[c]
Vir Deo[d] plenus proferens.
Summam[e] perfecti muneris
Abba electus[f] docuit.
Benigna quies nunc virum[g]
Beatae luci[h] transtulit;
Ad caelum mittens spiritum,
Membra hic liquit[i] fratribus.
Artavit[k] corpus crucibus,
Mentem[l] levavit pondere,
Semper quem blanda gaudio
Probo[m] coniunxit caritas.

EXPLICIT[n] FILICITER[o].

II.

INCIPIUNT VERSUS DE VITA SANCTI PROBI.

Culmine qui celso fulgit probusque sacerdus[a]
Egregius probatur[b] factis et nomine Probus.
Cuius vita licet [conscripta[c]] volumine nullo,
Nec potens nimium [sum[d]] acumine Graio
Nec docilis[e] in Latio pretioso dogmate lingua
Priscorum valeam[f] edere carmina vatum.
Nescius dilicti thorum coruscat[g] lumine virgo,
Nec contigit horroris labem dulcidine[a] turpi[h]
Nec noxius iaculis, saevus, fallente veneno,
Hostis ex adverso, celeri volante sagitta;
Sed, fidei clipeo protecto corpore, firmus
Tetraque sic fortis retrorsum torquere tela,
Inlaesus transegit[i] aevum, fovente salute.
Scilicet hic breviter virtutum pandere laudis[k]
Metuens, incipiam pauca perstringere verbis,

I. Capp. 12. 13. 1. 2*a. b.* *II.* 1.

Cap. 13. a) sanctus (2*b*). b) heris 1*. 2*a. b.* c) *ita* 1*. 2*a. b.* d) Deum 1*. e) sanctum 2*a. b.* f) celestus 2*a**. g) verum *codd.* h) luce 2*a. b.* i) liquet 2*a. b.* k) astavit 2*a.* l) mente *codd.* m) pro bono 1* (?). 2*a. b.* n) exempli 2*a.* o) *om.* 2*b.* — *Sequuntur* Versus de vita sancti Probi *(v. infra)* 1; De abbatibus Agaunensis loci Caelestio, Himmemodo, Ambrosio, Achivo, ubi requiescunt corpora sanctae legionis Tebaidae, id est sancti Mauritii et sociorum eius, *pagina non consummata*, 2*a*; Genealogia S. Maximi presb. 2*b*.

II. a) *ita* 1*. b) probatus 1. c) *om.* 1. d) *ita Traube; om.* 1. e) *ita scripsi;* dulcis 1. f) *ita scripsi;* veleant 1*. g) cururcat? 1*. h) turbi 1*. i) trasegit 1*. k) *ita* 1* (?); laudes 1**.

Religionis tantae virum, fortiter mundana calcantem,
Expertum virtutis opus, filicem[a] narrans[b] triumphum.
Omnia post tergum iactans humana crimina retro,
Non amor saeculi suadens, fallax seduxit imago,
Nec falsa divitiarum adversa[c] mole gravatus,
Implicitum nec piae tenuerunt lacrimae matris;
Non blanda altricis oscula ferens[d] incensa pubertas[e],
Nec genitur[f] frustra potuit prohibere certantem[g].
Numquam cernens vana nec spe captus inani,
Nec levis retraxit error profana consilia mentem.
Ceu senicem produxit Christus iuvenalibus annis,
Et provida semper adhaesit pecturi[h] fides.
Amplexus praecepta lambit diligens, Christumque secutus,
Inlecebrasque mundivagas et crimina vincens,
Naufragus evadens fluctus deserit, portoque[i] relicto,
Exhorruit[k] pollutam[l] malis, repletam sanguine terram.
Ieiuniis precibusque sacris curaque[m] superna
Adsiduum gerebat opus, diurna[n] laude potitus.
Regulam legemque tenens monachi, sanctaque[o] praeclara
Opera mandata complens, pius carusque, benignus,
Conspicuus, humilitate potens, aptavit vincula collo.
Doctor ore pollens, magnus clarusque magister,
Obedientiae prona iugum praebuit cervice contentus
Neque verbis tantum, sed rebus hortatur exemplum.
Pulchra mansit semper laetanti pectore fides
Et caritatis tenor, persistens corde sagaci.
Noctibus insomnis, vigil[p] divina gratia psalmos
Cithara decim chordarum psallebat consona corde:
Dulciter consensu mentis sonabant tympana choro.
Numquam fessa[q] fide cesserunt membra sopori,
Nam sese paradisi patenti ianua condit
Liber, victor vitiis. Susceptus semita coeli,
Morte procul lucisque vigens[r] ad limina tendit;
Sidereum penetravit iter, sedemque beatam
Ingressus, super alta potens in luce perenni[s],
Iustus laetatur praemium[t], micantibus astris.
Perpetuo fruetur gaudens melioris lumine mundi,
Caducus[u] vitans laqueos incerto tramite vitae,
Dispiciens[i] curas hominum variosque labores.
Hic licet terreno conduntur membra sepulchro,
Cum meritis animam sidera clara tenent[1].

II. 1.

a) *ita* 1* (?). b) *ita* 1**; narrat 1* (?). c) adverso 1. d) fervens 1. e) pupertas 1*. f) genit:r 1*; genitor 1**. g) certatem 1*. h) *ita* 1* (?). i) *ita* 1*. k) exhorrut 1*. l) polluta m. repleta 1*. m) curamque supernam 1. n) *malim* divina. o) sanctamque praeclaram Operam audita (*ita* 1**; audata 1*) 1. p) vigel 1*. q) fessam 1**. r) vegens 1* (?). s) perennem 1*. t) praemio 1**. u) caducos 1**.

1) *Versus est pentameter; cf. supra p.* 171.

Bis sena lustrorum transacta tempora vitae,
Sic mundum deserens, superna sede[a] refulgit.
Audi, sancte, vocem supplicem poscentis[b] alumni,
Tuque dignare libens parvum suscipere carmen
Exiguasque nimis sumere pro munere laudes.
Funde, quaeso, preces, asperos averte labores.
Abluat peccata, videns dileta[c] crimina, Christus;
Te iuvante, nostra cognoscat causa patronum.

FINIT OPUSCOLUM DE VITA SANCTI PROBI, QUOD COMPOSUIT BENEDICTUS PRESBYTER PRAGMATIUS[d].

III.

Catalogus abbatum Acaunensium.

III. Nonas Ianuarias depositio sancti Hymnemodi primi abbatis Acauno, qui egit abbatiae menses VII.

IIII.[a] Nonas Novembres depositio sancti Ambrosi[b], qui egit abb. annos V.

IIII. Kal. April. depositio sancti Achivi, qui egit abb. II annos et menses quatuor.

Prid. Idus Decembres depositio est sancti Tranquilli, qui egit abb. III annos et menses VI.

Nonis Octobris depositio est sancti Venerandi, qui egit abb. annos XIII.

VI. Idus Novembris depositio est sancti Pauli abbatis, qui egit abbatiae annos XVIII.

III. Nonas Martias depositio sancti Placidiani abbatis, qui obtenuit abbatiam annos X, menses V.

XIII. Kal. Octobris depositio sancti Eutropii abbatis, qui egit abbatiae tres menses et dies XVIII.

Idibus Maii depositio sancti Pauli abbatis, qui egit abb. annos VIII et menses IIII et dies XXIII.

III. Idus Martii depositio est Martini abbatis, qui praefuit in abbatia annos II et menses XI.

Idibus Octobris depositio est sancti Ambrosi abbatis, qui egit abbatiae annos XXX, menses VI et dies II.

VI. Kal. Aprilis obiit domnus Leontius abbas, qui egit abbatiae annos V et menses V et dies VIII.[1]

II. III. 1.

II. a) sidere fungit *fortasse* 1*. b) poscentes 1*. c) deleta 1**. d) *sequitur catalogus abbatum Acaun.* 1.

III. a) III. (1). b) Ambrosii 1*.

1) *Cum Hymnemodus Probo consule, i. e. a.* 516, *d.* 3. *Ianuarii, defunctus sit (cf. V. abb. Acaun. c.* 11*), reliquorum abbatum anni emortuales hi esse deberent: Ambrosius* † 520, *Nov.* 2, *Achivus* † 523, *Mart.* 29, *Tranquillus* † 526, *Dec.* 12, *Venerandus* † 539, *Oct.* 7, *Paulus I.* † 557, *Nov.* 8, *Placidianus* † 568, *Mart.* 5, *Eutropius* † 568, *Sept.* 19, *Paulus II.* † 577, *Mai.* 15, *Martinus* † 580, *Mart.* 13, *Ambrosius II.* † 610, *Oct.* 15, *Leontius* † 616, *Mart.* 27, *si catalogo credendum esset; cf. supra p.* 174.

VITA
EPTADII PRESBYTERI CERVIDUNENSIS.

Monasterium Cervidunense dioeceseos Augustodunensis, in pago Morvinno situm, ab Eptadio presbytero conditum videtur esse, isque antiquissimo Martyrologii Hieronymiani[1] *codici Epternacensi adscriptus die* 25. *Augusti:* alibi Aptati prb., *ad praecedentem relatus est in posteriore Weissenburgensi:* Et in terreturio Eduae civit. dep. sancti Eptati prbi. et conf., *dum utrumque locum exhibet Bernensis*[2], *interpolatus compositusque ex utraque recensione.*

Eptadii temporibus se fuisse aequalem eius biographus apertis verbis testatus est, nam a sancto culpa liberatos conversosque scelestos quam plures ipse vidisse voluit (c. 14*), et eiusdem familiarem nominare necesse non esse fortasse scripsit (c.* 22*), ut ipse pro eo haberetur. Ex hac sane Vita res graves easque alibi ignotas historiae Burgundionum addere potuit Carolus Binding*[3]*, scilicet inter Chlodovechum regemque Burgundionum pacem factam huiusque iussu castrum quoddam Lemovicense effractum esse, iterumque eius auctoritatem examinans Georgius Kaufmann*[4]*, summam ei vindicavit antiquitatem. Fidem autem biographi unus, quoad sciam, in dubium vocavit Albertus Jahn*[5]*, eiusque argumenta sane magni momenti sunt, neque vero omnia vidit neque ubique textum recte interpretatus est.*

Auctor natione Romanus erat Romanosque Burgundionibus anteposuit (c. 9*), immo ab iis solis iussu regis Burgundionum captum esse voluit castrum, quod dixi (c.* 12*). Opinatus igitur est, utrumque regni Burgundionum populum ita fuisse distinctum, ut modo hunc modo illum exercitum rex movere potuisset, vel potius foederatos fuisse Burgundionum Romanos. Talis rerum Burgundicarum peritia levem suspicionem movere potest.*

Eptadio occasio duplex data erat, ut ad maiores cleri saecularis dignitates ascenderet, sed presbyterii vel 'sacerdotii' honorem, ad quem per Flarianum episcopum Augustodunensem pervenire poterat, cum summa indignatione respuit (c. 7*), cumque, intercedente Chlodovecho rege, Autissiodorensis episcopus a clero populoque universo electus esset, indignum se esse hoc honore clamavit et in deserta Morvinni secessit (c.* 8*). Conditor igitur monasterii Cervidunensis presbyter non erat, erat vero episcopus electus, et epi-*

1) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [109]. [110]. 2) *Ibi vero alter locus diem* 23. *Augusti:* Et in territur. Edua civitatȩ vico Cervidunensi depos. sancti Epadi prbi., *alter d.* 24. *Augusti:* et alibi Eptati presbit. *occupat, et sic deinceps huius mensis sancti uno die promoti sunt. Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 437. 3) *'Gesch. des Burg.-Roman. Königreichs' p.* 188. 195. 196. 4) *'Kritische Erörterungen z. Gesch. d. Burgunder in Gallien' ('Forsch. z. Deutsch. Gesch.' X, p.* 391—396*).* 5) *'Gesch. der Burgundionen' II, p.* 106 *sqq.*

scopus a biographo in sequentibus vocatur Eptadius. Eum autem re vera fuisse presbyterum neque episcopum ex Martyrologio Hieronymiano intellegitur exarato a. 627/8. *In eo ipso Eptadium presbyterum Flavianus episcopus Augustodunensis* 10. *Kal. Sept. praecedit, Optatus episcopus Autissiodorensis prid. Kal. Sept. subsequitur, ita ut, si Optatum pro Eptadio acceperit, summam fabulae sibi ex his fastis formare potuerit biographus.*

Praeterea fontes adhibuit non solum Epiphanii Vitam ab Ennodio conscriptam, sed etiam Gregorii vel Fredegarii historiam (c. 6*), aliaque quae scripsit aevo tantum Carolingico conveniunt: eo enim 'sacerdotium' pro presbyterio accipiebatur, eo honor ille inter monachos ita vulgatus erat, ut eum dedignarentur* [1], *eo denique per episcopos monasteria gubernabantur more* [2], *qui inceperat exeunte saec. VII. Itaque Eptadii biographus falsariorum choro aggregandus est, Vitamque conscriptam esse opinor post eam Genovefae exeunte saec. VIII.*

Episcopus cum a biographo factus sit Eptadius, ex Vita demonstrari poterat, sedi Augustodunensi non fuisse subiectum monasterium Cervidunense. Fraus eo facilius succedere potuit, postquam, Saracenis irruentibus, omnia ecclesiae episcopalis instrumenta exusta sunt. Modoinus autem episcopus Augustodunensis Ludowicum Pium adiit, ut statuta praecedentium regum Francorum confirmaret, eiusque successor a. 843. *eadem sibi confirmanda curavit per Carolum Calvum* [3], *'quatenus villas ac monasteria ad praefatam sedem pertinentia, S. Eptadii in Cerviduno aliaque, absque ullius inquietudine aut retractione memoratae sedis rectores tenere perpetim possent'. Ita ad irritum redacta est spes monachorum. Praeterea alterum fortasse propositum exequitur biographus: Eptadius Augustodunensis civis a divitibus parentibus ortus, sed in dioecesi Nevernensi, scilicet in castro Lobremensi nutritus (c.* 1*), huius quoque ecclesiae chori occursu honoratus (c.* 20*), inter eam monasteriumque intercedens vinculum quoddam subiectionis confirmare poterat.*

Vitae Eptadii codices duo tantum extant, quos ipse contuli:

1) *Codex Parisiensis n.* 17002, *saec. X, ex monasterio Moissiacensi a.* 1606. *dono datus Claudio Joly canonico Parisiensi, deinde ecclesiae S. Mariae ibidem sitae (n.* 97*), fol.* 59′—61,

2) *Codex Parisiensis n.* 3809 *A (Colb.* 776, *Regius* 3653*) saec. XV, fol.* 47′—49.

Librarium haec Vita sustinuit, in quo nescio utrum magis admiranda sit incuria an inscitia, squalorque, quo textum ille inquinavit, facilius erat deplorari quam purgari. Corruptelae genus ut perspiciatur, locos depravatos adnotare libet hos:

c. 5. spiritalis] puritatis 1. 2.
c. 8. quo esset Flaviano condam] quos se ad fluvium quorundam 1; ad fluvium quendam 2.
c. 9. siderea] sibi erga; *om.* 2.
c. 15. iconomum] amico nomen 1; amicum Dei 2.
c. 18. promiscua] promissam 1; permissa 2.
c. 22. invitantem] in civitatem 1. 2.

Exemplar, ex quo uterque codex pendet, dictatum videtur esse, idque longe melius redditum est in 1, *quam in* 2. *Libri primarii hiatus nonnulli alter quidem supplet, ut in V. Filiberti* [4], *ita in hac:*

c. 3. honorificatione eum venerarentur] 2; *om.* 1,

1) *Cf. Praef. V. Lupicini Eugendique, supra p.* 128. 2) *Cf. Löning, 'Kirchenrecht' II, p.* 445; *Hauck, 'Kirchengesch.' I, p.* 285. 3) *Bouquet VIII,* 444. 4) *Cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 584.

paucisque aliis locis se eo praestat meliorem:

c. 3. consecraret] consecreret 2; consereret 1,

c. 4. possunt] 2; quod sunt 1,

sed plerumque corruptela magis hic depravata aut locus omissus est. Itaque 2 *non attuli nisi ibi, ubi textus in* 1 *aut manifesto corruptus aut dubius erat.*

Barbariae grammaticae, quae in libro primario deprehenditur, magna certe pars librario insipienti attribuenda est; ne vero cum spuriis etiam genuina tollantur, hanc intactam relinquere malui, nisi quod geminationem in 1 *frequenter omissam*[1] *restitui aut male admissam*[2] *resecui aliaque orthographica emendavi pauca*[3]. *Partes autem orationis fere eleganter ordinatae sunt nonnumquam, quo factum est, ut librariorum rusticitas sensum vix aegreque assequi potuerit.*

Editorum alter, scilicet

Labbeus, Nova bibliotheca manuscript. librorum, Parisiis 1657, *tom. II, App., pauca tantum 'magno labore ac taedio ex incultae narrationis barbarie insulsisque amanuensis vepretis colligere potuit'*[4], *pleraque praetermisit:* quae, *inquit,* tam absurdis erroribus amanuensis inficeti vitiata sunt, ut ne ipse quidem Apollo medicinam facere possit, *neque alter, scilicet*

Cuperus, Acta sanctorum, Antverpiae 1739, *Aug. IV, p.* 778—780, *vel potius Papebrochius, — eius enim apographon imprimendum curavit, — in textu emendando profecit; uterque autem ex* 1 *pendet.*

Attamen, arte coniciendi adhibita, Vita in integrum restitui potest, et spero fore, ut vel id mihi successerit, quod textus plenus nunc demum intellegi potest.

B. Krusch.

INCIPIT VITA SANCTI EPTADII[a].

(1).[b] Igitur sanctus Eptadius Augustidunense[c] Aedue Gallearum oppido civis fuit, sed intra terminum vel castrum[d] Nevernensem sive Lobremense[5] nutritus vel eruditus est, parentibus secundum seculi dignitatem non minimis[e], sed bene ingenuis, census abiti substanciam locupletatis[f], procreatus. Cum singularius praecellens integritas morum quanone[g. 6] etiam senatoriae[h] vigeret dignitatis, in ipsa puerile adhuc aetate[i] seu annis aeternitatis culmina perpatescunt.

Cap. 1. 1. 2.

Cap. 1. a) presbiteri et confessoris, qui observatur VIIII. Kl. Septembris *add.* 1; I. v. s. ac beatissimi E. pr. et c. Christi, cuius depositio observatur VIIII. Kl. Septemb. 2. b) *numeri des. codd.* c) Augustadunense ::due G. oppidum (*corr.* oppido) 1; Augustidunensis (A. G. *om.*) oppidi 2. d) *ita scripsi;* vel castri Maternensi sive Ęlobremensis 1; (vel *om.*) castri Maternensis sive Elobremensis 2. e) *ita* 2; minimus — ingenuus 1. f) locupletatur. Parentibus procr. 1; locupletatis (*om.* procr.) 2. g) *ita scripsi;* qua non etiam 1; nec non etiam *et add.* et 2. h) *ita scripsi;* senatorias vigere (v. *om.* 2) dignitates 1. 2. i) *ita scripsi;* aetatis uę 1; aetatis suae 2.

1) *E. gr.* efractum, oficiositate; celulam; comissu, comotus, flamarum, incomodum, inflamare, sumus, tantumodo; accesisset, asumptionis; literis. 2) *E. gr.* occulis. 3) *E. gr.* istut, uic. 4) *Haec ad codicem male conservatum referens, magnam partem a Labbeo legi non potuisse temere contendit Georgius Kaufmann l. l.* 5) *Lectionem traditam* castri Maternensis sive Elobremensis *pro uno loco Marné, viculo communis Lormes, accepit de Soultrait, 'Dict. topogr. du dép. de la Nièvre' p.* 110. *Quod cum nullo modo admitti possit, in textu a me restituto verba* terminum Nevernensem *et* castrum Lobremense *sibi respondent, atque* Nevernense *oppositum est* Augustidunensi. *Lobremense autem est Lormes (arr. Clamecy) castrum, quod Lorma c. a.* 1085. *appellatum est; cf. de Soultrait l. l. p.* 101. 6) *Canon i. q. norma.*

(2). Cum esset ergo annorum duodecim, nescientes parentes eius, ad disciplina fugit scolare, ibique se ipse magistro infanciam aetatis suae tradidit sacris litteris edocandam[a]. Ex[b] quo facto pauca quidem tempora, quae scolares[c] sibi non tantum quoaequavit, verum etiam omni scientiam litterarum cunctos longe precellens superavit[d], illustrabat eum divina sapientia, et prudentia spiritali gratia decorabat; nam cum esset annorum quindecim, tanta gratia Dei erat repletus, ut omnes vicini et propinqui pacientiam[e] in eum amore et caritate diligerent.

(3). Et cum esset annorum viginti, crescentibus annis, iam vicini[a] matrimonium eum quohortabant. Et cum[b] eligans corpore eligantiore[c] in mente flore polleret, et moderate gubernationis alacritate[d] temperans motus, se ita civium affectione[e] consecraret[f] excolendum, ut[g] iam tunc temporis aut patris meritis aut sacerdotibus[h] dignissima honorificatione[i] eum venerarentur, parentes eius voluerunt[k] eum noxium coniugium sociare[l], quod possent[m] ab eodem videre filios ac nepotes, aet iam[n] sollempnem diem constituunt nuptiarum. Et[o] hic beatissimus Eptadius tantum est subitanea febre inflammatus, ut non nisi ab eodem medicina corporis sortiretur, cui se[p] fidelissimam deliberacionem animam consecravit[q]. Et inter reliquos venientium, qui praefati assidue egrotum corpusculum requirebant, tres ad[r] eum honeste virgines, Deo sacrate puelle visitando venerunt. Quas ille ut dignissimas Christi lampades sibi[b] placuisse prospexit, statimque[s] se Deo ex integra fide et animum[t] intentum religione devovit ei qui[u] in indivisa Trinitate magestatem subsistit.

(4). Ab[a] hoc vero tempore conversacionis seu[b] sanctificacionis ingressum numquam, adhibitam molliciem lini, membra contexit, non esuriente delicatior[c] ad edendum alimonia panes impertitur[d]; sed repente mutatur, ex omnibus deseritur mundi milicia, caelestis[e] desiderio adsumitur, seculi pompa calcatur, humilitas eligitur[f], et substantia dispensatur in pauperibus. Et asperrima cilicii austeritate[g] prostratus, admixtis gemitibus, lacrimis fundens, subiectum[h] pectore cinerem commotus irrigavit[i]. Cum neque ab eodem nisi tantum aridos panes ordeaceos[k] quantitas in solis occasum sumeretur, et erat, quando, intermisso biduum vel triduo[l] aut quatriduo, sic reficiebat, et[m] accipiens panem et olera, et modicum salis et quantitate[n] aceti condiebatur[o]. Et intra domum suam parvum et obscurissimum tuguriunculum more[p] carceris ipse fieri praecepit, ubi diebus sancte[q] quadragesime retrusus, orando, lacrimas iugiter fundendo, hunc cursum salutis ex-

Capp. 2—4. 1. 2.

Cap. 2. a) edocendam 2. b) *ita scripsi;* et quod factum *m. al. corr.* et post pauca 1; et quid factum est pauco tempore, quod 2. c) *ita* 2; scolarem sibi 1. d) *ita* 2; *om.* 1. e) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; sapientiam *m. al.* 1.

Cap. 3. a) eius ad *add.* 2. b) *ita* 2; *om.* 1. c) *ita scripsi;* eligantior enim mente f. p. 1; elegantiori mente floret atque p. 2. d) *ita* 2; alacritas 1. e) affectionem 1. f) consecreret 2; consereret 1. g) quod 2. h) sacerdotis 2. i) *ita* 2; h. eum v. *om.* 1. k) *ita* 2; vellent cum 1. l) et *add.* 1; *om.* 2. m) *ita* 2; posse 1. n) et ita 2. o) Sed (*om.* h.) 2. p) *om.* 2. q) consecraverat (*om.* et) 2. r) *superscr.* 1. s) *ita* 2; que *om.* 1. t) a. internum religionem 1; animam intento religione 2. u) que 1.

Cap. 4. a) *ita Cuperus;* Adhuc 1; A (*om.* h.) 2. b) *ita Cuperus;* su(a)e 1. 2. c) delicantior 2; delegantior 1. d) imperitur *pr. m.* 1; inpenditur 2. e) caelestia desideria 1; celestis (*om.* d.) 2. f) *ita* 2; erigitur 1. g) c. astoritate prostratus 1; c. vestis ad artus legendos assumitur prostraturque 2. h) subiecto p. cinerum 1. i) irrigabat 2. k) certa *add.* 2. l) tibi duo 2; tercio 1. m) *ita* 1; r. accipiebat namque p. 2. n) aliquantulum 2. o) *ita* 1; a. et his cotidie utebatur 2. p) in morem 2. q) sanctis 2.

sererit[a], has sibi cruciatuum[b] diversitatis infligerit, quas in reus desevientes possunt[c] exercere tortoris.

(5). Quoniam aliqua[a] de corporis afflictione perstrinximus, de eius familiaritate et conversationis gratia spiritalis[b] incipiam[c] dicere, si[d] inpar lingue paciatur facultas, sed[e] id pocius exequendum, ut nec illa qua[f] sibi ingenuus vindicabat seculare obtunse taciturnitatis oblivione preteream, quomodo aut qualiter aliquandiu sub specie seculari vestito latere voluit, ut tesaurum auri sub gleba terra absconsum iustitiae rigore occultare cupiens. Istud diu latere non potuit, quem ubique misericordia et pietas sancta prodebat, quia lumen in tenebris occultum esse non potest, sicut ipse Dominus noster Iesus Christus in euangelio suo dicit: Matth. 5, 15. *Nemo accendit lucernam et sub modio ponit, sed supra*[g] *candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*

(6). Erat beatissimus vir tocius prudentie, in sermone verax, in[1] iuditio iustus, in consilio p r o v i d u s, in commissu fidelis, in interventu strenuus, in veritate[a] conspicuus et in universa morum honestate praecipuus[b]. Hunc iuvenes quasi patrem venerabantur, hunc senes quasi filium amantissimum diligebant, hunc universitas populorum ad eum[c] confluentes[d] carissimo venerabantur affectu. Tanta gratia erat in eo, ut alios tristes letos redderet, alios discordes ad concordiam revocaret et[e] perfecte pacis et caritatis vinculum eos adduceret. Universos vero docebat, nichil huius seculi praeponendo Domino, sed magis, quomodo fugitiva vitae[f] istius mundi blandimenta respuerent et temporalem tribulationem praesentis seculi pro Christi nomine sustinerent. Erat enim verus[g] Dei cultor, et necesse erat, ut quem Dominus[h] perfuderat gratiam, ab omnibus amaretur. Christo igitur cotidie sedu- cf. Eccli. 29, 14. 15. lum exhibebat officium, disseminator[i] elemosinarum tesaurum sibi indeficientem cotidie reponebat in sinu[k] pauperis. Erat enim nutritor orfanorum, refugium et[g] protectio viduarum, refectio indigentium et defensor peregrinantium[l], hedificator[m] ac reparator aecclesiarum Dei.

(7). At ubi tanta ubique eius fama perclaruit[a], hunc[b] sancte[c] recordationis Flavianus[d, 2] pontifex presbiterii[e] voluit honore provehere. Cuius fama[f] audita sacerdotii dignitatem, ita huic[g] honorem respuit se implicandum, ut nullus ei omnino exinde ullo[h] sermone loqui auderet.

Capp. 4—7. 1. 2.

Cap. 4. a) *ita scripsi;* exsisterit 1; existeret (2). b) cruciatum 1. c) *ita* 2; quod sunt 1.

Cap. 5. a) aliqua: de, *ras.* n (?) 1. b) *ita scripsi;* puritatis 1. (2). c) incipiant 1, *corr.* d) se 1. e) *ita Cuperus;* et 1; *om.* 2. f) *ita scripsi;* illa, quas i. vindicat secularis 1; illa, qui ingenuum sibi vendicabat seculare 2. g) super 2 *cum Vulg.*

Cap. 6. a) bonitate 2. b) preclarus 2. c) eam *pr. m.* 1. d) confluencium 2. e) ad *add.* 2. f) *ita* 2; vita istius modi 1. g) *om.* 2. h) Deus 2. i) deseminat *pr. m.* 1; seminator 2. k) *ita Vulg.;* in sinu pauperum 2; in pauperes 1. l) peregrinarum 1, *corr.* m) *ita* 1. 2.

Cap. 7. a) praeclaruit *codd.* b) *om.* 2. c) sencte 1, *corr.* d) *ita scripsi;* Flaviconus 2; Flavichonus 1. e) presbiteri 2. f) (f. a. *om.*) s. dignitati 2. g) h. h. *om.* 2. h) ullus s. 1; *haec om.* 2.

1) *Haec verba e Greg., H. Fr. II,* 32, *vel potius e Fred. III,* 23, *deprompta sunt, monente Alberto Jahn l. l. II, p.* 111. 2) Augustud. Flaviani episcopi *memoria in Martyrologio Hieron. a.* 627/8. *exarato colitur* 10. *K. Sept., uno scilicet vel duobus diebus ante Eptadium; cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [109]. *De eius aevo praeterea nihil constat; cf. AA. SS. Aug. IV, p.* 643. *Ceterum ex V. Eptadii Flaviconi nomen corruptum episcopis Augustidunensibus insertum est.*

(8). Eodem tempore, quo esset[a, 1], Flaviano condam pacis[2] mediante concordia, duorum regum supersticiosa[3] completa[b] potentia, id est Burgundionum[c] gentis[d] et Francorum, hec rege Gundebado[e] praecellentissimus rex Francorum Clodoveus suppliciter exoravit, ut hunc beatissimum virum Dei Eptadium civitatis suae[4] Autisioderense[f] prestaret[g] antestitem ordinandum. Cui peticionem vel electionem praedicti regis ita restitit voluntas offensa, tanquam sibi maximas vires deposcerit possidendas; tamen propter praesentis concordiam populi pacis [et[h]] caritatis intuitu, ut[i] petebat, negare non potuit. Cuius accepta promissionem auctoritatis, statim elegitur, consensu[k] universitatis expetitur[l] populorum, — nam clericorum coetus[m] cunctaquae nobilitas, plebs urbana vel rustica[n] in una[o] convenere sententia, Eptadium dignissimum esse episcopum, — omnium voluntate[p] ambitur. Quo audito, vir beatus, qui mallebat latere in suis, quam publicare et honorare a[q] populis, totis viribus laborans, et[r] huic honore[s] non esse [se[t]] inplicandum[u] dicit, et[v] cum clamore vociferans, indignum se esse tanti molis sacerdocii hominem peccatorem. Statimque, cellula sua derelicta[w], omne pernoctatione[x] proripuit ad deserta Morvinni[y, 5], in[z] montanam solitudinem properavit; ibique multum temporis latens, orationibus ac ieiuniis continuatis Dominum supplicabat, ut impleretur in eo, quod propheta cantaverat: *Ecce! elongavi fugiens et mansi in solitudinem*[a]. *Expectabam eum, qui salvum me fecit a pusillo animo et tempestate.* Ps. 54, 8. 9.

(9). Et tam diu in solitudinem deserti permansit, donec iterum ei praefatus[a] rex[6] cum iuramento pollicitus est, dicens, non se umquam contra voluntatem ipsius esse venturum, nisi tantummodo pro regni sui incolomitate divine clementie supplicaret[b] et in necessitatibus captivorum tam Romanorum quam Burgundionum vel universorum[c] gentium, ut ceperat, laboraret, pro qua re postea ei multa pecu-

Capp. 8. 9. 1. 2.

Cap. 8. a) *ita scripsi;* t. quos se ad fluvium quorundam 1; t. ad fluvium quendam 2. b) *m. al. corr.* complexa 1; s. c. *om.* 2. c) Burgundion:um, *ras.* e 1. d) genis *pr. m.* 1; *om.* 2. e) *m. al. corr.* Gundobado 1; Gondebadum 2. f) Autissiodorensi 2. g) concederet 2. h) *ita supra p.* 188, 19; et *om.* 1. 2. i) quod petebatur 2. k) consensus 1. 2. l) *ita scripsi;* exequitur 1. 2; sequitur *Cuperus.* m) *ita scripsi (cf. infra p.* 193, 9*);* clericorum tocius a (t. a *om.* 2) 1. 2; clericorum chorus *Labbeus*; cleri communitas *Cuperus.* n) rusticana 2. o) *ita* 2; unum venire 1. p) *ita* 2; voluntas 1. q) a — honore *om.* 2. r) se *coni. Cuperus.* s) e *in litura* 1. t) *om.* 1. 2. u) inpliblicandum *pr. m.* 1; publicandum 2. v) *om.* 2. w) dereli:cta, *ras.* n (?) 1. x) pernoctatione (pernot::tacione *pr. m.* 1) pr. (prompit 2) 1. 2; pernicitate se pr. *Cuperus.* y) *ita* 2; in orvinni 1. z) et ad montana sollitudinis 2. a) *ita pr. m.* 1.

Cap. 9. a) profectus (?) *pr. m.* 1. b) *ita* 2; supplicare 1. c) *ita* 1. 2.

1) *Locum non recte interpretatus est A. Thomas, 'Sur un passage de la Vita Sancti Eptadii' ('Mélanges J. Havet' p.* 593 *sqq.).* 2) *Bellum Burgundicum a.* 500. *pace inter Chlodovechum Gundebadumque facta minime finitum est, ideoque Binding, 'Gesch. des Burgund.-Roman. Königreichs' p.* 188. *eam insequentibus annis attribuit. At Jahn l. l. ex ordine rerum recte conclusit, potius de saec. V. biographum cogitasse.* 3) *Ad gentiles vel Arianos barbaros vocabulum spectat.* 4) *Scil. Chlodovechi, ut G. Kaufmann l. l. et A. Jahn l. l. locum recte interpretati sunt, eiusque ad regnum Autissiodorum pertinebat, nam Theodosius episcopus concilio Aurelianensi a.* 511. *intererat (Concilia ed. Maassen I, p.* 10*). Eptadium igitur Augustodunensem civem suae civitatis episcopum voluit esse Francorum rex, idque eo factum esse, quod locum Martyrologii Hieron. hunc:* Prid. K. Sept. Autisiodo. Optati episcopi *(AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [113]*) ad sanctum suum rettulerit biographus, recte statuit Jahn.* 5) *Le Morvand pagus, in quo Cervidunense S. Eptadii monasterium situm est; cf. de Soultrait l. l. p.* 124. 6) *Scil. Chlodovechus, monente Jahn l. l.*

nia transmittens, quam ille continuo captivis, viduis et orfanis hac peregrinantibus erogavit. Et pro summo et admirabile honore apostolatus[1] ad hunc[a] se humilitatem et benedictionem poenitentie gradum vir beatus Eptadius inclinans, ut, quod antea ille optaverat, postea tota gratulatione usque in finem devotus implevit Luc. 14, 11. illud, siderea[b] secum retinens divini culminis praecepta[c], dicens: *Qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur.*

(10). Non diebus, non noctibus a conloquiis divinis et oratione[a] cessabat; predicationibus sanctis et[b] exemplum dominice passionis ad se confluentium turbas, divinis[c] et eloquiis reficiebat. Non tantum catholicis, verum etiam paganis ac ferocissimis barbaris[d], more leonum furentes, cum superbia magna captivus persequentes[e] adveniebant orationibus suis, sicut agnus mitissimus suis sanctis reddebat alloquiis. Ex[f] quibus enim non pauci, ex[g] his omnibus bonis repleti, ad baptismi gratia fideliter concurrentes, sancti viri incessabiliter ambiebantur alloquiis[h], suisque sive[i] ipsis captivis cum[k] summa intencione vacantes, ultro dantes, tantum ut pro se Dominum precaretur, humiliter supplicantes. Igitur ne[l] his bonis esset repletus, fiebat eorum distraccio, et cotidie necessitatibus captivorum expendebantur[m].

(11). De Italia vero redemit captivorum plurima multitudine, quae a Burgundionum[a, 2] [rege] eodem tempore fuerat effecta et ad loco regionis sue cum ingenuitate est revocata.

(12). Iterum parvo post tempore castro provincie Limovicine[a] Idunum[b, 3] nomine iussu regis Burgundionum a Romanis[4] effractum est, in quo non minima inormitas facta est captivorum. Pro quos vir beatus Eptadius episcopus ingemescens et lacrimas fundens, a[c] Domino suo more oratione prosternitur, regi Burgundionum[d] Sigismundo per epistolam imperans, ut auctoritatem suam pro ingenuorum animas daret, et obtinuit. Ex quibus non minus quam fere tria milia captivorum promiscui sexus[e] et etatis sunt liberati et ad locum pristinum, datis idoneis prosecutoribus[5], revocati[f], et qui venerant flentes et lugentes, Deo gratias agentes, per eum cum magno gaudio, recuperante libertate, sunt reversi.

Capp. 9—12. 1. 2.

Cap. 9. a) *ita* 2; adhuc 1. b) *ita scripsi;* sibi erga 1; *haec om.* 2. c) *ita* 1; preceptum 2.
Cap. 10. a) non *iteratum, sed eras.* 1. b) *ita* 1; et exemplo 2. c) *ita* 1; d. et el. *om.* 2. d) barbaras 1, *corr.* e) *ita* 2; persequendis 1. f) E *corr.* Ex 1, *et sic* 2. g) paucis omnibus 2. h) alloquium 1. i) *ita scripsi*; suisque sibi 1; suaque (sive *om.*) 2. k) *ita scripsi;* quo s. i. vocandus 1; quos ille s. i. vocabat 2. l) *ita scripsi;* I. in his b. esse r. 1; I. bonorum, quibus repletus erat 2. m) expendebatur 1.
Cap. 11. a) Burgundionibus 2; rege *ipse addidi.*
Cap. 12. a) Lemovicensis 2. b) Hidunum 2. c) *om.* 2. d) *ita* 2; Burgundione 1. e) sexu et etate 1. f) *ita* 2; revocabant ut 1; *v. supra l.* 20.

1) *Episcoporum dignitas; cf. Ducange ed. Favre I, p.* 320. 2) *Epiphanius, cuius ex Vita auctore Ennodio (ed. Vogel* § 136 *sqq.) biographus hanc Burgundionum expeditionem Italicam compertam habuit, ad redimendos captivos Lugdunum ad Gundobadum regem a.* 494. *missus est: is ipse igitur in locum Eptadii substituendus esset.* 3) *Idunum loci nomen corruptum videtur esse; de oppido Dun (arr. Guéret, dép. Creuset) cogitavit Petigny; cf. Binding l. l. p.* 196. 4) *Duos Burgundionum regni populos biographus ita distinxit, ut hic Romanos solos ad victoriam signa movisse voluerit, quos Burgundionibus supra c.* 9. *anteposuerat. Rex, de quo hic agitur, Sigismundus infra vocatur neque Gundobadi mentio ulla fit, quamquam is demum post bellum Gothicum annoque* 516. *obiit.* 5) *I. q. mandatariis.*

(13). Tempore illo, quo praecellentissimus Clodoveus rex Francorum in Gocia[1] cum exercitu esset ingressus, et ab illo Alaricus rex Gottorum fuisset interfectus, facta est captivorum innumerabilis multitudo, qui[a] dispersi per regionibus sunt dilatati. Ex quibus vir beatissimus Eptadius non parva multitudine, data pecunia, liberavit, et statim pristine ingenuitati[b] restituet.

(14). Pro splendidissime veritatis tenore[a] nec minima sunt silenda. Nam quicumque, quamlibet cruenti[b] sceleris perpetrator, ad huius tabernaculum publice districtionem[c] severitatis effugit, non solum macula commissi omne[d] liberatus, verum aetiam beatissimi viri alloquiis ad[e] poenitentiam[f] est revocatus. Ex quibus aetiam quam pluris postea vidimus per eius doctrinam gratia Domini nostri in ipsa religione et sanctitate perpetuum perdurasse.

(15). Curatione[a] vero tam potens in eo Dei gratia erat, ut nullus fere demoniacus aut egrotus accessisset, qui continuo non fuisset pristine restitutus medelam[b]. Et inter reliquas demoniacorum[c] catervas, quas[d] sancti Spiritus infusione purgavit, quaedam puella efferationis[e] diaboli tempestate vexata, dum nullis resultans vincere possit nexibus catenarum, beatissimo viro Eptadio tensis[f] genibus in terra prostrato[g], in hac puella veritatis atrocissime confessione[h] prorupit, dicens, eadem nocte sancti viri iconomum[i. 2] intra densa silvarum cuiusdam arboris fomiti[k] latrocinii fuisse iure prostratus. Ubi[l] sequenti die idem[m] sanctus Eptadius perpetratum fuisse lucubri[n] praesenciae est agnitione compertus, ac[o] locus sepulture fuisset delectus, membra defuncti linteis ambiuntur; umo[p] superiecta, oratio intercessionis impenditur. Quam tamen puella, Dei opitulante auxilium, ut relicos pristine reddidit sanitatem.

(16). Quodam tempore cum de monasterio sancti Porciani abbatis[a. 3] ad cellula sua reliquias exhibebat, puella ei olim muta, id est elinguis, oblata[b], cuius in ore olei ligore perfusum[c], cum orationem benedictionem infudit: quam condam[d] natura restrinxerat[e], in os suum melior loquacitas est reddita.

(17). Alio quidaem tempore Papulus[a] quidam presbiter, cum ardentissima

Capp. 13—17. 1. 2.

Cap. 13. a) *ita* 2; qua 1. b) ingenuitatis 1.

Cap. 14. a) tenerum 1. b) *ita scripsi;* cruentis sceleris perpetrantur 1; cruento scelere perpetrato 2. c) distractionem s. 1; districtionis se veritatem 2. d) *ita scripsi;* comissione 1; commissi est 2. e) *om.* 1. f) ponitentiam 1.

Cap. 15. a) In curationibus v. infirmorum tam 2. b) *ita* 1 (*v. infra p.* 192, 16); sanitati 2. c) demoniarum 1. d) quasancti 1. e) refferationis 2. f) extensis 2. g) prostratum 1; *om.* 2. h) *ita scripsi;* confusione 1; *locum immutat* 2. i) *ita scripsi;* amico nomen 1; amicum Dei 2. k) fomite 2. l) *ita scripsi;* Ubi se 1; Quod cum 2. m) *ita scripsi;* id est 1. 2. n) lucubri praesencia est a. 1; lugubris presencie a. esset 2. o) *ita scripsi;* ad locum s. f. directus 1. 2. p) umus 1.

Cap. 16. a) abati 1. b) *ita* 2; obligata 1. c) percum orationem 2. d) *ita* 2; quodam naturam *corr.* quoda natura 1. e) *ita* 2; restiterat 1.

Cap. 17. a) *ita* 2; Paulus quidem 1.

1) *Gothia pro Aquitania accipitur. Expeditioni illi Burgundiones interfuisse auctor plane ignoravit: e Gregorio (II,* 37*) enim pendere videtur.* 2) *Iconomus (v. Ducange h. v.) vel potius oeconomus inter ministeriales ecclesiasticos numeratur ab Hincmaro archiepiscopo (Capit. ed. Baluze II,* 625*), eoque interpretante, est 'ecclesiae facultatum dispensator'. Aevo Merovingico ea dignitas incognita erat.* 3) *Portianus, cuius vitam Gregorius, V. Patr. c.* 5*, descripsit, Theoderici regis Francorum tempore vixit. Locus, ubi eius monasterium quondam stetit, Saint-Pourçain (arr. Gannat, dép. Allier) hodie vocatur; cf. Longnon, 'Geogr. de la Gaule' p.* 511.

quidem febrium estuatione tipum subriperetur, ad dilectum[a] Dei Eptadium episcopum adflictus[b] necessitate properans, cum summa velocitate concurrit, ut tantus[c] igneum globus[d] virtutum suarum fonte restingueret. Cum se estuans tanta misericordia genibus lacrimabile[e] inclinatione prosterneret, et se huic tempestate non posse resistere sanctus Eptadius episcopus fateretur, cessit[f] tandem misericordiae et caritatis imperium, fideique arma concuciens et oratione ulterius[g] prostratus, tam cordis quam corporis oculis ad caelum levatis, non aliter inustionem[h] fornacis Dan. 3. febrium extinxit[i], quam tribus pueris in camino ardentis incendium constitutis[k] non solum Spiritus sancti exundatio[l] negavit incrementa flammarum, verum aetiam adletis[m] Dei tribuit cantare virtutes.

(18). Nam cum praefati Papuli [pater[a]] Silvius, archipresbiteri culmine sublimatus, iugiter rigoris incendium subripitur, ad eundem fomitem[b] medicine, quod fuerat sanatus filius, amicum sibi fidelissimum misit. Per quem[c] famulus Dei Eptadius episcopus imperiosam spiritus sui epistolam[1] destinavit, qua[d] ubi praefatae[e] infestacionis rigore inflammatus[f] inflicto membris incendio cruciabat, eadem similitudinem pristine est[g] restitutus medelam, quam Dei sacratissimus[h] Salomon[2] promiscua[i] demonis argumenta compressit; nam dum hunus potencia[k] virtutis absolutionem[l] adhibet, epistola universis misericordia largitur[m] infirmis.

(19). Itemque[a] in ereticorum sectam[b] barbarus[3] comitiva exercens nomine Sigifunsus, arti diabolica instructus, conversationem et[c] vitam beati viri per se ipsum callide[d] cupiens explorare, ad cellam viliter[e] excurrit. Ubique[f] pervigilans, quidnam[4] Dei servus esset[g] acturus nocturnus, latere parietum excubans inhereret[h], ut suo propalaret ridenda collegio, — nam sanctus Eptadius episcopus consuetudine[i] sua vigiliis et orationibus[k] media nocte[l] adstitit[m], — statimque divino[n] nutu incredibile terrore correptus, vix ad suarum abditis[o] latebrarum fluctuosissima[p] inglutinatione[q] pertraxit. Qui protinus, exorta die, praedicabilis viri genua[r] advolutus, quae ipse[s] temptasset et fuisset temptatus, est[t] vix trepida[u] sermonum conluctacione confessus: pro quo reatu poenitentiam agens, ad gratiam fidei legis

Capp. 17—19. 1. 2.

Cap. 17. a) dilectissimum 2. b) afflictus 2; adflicta 1. c) tantis 1. d) clobus 1. e) lacrimabilem 1. f) *ita* 2; gessit 1. g) *om.* 2. h) *ita scripsi;* iniusti 1; *om.* 2. i) et *add.* 1. k) *ita* 2; constituti sunt 1. l) exundationem 1. m) adletas 1.

Cap. 18. a) *om.* 1. 2. b) formitem 1. c) quam 1. d) *ita scripsi;* quem 1; que 2. e) *ita scripsi;* prefecte 1; perfecte 2. f) *ita Cuperus;* inflamatur 1; inflammabatur 2. g) *ita scripsi;* (est *om.*) restitutis 1; pristinam ei restituit m. 2; *cf. supra p.* 191, 14. h) sacratissimum S. 1; servo Salamon 2. i) *ita scripsi;* promissam 1; permissa 2. k) *ita* 2; potentie 1. l) absolvit non 1; absolvitur (*om.* adh. ep.) 2. m) largitor 1.

Cap. 19. a) Item quidam in 2. b) *ita* 2; (s. *om.*) barbaris 1. c) et *om.* 1. d) gallide 1. e) *ita scripsi;* viriliter 1. 2. f) *ita scripsi;* ibique 1. 2. g) *ita* 2; hesiit apturus 1. h) *ita scripsi;* mereret 1; inhesit 2. i) consuetudinis sue 1; de c. sua 2. k) orationum 1. l) noctes *corr.* noctis 1. m) adsistit 1; asistente 2. n) divini 1. o) *malim* aditus. p) fluctuosisma 1. q) *ita* 1. 2. r) *ita scripsi;* p. viri est (= ē) adv. 1; venerabilis viris genibus est a. 2. s) *ita scripsi;* quae se 1; et quod eum t. 2. t) *ita scripsi;* et 1; et f. t. est vix *om.* 2. u) *ita scripsi;* trepidans 1; trepidante 2.

1) *Cf. Eugendi epistulam, supra p.* 158. 2) *Salomon artem malos daemones eiciendi callebat formasque reliquit adiurationum, teste Iosepho, Antiq. Iud. VIII,* 2. 3) *Barbarus, i. e. Burgundio, ut in lege Gundobada tit.* 11 *(ed. de Salis p.* 33*):* Si quis sane iudicum, tam barbarus quam Romanus *et q. s.* 4) *In V. Genovefae similia leguntur:* Adveniens quedam religiosa femina, — — quidnam ageret Genovefa in cellula clam cognoscere voluit; que ut ad fores eius pervenit, mox oculorum lumen amisit.

catholice seque[a] ipsum declinavit[b]. A quo tempore tanta[c] sue luci auctoritate servivit, ut eum quasi filium et famulum comprobaret.

(20). Inter reliquas festivitates[a] sollempnitatem[b] sacrosanctam hanc[c] specialius imbuunt[d] excolendam[e]. Nam cocies natalem domini nostri Iesu Christi annuus indulsit adventus, medium fere noctis elevator[f] crucis lumine cereorum cum psallentibus sue aecclesiae ministris, redemptorum confestim agmine captivorum distante[g] milibus sex[1] ecclesiae[2] Lobremense properationis expetit[h] in itinere; aecclesiae corus[i] pari occurrebat modolamine concinnans. Psalmorumque matutinorum vel sollempnia[k] sacrosancta missarum officiositate transacta, cum omnibus clericorum vel captivorum coetibus adgregatis[l] universis expositis mensarum[m] dapibus exhibebat. Quibus epulantibus[n], beatissimus vir Eptadius episcopus, soluta[o] ieiunia, refectione pascebat[p].

(21.) Nec dissimile[a] studio atque labore adveniente festivitate sancti Simphoriani martiris, dum advixit[b], assidue non destitit celebrare. Cum ergo ad eius cellulam usque ad urbem Augustidunensem quinquaginta milia distaret, ad sepulcrum beati martiris venerandum[c] sanctus Eptadius ante die tercio vigiliarum[3] eius, adhibitis secum tribus electis[d] fratribus, veniens, ad sancta eius baselica in liminibus sancti martiris se prosternens, ibique altis[e] gemitibus et iugis lacrimis fundens, usque in horam matutinarum, advenientis clericis ad officia celebranda, in perpetuum perdurabat[f]. Mane vero, iam erumpente diluculo, omnium sanctorumque[g] liminibus qui aderant suis orationibus supplicabat[h], et sic cum[i] praedictis fratribus ad eandem[k] cellulam suam, vigiliis sancti martiris celebraturus, iterum remeabat. Qui, peractis omnibus, ut erat illi consuetudo, sicut superius diximus, advenientibus agminibus captivorum universis expositis mensarum[l] suarum dapibus exhibebat.

(22). Ante fere septem diebus assumptionis[a] eius, cum iam incommodum habens, stratum suum fessus iacerit, cunctisque hominibus[b] circumstantibus et flentibus, diebus ac noctibus pervigiliis insistentibus, qui erat[c] illi familiaris, quem nominare necesse non est, peractis matutinarum officiis et paululum requiescente, subito in excessu[d] mentis rapto visus est ei[e] quasi ae[f] celo in nube

Capp. 19—22. 1. 2.

Cap. 19. a) *ita* 1 *(cf. SS. R. Merov. II, p.* 571*);* que *om.* 2. b) declinaret 1; inclinavit 2. c) tante sue lucis 1; tantam (*om.* s. l.) 2.

Cap. 20. a) *ita* 2; festivitate *corr.* festivitatum 1. b) sollempnitatum sacrosancta 1. c) *ita* 2; id 1. d) *ita* 1; *om.* 2. e) excolendum nam c. 1; excollendam (*corr.* excolendam), *om.* c. n. 2. f) *ita scripsi;* elevatos crucis l. 1; elevata cruce et l. 2. g) *ita scripsi;* (ad *add.* 2) distantem — ecclesiam Elobremense 1. 2. h) *ita scripsi;* p. expeditur in i. 1; properabat et in i. 2. i) coros — concynnantis 1. k) sollempnia sacrosancto o. 1; sollempniis denique sacrosancte sollempnitatis missarum o. 2. l) adgregati 1. m) *ita* 2; mensuram 1; *v. infra l.* 44. n) non solum epulantibus *add.* 2. o) solita i. r. 1; soluta (*corr.* soluto) ieiunio eos r. 2. p) sed etiam ad spiritualia animabat *add.* 2.

Cap. 21. a) desimile 1. b) advexit 1. c) venerando 1. d) *ita* 2; elicitis 1. e) *ita* 2; alitis 1. f) (per *suppl.*)durabat 2; perdurabant 1. g) sanctorum altaria, que 2. h) *ita scripsi;* sublimabat 1; visitabat 2; salutabat *Cuperus.* i) *ita Cuperus;* eum 1. (2). k) eadem 1. l) mensuram 1; exposita mensa dapes sufficientes exh. 2.

Cap. 22. a) assumptiones 2. b) *ita scripsi;* omnibus 1; *om.* 2. c) *ita scripsi;* erant i. familiares 1. 2. d) *ita* 2; excelsum 1. e) eis 1; *om.* 2. f) de 2.

1) *Cervon c.* 8—9. *Kilom. distat a Lormes.* 2) Expetere *cum dativo construitur; cf. SS. rer. Merov. II, p.* 562. 3) *S. Symphorianus d.* 22. *Augusti colitur.*

candidissimam[a] descendentem volantium aquilarum et ante eius cellulam residentem atque ei pariter supplicantem, ut[b] secum pergerit, invitantem[c]. Tum pars[d] illa volantium cum ea[e] multitudine super eius baselicam resederunt, atque eidem prius vale[f] dicentes, in ea[g] qua venerant splendore iterum ad caelum evolaverunt[h].

(23). A quo grabato[a] et incommodo ad eclesiam vicinia[b] tota turbantur[c]; ad celebrabant[d] transitum. Et Dominus, qui vocat ad gloriam et fessum laboribus Dei, ipse nos[e] in vitam aeternam perducat[f], ipso praestante, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Capp. 22. 23. 1. 2.

Cap. 22. a) candidissima 1; descendens candidissima multitudo vol. 2. b) *ita* 2; et 1. c) *ita scripsi;* in civitatem 1. 2; in civ. caelestem *Cuperus.* d) *ita scripsi*; pars ille volatum 1; pars violencium 2. e) cum ea multitudine *om.* 2. f) val& dicentes 1. g) eo quo 2. h) *ita* 2; evolant 1.

Cap. 23. a) *ita scripsi;* gravato ad incomodum 1; gravato infirmitatis incommodo 2. b) vicini 1. c) *ita* 1; turbatur 2. d) cęlebrabant *corr.* cęlebrabunt 1. e) *ita* 2; *om.* 1. f) perducit 1.

VITA
APOLLINARIS EPISCOPI VALENTINENSIS.

Apollinaris, Aviti episcopi Viennensis germanus, e familia pernobili ortus Arvernensi illa, ad quam Avitus imperator et Apollinaris Sidonius poeta pertinebant, patrem habebat magistratum primum gerentem, deinde episcopatum[1], *qui creditur esse Isicius episcopus Viennensis*[2], *matrem Audentiam*[3]. *Inter fratris epistulas una extat ipsius (n.* 13*) cum Aviti responso (n.* 14*); est vero sine argumento et sententia, ut ad eum datae pleraeque*[4]. *In paenultima (n.* 87*) ei frater gavisus rettulit, hostes a limite vastando se recepisse, monetaeque a Gothorum rege 'nuperrime' adulteratae meminit, unde vere a.* 509. *eam compositam esse conclusit Carolus Binding*[5]. *Praeterea poemata, quorum librum sextum ad Fuscinam sororem conscripserat de virginitate, Avitus ei dedicavit. Erat inter episcopos, qui a.* 517. *concilio Epaonensi intererant*[6], *interque eos qui, Stephano incesto condemnato, Lugduni Sigismundo rege (a.* 516—523*) iterum congregati, spoponderunt, inviolabiliter se servaturos ea quae antea decreverant, omnesque compassuros esse id quod unicuique eorum a potestate inlatum foret, sique ab ecclesiae communione rex ultra se suspenderet, omnes in monasteria se recepturos neque inde discessuros, donec pacem redderet: qui vero, his rebus constitutis, resipuerunt, regisque sententiam secuti, temperamentum praestiterunt, ut incesto cum uxore in ecclesiis orare liceret usque ad orationem plebis, quae post evangelia legitur*[7]. *Apollinaris inter sanctos relatus die* 5. *Octobris colitur, nomenque eius antiquissimis Martyrologii Hieronymiani*[8] *fastis adscriptum est:* Gall. civitate Valentia Appollinaris episcopi.

1) *Avitus, Poema VI,* 657 *sqq.* 2) *Ita Ado, Chron.* 3) *Avitus, Poema VI,* 19. 4) *N.* 27. 61. 71. 72. 87. 88. 5) *L. l. p.* 297. 6) *MG. Concil. I, p.* 29. 7) *Ib. I, p.* 32 *sqq.* 8) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [129]. *In codice Epternacensi pro* Valentia *legitur* Valeriaci.

Apollinaris Vita[1] *facta duo continet, causam scilicet Stephani incesti iterque navale, quod ad visendos consacerdotes propinquosque Avennionem, Arelate, Massiliam sanctus fecisse dicitur episcopatus a.* 34, *i. e. paulo ante obitum. Eum enim, continuo ubi rediisset, defunctum esse voluit biographus, reditum vero non descripsit. Itineris illius se socium fuisse ipse saepe testatus est, his scilicet locis:*

c. 10. in conspectu Arelatensium urbis — — pervenimus,

ib. Massiliensium nos vota suscipiunt,

c. 12. Nos vero — —, dum cubiculi cellula, nobis redeuntibus patuisset, eum — — vidimus —; indignantibusque nobis, — — causam — — cognovimus.

Auctor Ghesquiero fuisse visus est Eladius diaconus. Ita enim in uno codice S. Claudii corrupte vocatur is qui in melioribus Claudius constanter audit, quique in obsequio episcopi fuisse dicitur. At biographus de illo referens tertia persona utitur, unoque loco (c. 13*), ubi in deterioribus codicibus scripta sunt:* revertens — exquirerem, *in melioribus haec extant:* Claudius diaconus — exquireret, *verbaque sequentia, quae interpolator immutare neglexit, omnibus libris convenientibus, de tertia persona dicta sunt:* Tunc sepe dictus diaconus inquit. *Igitur neque de Eladio cogitari potest neque de Claudio. Testis autem oculatus auctor fuisse vult, ideoque descripsisset, quae meminisset*[2]*, si ei credere fas esset. De eius fide adhuc non dubitatum est neque a Carolo Binding*[3] *neque a L. Duchesne*[4].

Quae de causa Stephani biographus rettulit, ea actis partim confirmantur: scilicet, synodo instituta, episcopos incestum damnasse, regem iratum eis minatum esse, hos vero sponsionem illam fecisse, quam supra dixi. Inde vero discrepans, episcopos voluit 'constantia incorruptili' in oppidum civitatis Lugdunensium, 'quod nuncupatur Sardinia', se recepisse, tamquam exilio deputatos, dum ex actis constat, eos sententiae regis cessisse temperamentumque fecisse, quod adhuc extat. Cum exilium sponsionem subsequens stare non possit, illud ante eam posuit C. Binding[5]*, idque sane facere potuisset biographus neque vero fecit. Sardiniam oppidum civitatis Lugdunensium reperire adhuc non licuit, quamquam nomen est non plane ignotum. Et in Sardiniam insulam re vera eo tempore episcopi relegati sunt, non Burgundionum, sed Wandalorum, idque praeter alios enarravit Beda in Chronico*[6] *et qui ex eo pendet Ado. Per hunc eadem res ad auctorem V. Aviti pervenit*[7]*, isque cum etiam historiolam Stephani ex V. Apollinaris exscripserit*[8]*, Sardiniam bis commemoravit, illic ut insulam notam, hic ut oppidum ignotum. Inter utrumque exilium similitudo tam manifesta deprehenditur, quae negari non possit, illudque episcoporum Burgundionum auctor V. Apollinaris procul dubio ad exemplum Wandalorum confinxit.*

Haec de priore parte Vitae, si haec Vita dicenda. Iter navale, quod altera continet, ad visendos consacerdotes propinquosque institutum biographo materiam praebuit fili aliquo modo producendi sanctoque occasionem cum hominibus aliunde notis conveniendi. Caesarium episcopum Liberiumque praefectum, Parthenium Ferreolumque consanguineos, qui sancto Arelate occurrisse feruntur, deinde Arcutamiam senatricem Massiliensem,

1) *Vitam examinavi in 'Mélanges J. Havet' p.* 51—55. 2) *Cf. c.* 1: quod mundanae vitae propinquante iam ex termino eum egisse recolimus, *et c.* 12: Haec retuli gesta, quae memini. 3) *L. l. p.* 237. 4) *'Fastes épiscopaux' p.* 157. 218. 5) *L. l. p.* 239. 6) *Beda, Chron. (Auct. antiq. XIII, p.* 306*):* Transamundus Vandalorum rex catholicas ecclesias clausit et CCXX episcopos exilio Sardiniam misit. 7) *Contrariam opinionem quomodo defendere potuerit R. Peiper, Auct. antiq. VI,* 2, *p. XXI sqq., non assequor.* 8) *Praemissis verbis:* Quanta autem ab haereticis et a sanctae Dei ecclesiae inimicis passus sit, gesta fratris eius testantur, quae ita se habent, *c.* 2—6. *ad verbum transscripsit.*

propinquam, quae eundem invitasse dicitur, ex V. Caesarii scriptisque Sidonii, Aviti, Cassiodorii auctor nosse poterat, cumque etiam prioris partis fontes adhuc supersint, Vita talis qualis extat etiamnunc excogitari potest. Ferreolus praefectus praetorio Galliarum, qui saec. V. med. vixit, ad saec. sextum pervenire non poterat, ideoque Ghesquierus de Tonantio, filio eius, cogitavit. At patrem recte intellexit Martene, afferens locum Sidonianum II, 9: humanissimos dominos Ferreolum et Apollinarem, *ubi Apollinaris est Nemausensis quidam c. a.* 470, *neque episcopus, de quo agitur.*

Epaonensis concilii, cui sanctus intererat, biographus mentionem nullam fecit, immo totam fere vitam, quam ante causam Stephani ille degerat, praetermisit. Quare? Hominibus curiosis auctor ipse respondit, se virtutes in gubernatione episcopali gestas praeterire maluisse: ne tanti viri merita indignis aggressa suffragiis, non tantum mandarentur dictis, quantum verborum confunderentur iniuriis. *Et virtutes in exilio itinereque navali gestae nonne verebatur ne item 'verborum confunderentur iniuriis?' Minime. Descripsit eas,* ut praedicandis actibus exemplisque gloriosis emulatione laudabili posteritas excitetur. *Causa igitur quam attulerat omnino futilis est, vitamque episcopalem non enarravit, quia eam ignoravit. Neque enim coaevus sociusque sancti erat, sed multis saeculis post eum vivebat.*

Artem verbis multis pauca dicendi optime callebat. Sermone aevi Karolingici scriptor agnoscitur, in scholis vero non ita profecerat, cumque vocabula latina ei saepe deficerent, ipse sibi ea formavit, ut c. 7. dormitatio, *c.* 5. efferentia, *c.* 13. inofficiositas, *c.* 7. insomnitas, *c.* 10. succensendum *(pro 'succedendum', 'adeundum'; cf. c.* 8. successio = *adventus), c.* 11. veteritas, *aliaque sensu alieno accepit, ut* denegare [1] *(= praetermittere),* praetendere [2] *(= parare). Urbibus faciem induit personarum easque agentes patientesque induxit* [3] *rhetorice: eleganter enim loqui voluit, ideoque sermo nonnumquam est perplexus. Loco acc. abs. saepe nominativum posuit et, quamquam orthographia bona omnino utitur, tamen* noncupatur *aliaque barbara non evitavit. Itaque eum vixisse opinor saec. IX. in., patriamque sibi fuisse Valentiam, ipse testatus est, cum Apollinarem 'nostrum patronum et pontificem' appellaverit (c.* 13*).*

Contra Iudaeos quae in concilio Epaonensi statuta erant, ad ea Agobardus, Bernardus, Eaof episcopi recurrerunt, cum Ludovico Pio imperante quaestio denuo tractaretur, litterasque de Iudaicis superstitionibus ad imperatorem dantes laudes cum aliorum qui concilio interfuerant episcoporum, tum Apollinaris celebraverunt eiusque Vitam his verbis citaverunt [4]: Sanctus Apollinaris episcopus ecclesiae Valentinae quantus fuerit et sit, non solum gesta de eo scripta, sed et crebra eius miracula usque hodie sublimiter testantur. *Biographum Aviti ea postea usum esse dixi.*

Codicum genus est bipartitum:

1*a) Codex* C a r n o t e n s i s *n.* 115 (63), *formae minoris, saec. XI. in., olim monasterii S. Petri Carnotensis, fol.* 169—175, *incendium passus est, unde vocabula nonnulla perierunt; cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 571.

1*b) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 15436, *olim capituli S. Marcelli Parisiensis, deinde doctoris de Blanger, qui eum bibliothecae Sorbonicae a.* 1667. *dono dedit, fol.* 14'—17.

2*a) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5594 *(Colb.* 5436, *Regius* $41\underset{5}{7}7$*), saec. XI, olim S. Benigni Divionensis, fol.* 4—8.

2*b) Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5353 *(Colb.* 322, *Regius* $3\underset{6a}{5}93$*), formae maximae, saec. XIV, legendarii magni volumen Octobrem mensem continens, fol.* 113'—115.

1) *Praef. et c.* 7. 2) *Cf. c.* 3. 5: insidias praetendere *(ita Iustinus).* 3) *Cf. c.* 8: Namque cum — — arcem demonstraret Avennio; *c.* 14: Valentia, quae flevit. 4) *Migne, Patr. Lat.* 104, *p.* 82.

Altera classis multas lectiones exhibet male immutatas, ut Praef. debitis 2*a. b pro* denegatis, compedibus 2*a. b pro* compendiis, *c.* 14. remediandi 2*a. b pro* remeandi, *atque hiatibus laborat (c.* 7. 12*). Itaque magis priore classe standum erat, imprimis codice optimo* 1*a. A quo ubicumque recesserim, lectiones variantes religiose adnotavi,* 1*b vero a reliquis libris discrepantem non curavi. Cum librum* 2*a post gemellum collatum nactus sim, praeter initium finemque non contuli nisi locos selectos. Quamvis eo vetustior sit, mendis nonnullis inquinatus est, quae recentior evitavit, ut Praef.* tantum 2*b cum rell.*, tanti 2*a;* facta 2*b cum rell.*, facto 2*a. Orthographia, quam induxi, est codicis* 1*a.*

Vitam Apollinaris ediderunt

Philippus L a b b e, *Nova bibliotheca manuscriptorum, Parisiis* 1657, *tom. I, p.* 689—693 *e codice proprio alioque, quorum unus affinis erat nostro* 2*b (c.* 12. vendicare auderet*), alter hiatus huius classis cum libris* 1 *supplevit (c.* 7. 12*),*

E. M a r t e n e *et U.* D u r a n d, *Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio, Parisiis* 1729, *tom. VI, p.* 779—784, *e codice Vaticano bibliothecae reginae Christinae*[1], *qui persimilis erat libri* 1*a (c.* 2. cumularet *pro* copularet*), sed frequenter hiabat, denique*

J. G h e s q u i e r u s, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1770, *Octobr. tom. III, p.* 58—62, *cuius subsidia erant schedae P. Chiffletii, scilicet apographon codicis S. Claudii non boni*[2] *collatum cum alio monasterii Accincti, codices alter Cisterciensis tom. VI, n.* 40, *alter Ursicampensis, a.* 1666. *a L. Nicquet bibliothecario Caelestinorum Suessionensium communicatus, uterque classis* 2.

B. K r u s c h.

INCIPIT VITA SANCTI APOLLINARIS EPISCOPI[a].

Quantum se omnium vita sanctorum beatis actibus sacrisque virtutibus non solum praesenti clarificavit in saeculo, sed aeternitatis quoque titulis extulit in futuro, tantum fidelium sensibus reatum abusionis exibent, si linguae taciturnitate, denegatis[b] praeconiis, neglegantur[c]. Et licet sufficiat[d] eis praesentia gaudia laborum vicisse compendiis[e], tamen memoriae fraudantur et posteris[3], si[f] succedentibus saeculis vivacia facta silentio denegentur[g]. Et licet orbis totius spatia gestorum ammiratione compleverint, et nullus sit christiani nominis locus, qui aut electorum gloria careat aut operum felicium laudes ignoret, tamen nos ammonent Apollinaris summi facta pontificis, ne praetereat sedulitas votis[h], quod nequid[i] lingua exaequare successibus.

(1).[a] Igitur beatus Apollinaris[b] Valentinae urbis episcopus apud Viennam et natus et institutus est. Qui nobili[c] genere[c] ortu conspicuus, natalium titulos

Praef. Cap. 1. 1*a.* 1*b.* 2*a.* 2*b.*

Praef. a) *ita* 2*b*; Incipit vita beatissimi Apollinaris episcopi ecclesiae Valentinae super fluvium Rodani (quae est 3° Non̄ Octb̄r *postea add.*) 1*a*; Vita sancti Apollinaris episcopi et confessoris 1*b*; I. v. s. A. Valentinensis episcopi, quod est 3. Non̄ Octobris 2*a*. b) debitis 2*a. b.* c) negleganter 1*a*, *corr.* d) eis s. 2*a. b.* e) compedibus 2*a. b.* f) sic 1*a*, *corr.* g) denegetur 1*a.* h) *periit* 1*a*; voti 1*b*; vocis 2*a. b.* i) nequaquam l. valet exequare 2*a. b.*

Cap. 1. a) *numeros om. codd.* b) Apolinaris 1*a.* c) *ita* 1*b*; nobilis genere o. 1*a*; nobili generis o. 2*a*; nobili generositate (*om.* o.) 2*b.*

1) *Sine dubio n.* 711, *saec. X; cf. 'Archiv' XII, p.* 305. 2) *Liber, in quo 'Claudius' vocabatur* Eladius *(v. supra), doxologiam in fine cum classe* 2 *exhibebat.* 3) *Scil. gaudiis.*

mentis fastigatione[a] sublimans, dum pastoris cura gregem sibi creditum paterna gubernatione foveret, multis eum constat emicuisse virtutibus, quas pro inmensitate gestorum praeterire maluit imperita praesumptio, ne[b] tanti viri merita indignis aggressa suffragiis, non tantum mandarentur dictis, quantum verborum confunderentur iniuriis. Tamen, quod mundanae vitae propinquante iam ex[c] termino eum egisse recolimus, tam praesentibus quam futuris saeculis aperimus, ut praedicandis actibus exemplisque gloriosis emulatione[d] laudabili posteritas excitetur.

(2). Itaque[a] accidit, ut quidam ex officio regis Sigismundi nomine Stephanus, qui super[b] omnem dominationem fisci principatum[c] gerebat, defuncta eius coniuge[d], sororem[1] uxoris suae sibi inlicite coniugii consortio copularet[e]. Qua de re sancti ac beatissimi apostolici viri Avitus et Apollinaris, — qui secundum carnem germani, in Christi vero opere famosissimi fratres, omni semper in tempore operibus mancipati divinis, nobilitatis[f] eorum cognita prudentia, doctrinis sacris, spiritu fervente, eruditi, — sinodalem institutionem servantes, cum reliquis pontificibus simul in unum congregati, ipsum Stephanum sacra communione privari sanxerunt[g], ut, calcata scilicet humanae fragilitatis inpudicitia, incestum, quod iusticia superna dampnavit, inhonesta praesumptio non audeat vindicare.

(3). Tunc rex dirae insaniae furore permotus, beatissimos pontifices acerrime insidias praetendendo iniuriare[a] non desinebat; sed apostolici atque venerabiles viri minas terreni regis minime formidantes, imperiis caelestibus armati, ita se iusticiae vinculo nexuerunt[2], ut quaelibet supplicia eisdem inferrentur, ut seva[b] passionum tormenta tolerarent. Visum enim illis est, ut in oppido civitatis Lugdunensium, quod noncupatur Sardinia[3], pariter tamquam exilio[4] deputati, auxiliante Deo[c], comitarentur. Videns vero[d] rex ille constantiam eorum incorruptibilem esse, ab ira non desinens, praecepit, ut pontifices, qui ibidem pariter residebant, ad propria reverterentur et singillatim[e] per singulos menses regem operire[f, 5] deberent. Sed quia beatissimus Apollinaris in condempnatione Stephani[g] perseverans videbatur[6], ipsum primum studuit observare. Tunc omnes lacrimis divinam potenciam obsecrantes, ne se derelinqueret[h], vale dicentes, celebrata oratione, profecti sunt.

(4). In quo loquo dum vir Dei morarum spacia necessitatis causa sustineret, ab ardenti aestu fluenta Rodani tepefacta sunt, ut a sicientibus ex eo aqua potari

Capp. 1—3. 1*a*. 1*b*. 2*b*.

Cap. 1. a) *ita* 1*a*; fatigatione 1*b*. 2*a*. *b*. b) nec 1*a*. c) *om.* 2*b*. d) ÷ emulatione 1*a*; simulatione 1*b*.

Cap. 2. a) *c.* 2.—6. *auctor V. Aviti exscripsit (V. A.).* b) *om.* 2*b*. c) f. ex principatu 2*b*. d) coniunge 1*a*. e) cunularet 1*a*. f) *ita* 1*b*; nobilita | 1*a*; nobilitate 2*b*. g) saxerunt 1*a*.

Cap. 3. a) iniuriaere 1*a*, *corr.*; iniuriari 2*b*. b) socii 2*b cum V. A.* c) Domino 2*b*. d) ergo 2*b*. e) sigillatim 2*b*. f) *ita* 1*b*; *periit* 1*a*; regi adherere d. 2*b (non V. A).* g) *om.* 1*b*. h) derelinquerent 1*a*.

1) *Palladiam; cf. M. G. Concil. I, p.* 34. 2) *Cf. sponsionem episcoporum, Concil. I, p.* 32: ut si quicumque nostrum tribulationem quamcumque vel amaritudinem aut commotionem fortasse potestates necesse habuerit tolerare, omnis uno cum eodem animo compatiantur *et q. s.* 3) *De Sardinia oppido v. supra p.* 195. 4) *Immo episcopi damnationem incestorum temperaverunt, regis sententiam secuti; cf. Concil. I, p.* 34. 5) *I. e. opperiri, salutare.* 6) *Etiam Apollinaris temperamento subscripserat.*

non posset. Et quia nullus puteus neque fons, unde aqua hauriri deberet, ibidem repperiebatur, beatissimus vir Dei firmans se Spiritu sancto, de virtutis[a] non ignotae potentia[b] securus confert se ad locum a Deo designatum et secrecius praecepit suis sarculum exibere[c]. Quo exibito, oratione impleta, ait[d] ad eos: 'In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti hunc locum aperite'. Hoc facto, mox, annuente illo, qui aquas[e] fervere iubet in corde terrae, fons exortus est, et quamdiu[f] beatissimus pontifex ibidem moratus est, benefitio omnipotentis Dei aquam sibi placitam semper habere promeruit. Post discessum vero eius fons siccatus est, ut omnes agnoscerent, meritis servi Dei fontem ipsum obsequium suum detulisse et ad pristinum cursum fuisse reversum.

(5). Cumque rex ille[a] virum illum apostolicum nec videre vellet, sed magis insidias pretendere studeret, qui[b] est meritorum rectissimorum Iudex et inmensae virtutis laudabilis[c], celerem ultionem demonstrans, ilico contigit, ut ipse rex ita vim febrium incurreret, ut pocius funebris quam vitalis esse crederetur. Tunc regina ipsius fide accensa, alacri festinatione pervenit ad locum, ubi beatissimus pontifex residebat, et avida devotione petebat, ut intercessione ipsius dominus eius[d] incolomitates[e] donum reciperet. Sed vir Dei, abdicata mundanae elationis efferentia, eundi famulatus omnimodis denegavit. Magisque regina illa lacrimis pedes eius rigans, poscebat[f], vel cucullam eius sibi prestari, quam super regem sternere deberet[g]. Victus fletibus cessit. Quae cum, tribuente Deo, supra virum suum fiduciali constancia fuisset expansa, statim effugata infestatione[h] febrium, vel si qua alia[i] inpugnatio videbatur, prosperitatis munus emeruit.

(6). His actis, reminiscens rex ille facinus, quod admiserat, licet grandi confusione repletus, tamen exultans, quod, suffragante pontifice, per vestimenti eius tegmina pristinam meruisset consequi sospitatem, praecurrens primum studuit, ut tanti miraculi tantaeque virtutis largitate latices, quos Dominus servo suo benignitatis munere tribuit, ut[a] oculis visibilibus cernere mereretur. Agnita virtutis graciam[b], venit ad virum Dei, et amplectens pedes eius, coram positus cum exultationis fletu veniam postulabat, dicens: 'Peccavi, inique gessi, dum iustis indignas sepe intulerim tribulationes; nam que[c] expugnari nescit[d] iusticia caelestis, hoc ipso quo inpugnatur fortior est'. O caelestis Regis indulgentia, qui peccantium animas non vult perire, sed culpas! O virtutum gloria, quae per famulum suum Apollinarem, refutatis mundialibus curis, gemina gracia claruere[e] virtutis! Denique assistens pro iusticia, insaniam[f] regis tumidamque eius superbiam reprimit et orationis effectu a languore[g] mortali quo detinebatur absolvit.

(7). Dignum ergo[a] est, ut[b] non silendo denegentur, quae divinitas in servis suis operatur, sed populo credenti Deo auspice patefiant. Ergo cum pontificalis[c] officii cursum tricessimo et quarto anno venerabilis vitae compleret[d], superna

Capp. 4—7. 1*a*. 1*b*. 2*b*.

Cap. 4. a) de virtutibus 2*b*; et virtutibus *V. A.* b) potentiae (1*b*. 2*b*) *cum V. A.* c) exhiberi 2*b*. d) dixit (2*b*). e) aquam 2*b*. f) aquam diu 1*a*, *corr.*

Cap. 5. a) *periit* 1*a*. b) qūe mer. 2*b*. c) *om.* 2*b*. d) *ita* 1*a*; *om.* 1*b*. 2*b*; suus *V. A.* e) *ita* 1*a*; incolumitatis *rell.* f) possebat 1*a*. g) *om.* 1*b*. h) infestinatione 1*b*. i) aliqua 2*b*.

Cap. 6. a) *ita* 1*b*; *periit* 1*a*; *om.* 2*b* *cum V. A.* b) *ita* 1*a*; gratia *rell.* c) quia 2*b*. d) nescon 1*a*. e) claruit 2*b* *(non V. A.)*. f) insaniem 1*a*. g) langore 1*b*. 2*b*.

Cap. 7. a) *om.* 1*b*. b) ne sil. 2*b*. c) pontificali officio 2*b*. d) compleveret 1*a*; comperiret 2*b*.

ammonitione[a] commotus, ad visendos consacerdotes propinquosque suos[b] properare decrevit, dicens, ante transitum suum, — quod[c] iam celeriter imminere divina revelatione cognoverat, — velle se tam liminibus sancti Genesii martyris[1], quam conspectibus pontificum atque affectibus[d] propinquorum praesentanea contemplatione praebere. Tum, iter dispositum, cursum[e] navigationis arripuit. Et quamvis ceteros[f] pernicis Rodani[g] fluenta terrerent, tamen in ipsius sancti pontificis meritis confidentes, inter undarum minas tuti secundis estibus properabant, ut deditum amnem casibus tunc manifestum sit caruisse periculis. Sempiterni ergo Regis ammiranda et non ignota potencia tum sanctis suis flumina subdidit, qui sibi[h] (cf. Matth. 14, 25.) quondam aequora[b] gressibus patefecit; et fluvius, qui mortifera rapacitate terrere prius noverat, iussione dominica didicit famulari. Iamque somno aquarum despecta ferocitas, per navigium sopore corpora solvebantur[i], ita ut et[k] beatus antistes securitatem[l], quam vigiliis meruerat, dormitatione monstraret; qui tamen, viribus insopitis[m], diabolum, quem saepe insomnitate[2] vicerat, mentis indefessae[n] aggressione confudit, quod etiam sequens patefecit eventus.

(8). Namque cum iam in conspectu nature firmatam munimine arcem[a] demonstraret Avennio[b], navigium, sanctum antistitem quod gerebat, subitaneis[c] fluctibus excitatis, cepit diabolica emissione vexari, ita ut posset navigium, oborta[d] desperatione, turbari, cum esset potius valde dormientis gubernatione securus[e]. Tunc quidam diaconus Claudius[f] nomine in parte ipsius lectuli[g] residens, librum sancti Hilarii[h] lectionis studio percurrebat. Qui respiciens, vidit unum ex pueris nomine Alifium[i] demonis inpugnatione vexari, quod non solum perturbatione menbrorum, verum etiam innitu, mugitu vel balatu peccorum fatebatur. Cumque cerneret periculum navis miseriae istius successione submotum, statim sanctum inportuna aggressione a somno compulit excitari[k].

(9). Cumque ab eo quoque[a] ipse vir Dei tam calamitatis seriem, quam metum precedentis periculi[b] cognovisset, ait ad eos lacrimans: 'Grande certamen cum adversario humani generis nunc gessimus in sopore'. Quod in veritate constare, subsequens demonstravit exemplum, nam et[c] dormiens procacitatem repressit[d] undarum et[e] demonium ab arrepto corpore evigilans effugavit. Quae virtus ut periculum quoque evaderet vanitatis, per suum[f] eum voluit curare presbyterum; qui vix tandem antistitis iussione[g] compulsus, et manum ei inposuit et ad quietem pristinam, discedente diabolo, revocavit. Et quia ipse presbyter inpugnationem demonis sepius sustinebat, hoc magis sanctus intendit episcopus, ut ab eo adversitas ipsa in nomine Salvatoris se depelli cognosceret, quem infestatione crebra aggres-

Capp. 7—9. 1*a*. 1*b*. 2*b*.

Cap. 7. a) commonitione commonitus 2*b*. b) *om.* 2*b*. c) *ita* 1*a*. 2*b*; quem (1*b*). d) affatibus 2*b*. e) cursu 2*b*. f) *om.* 1*b*. g) Rodanis 1*b*, *corr.* h) suis 2*b*. i) solvebatur 1*a*, *corr.* k) *ita* 1*a*; *om.* 1*b*. 2*b*. l) securitatem — insopitis *om.* 2*a*. *b*. m) insopotis 1*a*, *corr.*; insopitus 1*b*. n) indefessa 2*b*.

Cap. 8. a) artem 2*b*. b) d. a vento 2*b*. c) subitanens 1*a*, *corr.* d) obruta 1*b*. 2*b*; n. o. *perierunt* 1*a*. e) *ita* 1*a*. *b*; securum 2*b*. f) *ita* 1*b*. 2*b*; *periit* 1*a*; Eladius *e cod. S. Claudii Ghesquierus*. g) *om.* 1*b*. h) Hyl. 2*b*. i) Alisium 2*b*. k) exitari 1*a*.

Cap. 9. a) *om.* 2*b*. b) periculis 1*a*, *corr.* c) *om.* 1*a*. *b*. d) represset 1*a*, *corr.*; respuens 1*b*. e) ac 2*b*; *om.* 1*b*. f) salutarem 2*b*. g) iussionem 1.

1) *S. Genesii basilica Arelatensis; cf. Greg., Gl. Mart. c.* 67. 68. 2) *I. q. insomnia.*

sus fuerat superare. Nam uterque, sanitate recepta, orationibus[a] sancti[b] pontificis in se profecisse salutem suam, perpetua curatione docuere.

(10). His actis, dum a cunctis grates divinae potentiae redderentur, in conspectu Arelatensium urbis, Rodano famulante, pervenimus. Ubi sanctus atquae precipuus vir domnus Caesarius episcopus, plebis quoque comitatus obsequiis, pariterque Liberius praefectus[1], offitio stipante circumdatus, et[a] sedulo occurrere gaudio[b] et laetis eum excoluere sermonibus, confidentes, quod in adventu eius divinam misericordiam excepissent. Hoc civitas gavisa praesidio populorum exultavit studiis. Hinc sanctus Apollinaris civibus[c] annuens, paulisper[d] precibus moras indulsit. Ubi[e] a consanguineis suis Partemio[f, 2] et Ferreolo[3] assiduo veneratur[g] occursu, quique pro salutis suae commodis multis eum honoravere muneribus, quae indigentium manibus prope[h] totum retinuit urbs devota quod dederat. In quo loquo dum horarum spacia caritatis causa protraheret, Arcutamia[i, 4] senatrice, propinqua sua, invitante, Massiliensium[k] nos[l] vota suscipiunt. Ubi dum precedens memoratus diaconus festinaret, a socio itineris Leone nomine veredica responsione cognovit, ipsos solidos, qui elemosinis superfuerant, quo ligati erant salvo linteo[m] perdidisse. Tunc diaconus ille meritorum pontificis securitate confidens, ait ad eum: 'Succensendum[5] est nobis, ne pereat, quod est pauperibus deputatum'. Itaquae revertentes sparsos totos solidos protinus invenerunt, nec potuit rem sacra[n] largitione iam pauperum harenarum quae exceperat fraudare[o] congeries.

(11). Accidit, hoc ipso operante, clarum vel grande miraculum. Nam quidam surdum et mutum filium exibentes, — quam geminae calamitatis causam demonis assiduitas veteritate[a] nutribat[b], — suppliciter postulabant, ut ab hac tribulatione sancti Apollinaris orationibus sanaretur. Quem ille per[c] presbyterum suum secre-

Cap. 9—11. 1*a*. 1*b*. 2*b*.

Cap. 9. a) rec. tantum tamque stupendum miraculum mentis sancti viri, ut dignum erat, non sibi imputabat. His a. 2*b*. b) (s. p. *om.*) in se perfecisse s. s. p. c. nostrum d. pontificem *e cod. S. Claudii Ghesquierus.*

Cap. 10. a) *om.* 2*b*. b) studio 2*b*. c) civitatibus 2*b*. d) per 1*a*. e) cum *add.* 2*b*; a *om.* 1*b*. f) *ita* 1*a. b.* 2*b*. g) veneraretur 2*b*. h) prote 1*a*. i) Arcucanisa 2*b*. k) Masilientium 1*a*; Marsiliensium 2*b*. l) *om.* 1*b*. m) *ita* 2*b*; lineo 1*b et Martene; periit* 1*a*. n) sacratam largitioni (*om.* iam) 2*b*. o) fraudere *pr. m.* 1*a. b*.

Cap. 11. a) *ita* 1*a*; veritate 1*b*; veterane 2*b*. b) *ita* 1*a. b*; nutriebat 2*b*. c) *om.* 1*a*.

1) *Ad Liberium praefectum Avitus ep.* 35. *dedit (Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 65). *Erat praefectus praetorio Galliisque extremis Theoderici* († 526) *annis et regnante Athalarico praeerat; cf. Mommsen, Auct. antiq. XII, p.* 495. 2) *Parthenii patricii in V. Caesarii I,* 49. *mentio fit. Alii alium intellexere.* 3) *Ferreolus praefectus praetorio Galliarum, qui Attilae expeditionem vidit atque Thorismodum ab Arelatensium portis a.* 453. *removit, vir aetate provectus c. a.* 470 *(Sidon. ep. II,* 9*), etsi ad saeculum VI. pervenire non potuit, tamen is est quem falsarius intellexit, reperiens eum cum Apollinari quodam Nemausensi coniunctum apud Sidonium II,* 9. 4) *Arcotamiae illustris feminae nurus Aetheria, marito relicto, Liberio viro spectabili nupserat, cuius rei causa Theodericus rex a.* 507/11. *constituta dedit ad Marabadum comitem et Gemellum v. s. (Cassiod. Var. IV,* 12*) et ad illum solum (ib. IV,* 46*). Erant autem Marabadus praepositus Massiliae (ib. III,* 34*) et Arcotamia affinis Ennodii, ad quam in Galliis constitutam epistulas ille duas dedit (ed. Vogel p.* 226. 237*).* 5) *Intellegas:* Succedendum est nobis, *i. e. revertendo.*

cius ecclesia[a] iussit induci; ubi dum fuisset oleo sancto[b] linitus,[c] ut fuerat pontificali iussione preceptum, statim inbecillitate submota, salutis premium, diabolo fugiente, promeruit.

(12). Secutumque est post dies, ut sacerdos ipse inequalitate[1] detentus, consurgere ad dependenda matutina offitia[a] non valeret. Qui dum in lectulo suo tollerandae infirmitatis causa quiesceret, quidam ex custodibus cubiculi Paragorius nomine, daemonio instigante, commotus, ad lectum ipsius, insania ducente, pervenit, ac[b] ipsius adversarii persuasus audacia, alapa non timuit vultum violare pontificis. Quod opus nefarium propria religatione condempnans[c], factum est, ut pontificis viribus suisquae ausibus necteretur: nam grabatto cui admotus fuerat[d] statim herens, mansit immotus. Nos vero, redditis Deo de more preconiis, dum cubiculi cellula, nobis redeuntibus, patuisset, eum[e] qui vinctus stabat locum tenere vidimus inconcessum[e]; indignantibusquae[f] nobis, cur quod reverentia vitari solet, praesumptio vindicaret[g], causam rei gestae tam verbis ipsius sancti, quam herentis taciturnitate cognovimus. Tunc servus Dei, fugato diabolo, absolutionem capto precibus exoratus[h] indulsit, factoque in uno geminae claruere virtutes, ut quem potestas vinxerat, benignitas liberaret.

(13). Leubaredus[a] quoque archidiaconus ipsius servi Dei eo tempore obsequiis inherebat. Qui dum[b] ad matutinas laudes reddendas, nobis consurgentibus, defuisset, et Claudius[c] diaconus causam ab eo huius inoffitiositatis exquireret: 'Remotis', inquit[d], 'officiorum sociis, sollicitudinis voto ad cellulam domni[e] Apollinaris accessi. Quam cum inmenso lumine fulgere conspicerem, amoris instinctu integritatem ipsius cupiens investigare miraculi, studio devotionis exarsi. Cumque inter patentes ianuas, inserto lumine, videre cuncta posse me credidi, quamquam magna claritate terrerer[f], tamen quanto fulgor[g] magis creverat, tanto miraculum evidencius noscebatur. Nam noster patronus[h] et pontifex, utrisque manibus ad caelum extensis, oculis apertis vultuque ad superna porrecto, mentem[i] sequi corpore videbatur, ut fide non dubia patentia regna celorum etiam corporalibus oculis inspicere crederetur. Erantque ante eum et post columnae duae mirabili proceritate conspicuae, ardenti lumine radiantes cereosque singulos[k] gemino gestantes in vertice. Qua claritate deterritus et gaudiorum magnitudine tremefactus, revertens lectulo menbra prostravi. Tantum enim sum[l] visionis ipsius ordine pavefactus, ut oculis hauriens aeterna mortalibus, sufferre terrenis sensibus caelestia non valerem[m]. Itaque victus iacui et vigore corpusculi depressus leticiae mole succubui'. Tunc sepe dictus diaconus inquit: 'Es quidem, ut narras, gaudiorum timore confectus; sed exultare te convenit, quod cernere[n] meruisti visibus altiora mortalibus. Deus enim omnipotens ad confirmanda pectora fidelium suorum tanta incitamenta[d] semper tribuit, ut suo gubernet imperio'.

Capp. 11—13. 1*a*. 1*b*. 2*b*.

Cap. 11. a) *ita* 1*a*. *b*; ecclesiam 2*b*. b) sancti 1*a*. c) li:nitus 1*a*.

Cap. 12. a) offitio 1*a*, *corr*. b) ad 1*a*. *b*. c) condempnatur 2*b* *(non 2a)*. d) erat 2*b*. e) eum — inconcessum *om*. 2*a*. *b*. f) indignatisque 2*b*. g) vindicari solet c. 2*a*; vindicare auderet c. 2*b*. h) et oratu 2*a*. *b*.

Cap. 13. a) Leuburedus 2*b*. b) cum 1*a*. *b*. c) et revertens causam — — exquirerem 2*b*. d) *om*. 2*b*. e) domini 1*b*; *periit* 1*a*. f) terreret 1*a*. g) fulguor 1*a*; fulgur 1*b*. h) pont. et patr. 2*b*. i) mente s. (*om*. c.) 2*b*. k) *ita* 1*a*; s. gemine 1*b*; singulo lumino 2*b*. l) v. i. o. s. 2*b*. m) valerent 1*a*. *b*. n) videre 2*b*.

1) *I. e. morbo.*

(14). Haec retuli gesta, quae memini[a], quae terris magister ipse affectans caelos insignibus reliquit exemplis. Nam ipse remeandi[b] tantum[1] spacium consecutus, caelos petens, mundum quem semper contempserat mox reliquit. At vero Valentia, quae flevit tunc amissum[c] urbs decora pontificem, destinasse[d] se ad superna assiduum nunc gaudet[e] advocatum[f].

EXPLICIT VITA SANCTI APOLLINARIS EPISCOPI[g].

Cap. 14. 1*a*. 1*b*. 2*a*. 2*b*.

Cap. 14. a) mini 1*a*. b) remediandi 2*a. b*. c) ammissum 2*a*; admissum 2*b*. d) *ita* 1*b*; destinas::se 1*a*; destinasse a se 2*a. b*. e) gaudeat (1*a*). f) *ita* 1*a*; Amen *add.* 1*b*; regnante domino nostro Iesu Christo, cui est virtus, honor, imperium et potestas cum Patre et Spiritu sancto in Trinitate perfecta in saecula saeculorum. Amen *add.* 2*a. b*. g) *ita* 2*b*; ecclesiae Valentinae *add.* 1*a*; *subscr.* Explicit vita beatissimi confessoris Apollinaris et episcopi Valentinensis, quod est 3. Non Octobris 2*a*; *subscr. om.* 1*b*.

1) *Intellegas: Ubi primum rediit, defunctus est.*

VITA GENOVEFAE VIRGINIS PARISIENSIS.

Genovefa vel Genuveifa, quae mortuum fertur suscitasse, in basilica SS. Apostolorum vel S. Petri Parisiensi sepulta est, Gregorio teste[1]. Nomen eius d. 3. Ianuarii et Martyrologio Hieronymiano[2] et Calendariis vetustissimis Luxoviensi[3] Epternacensique[4] illatum est, neque praeterea de ea quicquam constat.

Eius enim Vita, quae extat quadruplex, nullius auctoritatis est. Quod ut demonstretur, primum scire nos oportet, cui recensioni ut vetustissimae maior fides habenda sit. Hucusque alii A, alii B anteposuerunt, at, postquam, textibus inter se collatis, probari, sermonem recensionis A vestigia maioris antiquitatis ferre, alteram vero recentiore aetate retractatam et non solum decurtatam, sed etiam interpolatam esse, res decisa est, neque alia nisi illa Vita in crisin iam vocari potest.

Auctor a. 18. post obitum sanctae, i. e. p. Chr. c. 520, opusculum se aggressum esse affirmavit (c. 53). Id vero credi non potest, homoque mendax deprehenditur. Argumenta, quae suspicionem movent, sunt haec[5].

Historiam auctor V. Genovefae scripsit diversam ab omnibus fontibus genuinis. Childericum Francorum regem Parisiis vult resedisse (c. 26), eamque ipsam urbem, quae propria[6] fuisset Genovefae, per decem annos a Francis (c. 35) obsessam esse. Id si verum esset, falsum esset, administrationem Galliae Romanae a Chlodovecho demum susceptam esse, eamque in eum transisse victoria, quam a Syagrio reportaverat rex. Quod cum Gregorius, Hist. Fr. II, 27, rettulerit, aut ipse aut biographus pro falsario habendus est. Anno autem 1653. Childerici sepulchrum Tornaci repertum est neque Parisiis; hic enim reges Francorum sedem suam non ante habebant, quam Chlodovechus Wisigothos devicit. Denique decenne bellum Parisiense per se suspectum est fictumque manifesto deprehenditur ad Troianum illud celeberrimum, ex quo Fredegario (II, 4) teste origo Francorum erat. Praeterea necessitudo virginis Parisiensis cum Antiocheno Symeone (c. 27) intercedens credibilis non est, auctorque se in historia saec. V. parum versatum praestitit eo, quod liberationem Aurelianorum (c. 14) Aniano Gothisque tantum attribuit, omnino oblitus Romanorum.

Histrio personam sibi ipsi detraxit, de Dionysio haec disserens (c. 17): conperi

1) H. Fr. IV, 1; Gl. Conf. c. 89. 2) AA. SS. Nov. II, 1, p. [5]. 3) 'N. Arch.' X, p. 92. 4) Ib. II, p. 292. 5) Vitam Genovefae falsam esse, probavi 'N. Arch.' XVIII, p. 11—50. Argumenta mea refellere conatus est L. Duchesne ('Bibliothèque de l'école des chartes' LIV, p. 209—224); cum autem, quis primigenius textus sit, quaestioni principali studere noluerit vir praestantissimus vel potius id distulerit, commodius sibi fore ratus editionem meam expectare, de fide libri iudicare ei non licuit. Coniecturam, quam, si textus A vetustior probaretur, emisit, Libro pontificali fundatam, nullo modo admittendam esse demonstravi, 'N. Arch.' XIX, p. 444—459. 6) Cf. c. 30: in Parissius propria urbe; c. 39: ad suam civitatem.

iuxta tradicionem seniorum vel relatione Passionis sue, a sancto Clemente — — Romae episcopus ordinatus et in hac provincia ab eo directus. *Sanctum a Clemente papa ordinatum missumque esse in Gallias, in charta Theuderici IV. a. 724.*[1] *primum traditum est, Passioque quam citavit eiusdem eodem saeculo composita est*[2]. *Vita igitur Genovefae lucem aspexisse non potest ante saec. VIII. Huic aevo ea conveniunt, quae de primordiis basilicae S. Dionysii auctor enarravit: sanctum passum sepultumque esse in vico Catulacensi, ibique Genovefam basilicam construere voluisse, sed, calce deficiente, ei vires defuisse, denique duos calcis fornos in silva mirabiliter repertos eorumque ope structuram perfectam esse. Basilica S. Dionysii antiquitus definiebatur, addito nomine Parisius, vicus autem prope eam situs non ante a. 710.*[3] *commemoratur, isque Cadolacus a. 777. primum dictus est in testamento Fulradi abbatis. Nomen inventum per medium aevum non erat incognitum, erat vero temporibus Merowingicis.*

Genovefa si quo Germanus in Britanniam profectus est anno 429. 'puella' vel 'infans' fuisset biographo teste (c. 4), aetatisque ad annum octogesimum si pervenisset (c. 53), c. a. 500. obiisse credenda esset. Super eius sepulchrum idem enarravit oratorium ex ligno constructum esse (c. 55), idque ab ea quam 'honoris eius gratia' Chlodovechus illiusque post mortem Chlothechildis regina aedificaverant (c. 56) basilica distinxit. Haec cui dedicata esset non indicavit, nisi ex verbis 'honoris eius gratia' concludendum est, eam ipsius sanctae tunc tulisse nomen. Basilica SS. Apostolorum vel S. Petri Parisiensis re vera a Chlodovecho eiusque uxore constructa primo regis ipsius sepulturam recepit[4], *deinde tempore Iniuriosi episcopi Turonensis, i. e. a. 530—546, eam Chlothechildis, immo et Genovefa ibi sepulta est, atque Gregorius de utraque in eodem capite, H. Fr. IV, 1, rettulit. Veri igitur simile est, utramque eodem tempore defunctam esse mulierem et Genovefam triginta vel quadraginta post annis, quam biographus id statuerat, falsumque manifesto id deprehenditur, quod in oratorio sancta sepulta esset neque in basilica. Eius corpus ubi suo tempore asservaretur, auctor non indicavit, idque superfluum forte visum est monacho S. Genovefae: basilica enim vel ex saec. IX. ipsius sanctae nomen ferebat monachosque receperat aevo Karolingico*[5].

Auctor in antiquiore literatura christiana admodum versatus erat. Legerat Clementis papae epistulam ad Iacobum eiusque Recognitiones a Rufino in linguam Latinam translatas[6], *item Hermae Pastorem non Graece, sed versionem Latinam recentioris aevi*[7]. *Passiones habuit praeter Dionysianam etiam eam Iuliani Arvernensis*[8], *deinde V. Germani vel Bedae hist. eccl.*[9], *Sulpicii Severi scripta de S. Martino*[10], *denique Gregorii Tur. libros Miraculorum. Quod ut demonstretur, eius expilandi mos accuratius examinandus est.*

Biographus librum suum extendit, allatis exemplis[11] *cumulatisque miraculis. Haec quamquam multa se praetermisisse affirmavit*[12], *ea quae descripsit ad nauseam commovendam sufficiunt. Mirum autem est, quod Genovefa easdem virtutes patraverit atque*

1) *Havet, 'Questions Mérovingiennes. Les origines de Saint-Dénis' p. 59.* 2) *L. Duchesne ('Mélanges Havet' p. 31 sqq.) si demonstrasset, Passionem c. a. 800. scriptam esse neque antea eam scriptam esse posse, id quod non demonstravit, inde sequeretur, originem V. Genovefae post a. 800. ponendam esse. Passionis codex vetustissimus Montepessulanus H. n. 55, ut olim monui, saec. VIII/IX. exaratus est.* 3) *Cf. chartam Childeberti III; M. G. Dipl. p. 69.* 4) *Greg., H. Fr. II, 43.* 5) *In Vita B S. Bathildis de basilica S. Petri scripta sunt haec:* ubi religio monastici ordinis vigeret, *quae in vetustiore textu A desiderantur; cf. SS. rer. Meroving. II, p. 506.* 6) *Cap. 17.* 7) *Cap. 16. Cf. 'N. Arch.' XVIII, p. 31.* 8) *Cap. 56.* 9) *Cap. 2. 3. 11. 45. 46.* 10) *Cap. 14. 30. 38. 44. 47. 53.* 11) *Cap. 14. 44.* 12) *Cap. 31.*

Martinus, quodque eae iisdem fere verbis enarratae sunt atque Martinianae a Sulpicio Severo:

Sulp. Sev., Dial. III, 6.	*V. Genovefae c.* 30.
Vidi quendam *(energumenum)*, adpropiante Martino, in aera ruptum, manibus extensis, in sublime suspendi, ut nequaquam solum pedibus adtingeret.	Ilico Genovefa, Christum sibi obsecrans in auxilium exsurgere, ad orationem recurrit, continuoque inergumini suspenduntur in aera, ita ut nec manus eorum cameram nec pedes terram tangerent.
V. Mart. c. 18.	*ib. c.* 38.
fimbriae vestimento eius cilicioque detractae crebras super infirmantibus egere virtutes.	Plures ea tempestate fide repleti, auferentes fimbrias[1] vestimenti eius, a diversis infirmitatibus sunt sanati.
ib. c. 17.	*ib. c.* 47.
Cui *(daemonio)* cum, ut discederet, imperaret, et patrem familias — — arripuisset, saevire dentibus miser coepit et obvios quosque laniare. — — Et cum fugere de obsesso corpore poenis et cruciatibus cogeretur nec tamen exire ei per os liceret, foeda relinquens vestigia, fluxu ventris egestus est.	unus ex psallentibus areptus a demone, lanians proprius artus, quos mente captus esse alienus credebat, ab absida ad Genuvefam properavit. Cumque Genuvefa spiritum inmundum a corpore hominis iuberet exire, et spiritus nequam per oculum se progredi minaretur, imperante Genuvefa, foeda relinquens vestigia, fluxu ventris eiectus est.

Auctorem agnosces fontes suos magna cum licentia exscribentem. Satis habuit argumentum depromere, dictionem vero ipse formavit neque servavit verba nisi pauca primo secundoque loco, immo etiam tertio, ubi diabolum per oculum exire voluisse scripsit, neque per os, ut Sulpicius. At huius fabulae fine verba septem cohaerentia abstulit, idque audacter facere poterat, cum de ipsius antiquitate suspicio inde oriri non posset. Gregorii autem scriptis cautius utendum erat auctori, qui c. a. 520. *stilum cepisse voluerit, ideoque si omnem similitudinem evitasset, prudenter egisset, sed quamvis tritus esset falsarius, his locis se ipsum prodidit:*

Greg., Virt. Mart. II, 3.	*V. Genovefae c.* 25.
Maurusam quandam graviter ciracrici umoris dolor adfecerat — — nec poterat quemquam iudicare membrorum. — — Quae iam valde exanimis rogavit, ut eam ad pedes sancti Martini deferrent, — — de dextra, quam per sex annos non iudicaverat, signum beatae crucis ad os faciens, in pedibus restituta est, ita ut ad hospitiolum suum nullius usa adiutorio remearet.	*(puella)* novem annis ita erat paralisi egretudinem adflicta, ut nequiverit cuiusquam iudicare conpage membrorum. Supplicantibus ergo parentibus puelle vel senioribus populi, ad domum puelle pervenit *(scil. Genovefa)*. Oracione facta, contrectansque dissolutus artos puelle propriis manibus, eam se vestire vel calciare precepit. Et ita a lecto suo surgens, ad ecclesiam cum populo incolomis perrexit.
Greg., Virt. Iuliani c. 9.	*ib. c.* 36.
Fedamia quaedam mulier para-	Passivus depraecabatur eam *(scil. Ge-*

1) *Biographus non ex scriptura sacra pendet, ubi fimbriam vestimenti tangunt neque fimbrias auferunt vel detrahunt infirmi.*

lysi humore constricta, quae nullum corporis membrum sine dolore vigebat, exhibita est, deferentibus propinquis, ad beatam basilicam, — — sensit omnium artuum recepisse sanitatem; protinus surrexit a lectulo.

novefam), ut uxorem suam, longo iam tempore paralisi egritudine detentam, suam visitacione sanaret, — — in domo eius ingressa, ad lectum egrotantes femine accessit. — — Confestim mulier, quae, ut adserebant, annis IIII nequaquam vigendi propriis viribus pre egritudine vel dolore quiverat, iubente Genovefa, de lecto surrexit incolomis.

Greg., V. Patr. V, 1.

Portianus — — servus — — cuiusdam barbari, — cum plerumque ad monasterium confugiret, ut eum domino suo abba redderet excusatum, — — dominus eius de vestigio sequitur. — — Cumque de consuetudine, ut eum redderet, calumniando abbatem insisteret, dicit abba Portiano: 'Quid vis, ut faciam?' Et ille: 'Redde', inquid, 'me excusatum'. Cumque excusatus redditus fuisset, et dominus eius reducere eum domi velit, — caecatus est, — — tandem — — super oculos domini sui signum beatae crucis inposuit, statimque — — praestinae redditus est sanitati.

ib. c. 43.

(Genovefa pro famulo culpabili supplicante, dominus huic ignoscere noluit ideoque in vehementem febrim incurrit. Denique) ad pedes Genovefe provolutus, veniam, quam pridie famulo non dederat, sibi dare precabatur. Genovefa vero signans eum, omnis ab eo febris et aegritudo discessit, et ita sanum mente adque corpore dominum et servum reddidit excussatum.

Greg., Virt. Mart. III, 7.

Senator — — dum die dominico clavem facit, digiti ei ambarum manuum contraxerunt, — — auxilia expetiit confessoris *(Martini),* et per quattuor dies oratione ac ieiunio vacans, manus sanas elevans, incolomis est regressus (egressus *pr. m. cod.* 2).

ib. c. 55.

Cuidam Goto die dominico operantem manus utraque contraxerunt. Hic cum ad sepulcrum Genuvefe sanitate sibi reddi nocte tota inplorasset, — — recepta manuum suarum sanitatem, incolomis egressus est.

His quattuor locis eadem apud utrumque scriptorem est fabula. Biographus cum primo et secundo loco de femina paralytica scripserit: cuiusquam iudicare conpage menbrorum *et* vigendi pre dolore, *tertio autem de servo culpabili:* servum reddidit excussatum, *elocutiones has constat esse Gregorio proprias, isque* iudicare [1] *sensu alieno accepit pro 'dirigere', verbum archaicum* vigere [2], *i. e.* vegere, *pro 'movere',* excusatum reddere [3] *pro 'absolvere'. Denique ultimo loco quae in V. Genovefae reperiuntur significantes elocutiones eae omnes sunt Gregorii, i. e.* die dominico, manus contraxerunt *reflexive,* incolomis egressus est, *atque biographus consensu sane miro cum librario codicis* 2 *Gregoriani legerat* egressus *pro* regressus. *Ex his argumentis colligitur, biographum e Gregorio pendere: eius autem scripta nosse non poterat auctor saec. VI. in.*

Auctor natione erat Romanus [4] *linguamque Latinam in scholis didicerat. Quam-*

1) *Cf. Bonnet, 'Latin' p.* 293. 2) *Cf. Bonnet l. l. p.* 535. 3) *Cf. Bonnet l. l. p.* 247; *SS. rer. Merov. I, p.* 958. 4) *Cf. c.* 43: urus, qui cotidiana bos interpretatur lingua.

quam auctores classicos legerat, praecipue Vergilium, ex quo flosculos ubique decerpsit ad sermonem exornandum, tamen stilo utitur rudi, id quod exempla testantur talia: que ad crebro dictum aedificium de ligno opus erant (*c.* 21), recurrentes ad clibanum, partem de pane, quam in eo posuerant, reperiebant, pars maxima ab ea clam pauperibus fuerat erogata (*c.* 40. = rep. maximam — pauperibus erogatam). *Litterarum confusio non adeo frequens apud eum est, sed menda commisit aliena a scriptoribus antiquioribus, e. gr.* ff *pro* v *(c.* 35. effectione 1*a.* 2*a.* 3*a et c.* 39. 3*a. b). Cum ut peregrinus Latine scripserit, vocabulis quibusdam sensum attribuit improprium*[1], *aerique posterioris sunt constructiones, ut* properans[2] direxit (*c.* 20. 26. 42), properans perge (*c.* 7), *quodque pro 'Lugduno Clarato' scripsit* Lugdunum (*c.* 25) *nomen saec. IX. X. usitatum erat. E nominibus propriis absurdum est* Cellomeris (*c.* 32) *nomen, ex Lat. 'cellula' et Germ. 'meris' compositum, alterumque a Besso satrape mutuatum* (*c.* 39).

Scriptoribus Merowingicis, Gregorio, Fredegario, auctori L. h. Fr. omnino incognita erat V. Genovefae, primusque auctor Gestorum Dagoberti[3] *ea usus est. Cum L. hist. Fr. a.* 727, *Gesta autem Dagoberti saec. IX. in. composita sint, eo intervallo Vita innotuit, cuius auctor et Gregorii scripta et traditionem Passionemque saec. VIII. adhibuit. Igitur eam ipsam eodem saeculo exortam esse necesse est idque posteriore parte. Libro exeunte (c.* 56*) de picturis et Trinitate relatum est, hancque auctor contendit totam regalem esse in unitate. Ea ad synodum spectare mihi videntur, quae a.* 767. *a Pippino rege Gentiliaci prope Parisios habita est, idque patebit, comparatis inter se Vita Annalibusque:*

V. Genovefae c. 56.	*Ann. Lauriss. a.* 767.
Cui *(basilicae S. Genovefae)* est porticus adplicata txiplex, nec non et patriarcharum prophetarumque et martyrum adque confessorum veram vetusti temporis fidem, que sunt tradita libris storiarum, pictura refret. Adque ideo universi, qui Patrem et Filium et Spiritum sanctum secundum substantia deitatis adoramus et unitatem in Trinitatem, quia tota regalis est in unitatem, confitemur *et q. s.*	Tunc habuit domnus Pippinus rex in supradicta villa synodum magnum inter Romanos et Graecos de sancta Trinitate vel de sanctorum imaginibus.

Sane picturae in V. Genovefae commemoratae parietum sunt ornamenta, olim vero etiam haec adorabantur[4], *ideoque, si de imaginibus in synodo Gentiliacensi actum est, etiam de ornamentis actum est, quae adorabantur. Praeterea de Trinitate ibi litigabant, idque praesente Pippino rege. Cum igitur pars una de Trinitate recte non senserit, ipsam 'regalem' declarando in unitate iudicium regis aut capere poterat biographus aut laudare, atque adiectivum 'regalis', nisi ad res tempore scriptoris gestas referatur, omnino non explicari posse mihi quidem persuasum est.*

Hagiographiae falsae est genus duplex, Vitaque Genovefae ad alterum pertinet, in

1) Porro *in V. Genovefae significat 'vero': c.* 17. porro sanctus Petrus apostolatus impleret officio (*Rufin.:* ipse vero apostolatus i. o.), *c.* 50. porro nec *(= neque vero), c.* 56. porro iam *(= iam vero).* 2) *Cf. Fred. contin. a.* 737: properans peraccessit. 3) *Cf. Scr. rer. Merov. II,* 402. 4) *In synodo Elvir. (c.* 36*)* placuit, picturas in ecclesiis esse non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur, *dumque Karolus M. imagines non admittit nisi ad memoriam rerum gestarum et venustatem parietum, adversarii 'parietes et tabulas' adorabant, indoctique* nihil aliud in his praeter id quod vident venerantur et adorant, *ut fortasse etiam nunc.*

quo praeter cultum utilitas loci minime neglecta est. Genovefa enim Nemptodorensis praeter urbem Parisiacam fundos possidebat in territorio Meldensium sitos. Hic aliquis latet error! Biographus ad haec bona vindicanda testimonium praebebat pretiosissimum et sine dubio eum ipsum ad finem Vitam conscripserat. Sane de suo monasterio quam maxime meritus erat, licet talia merita hodie tantidem non aestimentur.

Codices recensionis A in quattuor classes distingui possunt.

1a) *Codex* B e r o l i n e n s i s *Ms. theol. lat. oct.* 96, *formae octavae, fol.* 75, *V. Genovefae saec. X. ex. exaratam fol.* 52—69. *continet mutilam, cum post fol.* 52. *tria folia perierint (c.* 4. Germanus — *c.* 11. iustificabitur*), ultimoque exciso, desinat in verbis:* splendoribus sanctorum (*c.* 56).

1b) *Codex* R e m e n s i s *n.* 1146 (793. 773), *olim bibliothecae capituli, formae maximae, saec. XI, fol.* 47—55′.

2a) *Codex* S a n g a l l e n s i s *n.* 561, *formae quadratae, saec. X/XI, pag.* 139—152.

2b) *Codex* R o m a n u s *bibliothecae Victoris Emanuelis, Farfa n.* 29 (341), *formae magnae, saec. IX, fol.* 158′—169′.

2c) *Codex* C o l o n i e n s i s *archivi n.* 171, *antea bibliothecae Wallrafianae VI,* 13 *(cf. 'Arch.' VII, p.* 264*), formae magnae, partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XV, fol.* 137′—144. *Est passionalis sanctorum volumen tertium, dies comprehendens* 18. *Kal. Oct. usque ad* 4. *Id. Nov.*

3a) *Codex* B r u x e l l e n s i s *n.* 7882, *olim domus S. Nicolai Cusanae (dioec. Trev.), deinde musei Bollandiani P. Ms.* 9, *formae mediae, saec. X. ex. vel XI. in., fol.* 13 —21′, *rasuris et correcturis inquinatus, desinit, ultimis foliis excisis, in verbis:* ut supplicet (*c.* 56).

3b) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 17625, *olim S. Cornelii Compendiensis n.* 40, *formae magnae, saec. X/XI, fol.* 21′—31′.

4a) *Codex* A n d e g a v e n s i s *n.* 717, *saec. X, quem locis nonnullis van den Gheyn S. I. mea causa officiosissime inspexit, uno autem C. Joubin bibliothecae praefectus.*

4b) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5573 *(Colb.* 5431, *Regius* 4433 (5 *sub*)*), saec. XII, fol.* 41 —47′, *desinit mutilus, quaternione exciso, in verbis:* sanctimonia consecratam (*c.* 31).

4c) *Codex* C a r n o t e n s i s *n.* 507 (193), *saec. XI, fol.* 35—40′.

4d) *Codex* A u r e l i a n e n s i s *n.* 331 (280), *olim S. Benedicti Floriacensis, formae magnae, saec. XI. in., p.* 49—60, *praescr.:* Incipit vita s. G. v., quod est tertio Nonas Ianuarii.

4e) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5311, *saec. XIII, fol.* 8—13′, *incipit mutilus in verbis:* Erit enim hec magna coram Domino (*c.* 4).

4f) *Codex* D i v i o n e n s i s *n.* 383, *Vol. I. legendarii Cisterciensis, formae maximae, saec. XIII, fol.* 59′—64.

Editionem cum fere absolvissem, in codicem principalem incidi 1a *eique perspexi affinitate proximum esse quem antea videram librum deteriorem* 1b. *Hi duo quomodo super reliquos libros emineant, ex loco c.* 56. *intellegi potest, ubi culpabiles quidam, iam vero per Genovefam incolumes fuisse dicuntur:*

sepe culpabiles, porro iam ex Nemptoderense incolomes (Nemetoderense incolumes 1*b*)] 1*a. b*; sepe e t i a m (e. *om.* 4*a*) c. (culpales 4*c*; culpabilibus 4*d*) porro (p. *om.* 4*a*) i n e x e m p t u (inexempto 3*b*; inextento 2*a*; inexemt:um *corr.* inexemto 4*d*) m e n s e (inexemptum ense 4*e*; inexempto ense 4*a. f*; p. i. m. *eras.* 3*a, haec om.* 2*c.* 4*c*) i. *rell.*

Praeter etiam *ante* culpabiles *additum in reliquis libris pro verbis* iam ex Nemptoderense *(i. e. Genovefa) corruptela deprehenditur manifesta* inexemptumense. *Hi igitur*

omnes ex exemplari depravato (y) pendent, dum soli libri 1*a. b ex fonte derivantur praestantiore (x).*

Codicis 1*a praestantia primum ex ratione scribendi intellegitur. Ut Gregorius, H. Fr. X,* 28, Nemptudorus *scripserat nomen loci natalis Genovefae, sic item in* 1a Nemptoderus *supra is appellatus est et initio Vitae* Nymptoderus *alioque loco* (*c.* 11) Nimtoderus (Nimptoderus 1*b*), *neque* Nemetodorus[1] (*vel* -derus), *ut in plerisque libris. Nomen puellae, cui Genovefa vestem mutavit, in plerisque codicibus* Cilinia *scriptum est, in* 1a *vero* Caelinia (*c.* 28), *eaque forma antiquissimo V. Remedii*[2] *codice confirmatur: mater enim episcopi Remensis idem nomen ferebat consensu sane mirabili. Denique nomina numeralia in* 1a *more antiquiore scribuntur:* quadraginsimus (*c.* 33. 34), quinquagensimus *vel* quinquaginsimus (*c.* 15).

Orthographiam codicis 1*a alterius familiae libri meliores* 2*a.* 3*a non raro confirmant modo uterque, ut gen. sing.* lectiones (*c.* 25) *et* mirantes (*c.* 26) 1*a.* 2*a.* 3*a, modo singuli saepiusque* 2*a quam* 3*a:*

e *pro* i: *c.* 32. longe temporis 1*a.* 2*a,*
c. 19. antestites *(gen.)* 1*a.* 2*a,*
c. 36. egrotantes *(gen.)* 1*a.* 2*a,*
c. 18. parvitate *(dat.)* 1*a.* 3*a,*
c. 56. Trinitate *(dat.)* 1*a.* 2*a;*
i *pro* e: *c.* 3. intuitur 1*a.* 3*a,*
c. 13. qui (= quae *n. pl.*) 1*a.* 3*a;*
o *pro* u: *c.* 49. Puerolos *(nom.)* 1*a.* 2*a;*
u *pro* o: *c.* 32. contritu 1*a.* 3*a;*
geminatio admissa: *c.* 17. Cessarea 1*a.* 2*a,*
c. 49. bassibus 1*a.* 2*a,*
c. 40. errogat 1*a.* 3*a.*

Iidem etiam grammatica menda eadem saepe subierunt, quae in libro 1*a leguntur:*

acc. pro abl.: *c.* 36. suam visitacione 1*a.* 2*a,*
c. 38. invocato nomen 1*a.* 2*a.*
c. 43. in crastinum 1*a.* 2*a;*
abl. pro acc.: *c.* 19. in caelo — fixis 1*a.* 3*a (pr. m.),*
c. 36. in domo e. ingressa 1. 3*a (pr. m.),*
c. 51. per amne 1*a.* 2*a.* 3*a,*

et nominativum absolutum[3], *qui c.* 19. *in* 1*a deprehenditur, praeterea codex nullus exhibet nisi* 2*a.*

Exemplar codicis 1*a litteris Anglosaxonicis exaratum fuisse videtur. Librarius enim in scriptura difficili legenda non raro erravit, scribens* a *pro* e *et vice versa (saepe),* a *pro* ec *et* co, a *pro* u *et vice versa,* & *pro* e *(saepe),* s *pro* r *et vice versa (saepe),* n *pro* r *et* t, p *pro* f. *Verba praeterea nonnulla omisit interpolationesque tres (c.* 1. 24. 42*) in textum admisit, quae ope gemelli* 1*b expelli poterant. Hic praeterea raro praestat codici primario:*

c. 17. gesta plane] 1*b;* gestaphane 1*a,*

1) *Etymologia* Nemeto-durum *si vera sit, certe ex recentiore forma pendet ea, dum alias antiquiorem subsequi solent etymologi.* 2) *Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 64. 3) *Cap.* 19: Egressique de domo sua presbiteri 1*a;* Egressique domum suam presbiteri 2*a;* Egressisque de d. s. presbiteris (pr. de d. s. 3*a. b*) *rell.*

at summae utilitatis erat ad textum emendandum eum, qui, tribus foliis excisis, in 1a *periit, e. gr.*

c. 7. crucis vexillo signata] 1*b* (*cf. c.* 38. vixillo cr. sign.); cr. virtute s. 2. 3.

Sermo antiquus ibi non servatus est, aliaque multa temere immutata sunt, e. gr.

c. 20. properans direxit lacessevitque] properavit accersivitque 1*b*,

c. 46. inmundi spiritus] daemonia 1*b*,

idque nonnumquam eodem modo atque in 2*c:*

c. 25. iudicare] *plerique;* iuvari 1*b.* 2*c;*

immo gravissimas interpolationes liber subiit (c. 15. 56*).*

Menda libris 1*a. b communia, quae ad eorum proavum referenda sunt, non multa deprehenduntur:*

c. 18. dum suis vestigium — legerem] *plerique (cf. Verg. Aen.* 9, 392: vestigia legit*);* d. s. v. — ele(i)gerem 1*a. b,*

c. 30. nidor] *rell.* (= *fetor, ut c.* 35); odor 1*a. b,*

c. 36. vigendi] vivendi 1*a. b;* vehendi *rell.,*

c. 39. dies aliquod] *rell.;* d. aliquos 1*a. b.*

Classes autem 2. 3 *non solum loco supra citato emendari poterant ex* 1, *sed etiam aliis non paucis classis principalis medelam praestabat corruptelis gravissimis, e. gr.:*

c. 17. gererent] 1*b cum Rufini praef. Recogn. Clementis;* generent 1*a*; agerent 2. 3,

c. 36. paralisi egritudine] 1*a. b (et ita codd. c.* 25*);* p. lang(u)ore(m) 2. 3,

c. 37. ultio divina damnavit in lumine] 1*a. b (cf. c.* 34. ultio divina damnavit*);* ultio divina excecaverat 2. 3,

c. 40. Noverat *c. acc. c. inf.*] 1*a. b:* Erat (Est 2*c*) 2. 3,

c. 48. ampullam Apuliquam] ampullam Aputliquam 1*a*; ampullam apud (apuda 2*a; eras.* 3*a;* continentem 2*c*) liquamen (liquamens 2*a*) 1*b.* 2. 3.

Ampullam hanc Apulicam si ad codices 2. 3 *'puella' portasset, ad eam referenda essent verba infra scripta:* abire hominem iussit. *Cum autem homo genus femininum excludat, vocabulum* puella *interpolatum est, idque re vera a classe* 1 *abest:*

vidit quendam pretereuntem] 1*a. b;* v. quendam pr. puellam 2*a;* v. quandam pr. puellam 2*b. c;* v. puellam pr. 3*a. b.*

Librarius igitur 2a *exemplar interpolatum codicum* 2. 3 *quam fidelissime secutus est, in pronomine* quendam *servans genus masculinum.*

Exemplar illud e contrario hiabat vocabulaque cum singula tum enuntiata integra ibi omissa erant. Lacunas, quas ope classis 1 *explere potui, singulas enumerare longum erat, exemplaque duo sufficiant:*

c. 12. Parisius vero incontaminata ab inimicis — — salvandum, [ut factum est, adserebat],

c. 56. ut supplicet pro preteritis malis, que gessimus, [pro futuris interveniat], inpetret *et q. s.*

Verba quae uncinis inclusi a libris 2. 3 *absunt, extant vero in* 1. *Haec igitur classis non satis laudanda est, textumque purum si nunc primum proferre successit, eius ope id effectum est.*

Exemplaris codicum 2. 3 *stirps gemina quomodo inter se differat, ex loco c.* 22. *intellegitur hoc:* que lucescet in prima sabbati] *habent libri* 3 *cum* 1*: omittunt* 2 *(m. al. suppl.* 2*c). Saepius vero classis* 3 *deficit, e. gr.*

c. 8. Vilico (Iulico 2*c*)] 2; velum 3,

c. 56. celsum] 2*a. b (locum immutavit* 2*c) cum* 1 *et Passione Iuliani*; celsitudinis 3.

Vera igitur lectio in utralibet classe conservata esse potest, alteraque ex altera emendanda

est. Inter codices prioris eminet 2a, isque, ut a librario simplici exaratus[1], *grammaticam barbaram saepe servavit, immo menda nova commisit, quae, reliquis consentientibus, non admittenda erant. Codex 2b vetustissimus quidem est neque vero optimus, scilicet a librario scriptus, qui magna cum licentia exemplar immutaverit*[2], *eoque multo licentius scriptus est 2c. Uterque ex exemplari communi pendet, id quod ex locis intellegitur his: c.* 24. visum] lumen *2b. c, c.* 33. prestine sanitate] *om. 2b. c. De praestantia codicis 3a supra actum est. Qui ubi, priore lectione erasa, defecit, gemellus 3b in eius locum substituendus erat, etsi non eandem fidem meretur*[3].

Qui quartam classem occupant libri deteriores cum codicibus 2. 3 ex exemplari y pendent[4], *iique textum ad Donatum correctum et magna cum licentia immutatum exhibent. Initium Vitae speciminis causa cum libris quos vidi*[5] *contuli, cum 4a autem mea causa id contulit van den Gheyn v. rev.:*

c. 1. Igitur] I. beata 4*d*; Sancta i. 4*c*.
- Nymptoderinse] Nemetederinse 4*a;* Nemetederinsi 4*b (pr. m.);* Nemetodorense *(4c. f):* Metodorense 4*d*.
- nata] nata fuit 4*f*.
- ferme] fere 4*c*.
- a Parisius urbe] a Parisiis (Parisii 4*c*) u. 4*a. c;* ab u. P. 4*d*.
- mater] m. vero 4*c. f*.
- vocitata] vocata 4*f*.
- ineunte] ineunti 4*d*; eunte 4*a*.
- gratia] grat(c)iam 4*a. b. c. d. f*.
- Dei] *om.* 4*c*.
- in ipsam conlatam] 1*a. b recte* (*cf. c.* 9: gratia Christi in ea conlata *et c.* 28: gratiam Christo Genovefe conlatam); que in i. (in ipso 4*a;* in *om.*, ipsi 4*f*) collata est 4*a. b. c. d. f cum* 2. 3.
- censui] censuit 4*a*.
- innotisci] innotescere 4*c. d. f*.

c. 2. in] 4*c cum* 1*a. b:* ad *rell.*
- viris Germanum et Lupum pontifices] v. Germano et Lupo pontificibus 4*b (pr. m.). c. f.*
- tunc] 4*a. b cum* 1*a. b: om. rell.*
- natus] natum 4*b*.
- sancto] nec renatus secundum Christum dici possit, qui prius secundum Adam natus non fuerit *add.* 4*f*.
- hanc ergo heresem] 4*a. b cum* 1*a. b.* 3*b*; hancque heresym 4*f*; ergo h. *om.* 4*c. (d) cum* 2*a. b.* 3*a*.
- et v.] ac v. et 4*f*.
- miraculis] mirabilibus 4*a*; miraculorum choruscationibus 4*f*.
- effugarunt] effugarant 4*a*; effugarent 4*c*; effugaverunt 4*b*.

1) *Cap.* 28. *scripsit* fdifset *pro* audisset. 2) *Scripsit c.* 31. habitu religiosa de *pro verbis* a Bituriginsi *(*abitu riginsi 1*a) et c.* 43. dominum sanum et servum fecit esse securum *pro verbis* ita sanum mente adque corpore dominum et servum reddidit excussatum, *e Gregorio partim depromptis. At c.* 49. *servavit* clodus *cum* 1*a. b.* 3) *Librarius textum motu proprio saepe retractavit, e. gr. c.* 25. solvere *scripsit pro* iudicare. 4) *Loco supra examinato c.* 56. *codices 4a. c. d. e. f pro verbis* iam ex Nemptoderense *lectionem depravatam exhibent. Codex 4b priorem tantum Vitae partem continet.* 5) *Codex 4e initio mutilus est.*

Inter hos libros 4a. b primum locum obtinent, dum 4c. d. e. f infimae sunt condicionis. Qui cum ex exemplari codicum 2. 3 non fluxerint, sed potius, aliis mediis interiectis, ex avo y originem ducant, lectiones classis 1 in iis reperiuntur et pleraeque in 4a. b[1], *quas in 2. 3 frustra quaeras. Ut quae inter eos singulos intercedit necessitudo ostendatur, tres praeterea locos cum omnibus fere libris contuli:*

c. 25. in occursionem convenit] 1*a. b*; in o. (occursione 4*b*) eius (ei 4*c*) convenit 4*b. c*; in occursio::: venit *pr. m.*, in occursum v. *m. al.* 4*d* (in occursione venit 2*a.* 3*a*); in occursum eius venit 4*e. f cum* 2*b.* 3*b*.

c. 26. gentiles] 1*a*; gentilis 1*b.* 4*b. c*; ingens 4*d. e cum* 2*c*; *om.* 4*a cum* 2*b.* 3*b*.

c. 30. signati revinctis] 4*a. b cum* 1*a. b*; signat ire (irae 4*c*) vinctis 4*c. e cum* 2*c*; sinit abire vinctis 4*d*.

De indole librorum 4c. e ex initio c. 22. iudicari potest:

Fuit illi devotio] Fuit denique eidem virgini d. 4*c*; Fuit igitur beatae Genovefae maxima d. 4*e*,

item qualis 4d sit, lectiones demonstrant e cap. 3. 4. adnotatae hae:

c. 3. coetu] *om.* 4*d*.
intuitur] inspexit 4*d*.
magnanimen] magnā nimem nomine 4*d*.
c. 4. pater vel] pater quoque et 4*d*.
ait sanctus Germanus] pater sanctus 4*d*.

Denique librum 4f deterrimum esse ex interpolatione supra allata iam intellegitur.

Contuli codices 1a. b. 2a. c. 3b librumque 3a ab W. Arndt b. m. descriptum recognovi; Romanum vero 2b in usum nostrum O. Holder-Egger socius contulit. Lectiones singulares codicum 1b. 2c suppressi. Orthographiam ad librum optimum 1a formavi, a quo non recessi nisi raro.

Vita Genovefae saepe retractata est, cum textus primigenius politiori humanitati nullo modo satisfacere posset. Recensionum B et C codices vetustissimi sunt Rothomagenses U 67, fol. 37—42 (B) et U 26 (olim Gemeticensis), fol. 73—81 (C), uterque saec. XI, eoque ipso saeculo eae fortasse compositae sunt. De quarum indole cum in Annalibus nostris ('N. Arch.' XVIII, p. 43—46, XIX, p. 436 sqq.) fusius disseruerim, ad eos lector studiosus delegari poterat. Cum vero de condicione recensionis B controversia orta sit, argumenta quae iam nova repperi afferenda mihi esse duxi.

Et primum sermo huius recensionis originem testatur recentiorem comparatus cum A. Hic verba transitiva reflexive accipiuntur, illic in eorum locum passiva vel intransitiva substituta sunt. Exemplis, quae olim protuli, addere libet haec:

A.	*B.*
c. 22. cereus — extingueret.	cereus — — extingueretur.
c. 30. Que cum — levasset.	Que cum — surrexisset.

Deinde fontibus probavi textum A propiorem esse quam B, duo afferens argumenta. Nunc alia duo sequantur:

Greg., Virt. Mart. III, 7.	*V. Genov. c. 55.*
manus sanas elevans, incolomis est regressus (egressus *pr. m. cod.* 2).	*A.* recepta manuum suarum sanitatem, incolomis egressus est. *B.* recepta manuum suarum sanitate, incolumis abscessit.

1) *E. gr. lectiones quas C. Kohler ex 4b exscripsit:* c. 17. gererent, c. 19. obortis, c. 24. lumen restitui, c. 30. propria urbe *sunt classis* 1.

Passio Iuliani Arv. c. 6.	*V. Genov.* c. 56.
celsum protulit aedificata fastigium.	*A.* celsum protullit aedificata fastigium.
	B. celsum extulit edificata fastigium.

Cum igitur A egressus est *et* protulit *scripserit, convenientibus fontibus, B vero, iisdem discrepantibus,* abscessit *et* extulit, *manifestum est, B ex A pendere neque vice versa. Codex A, qui auctori B praesto erat, ex exemplari mendoso y derivatus*[1], *ad classem* 4[2] *pertinebat similisque erat deterioribus 4d. e. f*[3].

Textum interpolatum D codices Parisienses bibliothecae nationalis n. 5280. *et armamentarii H. L.* 43, *uterque saec. XII, continent. Hi in priore Vitae parte ita inter se differunt, ut alter cum exemplari x faciat, alter cum y:*

	Paris. n. 5280 = *x.*	*Paris. H. L.* 43 = *y.*
c. 12.	in quas se tutiores credebant *(ita* 1*a).*	quas esse t. cr.
ib.	quod ita factum est, ut asserebat.	*om.*
c. 17.	revertamur.	redeam.

Cum eiusmodi lectiones in posteriore codicis n. 5280. *parte non reperiantur, huius exemplar librarius fortasse posterior cum codice quodam* 1 *contulerat neque vero absolverat opus inceptum. Interpolator D de fine sanctae locum interpolavit (c.* 53*) in his verbis desinentem:* Cuius denique corpusculum est humatum in monte Leutitio (Locutio *H. L.* 43) sancti Petri ecclesia sub die tertio nonas Ianuarias[4].

Tali codice usus videtur esse auctor recensionis E praeter alia subsidia, quae eum habuisse necesse est. Erat clericus Remensis ecclesiae, quacum necessitudo quaedam basilicae S. Genovefae intercedebat, Vitamque non solum retractavit, sed etiam ex historiis veterum ampliavit. Huius recensionis codices vetustissimi sunt saec. XI, Parisiensis scilicet bibliothecae S. Genovefae H L 2, *fol.* 52—91', *Rothomagensis U* 3 *(olim Fiscamnensis), fol.* 17—21', *eaque composita videtur esse saec. IX.*[5]

Editores primum recensiones posteriores, nuperrime demum Vitam primigeniam e tenebris eruerunt.

Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1576, *tom. I, p.* 102—109, *Vitam C, 'mutato stylo', edidit.*

P. Fr. Chiffletius, Bedae presbyteri et Fredegarii scholastici concordia, Parisiis 1621, *p.* 453—459, *Vitam E ad codicem bibliothecae S. Genovefae recensuit.*

I. Bollandus et G. Henschenius, Acta Sanctorum, Antverpiae 1643, *Ianuarii tom. I, p.* 138—143, *utriusque recensionis A et B codices habentes, textum mixtum formaverunt, deinde p.* 143—147. *tertiam (C) addiderunt*[6], *quintam (E) vero Vitam praetermiserunt.*

Charpentier, 'Histoire de ce qui est arrivé au tombeau de sainte Geneviève depuis sa morte jusqu'à présent et de toutes les processions de sa châsse; sa vie traduite

1) *E. gr. B legerat c.* 1. que in ipsa collata est, *c.* 36. paralysis langore, *c.* 37. excecaverat *(pro* damnavit in lumine*), c.* 48. quandam puellam pr. *et* Ampullam ad (*vel* ac) liquamen. 2) *Liber c.* 22. *non habat cum* 2 *neque lectiones habebat* 3 *proprias (c.* 8. 56*).* 3) *Id probare possunt lectiones hae c.* 25. in occursum eius venit *(= 4e. f), c.* 26. insignis *pro* gentiles *(*ingens *4d. e).* 4) *Cf. Kohler p.* 45. 5) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 48. *Reliquos codices Kohler v. c. enumeravit.* 6) *De subsidiis Vitae C haec adnotaverunt:* Alteram descripserat olim Rosweydus ex Ms. D. Preudhomii Canonici Cameracensis, quam deinde contuli cum Mss. Imperialis monasterii S. Maximini *(= cod. Paris.* 9741, *s. XIII; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 620*)* et ecclesiae S. Audomarii aliisque. *Unde C. Kohler l. l. p. CVII. conclusit, Vitam a Rosweydo editam esse, editionem coniciens libro inesse quem 'Vitae sanctarum Virginum' (Antverp.* 1626*) ille inscripserat.*

sur l'original latin, écrit dix-huit ans après sa mort, avec le même original revu sur plusieurs anciens manuscrits', Parisiis 1699, *quam editionem non vidi, codices recensionum A. B. E adhibuit.*

Carolus Kohler, 'Étude critique sur le texte de la vie Latine de Sainte-Geneviève de Paris avec deux textes de cette vie' ('Bibliothèque de l'école des hautes études'), Parisiis 1881, *magna cum diligentia ea quae ad S. Genovefam spectant collegit, indicio vero usus non recto, Vitam B primigeniam esse autumarit eamque, p. 5—47, collatis codicibus A (3b. 4b. c) et D, in publicum proposuit, adiciens recensionem E ex codice bibliothecae S. Genovefae (p. 49—72).*

Denique C. Narbey, 'Quel est le texte de la vie authentique de S. Geneviève' ('Extrait du bulletin d'histoire et d'archéologie du diocèse du Paris'), Parisiis 1884, *p. 46—68, textum A primigenium esse primus perspexit eumque e codice 3b publici iuris fecit, subiciens lectiones variantes librorum 4b. c.*

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTE AC BEATISSIME GENOVEFE VIRGINE[b].

(1).[c] Igitur Genovefa[d] in Nymptoderinse[e, 1] parochia nata, quae septem ferme[f] milibus a Parisius[g] urbe abest. Pater eius Severus, mater Geroncia[h] vocitata est. Sed primum ab ineunte aetate[i] eius devotionem[k], tum[l] demum gratia Dei in[m] ipsam conlatam fidelibus[n] censui innotisci.

(2). Proficiscentibus itaque in[a] Brittania[b] sanctis[c] ac venerabilibus viris[d] Germanum[e] et Lupum pontifices[2] ad Pelagianam[f] heresem[g], quae tunc[h] in illis finibus iminebat[i], superandam[k], — quae heresis zizania[l] super triticum seminans, cf. Matth. 13,25. adserebat, natus[m] ex duobus baptizatis sine baptismo[3] posse salvari, cum omnino praedicatio divina[4] tradat, nullum posse habere vitam aeternam, nisi renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, — hanc ergo[n] heresem et scripturarum testimoniis et virtutum miraculis triumphantes ab eadem provintia effugarunt[o].

(3). Euntes, ut dixi, in Brittaniam[a], ad predictam parochiam manendi vel maxime[b] orandi gracia se contulerunt. Quibus con[c] vulgi multitudo aut procul

Capp. 1—3. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a.*

Cap. 1. a) *ita* 1*a. b*; I. v. s. (sancti 2*c*; ac venerabilis *add.* 3*a*) G. v. (v. *om.* 2*a*; que est tertio Nonas Ianuarii *add.* 3*b*) 2*a. c.* 3*a. b*; 3. Non. Ianuarias natale sanctae Genovefae virginis *praescr.* 2*b.* b) virginis 1*b*; quod est 3. Non. Ian. *add.* 1*a.* c) *numeros addidi.* d) *ita constanter* 1*b.* 2*b* (*semel* Genoveba). *c.* 3*b*, *raro* 2*a*; Genoveva *plerumque* 2*a* (*semel* Geneveva *et* Ienoveva); Genofeva *semper* 3*a*: *ut in* 1*a traditum est, ita nomen scripsi modo* Genovefa, *modo* Genuvefa, *sed formas ibi obvias* Gennovefa (*saepe*), Gennovafa, Genofeva, Genofefa, Ienofeva *non admisi.* e) *ita* 1*a*; Imptodorinse 1*b*; Nimmimitorense 2*a*; Nemetodorense 2*b*; Nemotode:::::| (*ras.* rense? *et corr.* Nemotodese)rense 3*b*; Nemetadorensi 2*c*; Metodorense 3*a.* f) firme 2*a.* g) Parisio 2*c.* 3*b.* h) Gerontia 1*b.* 2*a. b.* 3*b*; Geruntia 3*a.* i) aeacte 1*a*; aetatem 2*a*; aetatis 3*a.* k) devocione 3*a.* l) tam 2*a.* m) *ita* 1*a. b*; D. qu(a)e in ipsa conlata est fidelibus *rell.* n) famula devotionem *add.* 1*a.*

Cap. 2. a) *ita* 1*a. b*; ad *rell.* b) *ita* 1*a.* 2*b*; Britania 2*a*; Britan(n)iam 1*b.* 2*c.* 3*a*; Brittanniam 3*b.* c) sanctos 2*a*; sanctus 3*b.* d) *om.* 3*b.* e) Germano et Lupo pontificibus 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* f) Pelaianam 1*a*; Palatianam 2*a.* g) *ita* 1*a.* 2*b*; heresim *rell., ut infra.* h) *ita* 1*a. b.* 3*b*; *om. rell.* i) *ita* 1*a*; in(m)minebat *rell.* k) *om.* 3*a.* l) zizaniam 1*a.* 2*b. c.* m) *ita* 1*a.* 2*a. b.* 3*a.* n) *ita* 1*a. b.* 3*b*; ergo *om.* 2*c*; e. h. *om.* 2*a. b.* 3*a.* o) efugasunt 1*a.*

Cap. 3. a) Britaniam 1*b* (*pr. m.*). 2*c*; Britanniam 3*a*; Britania 2*a.* b) maximi 3*a.* c) *ita* 1*a*; convulsi 3*a*; cum v. *rell.*

1) *Nemptudorus a Gregorio, H. Fr. X, 28, vicus dictus hodie nomen fert Nanterre (Seine).* 2) *Cf. Beda, H. eccl. I, 17.* 3) *Pelagiani fructum baptismi non omnino negabant; cf. Harnack, 'Lehrbuch der Dogmengeschichte' III, p.* 182. 4) *Ioh.* 3, 5.

ab[a] ecclesia, benedictionem[b] expetentes[c], in[f] obviam venissent, et catervatim utriusque[d] sexus virorum et[e] mulierum ac[g] parvolorum occurrerint[h], in medio occurrentium coetu[i] eminus sanctus Germanus intuitur[k] in spiritu magnanimen[l.1] Genovefam, quam ilico ad[m] se deduci[n] precepit[o].

(4). Cui caput osculans, sciscitatur[a] a turba et nomen puelle et cuius[b] esset filia[c]. Extemplo[d] nomen Genovefe a[e] circumstante[f] populo edictum est, et pater vel[g] mater acersiti[h] adsteterunt. Ait ad eos sanctus Germanus: 'Haec infans vestra est filia?' At illi[i] dixerunt[k]: 'Nostra', inquiunt[l], 'domine'. Quibus ait sanctus Germanus[m]: 'Felices[n] vos tam venerandae[o] sobolis genitores! In huius cf. Luc. 1, 14—16. nativitate[p] magnum[q] gaudium et exultatione[r] caelebratum[s] mysterium[t] in celo noveritis ab angelis. Erit[u] haec magna coram Domino, et multi eius vitam propositumque[v] sanctum[w] mirantes, declinabunt[x] a malo[y], et ab inproba atque inpudica vita conversi ad[z] Dominum hac religiosi effecti, et remissionem[a] peccatorum et premia Christi eam sectantes sunt percepturi[b]'.

(5). Et paulo post ait Genovefae: 'Filia[a] mi, Genovefa!' Ad illa respondit: 'Audit famula tua[b], pater sancte; que vis[b*] edicito[c]'. Cui sanctus Germanus dixit: 'Queso, ne[d] verearis mihi profiteri, si vis in sanctimonio[e] consecrata Christo inmaculatum et intactum corpus tuum[f], quemadmodum sponsa eius, servare'. Cui[g] Genovefa respondit: 'Benedictus tu, mi pater, quia[h] que[i] desidero[k] sciscitas[l], si[m] ambio[n] adipisci. Volo', inquid, 'sancte[o] pater, et ora[p], ut devotionem meam Dominus implere dignetur'. Ait ei sanctus Germanus: 'Confide, filia, viriliter age, et[q] quod corde credis vel[r] ore profiteris, operibus proba. Dabit enim Dominus virtutem[s] et fortitudinem decori tuo'. Pervenientes ergo ad ecclesiam, cursum spiritalem[t] nona[u] atque duodecima caelebrantes[v], semper[r] sanctus Germanus manum suam[w] super caput eius tenuit et, cybo sumpto ac[x] hymno dicto, iussit Severo cum filia in suo[y] conlocare receptaculo cumque[z] primo[a] diluculo ante[b] sui profectionem ad[c] se reverti precepit.

Capp. 3. 4. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.* *Cap.* 5. 1*b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 3. a) ad ecclesiam 3*a. b.* b) benedictione *pr. m.* 3*a.* c) *ita* 1*a. b* (*cf. c.* 11. vulgus — adserebant); expetens — venisset *rell.* d) *ita* 1*a.* 2*a*; *om. rell.* e) utrique 3*b*; uterque 2*b. c.* f) ac 1*b.* 2*b.* g) et p. 1*b*; ac p. *om.* 2*b.* h) *ita* 1*a*; occurrit 2*b*; occurrerent *rell.* i) cete 2*a*; cito 3*a*; coetus 2*b.* k) *ita* 1*a.* 3*a* (*pr. m.*); intuetur 1*b.* 2*a. b*; intuitus est 2*c.* 3*b.* l) magnanimem 1*b.* 2*b. c.* 3*b*; magna nomen 2*a.* m) ad se *om.* 2*a*; ad se i. 1*b.* n) adduci 2*a*; duci 2*c.* o) praecipit 2*a.*

Cap. 4. a) suscitatura (*m. al. corr.* sciscitaturus) t. 3*a.* b) cui 1*a.* c) interrogans *add.* 2*a. b. c.* 3*a. b.* d) extimplo 2*b*; extimpo *m. al. corr.* extimplo 3*a*; exemplo 1*a.* 2*a.* (*c*). e) ad 2*a.* f) circumstanti 3*b.* g) et 2*a. c*; atque 3*b.* h) *ita* 1*a*; accersiti 1*b*; accersite 2*a*; acciti *rell.* i) illa 2*a*; illi: (*ras.* c?) 2*c.* k) *om.* 2*c.* 3*b.* l) inquid *m. al. corr.* inquiunt 3*a.* m) Germanus — *c.* 11. iustificabitur *om., tribus foliis excisis,* 1*a.* n) felicis 2*a.* o) venerandi s. genitoris 2*a.* p) nativitatem 2*a*; *om.* 3*a.* q) magno gaudio 1*b.* 2*b. c.* r) exultationem 3*b.* s) que *add.* 3*b.* t) misterio 3*a.* u) enim *add.* 2(*b*). *c.* 3*b.* v) propositam . que 2*a.* w) m. s. 3*b*; s. imitantes 2*c.* x) declinabant 3*a* (*pr. m.*). *b.* y) malis 3*b.* z) a Domino *pr. m.* 3*a.* a) remissione 2*a.* b) precepturi *pr. m.* 3*a.*

Cap. 5. a) F. mea G. 1*b*; Genovefa f(am *eras.*)ilia mi 3*b.* b) o *add., sed eras.* 3*a.* b*) *ita* 1*b*; iubes *rell.* c) sedicito 2*a.* d) no *m. al. corr.* non 3*a.* e) sanctimonium *pr. m.* 3*a.* f) *om.* 2*b. c.* g) sancta *add.* 3*b.* h) qui 2*a. b.* i) quod 2*b*; valde 1*b.* k) desider:o 3*b.* l) sciscitaris 3*b*; sciscitari 2*c*; sciscitas — i. s. pater *om.* 1*b.* m) sed 3*a*; et 3*b.* n) ambo 3*b*; merear 2*b.* o) p. s. 2*b.* p) ora:::: 2*b*; oro 2*c.* 3*b.* q) *om.* 1*b.* r) *om.* 3*a.* s) f. et v. 1*b.* t) spiritale *pr. m.* 3*a*; videlicet *add.* 3*b.* u) *ita* 2*a.* 3*a*; nonam a. duodecimam *rell.* v) horam *add.* 3*b.* w) sua 2*a.* x) haec 2*a*; et 3*b.* y) se *add. codd. praeter* 1*b.* z) *ita* 2*a.* 3*a*; cum qu(a *in ras.*) 1*b*; eumque 2*b. c*; Eamque 3*b.* a) primum 2*a.* b) a. s. p. ad se *om.* 1*b.* c) a *pr. m.* 3*a.*

1) *De hoc acc. v. Bonnet, 'Latin' p.* 340.

(6). Que cum fuisset, lustrante[a] iam solis lampade[1] terras, ita, ut iusserat, a genitore suo allata, nescio quid[b] in ea deinceps celeste sanctus Germanus conspicatus, ait ad eam: 'Have, filia Genovefa! Reminisceris, quid esterna[c] die de corporis tui integritate mihi[d] sis pollicita[e]?' Cui Genovefa respondit: 'Reminiscor[f], quod[g] tibi Deoque[h], pater sancte[i], promisi, quoniam vite huius propositum avidissime me[k] desiderare dico[l] et teste[m] Deo profiteor'. Cui sanctus Germanus nummum aereum Dei notu[n] allatum, habentem signum crucis, a[o] tellure colligens pro magno munere dedit, inquiens ad eam[p]: 'Hunc transforatum pro memoria mei et[i] collo suspensum[q] semper habeto[r]; nullius metalli neque auri neque argenti seu quolibet[s] margaritarum ornamento[t] collum[u], saltim[v] digitos tuos honerare[w] paciaris. Nam si seculi huius vel exiguus[x] decor tuam superaverit[y] mentem[z], etiam[a] aeterna[b] et celestia ornamenta carebis'. Et vale dicens ei[c] atque obsecrans[d], ut sui memor[e] tanti[f] crebro in Christo haberetur[g], et commendans eam[h] genitori suo Severo[i] iter quod ceperant, auxiliante[k] Domino, perrexerunt.

(7). Factum est autem post dies aliquod[a], cum mater eius die[b] sollemni ad ecclesiam pergeret, et Genovefa[c], quam domi remanere[d] preceperat[e], nequaquam possit[f] abigere, clamantem sibi cum lacrimis et dicentem: 'Ego fidem, quam[g] sancto Germano pollicita sum, Christo me consolante, servabo et ecclesiae liminibus[h] frequentabo, ut sponsa Christi esse merear, quatenus margaritis ac vestibus eius digna repperiar[i]', ilico mater eius iracundia repleta, ut[k] filiae[l] alapam dedit, statim luminum[m] percussa est orbitatem[n]. Tribus namque mensibus minus a[o] biennio nutu[p] divine[q] magestatis ad manifestandam gratiam Genovefae hanc[r] perpessa est[s] cecitatem. Tandem aliquando recordata est mater eius, quid tunc[t] testimonii de filia sua summus pontifex Germanus[u] dedisset[v]; vocans eam ad se[w], ait[x] ei: 'Accipe auritorium[2], properans perge ad puteum, exhibe aquam, obsecro te, filia mi'. Que[y] con summa festinatione ad[z] puteum venisset et super marginem[a] putei fleret, eo quod propter eam mater[b] lumen amiserit[c], deinde, ut distitit

Capp. 6. 7. 1*b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*.

Cap. 6. a) *ita* 1*b*; lustrantem i. solem 2*a*; lustrante i. sole *rell.* b) d. q. in ea 1*b*. c) hesterno 2*b*. d) in his *pro* mihi 1*b*. e) pollita *pr. m.* 3*a*. f) inquid *add.* 2*a*. g) quid 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. h) et Deo 2*a*; domne 2*b*. i) *om.* 2*b*. k) *ita* 1*b*. 2*a*. *b*; me *h. l. om.* 2*c*. 3*b*; a. me *om.* 3*a*. l) *ita* 1*b*; me dico 2*c*. 3*a*. *b*; medio 2*b*; modo 2*a*. m) testem 3*a*. n) nutu *pr. m.* 1*b*. o) antollere c. 2*a*. p) sanctus *add.* 2*a*. q) suspensu 2*a*. r) habetu 2*a*. s) *ita* 1*b*; cuiuslibet *rell.* t) *ita* 1*b*. 2*c*; ornamenti *rell.*; decore *add.* (2*b*). 3*b*. u) collo 2*a*. 3*a* (*pr. m.*); tuum *add.* 1*b*. v) aut 3*b*. w) *ita* 2*b*. 3*b*; honorare 2*a*; onerari 1*b*. 3*a*; ornari 2*c*. x) exiguos 2*a*. y) super avertit:: 3*a*. z) mente 2*a*. a) *om.* 1*b*. b) aeterno et caelesti ornamento 1*b*. 3*b*; eternis et celestibus ornamentis 2*c*. c) eique obs. 1*b*. d) obsecras 2*a*. e) memoriam 1*b*. (2*b*). 3*b* (*cf. p.* 226, 18). f) tantum 1*b*. 2*c*. 3*b*; *om.* 2*b*. g) haberet 1*b*. 2*b*. 3*b*; esset 2*c*. h) ea genitore *pr. m.* 3*a*. i) :::::: (*eras.* Severo?). Ipse vero iter 2*a*. k) a. D. *om.* 1*b*.

Cap. 7. a) aliquos 3*a*. *b*. b) diem 2*a*. c) Genovefam 1*b*. 2*c*. 3*b*. d) manere 3*a*. e) preciperat *pr. m.* 3*a*; iusserat 1*b*. f) posset 2*c*. 3*b*; posse *corr.* posset 2*b*; n. a se abig. posset 1*b*. g) cum *pr. m.* 3*a*. h) limina 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. i) repperear 2*a*. k) *om.* 3*a*. l) filia 2*a*. m) liminum 2*a*, *corr.*; lumine amisso percussa 3*b*. n) orbitate 1*b*. 2*b*. *c*. 3*a*; caecitate 3*b*. o) *om.* 2*a*. p) nuta *pr. m.* 3*a*. q) divino 2*a*. r) h(a)ec 2*a*. *b*. s) *om.* 3*b*. t) dudum 1*b*. u) *om.* 2*b*. *c*. v) et *add.* 3*b*. w) et *add.* 2*c*. 3*b*. x) dicens 2*a*. y) *ita* 2*a*. 3*b*; Quę cum 1*b*; cumque 2*b*. *c*. 3*a*. z) fest. afferre cum v. ad p. et 2*a*. a) margine *pr. m.* 3*a*. b) eius *add.* 2*b*. c) amiserat 2*b*. *c*.

1) *Cf. Verg., Aen. IV*, 6:

Postera Phoebea lustrabat lampade terras,
Umentemque Aurora polo dimoverat umbram.

2) *Est instrumentum hauriendi.*

flere, impleto vasculo, detulit[a] aquam matri[b] sue. Mater vero eius expandens[c] manus ad celum[d], cum fide et veneratione aquam a[e] filia sua[e] allata[f], insuper ipsa sperante[g], ab[h] ea crucis vexillo[i] signata[k] accepit, de qua[l] fumentans[m] sibi oculos, paululum cernere cepit. Cumque hoc bis terque fecisset, lumen amissum pristinumque recepit.

(8). Contigit autem, ut cum duabus[a] puellis multum a[b] se senioribus ad consecrandum sancto[c] Vilico[d, 1] episcopo traderetur. Que cum iuxta numerum[e] annorum ad consecrandum offerentur[f], ut conperit divinitus praedictus pontifex Genovefa[g], virginibus que[h] illi[i] proponebantur[k] multum[l] sublimiores[m] ait[n]: 'Illa que[o] postergum sequitur[p] anteponatur, quoniam haec celitus iam est sanctificationem[q] adepta'. Sic itaque benedictionem[r] consecute, ab[s] obtutu[t] pontificis[u] discesserunt.

(9). Parentibus defunctis, arcessita[a] a[b] matre sua spiritalem[c, 2], in Parisius[d] urbem migravit. Et ut virtus Domini in infirmitate[e] eius[f] probaretur, et gratia Christi in ea conlata plus cresceret, tempus[g] aliquod ita est corpus eius obsessum paralisi, ut, laxatus[h] artus, nulla conpago adherere suo crederetur loco. De qua infirmitate[i] nimium afflicta, triduo corpus eius iam exanime, solis paululum genis[k] rubentibus, custodiebatur. Que cum denuo corporalem[l] fuisset[m] adepta sanitatem, profitebatur se[n] in spiritu ab angelo in requiem iustorum et[o] subplicio[p] impiorum deducta[q] et ibi se[r] vidisse parata[s] diligentibus[t] Deum premia[u], que incredibilia apud infideles habentur.

(10). Pluribus namque in hoc saeculo[a] viventibus secreta[b, 3] conscientia manifestissime declarabat[c], quid[d] propter adrogantes silere satius[e] quam emulantibus[f] innotescere, qui ingentem devotionem habent detrahendi. Nam dum[g] bonis invident, suam[h] superstitiosam indicant conscientiam.

Capp. 7—10. 1*b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*.

Cap. 7. a) aquam d. 1*b*; (d. *om.*) aqua 2*a*. b) matris 2*a*; s. *om.* 1*b*. c) extendens 1*b*. 2*c*. d) et *add.* 1*b*. e) *om.* 2*a*. f) allatam 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. g) *ita* 3*a*. *b*; spirante 2*b*; spargente 2*a*; suspirante 1*b*. 2*c*: *i. e.* sufflante. h) ab ea *om.* 1*b*. i) *ita recte* 1*b* (*cf. c.* 38); virtute *rell.* k) signatam 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. l) aqua 2*a*. m) fomenta 3*a*.

Cap. 8. a) duas 2*a*, *corr.* b) *ita* 1*b*. 2*b*; a *eras.* 3*a*, *om.* 3*b*; se *om.* 2*a*; a se *om.* 2*c*. c) *ita* 1*b*; *om. rell.* d) Iulico 2*c*; velum 3*a*. *b*. e) numero *pr. m.* 3*a*. f) *ita* 2*a*; offerentur *corr.* offererentur 2*b*; offerrentur 1*b*. 2*c*; traderentur 3*a*. *b*. g) Genovefam 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. h) virginesque que i. 3*b*. i) ille 3*a*, *corr.* k) pponebantur (?) *pr. m.* 1*b*; pr(a)eponebantur 2*b*. *c*. l) multo 1*b*. 2*b*. m) sublimioribus 2*a*; sublimiorem 2*b*. *c*. n) at 2*a*; et 2*b*. o) qui *pr. m.* 3*a*. p) sequebatur anteponitur 2*b*. q) sanctificatione *pr. m.* 3*a*. r) benedictione *pr. m.* 3*a*. s) ad 2*a*. t) obtuto *pr. m.* 3*a*. u) pontifices 2*a*.

Cap. 9. a) arcersita 1*b*; arciscita *pr. m.* 3*a*; arcessitam 3*b*; accersita 2*b*. *c*. b) et 3*b*. c) spiritali 3*b* *et* 2*b* (*e corr.* spiritale?); spirituali 1*b*. 2*c*. d) Parisio urbe 3*b*; Parisiam u. 2*c*. e) infirtate 2*b*. f) ea 3*b*. g) tempore aliquo 2*c*. 3*b*. h) laxatos artus 1*b*. 2*b*; laxatis artubus 2*c*. 3*b*. i) n. i. 3*b*. k) genus rubentibus 2*a*. l) corporali — sanitate *pr. m.* 3*a*. m) *om.* 2*a*. n) se:: in (*ras. fortasse* ab) 3*a*. o) ad *add.* 1*b*; in *add.* 2*b*. p) supplic(t)ium 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. q) *ita* 2*a*. 3*a* (*pr. m.*); deductam *rell.* r) v. se 3*b*. s) paratam 2*a*; *om.* 3*b*. t) se *add.* 2*a*. 3*b*. u) largientem *add.* 3*b*.

Cap. 10. a) *om.* 3*a*. b) *ita* 3*a* (*pr. m.*); secreta conscientiam 2*a*; s. conscientiae 2*b*. 3*b*; secretam conscientiam 1*b*; secretas conscientias 2*c*. c) declararet *pr. m.* 3*a*; declarare 3*b*. d) quod 2*c*; quae 1*b*. e) ratius 3*b*; est *add.* 1*b*. f) immolantibus 3*a* (*pr. m.*). *b*. g) du 3*b*; cum 2*c*. h) *om.* 3*a*. *b*.

1) *Praeterea ignotus est. Vita E teste Carnotensis episcopus erat:* consecrata a Vilico episcopo Carnotonensi; *cf. Kohler l. l. p.* 49. 2) *Est matrina, Gall. 'marraine'; cf. Ducange s. v. 'mater'.* 3) *Cf. Rufini historiam monachorum (Migne, Patr. lat. XXI, p.* 393*):* Multis praeterea ad se venientibus — — occulta cordis eorum indicabat.

(11). Adveniente sancto Germano Parisius[a], secunda vice[1] in[b] Brittania proficiscenti[c], universus populus in occursionem[d] eius egressus ab urbe est. At ille ilico sollicitus de Genovefa, quid agerit[e], sed vulgus, qui paratior[f] est ad derogandum[g] bonis, potius quam ad imitandum, adserebant eam inferiorem sibi, quam blasphemantes potius predicabant, quam reprobarent[h]. Nam sicut non iustificabitur[i] aliquis[k] aliena laude[l], ita nec ledetur[m] infamia[n]. Quorum[o] garrola[p] voce dispiciens sanctus Germanus[q], in civitate[r] ingressus, ad hospicium Genovefe usque pervenit. Quam[s] cum tanta humilitate salutavit, ut omnes mirarentur, et oratione facta, ostendit[t] his[u] quibus dispectui abebatur terram madidam, de suis[v] lacrimis inrigatam[w]. Et resedens, disposuit[x] eis[y] vite eius exordium, quemadmodum Nimptodero[z] palam[a] cunctis edixerat[b], simulque conmendans eam populo[c], viam quam[d] ceperat gressum direxit[e].

(12). Exiente[a] sono[b, 2], Attela[c] Chunorum[d] regem[e] sevitia superatum Gallia provintia[f] coepisse[g] vastare, terrore[h] itaque[i] perculsi Pariseorum[k] cives[l], bona[m] ac[n] stipendia facultatum suarum in[m] alias tuciores civitates deferre[o] nitebantur. Quorum matronas convocans Genuvefa, suadebat, ut[p] ieiuniis et orationibus ac vigiliis insisterent, quatenus possint[q], sicut Iudith[r] et Ster[s], superventura[t] clade evadere[u]. Consentientes ergo Genuvefe, dies aliquod[v] in baptisterio[w] vigilias exercentes, ieiuniis et orationibus, sicut Genuvefa suasserat, Deo[x] vacaverunt. Viris quoque earum idem[y] suadebat, ne bona sua a[z] Parisius[a] auferrent: nam[b] illas civitates, quas[c] esse tutiores credebant, gens irata vastaret[d]; Parisius vero incontaminata[e] ab inimicis, Christo protegente[f], salvandam[g], ut[h] factum est, adserebat. Insurrexerunt in eam cives Parisiorum, dicentes, pseudoprophetam[i] suis temporibus aparuisse[k], eo quod prohiberentur ab ea quasi[l] a peritura civitatem[m] in alias tucioris[n] urbis bona sua transferre.

Capp. 11. 12. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 11. a) Parasius 2*a*; Parisium 2*c.* 3*b.* b) in Britan(n)iam 1*b.* 2*c*; a Britannia 3*a. b.* c) proficiscente 2*b.* d) occursione *pr. m.* 3*a*; occursum 1*b.* 2*c.* 3*b*; occursu 2*b.* e) inquisivit *add.* 2*c.* 3*b.* f) patior *m. al. corr.* paratus 3*a*; itaratione *pr. m. corr.* itaratior est 2*a.* g) derandum 2*a*, *corr.* h) *ita* 1*b*; reprobabant 2*c*; inprobarent 2*b*; probarent 2*a.* 3*a. b.* i) iustificatur 1*b.* k) *ita* 1*a (hic redit). b*; quis *rell.* l) *ita* 1*a. b.* 2*c.* 3*b*; *om. rell.* m) leditur 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* n) infimia 2*a*; infamię *pr. m.* 3*a.* o) quarum 1*a.* p) garrulam vocem 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* q) German 1*a.* r) civitatem 1*b.* 2*b. c.* s) Que 3*a.* t) hostendis *pr. m.* 3*a.* u) a *add.* 2*b.* v) uis 1*a.* w) indigatur 1*a.* x) exposuit 1*b.* 2*b. c (non 1a).* y) (eis *pr. m. superscr.*) eius v. e. 3*a.* z) *ita* 1*b*; Nimtodero 1*a*; Nemetodero 2*b. c.* 3*b*; Nemetedero 2*a*; Neme:todero *m. al. corr.* in Metodero 3*a.* a) pala *pr. m.* 3*a.* b) &dixerat 1*a*; eduxerat 3*b.* c) pro *add.* 3*b*; in *add.* 2*c.* d) qua 3*b.* e) direxerat 2*a.*

Cap. 12. a) Exeunte 1*b.* 2*c.* b) sonum 1*a.* c) *ita* 1*a.* 2*a*; Atilla 3*a*; Attila 2*b.* 3*b*; Attilam 1*b.* 2*c.* d) Cunorum 2*a*; Hunorum 1*b.* 2*c.* 3*b*; Hunnorum 2*b.* e) *ita* 1*b.* 2*a. c*; regrem 1*a*; regis *pr. m.* 3*a*; rege *rell.* f) *ita* 1*a*; Galliam provint(c)iam (provincia *pr. m.* 3*a*) *rell.* g) *ita* 1*a. b*; c(o)episset *rell.* h) *om.* 3*a. b.* i) i. *om.* 1*b*; ita proculsi (*m. al. corr.* perc.) 3*a.* k) *ita* 1*a*; Parisiorum *rell.* l) civis 2*a.* m) bona — in *om.* 2*a.* n) *om.* 3*b.* o) differre 2*a.* p) et 1*a*; iam *m. al. corr.* ut 3*a.* q) *ita* 1*a.* 2*a*; possent *rell.* r) Iudiht 1*a.* s) *ita* 1*a* (*cf. c.* 56. storiam); Ester 1*b*; Hester *rell.* t) superventuram cladem 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* u) *om.* 1*a.* v) aliquos 3*a. b.* w) bapterio 2*a.* x) Deum vocaverunt 3*a.* y) *ita* 1*b cum rell.*; e. eadem 3*b*; earundem *pro* e. i. 1*a.* z) ad 2*a.* a) Parisio 2*c.* 3*b.* b) Na 3*b.* c) in quas secutiores:: cr. 1*a.* d) vastabat? *m. al. corr.* vastaret 2*a.* e) incontaminatam 1*b.* 2*c.* f) protegende 3*b.* g) salva::: *m. al. corr.* salvabatur 3*a*; salvanda 3*b.* h) *ita* 1*a. b*; ut f. est a. *om. rell.* i) sed (?) propheta *m. al. corr.* eam sicut prophetam 3*a*; pseudoprofeten 2*b*; pseudoprophetissam 2*c.* k) aperuisse 3*a*; apperuisse 2*a. c.* l) quas 2*a.* m) *ita* 1*a.* 2*a.* 3*b (pr. m.).* n) *ita* 1*a*; tutiores urbis 2*a*; tutiores urbes *rell.*

1) *Cf. Bedae h. eccl. I,* 21. 2) His diebus Romam sonus adiit *scripsit Greg., H. Fr. II, 7, ubi de rebus ab Attila gestis agitur.*

(13). Tractantibus ergo civibus, ut Genovefam[a] aut lapidibus obrutam[b] aut vasto[c] gurgite[d, 1] mersam[e] punirent[f], interea adveniente ab[g] Alceoderense[h] urbe arcediacono[i], qui olim audierat[g], sanctum[k] Germanum magnificum testimonium de[l] Genovefa dedisse, invenit per loca cives conventicola facere ac de interemptione[m] Genovefe contionari[n]. Qui cum[o] consilium[p] eorum cognovisset, et[q] dixit ad eos: 'Nolite, cives, tantum admittere[r] facinus. Ista[s], de cuius vos interritu[t] tractatis, referente sancto Germano antestite nostro, audivimus ex utero matris suae a Deo electa[u]. Et ecce eulogias[v], quas[w] illi[x] a sancto Germano relictas exhibeo!' Conperientes ergo[w] Parisiorum cives, Genovefa[y] testimonium sancti Germani Dei esse fidelissima[z] famula, ac[a] videntes eulogias, que illi[b], deferente[c] arcediacono, fuerant[d] allate, metuentes Deum[e] et his qui[f] ab arcediacono[d] dicebantur mirantes, dissipato pravo consilio, insidiandi finem fecerunt. Inpletum est
2.Thess.3,2.3. in[g] die[h] illa dictum apostoli, quo ait: *Non enim omnium*[i] *est fides; fidelis autem Deus qui conservavit*[k] *vos*[l] *et custodiet a malo.*

(14). Summi antestites[a] Martinus et Annianus[b] pro virtutum suarum[c] admiratione valde laudati sunt, eo quod unus aput Vangionum[d, 2] civitatem post pridie[e] in bello inhermis offerendus[f], utriusque[g] exercitus sevitia sedata[h], foedus obtenuit[i], alter vero Aurilianorum[k] urbem ab exercito[l] Chunorum[m] circumseptam[n], auxiliantibus Gotis[o, 3], meritis[p] orationum suarum, ne periret[q], promeruit. Porro Genuvefa[r] nonne[s] dignum est honorari[t], quae[u] idem orationibus suis predictum exercitum, ne Parisius[v] circumdaret, procul abegit[w]?

(15). A[a] quinto decimo namque usque ad[b] quinquagensimo aetatis sụe annum a die dominico[c, 4] in[d] quinta feria et[e] a quinta idem[f] die[c] dominico[c] ieiunium de-

Capp. 13–15. 1*a.b.* 2*a.b.c.* 3*a.b.*

Cap. 13. a) Genovefa 2*a*; Genofeva 3*a*. b) obruta 3*a*. c) :asto *pr. m.* 3*a*. d) gurgiti 2*b*. e) messam 1*a*; mersem 2*c*. f) ponerent 2*a*; puniretur 3*b*. g) ab — audierat *om.* 3*a*. h) *ita* 1*a*; Alcioderense 1*b*; Altesoderense 2*b*; Altesodorense 2*a*; Autisiodorense 2*c*. 3*b*. i) arce dieccono 1*a*; archidiaconum 2*a*. k) sanctam Germanam 1*a*. l) *om.* 3*b*. m) interemptionem 1*a*. n) *ita* 1*a.b*; concionare *rell.* o) *pr. m. superscr.* 2*a*. p) consilio 1*a*. q) *ita* 1*a*. 2*a*; *om. rell.* r) et mittere 1*a*. s) istam 1*b*. 2*c*. t) *ita* 1*a*; interitum 2*a*; interitu *rell.* u) electam 1*b*. 2*b.c.* 3*b*; electa est. Et 1*a*. v) eugolias 3*a*, *ut infra*. w) quas — ergo *pr. m. suppl.* 3*a*. x) illa s. 1*a*; illi sanctus Germanus reliquit 1*b*. y) Genovefae 2*b*. 3*a*; Genoveve 2*a*; Genovefam 1*b*. 2*c*. 3*b*; testimonio 1*b*. 2*b.c.* 3*b*. z) fidelissima femina 3*a*; fidelissimam famulam 1*b*. 2*b.c.* 3*b*. a) *ita* 1*a.b*; et iam v. *rell.* b) ille 1*a*. c) differente 2*a*. d) fuerant — arcediacono *om.* 3*b*. e) Deo 2*a*. 3*a*. f) *ita* 1*a*. 3*a (pr. m.)*; qu(a)e *rell.* g) *om.* 2*c*. 3*b*. h) dia 1*a*. i) est o. 3*b*. k) conservabit 1*b*. 2*c*. l) nos 1*a*.

Cap. 14. a) antistitis *pr. m.* 3*a*. b) Anianus 1*b*. 2*c*. 3*b*. c) suorum 2*a*. d) Vagionum c. 1*a*; Vagionem c. 2*a.b*; Vagatione *m. al. corr.* Vagationem civitatem 3*a*; Vangionem c. 3*b*. e) triduum 3*b*. f) offerundus 3*a*; offerendős 3*b*. g) utrique 2*a*. 3*a (pr. m.)*. h) sedans *m. al. suppl.* 3*a*. i) obtinuit 3*a*. k) *ita* 1*a*. 2*a*; Aurel. *rell.* l) *ita* 1*a*; exitu 3*b*; exercitu *rell.* m) Hunorum 1*b*. 2*c*; Hunnorum 2*b*. n) circumseptem 2*a*. o) Gutis 2*a*; Gothis 1*b*. 2*b*. 3*b*. p) meretricis 2*a*. q) perisset 3*a*. r) Genovefam 1*b*. 2*c*. 3*b*. s) non minus est 2*b*. t) honorare 2*a*. (3*b*); honora(nda *m. al. in ras. minore*) 2*b*. u) quae *pr. m. om.* 3*a*; idem *om.* 1*b*. 3*b*. v) Parisium 2*c*. 3*b*. w) abiecit 1*a*; egit 2*a*.

Cap. 15. a) (A *m. al. in ras.*) quindecimum (*m. al. corr.* quinto decimo) 3*a*. b) *ita* 1*a*; a quinquagesimo 2*a*; ad quinquagesimum *rell.* c) dominico — die *om.* 2*a*. d) *ita* 1*a*. 2*b*; a 3*a (pr. m.).b*; *om.* 2*c*; usque ad quintam feriam ieiunium continuabat et rursus a quinta feria usque ad posterum dominicum diem erat ieiunans. Esca 1*b*. e) et — dominico *om.* 1*a*. f) *ita* 2*b*. 3*a (pr. m.)*; id est 3*b*; item 2*c*.

1) *Cf. Verg., Aen. I,* 118: nantes in gurgite vasto. 2) *Sulp. Sev., V. Mart. c.* 4: apud Vangionum civitatem — — postera die — — inermis adstabo. 3) *Cf. Greg., Hist. Franc. II,* 7. *Biographus de Aetio Romanisque non cogitasse videtur.* 4) *Cf. V. Rade-*

solvit[a]. Esca[b] vero illi erat[c] panes[d] ordiatius[e] et fava[f], quam post duas[g] aut tres ebdomadas[h] in olla cocta[i] reconmiscens[k] edebat. Vinum autem, vel quicquid inebriare[l] hominem[m] potest, in omni vita sua non potavit. Post quinquaginsimum vero[n] annum, suadentibus episcopis, quibus contradici sacrilegium est, metuensque[o] illud Domini[p] dictum, quo ait: *Qui vos audit*[q], *me audit*[q], *et qui vos spernit, me spernit,* piscem[r] et lac cum pane ordiatio[s] edere cepit. Luc. 10, 16.

(16). Quociens[a] caelum conspexit, tociens lacrimata est. Et cum[b] esset mundo corde, quemadmodum Lucas euangelista discripsit[c] de beatissimo[d] Stephano, ita et haec[e] credebatur[f] caelos[g] apertos videre et dominum nostrum Iesum Christum stantem ad dexteram Dei, quoniam[h] irritum non est promissum Domini, quo ait: *Beati mundo*[i] *corde, quoniam*[k] *ipsi Deum videbunt.* Duodecim autem[l] virgines[m] spiritales[n], quas Hermas[o] discripsit, qui et Pastor[1] nuncupator[p], nequaquam ab ea discesserunt[q], sine quibus sive virgo sive penitens in *Hierusalem, que*[r] *aedificatur*[s] *ut civitas,* quoabtari[t] non potest[u], que nominantur[v] ita: fides, abstinentia, patientia[w, 2], magnanimitas, simplicitas, innocentia[x], concordia, caritas, disciplina[3], castitas, veritas et prudentia[y]. Haec[z] fuerunt indissolubiles[a] et indivise Genuvefe. cf. Act. Ap. 7, 55. Matth. 5, 8. Ps. 121, 3.

(17). Quanta[a] veneratione et amore dilexit Catulacensem[b, 4] vicum, in quo sanctus Dionisius[c, *] et[d] passus est et sepultus, nequaquam conprehendere queo. Utique[e] sanctus Dionisius primus episcopus civitatis[f] Pariseorum fuit, a persecutoribus in quarta[g, 5] ab eadem[h] urbem martirium consummavit; ut[i] conperi

*) cum sociis suis Rustico et Eleutherio *add.* 2c.

Capp. 15—17. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a.* 4*b.*

Cap. 15. a) *ita* 1*a*; dissolvit (dis *vel* de *eras.* 3*a*) *rell.* b) Escam 2*a.* c) vero *pro* erat 2*a.* d) *ita* 1*a.* 2*a*; panis *rell.* e) *ita* 1*a*; ordiacius 2*b.* 3*a*; ordeatios 2*a*; ordeacius 1*b.* f) *ita* 1*a*; faba *rell.* g) duos 2*a.* h) abdomadas 1*a.* i) coctam 1*b.* 3*b*; *om.* 2*c.* k) reconmis consedebat 1*a*; r., *om.* e. 3*a.* l) *ita* 1*a. b.* 2*c*; inebriari *rell.* m) *ita* 1*b.* 2*c.* 3*b*; p. hominem 1*a*; homo (h. *om.* 2*b*) p. 2*a. b.* 3*a.* n) *ita* 1*a. b*; *om. rell.*; quinquagesimo anno 2*a.* o) metuentesque 2*a.* p) *om.* 2*a.* q) audet 1*a.* r) pisces 1*a.* s) ordiacio 2*b.* 3*a*; ordeacio 1*b*; ordeaceo 2*c.* 3*b*; ordeacium 2*a.*

Cap. 8. a) quoties 2*b.* b) dum 2*b.* c) *ita* 1*a*; descr. *rell., ut infra.* d) beato 3*b.* e) h(o *e corr.*)c 2*b.* f) credabatur 2*a.* g) caelus apertus 2*a.* h) quo 2*a.* 3*a. b.* i) mundi? *pr. m.* 2*b.* k) *om.* 3*a.* l) *ita* 1*a. b*; *om.* 3*b*; enim *rell.* m) sunt *add.* 2*a. b.* 3*a. b.* n) *om.* 3*a. b.* o) *ita* 2*b*; Ermas 1*b*; Erma 1*a*; Hermias 2*a*; Hermes 2*c*; Hieremias 3*a. b.* p) *ita* 1*a*; nuncupatur 1*b*; nuncupatus est *rell.* q) *ita* 1*a*; et *add. rell.* r) quia 2*a.* s) edificabitur 3*a (pr. m.). b.* t) *ita* 1*a*; quoaptari *pr. m.* 3*a*; coaptare 2*a*; cohabitare 1*b*; coaptari *rell.* u) etiam *h. l. add.* 2*a. b.* 3*a. b, post* que *add.* 2*c.* v) nominatur 2*a. b.* 3*a (pr. m.).* w) *om.* 3*b.* x) innocentiam concordiam 2*a.* y) prudentiae 2*a.* z) H(a)e 3*a. b.* a) *ita* 1*a. b*; indissociabilis 2*a*; indissociabiles *rell.*

Cap. 17. a) que *add.* 2*a.* b) Ca:tulacensem 1*a*; Catholacensem 2*a. b.* 3*b*; Catholacinsem 3*a*; Catolacensem 2*c*; Catulliacensem 1*b.* c) Dyonisius 1*b.* 3*b, ut infra.* d) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* e) ut quae 1*a.* f) *ita* 1*a*; Parisiorum c. 2*b*; c. Parisiorum *rell.* g) *ita* 1*a.* 2*a. b*; quarto 1*b.* 2*c.* 3*a. b.* h) miliario *add. post* ab eadem u. 1*a. b, ante* ab ea urbe 2*c.* 3*b*; ab ea (eo *pr. m.* 3*a*) urbe (hab eam urbem 2*a*), *om.* mil. *(m. al. suppl.* 3*a) rell.* i) *ita* 1*a*; et 2*a. b.* 3*a*; et ut 1*b.* 2*c.* 3*b.*

gundis I, 23: Aliis quadragesimis aliquid relaxatius quinta feria sumebat, deinde dominica, *eaque ipsa sancta et pane hordeacio (ib. c.* 15*) et faba (ib. c.* 4*) vescebatur neque vinum contingebat.* 1) *Auctor. V. Genovefae versione Latina usus est ea, quae in cod. Vatic. Palat. n.* 150, *saec. XIV, extat; cf. de Gebhardt et Harnack, Hermae Pastor, Lips.* 1877, *p.* 229; *'N. Archiv' XVIII, p.* 31. 2) *In textu Gr. extat* δύναμις *(i. e. potentia), quod etiam in versione Lat. male translatum est per patientiam.* 3) *Versio Lat. pro 'disciplina' recte praebet 'hilaritas', quae post castitatem soror posita est.* 4) *Vicus S. Dionysii nomenque eius Catulacus ante saec. VIII. non commemorantur; cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 27; *XIX, p.* 459. 5) *Scil. leuga, nam milia passuum sunt sex.*

iuxta tradicionem [1] seniorum vel relationem[a] Passionis sue, a sancto Clemente, filio[b] in baptismo [2] sancti Petri apostoli, Romae[c] episcopus[d] ordinatus[e] et in hac[f] provincia ab eo directus est[g]. Docet nos leccio, quod primus episcopus Rome[h] Linus, secundus Cletus[i] fuit, utrique[k] a sancto Petro apostolo ordinati[l, 3], quatenus illi, sicut scriptum est [4], episcopatus[m] curam[n] gererent[o], porro sanctus Petrus apostolatus[p] impleret officium[q]; tercius vero Clemens, quem[r] ante dies aliquod passionis suae[s] in[t] sua ipse cathedra conlocavit [5], quin etiam certamen sancti Petri apostoli in Cessarea[u] gestum[v] cum Simone[w] Mago et virtutes[x] ac[y] mirabilia passim[z] a sancto Petro gesta[a] plane discripsit [6]. Ergo quia de sancto Clemente successore predicti[b] apostoli ac[c] de sancto Dionisio ab[d] eodem distinatum[e] disserui[f], ad propositum[g] revertamus[h].

(18). Devotio erat[a] Genovefae, ut in honore[b] sancti Dionisi[c] episcopi et martiris basilicam construeret[d], sed virtus [7] deerat[e]. Cui[f] cum solito presbiteri occurrissent, ait ad[g] eos: 'Venerabiles[h] in Christo sancti patres ac seniores mei[i], obsecro vos, ut faciat[k] unusquisque vestrum consolationem[l, 8], et edificetur in sancti Dionisi[m] honore[n] basilica[o], nam terribilem esse et metuendum[p] locum ipsum, nulli habetur ambicuum'. Ad illi responderunt: 'Erant[q] forsitam[r] parvitate[s] nostre vires[t] aedificandi? Nam[u] quoquende[v] calces[w] copia[x] deest'. Quibus Genovefa, Spiritu[y] sancto repleta[z], claro vultu, mente[a] preclariore[b] vaticinans manifestum[c] dedit[d] eloquium dixitque ad eos: 'Egrediatur, queso[e], sanctitas vestra, et

Capp. 17. 18. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 17. a) relatione 1*a*; revelationem 1*b.* 2*a.* 3*a. b.* b) filioli 2*a.* c) Romane 1*a.* d) Romalinus *add., sed pr. m. del.* 2*a (v. infra).* e) ordinator 1*a.* f) hoc pr. 2*a*; hanc provinciam 1*b.* 2*c.* g) directur 1*a.* h) Roma 2*a. b.* i) *ita* 1*a. b.* 2*c.* 3*a*; Anacletus 3*b*; Anaclitus 2*a*; Aneclitus 2*b.* k) utique 2*a. c.* 3*a. b*; uterque 2*b.* l) sunt *add.* 1*a. b.* m) episcopatur 1*a.* n) coram 3*a.* o) *ita* 1*b cum Ruf.*; generent 1*a*; agerent (agerint *pr. m.* 3*a*) *rell.* p) *ita* 1*b.* 2*c.* 3*a (m. al.)*; aps 1*a*; apls *pr. m.* 3*a*; apostolus *rell.* q) officio 1*a.* r) *ita* 1*a. b.* 2*c*; qui 2*a et pr. m.* 2*b.* 3*a*; que 3*b.* s) sui *pr. m.* 3*a.* t) *e corr.* 2*b.* u) *ita* 1*a.* 2*a*; C(a)esarea 1*b.* 2*b.* 3*b*; Cesaria *pr. m.* 3*a.* v) est *add.* 2*a.* w) Symone 1*b*; Symoni *pr. m.* 3*a.* x) virvirtutes 1*a*; virtutis *pr. m.* 3*a.* y) et 3*a.* z) passi 3*a. b.* a) *ita* 1*b*; gestaphane 1*a*; (g. *om.*) plene *rell.* b) predictae 2*a.* c) haec *m. al. corr.* et 3*a.* d) (ab *om.*) idem 3*b.* e) destinato 1*b.* 2*b. c*; *om.* 3*b.* f) deserui 2*a*; diserui 2*b.* g) prepositum 1*a.* h) *ita* 1*a. b*; red(d)eam *rell.*

Cap. 18. a) *ita* 1*a. b*; sanctae *add. rell.* b) honorem 2*c*; ohnorem 1*a.* c) *ita* 1*a.* 2*a*; Dionisii 2*b. c.* 3*a*; Dyonisii 1*b.* 3*b.* d) construerit 2*a.* e) di erat 2*a.* f) Qui 2*a.* g) *om.* 2*a.* h) Venerabilis — patris 2*a.* 3*a.* i) mi 2*b.* k) faciatur quique v. 1*a.* l) *ita* 1*a.* 2*a et pr. m.* 3*a*; con(l)lat(c)ionem *rell.* m) *ita* 2*a*; Dionisii 1*a.* 2*c.* 3*a*; Dyonisii 1*b.* 2*b.* 3*b.* n) *ita* 1*a. b.* 3*a. b*; honorem *rell.* o) basilicam 2*a.* p) metuendo 2*a.* q) Erat *pr. m.* 3*a*; Erit 3*b*; Deerunt 1*b.* r) *ita* 2*a.* 3*a*; forsitant 1*a*; forsitan *rell.* s) *ita* 1*a et pr. m.* 3*a*; parvitatis 2*c.* 3*b*; parvitati *rell.* t) viris 2*a.* 3*a.* u) Sed 2*b.* v) quoquandi 1*a*; coquend(a)e 1*b.* 2*b.* 3*b*; coquendi 2*c.* w) *ita* 1*a.* 2*a*; calcis *rell.* x) cupiam diest 2*a.* y) Spiritus 1*a.* z) replete 1*a.* a) que *add.* 3*b.* b) proclariorem 1*a.* c) est *add.* 2*a.* d) e. d. 3*b.* e) que sco sanctitas 2*a.*

1) *Haec traditio ante a.* 724. *non reperitur, eodemque saeculo Passio quam auctor citavit Dionysii conscripta est; cf. 'N. Arch.' XIX, p.* 449. 2) *Clemens in libro VI. ex. Recognitionum:* (Petrus), *inquit,* in fontibus, qui contigui habentur mari, perennis aquae mihi baptismum dedit. 3) *Cf. Lib. Pontif. (ed. Duchesne p.* 118*):* (Petrus) ordinavit duos episcopos Linum et Cletum. 4) *Rufini praef. Recogn. Clementis:* Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium. 5) *Ita ep. Clementis ad Iacobum c.* 2. 6) *Intelleguntur Clementis Recognitiones a Rufino in latinam linguam translatae.* 7) *I. q. vires, facultas: cf. c.* 40. 8) *Consolatio pro vocabulo solatium (= auxilium) accipitur; cf. Ducange h. v.*

deambulantes per pontem civitates[a], que audieritis[b] renuntiate mihi'. Qui cum egressi fuissent in platea[c], stupore repleti[d], stabant attoniti, et ecce! duo custodes porcorum non longe ab eis stantes, cum inter se sermocinarentur, ait unus ad alterum: 'Dum suis[e] vestigio[f] ob[g] partum vagantes[h] legerem[i·1], inveni furnum[k] calces[l] mire magnitudines[m]'. Alter pastor e contrario[n] respondit: 'Idem[o] et[p] ego inveni in silva arborem radicetus a vento evulsam[q] et sub radicibus[r] eius similiter furnum calces, de[s] quo ne[t] quicquam credo aliquando fuisse[u] sublatum'.

(19). Haec audientes presbiteri, porrectis[a] ad ethera vultos[b] oculisque in caelo[c] prae gaudio fixis, Deum benedixerunt, qui tantam[d] graciam famulae suae Genuvefe dignatus est conferre. Conperientes ergo loca, in quibus siti[e] erant furni calces, de quibus custodes porcorum contionabantur, regressi presbiteri, que a[f] pastoribus dedicerant Genuvefe[g] renuntiaverunt. Ad illa extemplo[h] pre gaudio sinum[i] lacrimis[k] implevit obortis[l·2], egressique[m] de domo sua presbiteri, poplitebus[n] inplicatis[o] genibusque[p] in terra[q] fixis[r], noctem[s] totam in oratione[t] et lacrimis consummavit, obsecrans, sibi a Domino opitulationem[u] adque auxilium conferri[v], quemadmodum possit[w] in honorem[x] summi antestites[y] ac[z] martires[a] sancti[b] Dionisi[c] basilicam construere.

(20). Que[a] luce prima vigiliis confecta[b] ad Genesium presbiterum properans direxit lacessevitque[c] eum, quatenus basilicam in suprascripti martires[d] honorem[e] construerent[f], cui et de calcis[g], quas Deus providerat, indicavit. Etenim Geneseus[h] presbiter, adubi[i] de calcis audivit, metu[k] superatus, Genuvefa[l] pronus[m] in[n] terra adoravit hac[o] repromissit, dies noctisque[p] se obnixe[q] que[r] iusserat impletu-

Capp. 18—20. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 18. a) *ita* 1*a*; civitatis *rell.* b) audieretes 1*a*. c) plateam 2*c*. 3*b*. d) replete *pr. m.* 3*a*. e) sues *corr.* suis 2*b*; sogios *pr. m.* 3*a*. f) *ita* 1*a*; vestigia 1*b*; vestigium *rell.* g) *ita* 1*a. b.* 2*a. c*; ob partu 2*b*. 3*a* (*pr. m.*); ab partu 3*b*. h) *ita* 1*a. b*; vacantes 3*a*; vocantes 2*a*; vagantis 2*b. c* (*pr. m.*). i) legere *pr. m.* 3*a*; elegerem 1*a*; eligerem 1*b*. 2*c*; sequerer 2*b*. k) furmum 1*a*. l) *ita* 1*a*; calcis *rell., ut infra.* m) *ita* 1*a*; magnitudinis *rell.* n) contrarium 2*a*; contra 2*b*. o) Item 1*b*. 3*a. b.* p) ergo i. 2*a*. q) evulsa 2*a*. 3*a*. r) radicitus *pr. m.* 2*a*. s) *om.* 3*a*. t) *ita* 1*a*. 2*a*; nec *rell.* u) *ita* 1*a. b*; esse *rell.*

Cap. 19. a) porrectus 2*a*. 3*a*; porrectos 3*b*. b) *ita* 1*a*; vultis 2*a*; vultus 3*a* (*pr. m.*). *b*; vultibus 1*b*; aspectibus 2*b*; nutibus 2*c*. c) *ita* 1*a et pr. m.* 3*a*; caelum *rell.* d) tanta gratia *pr. m.* 3*a*. e) sici 1*a*; *eras.* 3*a*; q. fuerant f. 3*b*. f) ad *pr. m.* 3*a*. g) *ita* 1*a*; Genovefae 1*b*; *om. rell.* h) atemplo 2*a. b*; adtemplo *pr. m.* 3*a*. i) sinu 2*a*. k) lacrimus 2*a*, *corr.* l) *ita* 1*a*; abortis 1*b*; *om. rell.* m) *ita* 1*a*; Egressique domum suam presbiteri 2*a*; Egressisque de domo sua presbiteris 1*b*. 2*b. c*; Egressisque (egressusque *pr. m.* 3*a*; que *om.* 3*b*) presbiteris de domo (demo *pro* de d. *pr. m.* 3*a*) sua 3*a. b.* n) *ita* 1*a*; poplitibus 1*b*. 2*b*. 3*b*; poplicibus 2*c*; publicibus? *pr. m.* 3*a*. o) implicastis 2*a*. p) gentibusque 1*a*. q) terri 2*a*, *corr.*; terram 1*b*. r) fixit 1*a*. s) nocte tota *pr. m.* 3*a*; noctemque t. 2*b*. t) orationem 2*a*. u) optitulationem 1*a*; opitulatione *pr. m.* 3*a*. v) conferre 2*b*. w) posset 1*b*. 2*c*. 3*b*. x) *ita* 1*a. b*; honore *rell.* y) *ita* 1*a*. 2*a*; antistitis *rell.* z) a 2*a*. a) *ita* 1*a*; martiris *rell.* b) Christi 2*b*; *om.* 2*c*. c) *ita* 1*a*. 2*a*; Dionisii 2*b. c*. 3*a*; Dyonisii 1*b*. 3*b*: *item infra.*

Cap. 20. a) Quem lucem *pr. m.* 3*a*. b) conficta 2*a*; confecit 3*b*; factis 1*b*. c) lucessevitque 1*a*; lacessivitque 2*c*. 3*b*; lacescivitque 2*b*; laciscivitque *pr. m.* 3*a*; lacisuitque 2*a*; accersivitque 1*b*. d) *ita* 1*a*; martiris *rell.* e) *ita* 1*a*. 2*a*; honore *rell.* f) construerint 2*a*; construeret 2*b. c* 3*b*; constituerent 1*a*. g) *ita* 2*a. b.* 3*a* (*pr. m.*); calcibus 1*a*. 2*c*. 3*b*; calce 1*b*. h) Genuseus 1*a*; Genesius *rell.* i) *ita* 1*a*. 2*a*. 3*a*; at ubi 2*b*; (ad *om.*) ubi 1*b*. 2*c*. 3*b*. k) meto *pr. m.* 3*a*. l) Genovefam 1*b*. 2*b. c*. 3*b*. m) protinus *pr. m.* 3*a*. n) in terram ador. 2*c*. 3*b*; ador. in terram 1*a*; (*om.* in t.) ador. 2*b*. o) haec 2*a*. p) *ita* 1*a*. 2*a*; die noctuque 2*c*; d. noctesque *rell.* q) obnoxie(ę) 2*a*. 3*a* (*pr. m.*); ea *add.* 2*b*. r) q. i. i. *om.* 1*a*.

1) *Cf. Verg., Aen.* 9, 392. 393: vestigia retro Observata legit. 2) *Cf. ibid.* 11, 41: lacrimis ita fatur obortis.

rum[a]. Universis denique[b] civibus, Genuvefa inplorante, auxilium ferentibus, in honorem[c] sepe[d] dicti martires[e] ad fastigium[f] usque[g] basilica constructa est.

(21). Opere[a] precium etiam illud indicare[b], quid miraculi tunc[c] per eam Dominus fecit. Cum, collectis carpentariis, que[d] ad crebro dictum[e] aedificium[f] de ligno opus erant[g], in salto[h] alii inciderint[i] ac[k] dolarent, alii in[l] plaustra conveherent, contigit, ut potum[m] deficeret[n], sed Genovefe, quod potum deesset, erat incognitum. Affari[o] Geneseus[p] presbiter Genuvefa[q] coepit, quatenus oppifices[r] coortaret[s], quousque ille ad civitatem pergeret potumque velociter exhiberet. His auditis, Genuvefa vas, in quo potum dilatum[t] fuerat, quod cupam noncupamus, sibi petiit monstrari[u]. Que[v] cum fuisset ostensa, expostulavit[w], a se omnes seorsum discedere. Et illa genibus in terra[x] fixis, lacrimas fundens[y], ubi[z] sensit[a] se obtenuisse, que praecabatur[b], surgens, oratione conpleta, signum crucis super vas poculi fecit. Mirabile[c] dictum[d]! Statim cupa usque ad summum poculo[e] impleta est, et ex eo, qui ad operandum[f] accersiti[g] fuerant, quam diu omne[h] opus basilice[i] consummatum est, uberrime potantes[k], maximas Deo gratias retullerunt.

(22). Fuit illi devotio[a], ut noctem[b] sabbati, que[c] lucescit[d] in prima sabbati[c], iuxta tradicionem[e] Domini quemadmodum servus prestolans dominum suum,
cf. Luc. 12, 36. quando redeat de[f] nuptiis, pervigilem duceret[g]. Vice quadam post intempesta[h] nocte, iam proximum diem dominicum[i] gallorum[k] cantu vel plausu[1] indicante, egreditur de receptaculo[l] suo, ut ad basilicam[m] sancti Dionisi pergeret. Contigit, ut cereos[n] qui ante eam[o] deferebatur extingueret[p], turbateque[q] sunt virginis[r] qui[s] cum ea erant ab horrore[t] tetre[u] noctis et a nimio[v] cyno[w] vel imbre, qui ab[x] ethere[y] fundebatur. Ilico Genovefa cereum extinctum sibi dare[z] petiit. Quem[a]

Capp. 20—22. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*.

Cap. 20. a) impletorum 2*a*. b) Universisque 1*a*. c) *ita* 1*a*. *b*; honore *rell.* d) s. (dic *m. al. in ras.*)ti 3*a*; ad predicti m. 1*a*. e) *ita* 1*a*; martiris *rell.* f) vestigium 1*a*. g) u. ad basilicam 2*a*.

Cap. 21. a) Opera 1*a*. b) iudicare 1*a*. c) *bis fortasse scr. erat* 1*a*. d) quod 3*b*; qui 1*b*. e) dicto 2*a*. 3*a*. f) quod *add.* 1*b*. g) erat 1*b*. 3*a* (*pr. m.*). *b*. h) saltu 1*b*. 2*b*. (*c*); saltum 3*a* (*pr. m.*). *b*. i) *ita* 1*a*; inciderent *rell.* k) ac d. *om.* 2*b*. l) *om.* 2*a*. m) potus 1*b*. 2*c*, *ut infra.* n) defecerat *pr. m.* 3*a*. o) Affarri *pr. m.* 2*a*. 3*a*; Afferri 3*b*. p) Ieneseus 1*a*, *corr.*; Genesius (*e corr.* Gesius 2*a*) *rell.* q) *ita* 1*a*; pr. Genoveva 2*a*; pr. Genovefam 1*b*. 2*b*; Genovefam pr. 2*c*; G. *om.* 3*a*. *b*. r) *ita* 1*a*; opificis 2*a*; opices 3*b*; opifices *rell.* s) cohortaretur 2*c*. 3*b*. t) *ita* 1*a*; del. *rell.* u) monstrare 2*a*. 3*a*. *b*. v) Qui *m. al. corr.* Cui 3*a*. w) et postulavit *pr. m.* 3*a*. x) *ita* 1*a*. *b* (*cf. supra p.* 223, 14); tellure (tellore 2*a*) *vel* tellurem *rell.* y) fudit 3*b*. z) obi 2*a*, *corr.* a) *ita* 1*a*. *b*; sensit (*om.* se) 2*c*; se sensit *rell.* b) recabatur 1*a*; praedicabatur 2*a*. c) Mirabilem 1*a*; Mirabili *pr. m.* 3*a*; Mirum 3*b*. d) dictu 1*b*. 2*c*. 3*b*. e) *ita* 1*a*. 2*b*. *c*; vino 1*b*; poculum *rell.* f) operando 2*a*. 3*a*. g) *ita* 1*a*; arcersiti 1*b*; acciti *rell.* h) omni 1*a*; omnem 2*a*. i) basilici *pr. m.* 3*a*. k) put. 2*a*.

Cap. 22. a) devotius 1*a*. b) nocte 2*a*. *b*. 3*a*. c) que — sabbati *om.* 2*a*. *b*; *haec m. al. suppl.* 2*c*. d) lucescet 1*a*; lucessit 3*b*. e) tradicione *pr. m.* 3*a*. f) a nuptiis 2*b*; ad nupcias *m. al. corr.* a nupciis 2*c*. g) ducerit 2*a*. 3*a*; ducerent 1*a*. h) intempestam noctem *pr. m.* 1*b*; intempestate noctis 2*a*. i) dominico 2*a*. k) *ita* 1*a*. *b*; g. pl. v. c. 2*b*. *c*. 3*a*; gallo plausa v. c. 2*a*; galliu (*om.* p. v.) cantus 3*b*. l) (rec *m. al. in ras.*)eptaculo 3*a*. m) bisilicam 2*a*. n) *ita* 1*a*; cereus *rell.*, *ut infra.* o) ea *pr. m.* 3*a*. p) extinguerit 2*a*; extingue 3*a* (*pr. m.*); extingueretur 1*b*. 2*b*. *c*. 3*a* (*m. al.*). q) turbatique *pr. m.* 3*a*. r) *ita* 1*a*; virgines *rell.* s) *ita* 1*a*. 2*a*. 3*a* (*pr. m.*); qu(a)e *rell.* t) errore 1*a*. u) trete 2*a*, *corr.*; *om.* 3*b*. v) et animo a c. 2*a*. w) *ita* 1*a*; c(a)eno *rell.*; c. v. *eras.* 3*a*. x) in 3*b*. y) itinere 2*a*. 3*a*. *b*. z) dari 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*. a) que 2*a*. 3*a* (*pr. m.*).

1) *Plinius*, *H. nat.* X, 21, *de gallis*: Diem, *inquit*, venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum.

cum in[a] manu accepisset[b], continuo[c] inluminatus est, eumque in manu gestans[d], ad basilicam usque pervenit, et ibi ante eam[e] lucens cereos[f] ipse igne consumtus est.

(23). Similiter eodem tempore ingressa in[a] ecclesiam[b], cum diutissime solo recubans[c], oratione conplaeta, a pavemento surrexit, cereos necdum[d] ab igne contactos[e], divino nuto[f] succensus, in[g] manu eius inluminatus est. Idem[h] in cellola sua agiunt[i] cereum in manu eius sine succensione[k] ignis inluminatum, de quo etiam cereo[l] plures infirmi, fide instigante[m], paulolum cum reverentia auferentes[n], pristinam[o] receperunt sanitatem.

(24). Quedam femina[a] furto[b] abstullit eius calciamenta[c], que[d] ut ad[e] domum suam pervenit, continuo oculorum lumen[f] amisit[g]. Ergo ut cognovit furuncula[h], caelitus in se ulcisci iniuriam Genuvefae, alterius[i] ad eam ducatu revectans calciamenta[k] ruensque ad pedes Genovefae, ignosci[l] sibi[m] pariter et lumen[n] restitui ululans exorabat. Genuvefa vero, ut erat[o] benignissima[p], manu eam ab umo subridens levavit[q], et[r] signans oculos eius, pristinum visum[s] restituit.

(25). In[a] Lugduninsi[b] oppido[1] quid miraculi per eam Dominus fecit, edicere[c] series[d] lecciones[e] expostulat[f]. Adveniente Genuvefa[g] aut procul[h] ab ipso oppido, maxima pars populi in occursionem[i] convenit[k], inter quos et parentes cuiusdam puelle, que[l] novem[m] annis ita erat paralisi[n] egretudinem[o] adflicta, ut nequiverit[p] cuiusquam[q] iudicare[r, 2] conpage[s] menbrorum. Supplicantibus ergo parentibus puelle vel senioribus populi, ad domum puelle pervenit[t]. Oracione

Capp. 22—25. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 22. a) *ita* 1*b.* 2*b*; in manum 1*a*; (in *om.*) manu *rell.* b) *ita* 1*a. b*; capisset 2*a*; caperet *m. al. in ras.* 3*a*; c(a)episset 2*b. c.* 3*b.* c) c. accensus est 1*b*; *haec om.* 1*a.* d) genstans 2*a.* e) antea l. 2*a*; a. iam l. 2*c.* f) *ita* 1*a*, *ut infra.*

Cap. 23. a) *om.* 3*b.* b) ecclesia 2*a.* 3*a.* c) recumbans 2*a.* d) :::::: necdum 1*a*; nec (*om.* dum) 3*a.* e) *ita* 1*a*; contactus *rell.* f) *ita* 1*a*; nutu *rell.* g) in m. e. *om.* 3*b.* h) Etenim in c. 1*b*; Ipse vero in c. 3*b.* i) *ita* 1*a*; aiunt *rell.* k) succensionem 2*a.* l) cereum 2*a*; *om.* 3*a.* m) instigantem 2*a.* n) auferens *pr. m.* 3*a.* o) pr. recip. sanitate *pr. m.* 3*a*; pristinas r. sanitates 3*b.*

Cap. 24. a) feminam 2*a.* b) *ita* 1*a. b.* 2*b*; furtum 2*a.* 3*a* (*pr. m.*); furtim 3*b.* c) calmenta 2*a*, *corr.* d) qui 2*a.* e) *om.* 2*a.* 3*a.* f) l. *m. al. ante* oc. *suppl.* 3*a*; l. o. 3*b.* g) admisit *pr. m.* 3*a.* h) feruncula 3*a.* i) *ita* 1*b.* 2*b. c*; alteri usus adoccatum refectans 1*a*; alterias ad eam ducatore vectens 2*a*; a. ad eam docatur evectans *pr. m.* 3*a*; a. ad eam ducatu evectans 3*b.* k) reportans *add.* 1*a et sic B pro* revectans. l) ignosce 2*a.* 3*a* (*pr. m.*). m) *om.* 2*a.* n) *ita* 1*a. b*; inluminare (inluminari 3*b*; illuminari 2*c*) *pro* l. r. *rell.* o) erit 2*a*; a *pro* erat 3*b*; *post* erat *eras.* ad 3*a.* p) benignissa 1*a*; benignissimam *pr. m.* 3*a*; benig(nissima *m. al. suppl.*) 2*c.* q) lavavit 1*a.* r) *om.* 3*b.* s) lumen 2*b. c.*

Cap. 25. a) Tunc in L. 1*a.* b) *ita* 1*a*; Lugdunensi 1*b.* 2*c*; Lugdunense 2*a.* 3*b*; Lugdonense 2*b.* 3*a* (*pr. m.*); op(p)idum 2*a.* 3*a* (*pr. m.*). c) &dicere 1*a.* d) senes 3*a.* e) *ita* 1*a*; lectiones 2*a.* 3*a*; lectionis *rell.* f) expostulatus 1*a.* g) Genovevae 2*a.* h) pro 2*a et pr. m.* 3*a*; ab *om.* 2*a.* i) *ita* 1*a. b*; occursione 2*a.* 3*a* (*pr. m.*); occursum 2*c.* 3*b*; occursu 2*b*; eius *add.* 2*b.* 3*b et m. al.* 2*c.* k) *ita* 1*a. b*; venit *rell.* l) qui 2*a.* m) nove *pr. m.* 3*a.* n) paralysis 1*a. b* (*cf. infra c.* 36). o) *ita* 1*a*; aegritudinem afflictam 2*a*; (a)egritudine (egritudini *pr. m.* 3*a*) afflicta (adflicta 3*a*) *rell.* p) nequieverit 2*a*; ne quieverint *pr. m.* 3*a*; nequierit 2*c.* q) cuiusdam 2*a*, *corr.*; aliquam 3*b.* r) *ita* 1*a.* 2*a. b.* 3*a* (*pr. m.*); indicare *m. al.* 3*a*; solvere 3*b*; iuvari 1*b.* 2*c*; *cf.* '*N. Arch.*' *XIX, p.* 446. s) conpagem 2*a. b.* 3*b.* t) et *add.* 1*b.* 3*a. b.*

1) *Ita Lugdunum Clavatum (hodie Laon) a scriptoribus posterioribus appellatur; cf.* '*N. Archiv*' *XVIII, p.* 38; *XIX, p.* 459. 2) *I. q. dirigere; cf. Greg., De virt. S. Mart. II, c.* 3: nec poterat quemquam iudicare membrorum.

facta, contrectansque[a] dissolutus[b] artos[c] puelle[d] propriis manibus, eam se vestire vel calciare precepit. Et ita a[e] lecto suo[f] surgens, ad ecclesiam cum populo incolomis[g] perrexit. Quod miraculo[h] cum vidissent[i] turbe, benedixerunt dominum nostrum Iesum Christum, qui tantam gratiam diligentibus se prestare dignatus est, et remeante[k] Genuvefa ab ipso oppido psallentes et exultantes populi[l] deduxerunt.

(26). Cum esset gentiles[a] Childericus[b] rex[c] Francorum, veneratione qua[d] eam[e] dilexit effari[f] nequeo[g], adeo ut vice[h] quadam[i], ne[k] vinctus, quos interemere[l] cogitabat, Genuvefa abreperet[m], egrediens urbem[n] Parisiorum, portam[o] claudi precepit. Adubi[p] ad Genovefa[q] per fidus[r] internuntius regis[s] deliberatio[t] pervenit[u], convestim ad liberandas animas properans direxit. Non minimum populi mirantes[v] fuit spectaculum[w], quemadmodum[x] se porta civitatis inter manus eius sine clave[y] reseravit. Sicque regem[z] consecuta, ne[a] vinctorum[b] capita amputarentur, obtenuit.

(27). Fuit quidam sanctus in partibus Orientis valde contemptor[a] seculi nomine Simeon[b, 1] in Siria[c] Ciliciae[d] eminus ab Anthiocia[e] constitutus[f] in colomna annis fere[g] quadraginta. Quem aiunt sedole[h] negotiatores[i] euntes ac redeuntes de Genovefa interrogasse, quam etiam veneratione profusa salutasse et, ut eum[k] in orationibus suis memorem[l] haberet, poposcisse ferunt[m]. Admirabile[n] istud cf. Apoc. 3, 15. apud[o] nos nec calidus[p] nec frigidus christianus habetur[q], quod[r] ita scientia Dei Christi[s] fidelissimi[t] famuli, veluti sensum[u] Domini[v] cognuscentes, tantas[w] inter se[x] positas[y] proventias, semet ipsos[z] ab administratione sua conperiant[a].

(28). Puella quaedam iam[a] nobilis et iam desponsata[b] nomine Caelinia[c, 2],

Capp. 25—28. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 25. a) contractansque 2*a*. b) desolatus *m. al. corr.* desolatos 3*a*; dissolutos 1*b*. c) *ita* 1*a*; artus *rell.* d) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* e) a lectu *pr. m.* 3*a*; ad lectum 2*a*; de lecto 1*b*. f) *ita* 1*a. b*; (suo *om.*) surg. *rell.* g) incolemes *m. al. corr.* incolemis 3*a*. h) *ita* 1*a.* 3*a (pr. m.)*; miraculo 2*a*; miraculum 1*b.* 2*b. c.* 3*b*. i) vident *corr.* viderent 2*b*. k) remeante Genuvefam 1*a*; remeantem Genovefam 1*b.* 2*b*. l) eam *add.* 2*c*, *post* ded. *add.* 3*b*.

Cap. 26. a) *ita* 1*a*; gentilis 1*b.* 4*b. c*; gens 2*a.* 3*a (? pr. m.)*; ingens 2*c (m. al. del.).* 4*d. e*; *om.* 2*b.* 3*b.* 4*a*; C. e. g. *eras.* 3*a*. b) Hilderece *corr.* Hilderice 2*a*; Hildericus 2*c*. c) *ita* 1*a. b*; Fr. r. *rell.* d) que 1*a*. e) ea *pr. m.* 3*a*. f) affari 3*a*. g) (ne *m. al. in ras.*)queo 3*a*. h) vicem 2*a*. i) quedam 1*a*. k) revinctos 2*b*. l) interemine 1*a*. m) *ita* 1*a*; abreperit *pr. m.* 3*a*; ariperit 2*a*; abriperet *rell.* n) urbe 1*a*. o) porta 3*a (pr. m.). b*. p) ubi ad 1*a*; adubi (atubi 3*a*), *om.* ad 3*a. b*. q) Genovefam 1*b.* 2*b. c*. r) fidelem internuntium 2*b*. s) reges 2*a. c (pr. m.)*. t) deliberatione 1*b.* 3*a (m. al.). b*. u) advenire *m. al. corr.* advenisse 3*a*; advenit 3*b*. v) *ita* 1*a.* 2*a.* 3*a (pr. m.)*; mirantis 1*b.* 2*b.* 3*b*; admirantes 2*c*. w) expectaculum 3*a. b*. x) queadmodum 2*b*. y) clavem 1*a*. z) regam 1*a*, *corr.*; rege *pr. m.* 3*a*. a) nec 1*a*. b) vincturum *pr. m.* 3*a*.

Cap. 27. a) contentursae oculi nominis 1*a*. b) *ita* 1*a*; Symeonis 3*b*; Symeon *rell.* c) Syria 1*b.* 3*b*. d) Cilitiae 3*b*; Silicie 2*c*; Cyle 1*a*. e) *ita* 2*b*; Anthiotia 1*a*; Anthiochia 2*c.* 3*b*; Antiochia 1*b.* 2*a.* 3*a*. f) fuit *add.* 1*a*. g) fera 1*a*. h) *eras.* 3*a*. i) negotiatoris *pr. m.* 3*a*. k) eius 3*b*. l) memor (iter *m. al. in ras.*) 3*a*; memoriam 3*b*. m) poposcit sere ferunt 1*a*; poposcisse. Fuerunt 2*a. b.* 3*b*; poposcisse. Fuer::t (adm. istud *eras.*) 3*a*; f. *om.* 1*b.* 2*c*. n) admirabilem 2*a*. o) quod 2*b*; *om.* 1*a*. p) callidus *pr. m.* 3*a*; calidos nec frigidos 2*b*, *quod requiritur.* q) habitor *m. al. corr.* habitator 3*a*; haberetur 2*c*. r) quo 2*b*. s) *om.* 2*a*. t) fidelissima famula 1*a*. u) sinsu 1*a*; se:::: 3*a*. v) *om.* 3*a. b*. w) tantus 1*a*; tantis 1*b.* 2*a*. x) *eras.* 3*a*. y) positus 2*a*; *om.* 3*b*; positis provinciis 1*b*. z) ipsus *pr. m.* 3*a*. a) conpereant 2*a.* 3*a*.

Cap. 28. a) *eras.* 3*a*; fuit 1*a. b*; *om.* 2*c*. b) disp. 3*a (pr. m.). b*. c) *ita* 1*a cum V. Remed.*; Cilinia *rell.*

1) *Simeon c. a.* 460. *mortuus est; cf. 'N. Archiv' XVIII, p.* 22. 2) *Nomen est matris S. Remedii; cf. V. Remedii c.* 1 *(Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 64*). Inter basilicam S. Genovefae et eccle-*

ut conperit tantam[a] gratiam[b] Christo[c] Genovefe conlatam, petiit sibi ab[d] eam veste[e] mutare[f]. Quod cum aduliscens, cui fuerat promissa, audisset[g], protinus indignatione repletus Meldus[h. 1] urbem[i], ubi Cilinia[k] cum Genovefa morabatur[l], advenit. Mox Genovefa[l] una cum Caelinia[m], ut advenisse aduliscentem[n] conperit, summa[o] cum festinatione ad[p] ecclesiam perrexit. Magni miraculi res[p] fuit, quemadmodum[q] se, easdem[r] fugientes ad ecclesiam[s], simul et baptisterium quod interius erat reseravit. Sic itaque predicta puella ab huius mundi naufragium[t] vel contagione liberata usque in consummationem[u] in abstinentia et[v] castitate perseveravit.

(29). Per idem[a] tempus sepe dicta Cilinia obtulit Genovefe puellam[b] de ministerio suo, cui biennio[c] fere egrotante[d] etiam pedum usus fuerat ablatus[e]. Quam ut manibus Genovefa[f] contrectavit[g], confestim[h] sanitatem consecuta est.

(30). Factum est, ut in Parissius[a] propria[2] urbe[b] offerentur[c] ei[d] inter viros et mulieres XII anime, quae a[e] demonibus gravissime vexabantur. Ilico[f] Genovefa[g] Christum sibi obsecrans[h] in auxilium exsurgere ad[i] orationem[k] recurrit, continuoque[l] inergumini[m] suspenduntur in aera, ita ut nec manus eorum cameram[n] nec pedes terram tangerent. Que cum ab oratione levasset iussissetque[o] eos ad sancti Dionisi episcopi[p] et martires[q] basilicam pergere[r], e[s] contrario inergumini clamabant[t], nequaquam sibi[u] gradiendi[v] facultatem[w] concedi[x], nisi ab ea desolverentur[y]. Et ita a[z] Genovefa signati[a], revinctis postergum[b] manibus, ac silentes[c] ad basilicam[d] praedicti martires perrexerunt; illaque[e] post[f] duabus[g] fere oris subsecuta eos, ad crebro[h] dictam[i] basilicam pervenit[k]. Que cum orare, ut mores[l] sibi erat, adherens pavimento[m], cum fleto[n] coepisset, vociferabant[o] inergumini[p] cum ingenti clamore, prope iam esse quos[q] advenire[r] sibi in solatio[s]

Sulp. Sev. Dial. 3, 6.

Capp. 28—30. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 28. a) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* b) a *add.* 1*b*; gratia — conlata 2*a.* 3*a.* c) Christi 2*b. c.* d) *ita* 1*a*; ab ea 1*b*; ab (ad 2*a*) ipsa *rell.* e) vestem 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* f) mutari 1*b.* 2*b. c.* g) fdifset *(sic)* 2*a.* h) Meldis 1*b.* 2*c*; Meltis 3*b.* i) *om.* 1*a.* k) Cylinia 1*b*, *ut infra.* l) morabatur — Genovefa *om.* 2*a.* m) *ita* 1*a.* n) adolescente *pr. m.* 3*a.* o) *ita* 1*a. b.* 2*b*; cum (con 3*b*) s. *rell.* p) ad — res *m. al. in ras. scr.* 3*a.* q) fuit pro eisdem ad se confugientibus ecclesia simul 3*b.* r) hisdem fugient(ibus *m. al. in ras.*) 1*b*; eisdem fugientibus 2*c.* s) aecclesia *pr. m.* 3*a.* t) naufragio 1*b.* 2*b.* 3*b.* u) consummatione 3*a.* v) in caritate 1*a.*

Cap. 29. a) eo 2*a.* b) puella 2*a.* 3*a (pr. m.).* c) biennium 2*a.* d) *ita* 1*a*; egrotanti *rell.* e) ablactus 2*a.* f) Genovevae 2*a.* g) contractavit 2*a.* h) confestem 1*a.*

Cap. 30. a) Parisius 2*a. b.* 3*a*; Parisio 2*c.* 3*b.* b) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* c) offerrentur 1*b.* 2*c.* 3*b*; offererentur 2*b.* d) *om.* 2*c.* 3*b.* e) *om.* 2*a.* f) Ilia 1*a.* g) Genofevae *m. al. corr.* Genofeva 3*a.* h) in a. o. 2*b.* i) in 1*b.* 3*b.* k) oratione *pr. m.* 3*a.* l) que *om.* 3*b.* m) inergumiru 1*a*; inergumine *pr. m.* 3*a.* n) *eras.* 3*a.* o) *ita* 1*a. b*; iussitque (que *om.* 2*b. c*) *rell.* p) *ita* 1*a. b*; ep. et *om. rell.* q) *ita* 1*a*; martiris *rell.*, *ut infra.* r) perger(e *m. al. in ras.*) 3*a*; pervenire 3*b.* s) *om.* 3*b.* t) clamant 2*b.* u) gr. sibi 3*b.* v) esse *add.* 3*b.* w) facultate *pr. m.* 3*a.* x) concedu 1*a*; *om.* 3*a. b.* y) *ita* 1*a*; solverentur 2*c*; dissolv. *rell.* z) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* a) *ita* 1*a. b*; signate revictis 2*a*; signat aere vinctus *pr. m.* 3*a*; signat aere vinctos *et add.* positis 3*b*; signat ire vinctis 2*c*; signat revinctos 2*b.* b) post (tergum *m. al. in ras.*) 3*a.* c) silientes 3*b*; silenter 2*b. c.* d) basilica *pr. m.* 3*a.* e) Itaque 2*a.* f) prae 2*b.* g) duas f. horas 1*b.* 2*c.* h) crebo 2*a.* i) dicta basilicam 2*a*; dicta basilica *pr. m.* 3*a.* k) perv. *ante* bas. 3*b.* l) *ita* 1*a*; mos 1*b*; moris *rell.* m) pavimentum 1*a.* n) *ita* 1*a*; fletu *rell.* o) voceferebant *pr. m.* 3*a*; vociferabantur 1*b.* p) inergumine 1*a.* q) quo: 2*b.* r) advenisse 3*b.* s) solatium 2*a. b. c.*

siam Remensem necessitudo quaedam intercedebat, cuius rei testes sunt et Testam. Remig. et Vita E Genovefae ab auctore Remensi composita; cf. 'N. Archiv' XVIII, p. 40. 48. 1) *Meaux.* 2) *Cf. infra c.* 39.

Genovefa[a] praecabatur[b]. Forsitan[c], ut opinor, angeli aut martires[d] vel iusti eidem[e] in auxilium conveniebant[f], saltim[g] ipse[h] dominus noster Iesus Christus,
Ps.144.18.19. *qui prope est omnibus invocantibus se in veritate, quique voluntate*[i] *timentium*[k] *se faciet*[l] *et deprecationem*[m] *iustorum exaudiet, hac salvantur*[n] *ab eo.* Elevansque[o] Genovefa ab oratione et signans unumquemque singulariter, omnes[p] continuo ab obsessis[q] spiritibus inmundis curati[r] sunt. Moxque[s] omnium adstantium nares[t] nidor[u] ac faedor[v] gravissimus adtegit[w], videlicet ut cuncti crederent[x] animas a[y] vexatione demonum[z] emundatas. Et magnificavit omnes[a] coetus Dominum[b] in tale signo[c].

31. Adveniens quaedam[a] puella a[b] Biturigensi urbe Parisius[c], quae post consecrationem[1] corpus suum violaverat, sed ab[e] hominibus inmaculata credebatur. Interrogatur a[f] Genovefa, utrum sanctaemoniales[g] esset[h] an vidua[i]. Ad illa respondit, se[i] in sanctimonio[k] consecratam[l], intacto[m] corpore, Christo dignum prebere famulatum. E[n] contrario Genovefa locum ac tempus vel[o] hominem[p] qui[q] corpus eius[r] violaverat exposuit. Ad illa, que in cassum[s] se Christi sponsa[t] profitebatur[u], conscientia convicta, protinus ad pedes Genovefe corruit. Multa de huiuscemodi[v] hominibus disseruit[w], quae propter longam[x] narrationem silentium[y] pretermisi[z].

32. Post non longe[a] temporis[b] spatium erat cum ea mulier, que ab ipsa fuerat[c] a vexatione diabuli emundata, cui[d] filius annorum quatuor. Qui casu ruit in puteum, et post tribus[e] fere oris exinde sublatus[f] a matre sua, cum fletu et gemitu ante pedes Genovefe, vultu contritu[g], defunctus[h] expositus est. Quem cum[i] accepisset Genovefa et palleo suo quooperuisset[k], prostrata[l] in oratione.

Cap. 30—32. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 30. a) Genuvefe 1*a*. b) precavatur *pr. m.* 3*a*; *post* prec. *vocabulum eras.* 2*a*. c) *om.* 1*a. b.* d) martiris 2*a*. e) eidem 1*a. b* (*pr. m.*). f) conveni (*sic*) 3*b*; conveniebant *pr. m. in ras.* 2*b*; convenerunt 2*c*. g) atque 3*b*; ymmo 2*c*. h) ipsi 1*a*. i) *ita* 2*a et pr. m.* 1*a*. 3*a*; voluntatem 1*b*. 2*b*. 3*b*. k) *ita* 1*a*. 2*a*; timentibus 3*a*; mentibus 3*b*; *omnino aliud habet* 2*c*. l) faciat 1*a*; faciet — exaudiet 3*b*; facit — exaudit 1*b*. 2*b*. m) *ita* 1*a. b*; deprecationis *pr. m.* 3*a*; deprecationes *rell.* n) salvantur 3*a*. o) se *add.* 2*b et m. al.* 3*a*: Elevans autem se G. 2*c*. p) omnis *pr. m.* 3*a*; que *add.* 2*c*. q) *om.* 3*a*. r) curate 2*a*. s) que *om.* 2*c*. 3*b*. t) naris *pr. m.* 3*a*. u) odor 1*a. b* (*cf. infra c.* 35). v) *ita* 1*a* (*cf. infra c.* 35. f(o)edelissimo); fraetor *rell.* w) *ita* 2*a*. 3; adtangit 1*a*; attigit 1*b*. 2*b. c*; repplevit 3*b*. x) crediderant 1*a*. y) ad 2*a*. 3*a*. z) daemonis 3*b*. a) omnis 2*a*; omnis 1*b*. 3*a*. b) *ita* 1*a. b*; Deum *rell.* c) signum 3*a* (*pr. m.*). *b*.

Cap. 31. a) quidam 3*b*. b) abitu riginsi 1*a*; a Biturigensi 1*b*; ab Itorense 2*a*; abitiorensi 3*a*; abituricense 3*b*; a Bituriense 2*c*; habitu religiosa de *pro* a B. 2*b*. c) Parisium 2*c*. 3*b*. d) consecratione 3*a* (*pr. m.*). *b*; secrationem 1*a*. e) ab omnibus 1*a*; ad omnibus 2*a*. f) *om.* 2*a*. 3*a* (*pr. m.*). g) *ita* 1*a*; sanctimoniales 2*a*; sanctimonialis *rell.* h) *ita* 1*a. b*; an v. e. *rell.* i) si *pr. m.* 3*a*; *om.* 2*c*. k) sanctimonium 2*a. b*; se *repetit* 2*a*. l) consecrata 3*a* (*pr. m.*). *b*. m) intacta *m. al. corr.* intactam 3*a*; intactam 2*c*. n) et 1*a*. o) *om.* 3*b*. p) homine *pr. m.* 3*a*; hominis 3*b*; eidem (eiusdem 3*b*; eundem 2*c*) *add.* 2*a. b. c.* 3*a. b*. q) que 2*a*. r) illuc *corr.* illic 3*b*. s) in casum 2*a*; incensum 1*a*. t) *ita* 1*a*. 2*a*; sponsam *rell.* u) confitebatur 3*b*. v) eiuscemodi 2*a*; huiusmodi 1*b*. 2*c*; huiusmodis 1*a*. w) *ita* 1*a. b*; deseruit 2*a*; diserui 2*b*; deserui 3*a. b*; narrare potui sed *pro* d. que 2*c*. x) longa narrationem 2*a*; longa narratione 3*a* (*pr. m.*). *b*. y) silentio 1*b*. 2*a. b. c*. z) pretermisit 1*a* (*non* 1*b*). 2*c* (*pr. m.*).

Cap. 32. a) *ita* 1*a*. 2*a*; longi 1*b*. 3*a*; longum (2*b*). 3*b*. b) tempores *pr. m.* 3*a*. c) fuera 3*b*. d) erat *add.* 1*a*. e) tribus diebus f. hore (*corr.* hores) 2*a*; tres f. horas 1*b*. 2*c*. f) ablatus 3*a. b*. g) *ita* 1*a*. 3*a*; contrito 1*b* (*alterum* o *in ras.*). 2*b*; contritus 3*b*; contra 2*a*; et gemitu *postea add.* 2*b* (*etiam supra habet*). h) *ita* 1*a. b*; depositus est *rell.* i) *ita* 1*a. b*; ut accepit — cooperuit *rell.* k) his *add.* 2*b*. l) est *add.* 3*b*.

1) *I. e. voto continentiam professa.*

tunc flere cessavit, cum[a] puerolum mortuum mors demisit[b]. Erant[c] eodem tempore dies quadraginsime[d], et infans ipse[e] iam caticuminus factus[f], fide[g] induebatur[h] catolica, quin immo in paschae vigilia[i] babtizatus, Cellomeris[k, 1] nuncopatus est[l], eo quod in[m] cellolam[n] sepe dicte[o] Genovefe vitam quam amiserat[p] recipisset[q].

(33). In[a] Meldorum urbe[b] occurrit[c] ei homo a cubito[d] tenus[e] cum brachio[f] manum[g] habens aridam[h], obsecrans, sibi[i] sanitatem per[k] eam restitui. Adprehensa[l] igitur[m] manu[n] illius arida[o], conpagis[p] digitorum brachiumque[q] contractum vixillum[r] crucis muniens, in[s] simeora manus eius restituta est prestine[t] sanitate.

(34). A[a] die sancto epyphaniae usque[b] natalem[c] calecis[d, 2], quod est Domini caena, sola in cellola[e] reclausa[f], soli Deo orationibus ac[g] vigiliis vacabat. Adveniens quedam relegiosa femina[h], curiositate potius quam fide permota[i], quidnam Genovefa[k] in caellola[l] sua[m] ageret[n], clam cognuscere voluit. Que ut ad[o] foris[p] eius pervenit, mox lumen[q] oculorum amisit: nescio quid[r] eam[s] procul dubio dolose cogitantem[t] ultio divina damnavit. Cuius oculus post[u] consummationem quadraginsime[v] procedens[w] Genovefa ad[x] cellola sua oratione et signo[y] crucis inluminavit.

(35). Tempore[a] igitur, quo opsidionem[b] Parisius bis[c] quinos[d, 3], ut aiunt, annos[e] a Francis perpessa est, pagum[f] eiusdem[g] urbis ita inaedia adflixerat[h], ut nonnulli[i] fame interisse[k] nuscantur[l]. Factum est autem, ut[m] Genovefa in Arcia-

Capp. 32—35. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 32. a) *ita* 1*a. b.* 2*b.* 3*b*; et 3*a*; *om.* 2*c*; cum — demisit *om.* 2*a.* b) *ita* 1*a*; dim. *rell.* c) *om.* 1*a.* d) *ita* 1*a*; quadragesimae *rell.* e) ipsi *pr. m.* 3*a.* f) est *add.* 2*a.* g) i. f. 3*b.* h) imbuebatur 1*b.* 2*c.* i) vigiliae 2*a.* k) Cellumeris 2*a*; Cellumeres 2*b*; Cellomerus 2*c.* l) *om.* 2*a*; fuerat 2*c.* m) *m. al. suppl.* 3*a.* n) cellola *pr. m.* 3*a*; cellula 1*b.* 2*c.* 3*b.* o) dicto 2*a.* p) admiserat *pr. m.* 3*a.* q) *ita* 1*a*; recep. *rell.*

Cap. 33. a) Tunc M. 1*a*; Tunc in M. 1*b.* b) urbem 2*a.* 3*a.* c) occurret *pr. m.* 3*a.* d) cubitu 3*a. b.* e) tenuis 1*a.* f) brachium 3*a (pr. m.). b.* g) manus *pr. m.* 2*a.* h) arida 3*a.* i) *ita* 1*a. b.* 2*b*; *om. rell.* k) per ea *pr. m.* 3*a*; ab ea 2*b.* l) Adprehensam 3*b*; Apprehensam 2*c.* m) ergo 2*c*; *om.* 2*b.* n) manum i. aridam 2*c.* 3*a. b.* o) cum *add.* 3*b.* p) conpagies 1*a.* q) brachiumque contracto *pr. m.* 3*a*; brachioque contracto 2*a. b.* r) *ita* 1*a*; vexillo *rell.* s) in ipsa hora 1*b*; in s. m. e. *om.* 2*a*; m. eius *eras.* 3*a.* t) *ita* 1*a*; pristina sanitate 2*a.* 3*a (pr. m.)*; pristin(a)e sanitati 1*b.* 3*b*; *haec om.* 2*b. c.*

Cap. 34. a) D 3*a (errore miniatoris).* b) in *add.* 2*a*; ad *add.* 2*c.* c) *ita* 1*a.* 2*a*; natale *rell.* d) calis 2*a. b.* e) *ita pr. m.* 3*a*; cellulam 2*a*; cella 1*a.* f) reclusa 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* g) *ita* 1*a. b*; et *rell.* h) feminam 2*a.* i) permona 1*a.* k) a. G. in c. 3*b.* l) cellu 2*a.* m) *om.* 3*a. b.* n) agerit 2*a.* 3*a (pr. m.).* o) a 1*a.* p) *ita* 1*a et pr. m.* 2*a.* 3*a*; fores *rell.* q) o. l. 3*b.* r) qu(a)e 3*a (m. al. in ras.). b.* s) *ita* 1*b*; eum 1*a*; *om. rell.* t) cogitante *pr. m.* 3*a.* u) *ita* 1*a. b.* 2*c*; o. (oculos 2*b*) consummatione 2*a. b.* 3*a*; consummatione oculos 3*b.* v) *ita* 1*a*; quadrageme *pr. m.* 3*a*; quadragesim(a)e *rell.* w) procidens 2*a.* 3*a.* x) *ita* 1*a*; a 1*b*; ad cellulam suam 3*b*; e cellula sua *rell.* y) signum *pr. m.* 3*a.*

Cap. 35. a) illo *h. l. add.* 3*a*, *post* igitur *add.* 3*b.* b) obsidione 2*b.* 3*a (pr. m.).* c) urbis 2*b.* d) quinus 2*a*; quinis 3*a. b.* e) annus 2*a.* 3*a (pr. m.)*; annis 3*b.* f) pago 2*a.* g) eius ita de morbis inędia 3*b.* h) adflixerunt 1*a.* i) nulli 2*a.* k) interesse 2*a.* l) noscuntur 3*a. b.* m) a 2*a.*

1) *Nomen monstruosum ex Latina 'cellula' et Germanico 'meris' compositum est; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 38. 2) *Cf. Eligii homil.* 10 *(apud Ducange s. v. natalis):* Vocatur haec dies coena Domini, vocatur et natalis calicis, et merito talibus praefulget miraculis, quia hac eadem die mysticum pascha Dominus cum discipulis celebrans, sacramenta corporis et sanguinis sui illis atque per illos nobis tradidit, et ipse celebrationis initium fecit. 3) *Troianum bellum decenne imitando expressisse videtur falsator.*

cinse[a,1] opido[b] navali effectione[c] ad conparandam annonam proficisceretur[d]. Quae[e] cum pervenisset[f] ad locum, ubi erat in amne Sęquana[g] arbor, qui[h] naves[i] mergebat[k], paulolum Genovefa navigantibus[l] ad[m] ripam adpropinquarae precoepit[n] et, oratione facta, arborem incidi[o] iussit. Quam cum hictibus securium navales[p] eiusdem socii[q] cepissent[r] incidere, ultro, orante Genovefa, ruit avulsa. Protinus duo monstra feruntur[s] vario colore ab eodem[t] loco egressa, de corum nidore[u] duabus fere oris navigantes[v] foededissimo[w] flatu[x] perculsi[y] sunt. Nullus deinceps in eodem loco naufragium passus a[z] navigantibus[a] fertur.

(36). Deinde cum Arciaca[a] oppidum[b] fuisset ingressa, occurrit[c] ei quidam tribunus nomine Passivus[d], depraecabatur eam[e], ut[f] uxorem suam, longo iam tempore paralisi[g] egritudine[h] detentam[i], suam[k] visitacione[l] sanaret. Obsecrante[m] ergo tribuno vel seniores[n] coeti[o] illius, in[f] domo[p] eius[q] ingressa[r], ad lectum[s] egrotantes[t] femine accessit statimque, ut sibi sine[u] intermisione moris[v] erat, oravit[w]. Completa[x] oratione roborataque[y] muliere signaculo crucis, de lectulo[z] consurgere[a] iussit. Confestim[b] mulier, quae, ut[c] adserebant[d], annis[e] quatuor nequaquam[f] vigendi[g,2] propriis viribus pre[h] egritudine[i] vel dolore quiverat[k], iubente[l] Genovefa, de lecto surrexit incolomis[m]. Omnes[n] adstantes[o] magnificaverunt mira-
cf. Ps. 67, 36. bilem[p] Deum in sanctis suis.

(37). Cumque[a] ad civitatem Trecassium[b] pervenisset, occurrit ei multitudo[c] populi offerentes infirmus[d], quos illa signans[e] et benedicens incolomis reddebat.

Capp. 35—37. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*.

Cap. 35. a) *ita* 1*a*. *b*. 3*b*; Arciacense *rell.* b) *ita* 1*a et pr. m.* 3*a*. *b*; oppido 1*b*; oppidum *rell.* c) *ita* 1*a*. *b (pr. m.)*. 3*a*; effeccione 2*a*; afectione 3*b*; evectione 2*b*; evectacione 2*c*. d) profiscisceretur 1*a*. e) Quem 3*b*. f) venisset *corr.* pervenisset 2*b*; venisset 2*c*. g) *ita* 1*a*; Se(ç)quan(a)e *rell.* h) *ita* 2*a et pr. m.* 1*b*. 3*a*; qu(a)e *rell.* i) navis 2*a*. k) me(rge *in ras.*)bat 2*b*. l) *ita* 1*a*. *b*; navigantes *rell.* m) ad r. *om.* 3*a*. n) praecipit 2*a*. o) incidere 3*a*. *b*. p) navalis *pr. m.* 3*a*. q) sociae 2*a*. r) cepisset 1*a*. s) *ita* 1*a*. *b*; monstra ferunt 2*b*; monstraverunt 2*a*; m. fuerunt 3*a*. *b*. t) eundem *pr. m.* 3*a*. u) nitore 1*a*; cum *add.* 3*b*. v) navigantis *pr. m.* 3*a*; navigassent 3*b*. w) fodedissimo 1*a*; fędedissimo *pr. m.* 3*a*; foetidissimo:, *ras.* s 1*b*; fętidissimum 2*a*; f(a)etidissimo *rell.* x) fratu 2*a*, *corr.*; f(o)etore 1*b*. 3*b*. y) *ita* 1*a*. *b*; percussi *rell.* z) *ita* 1*a*. *b et m. al.* 3*a*; ex 3*b*; *om. rell.* a) navigant(c)ium 2*b*. *c*.

Cap. 36. a) Archiaco 1*a*; Arciacum 1*b*. 2*c*; Artiacum 3*b*. b) *om.* 1*a*. c) occurri 2*a*; o. ei *om.* 1*a (habet* 1*b)*. d) Passivos 2*a*; Pascivos 3*a*. *b*; Pas(ci *pr. m. in ras.*)vus 2*b*; Pastinus 2*c*. e) ea 2*a*. 3*a (pr. m.)*. f) *om.* 3*b*. g) paralisi: *pr. m.* 3*a*; paralysis 1*b*. h) *ita* 1*a*. *b (cf. c.* 25); languorem 2*a*; languore 2*b*. (*c*). 3*a*; langore 3*b*. i) detenta *pr. m.* 3*a*. k) *ita* 1*a*. 2*a*; sua *rell.* l) visitationem 3*b*. m) *m. al. in ras. scr.* 3*a*; Obsecrantem *pr. m.* 2*c*. n) sinioribus 2*a*; senioribus 1*b*. 2*b*. 3*b*; senior:: *m. al. corr.* senioribus 3*a*. o) coetu ve:llius (*ras.* i?) 3*b*; cętus i. 1*b*; loci i. 2*c*. p) *ita* 1*a*. 3*a (pr. m.)*; domum *rell.* q) eiusdem 2*b*. *c*. r) egressa 3*b*. s) eius *add.* 2*a*. t) *ita* 1*a*. 2*a*; (a)egrotantis *rell.* u) *ita* 1*a*. *b*. 2*c*; *om.* 2*a*. *b*. 3*b*; intermisione sine (*corr.* s. i.) *pr. m. in ras. scr.* 3*a*; (sine *om.*) intermissionem 3*b*. v) m. e. *ante* s. i. 1*b*, *om.* 2*b*. w) orabat 2*a*; reseravit 3*b*. x) *ita* 1*a*. 2*a*; que *add. rell.* y) *ita* 2*b*; roborataque mulier 1*a*; roborataque mulieriere 2*a*; roborataque mulierem *pr. m.* 3*a*; roboratamque (que *om.* 1*b*. 3*b*) mulierem 1*b*. 2*c*. 3*b*. z) lecto 1*a*. a) surgere 2*a*; con consurgere 3*b*. b) que *add.* 2*b*. 3*a*. *b*. c) ut *om.* 3*a (pr. m.)*. *b*. d) serebant 1*a*; adserebat 3*b*; asserebat 2*c*. 3*a*. e) annus *pr. m.* 3*a*; fere *add.* 2*b*. *c*. 3*a*. f) nequicquam 3*b*; *textum immutat* 2*c*. g) *ita scripsi;* vivendi 1*a*. *b*; vehendi *rell.* h) pro *pr. m.* 3*a*. i) egritudinem (egredudinem *pr. m.*) vel dolorem 2*a*. k) quierat 1*a*; quieverat 2*a*. 3*a*; quivisse 3*b*. l) vivente *pr. m.* 3*a*. m) *ita* 1*a*. 3*a*; incolumes 2*a*; incolumis *rell.* n) Omnis *pr. m.* 3*a*. o) *ita* 1*a*. *b*. 2*b*. 3*a (m. al.)*; stantes *rell.* p) D. m. 3*b*.

Cap. 37. a) que *om.* 3*a*. *b*. b) Trecasium 3*a*. *b*; Trecasseum 2*b*; Tricasium 2*c*; Trecasensium 1*b*. c) p. m. 3*b*. d) *ita* 1*a*; infirmos *rell.* e) assignans *m. al. corr.* consignans 3*a*.

1) *Arcis-sur-Aube.* 2) *Greg., De virt. S. Iul. c.* 9: mulier paralysi humore constricta, quae nullum corporis membrum sine dolore vigebat, — — protinus surrexit a lectulo.

Oblatus est[a] ei in eadem urbem[b] homo, quem dominico[c] die operantem[d] ultio divina damnavit[e] in lumine, nec non et puella annorum fere XII similiter ceca. Quorum illa oculos[f], facto[g] crucis[h] signaculo, invocata[i] individua[k] Trinitate, inluminavit.

(38). Quidam subdiaconus, ut vidit tanta mirabilia[a] per eam[b] fieri, obtullit ei filium suum, quem bis quinis mensibus frigura[c] vehementer adflixerant[d]. Mox Genovefa aquam sibi exhibere iussit. Quam[e] ut accepit, invocato nomen[f] Domini, et ut[g] vixillo crucis signata[h] puerolo infirmo potandam dedit[i], propicium[k] dominum nostrum Iesum Christum confestim sanus factus est[l]. Plures[m] ea tempestate fide repleti, auferentes fimbrias[n] vestimenti[o] eius, a diversis infirmitatibus sunt sanati; plerique ab obsessis demonibus[p] tunc per eam mundati sunt. Sulp.V.Mart. c.18.

(39). Regrediens[a] vero[b] Arciaca[c], ubi dies aliquod[d] commorata est, et inde rediens[e] ad suam[f, 1] civitatem, uxor tribuni[g], que[h] per eam fuerat sanitatem[i] consecuta, quousque navem ascenderet, eam prosecuta est. Navale[k] igitur effectione[l] remeantibus, contigit, ut naves[m] eorum, vento[n] flante, ita[o] inter scupolus[p] vel arbores periclitarentur, ut[q] castellae[r, 2] in quibus frugem exhibebant[s] in[t] latere verse[u], et iam naves aqua[v] inplerentur. Ilico Genovefa, ad caelum manibus expansis, opitolationem[w] a Christo flagitavit, confestimque naves[m] in suo[x] sunt cursu directe[y], sicque per eam Dominus ac[z] Deus noster undecim[a] naves salvavit. Haec ut[b] vidit Bessus[3] presbiter, cuius prae timore calor ossa reliquerat[4], leticia[c] repletus, clara voce cecinit, dicens: 'Adiutor et protector factus est[d] nobis Dominus in salutem[e]'. Pariterque omnes cum eo[f], in caelo clamore[g] sublato, canticum Exodi in[h] modum[i] celeume[k, 5] concinnentes[l], magnificaverunt Deum, per quem sunt[m], famula eius Genovefa deprecante[n], salvati. cf.Exod.15,2.

Capp. 37—39. 1*a.b.* 2*a.b.c.* 3*a.b.*

Cap. 37. a) *om.* 2*b.* b) urbe 1*b.* 2*b.c.* 3*b.* c) dominica 1*a.* (2*b*). 3*b* (*cf. infra c.* 55). d) operante 2*a.* 3*a.* e) *ita* 1*a.b* (*cf. c.* 34); excecaverat *pro* d. in l. *rell.* f) oculus *pr. m.* 3*a.* g) *om.* 3*b.* h) *ita* 1*a.b*; cr. signum 2*a.* 3*a.b*; signo crucis 2*b.c.* i) invocato 3*b.* k) indi 1*a.*

Cap. 38. a) miracula 3*b.* b) ea *pr. m.* 3*a.* c) frigore 1*a.* d) ad(f)flixerat 2*a.* 3*a*; adflexerat 3*b.* e) Super quam (quem 1*a*) *pro* Quam ut accepit 1*a.b.* f) *ita* 1*a.* 2*a*; nomini *pr. m.* 3*a*; nomine *rell.* g) *om.* 1*a.b.* h) signatam 1*b.* 2*b.c.* 3*b.* i) dedet 1*a.* k) *ita* 2*a*; propitio dominum (n. *om.*) Iesum Christum 1*a*; propic(t)io (propiciato 2*c*) domino nostro (n. *om.* 1*b*) Iesu (Ihu 2*b*) Christo *rell.* l) et ut *pro* est 1*a.* m) plueris 1*a.* n) fimbriam 1*a.b* (*pr. m.*). 2*c.* o) vesti 1*a.* p) vexabantur *add.* 2*a.*

Cap. 39. a) Eegrediens (*errore miniatoris*) 3*a*; Regredientem 3*b.* b) vera 1*a.* c) Artiaco 1*b*; Arciacum 2*c.* d) aliquos 1*a.b.* e) redientem 3*b et m. al.* 3*a.* f) c. s. 1*a.b.* g) tribuno *pr. m.* 3*a.* h) qui 3*a* (*pr. m.*). *b.* i) sanitate *pr. m.* 3*a.* k) *ita* 1*a et pr. m.* 1*b.* 3*a*; Navali *rell.* l) *ita* 3*a.b*; evectione 1*a.b.* 2*a.b*; vectione 2*c*: *v. supra p.* 230, 1. m) navis *pr. m.* 3*a.* n) vente 2*a.* o) *om.* 2*c.* 3*b.* p) *ita* 1*a*; scupulus *pr. m.* 3*a*; scopulos *rell.* q) ut — implerentur *om.* 2*c.* r) castella 1*a*; cistellae 1*b*; castellatem 2*a*; castella::: *pr. m.* 3*a*; castellatim 2*b.* 3*b.* s) exiebant 2*a.* t) in *om.* (2*b*). 3*b.* u) latera versa 1*a*; latere vers(a)e (vers: 3*a*; verso 3*b*) *rell.* v) aquam 1*a.* w) opitulatione *pr. m.* 3*a.* x) suo s. cursum 3*a*; suum s. cursum 3*b*; suos s. cursus 1*b.* y) directas 2*a.* 3*a* (*pr. m.*). z) a 1*a.* a) eundem 1*a*; eiusdem 1*b.* b) H. videt 1*a.* c) l. r&pletus 1*a*, *corr.*; r. laeticia 3*a.* d) est :: (*ras.* de?) n. D. 1*a*; es Domine n. 3*b.* e) salute 2*a.b.* 3*a.* f) eum *pr. m.* 3*a.* g) clamorem 1*a.* h) in m. c. *eras.* 3*a.* i) modo 2*a.* k) *om.* 1*a* (*habet* 1*b*). l) concinnantes magnificaverunt 1*a.* m) sunt *post* salvati 2*a.* n) deprecanti 2*a*; deprecante: 3*a.*

1) *V. supra c.* 30. 2) *Castella ut cassetella (cf. Ducange ed. Favre II, p. 206) pro capsula accipi videtur, et* castellamina navalia, videlicet vasa quacumque materie compacta, in quibus annona deferebatur *interpretatur auctor Vitae E.* 3) *Nomen satrapae Persarum!* 4) *Cf. Verg., Aen. III,* 308: calor ossa reliquit. 5) *Celeuma nautarum cantus est.*

(40). Regressa[a] itaque Parissius[b], unicuique, prout[c] opus fuit[d], frugem dispersit. Nonnullis etiam[e], quibus virtus pre inopia deerat[f], panes[g] integerrimus[h] erogavit[i], adeo ut sepe puelle, que in obsequio[k] eius erant, recurrentes ad clibanum, partem de pane, quam[l] in eo[m] posuerant, reperiebant[n], pars[o] maxima ab ea clam pauperibus fuerat[p] erogata[q]. Quod tunc[r] demum, a quo esset panes[s] de clibano[t] sublatus, conperire quiverant[u], cum panes[v] calidus per civitatem post paulolum cernerent egenus[w] deferentes[x] et nomen Genovefe benedicentes ac magnificantes audirent. Erat illi spes non de his quae[y] videntur, sed quae[y] non videntur. Noverat[z] enim verum esse dictum prophete[1], quoniam qui pauperibus errogat[a] Deo[b] venerat[c]. Cui etiam[d] patria illa, in qua veneratores[e] egentium requirunt[f] thesaurum suum, olim per revelationem Spiritus[g] fuerat ostensa. Et
cf. 2.Cor.5,6. idcirco sine intermisione[h] orans flere consueverat, quoniam quidem sciebat, se in corpore posita[i] peregrinare[k] a Domino.

(41). Defensor quidam ex Meldorum[a] urbe[b] nomine Frunimius[c] annis[d] quatuor clausus[e] habens aureum[f] meatus, Parisius[g] Genovefa[h] expetiit[i], obsecrans, sibi tactum[k] manuum[l] suarum auditum[m] restitui. Cuius aures cum manu[n] contrectans[o] signasset, continuo vocibus[p] capax, auditoque[q] reddito, benedixit dominum[r] nostrum Iesum Christum.

(42). In Aurilianensium[a] urbe quid miraculi per eam[b] gestum sit, ordo lectionis exposcit[c]. Cuius cum Fraterne[d] matrisfamiliae[e], que super filiam[f] suam Claudiam in transitu[g] positam[h] deflebat, adventus delatus[i] fuisset, pro filia[k] rogatura, continuo ad Genovefa[l] properans direxit. Quam[m] cum in basilica[n] sancti Anniani[o] antestitis orantem[p] repperisset, cadens[q] ad pedes eius, ululans[r],

Cap. 40—42. 1*a.b.* 2*a.b.c.* 3*a.b.*

Cap. 40. a) Regressi 1*a*; Regressas 2*c*, *corr.*; Eegressa 3*a*, *errore miniatoris.* b) Parisius 2*a.b.* 3*a*; Parisium 3*b*; Parisiacam urbem u. 2*c*. c) p. o. f. *om.* 2*a*. d) *om.* 3*b*. e) *om.* 3*a.b.* f) aderat 3*b*. g) pani 2*a*; panis 3*a*. h) *ita* 1*a*. 3*a* (*pr. m.*); integerimus 2*a*; integerrimos *rell.* i) erogabat 2*b.c.* k) obsequium 2*a*. 3*a.b.* l) quem 2*c*. 3*b*. m) eum 2*a*. n) reperierant 2*a*; repperi(rent *m. al. in ras.*) 3*a*; reperirent 2*c*. o) p. m. *eras.*, quia *m. al. in ras. scr.* 3*a*; maxima ex parte 2*b*. p) *om.* 2*b*. q) eroga 1*a*. r) tum 1*b*. 2*b*. 3*a*; tam 2*a*. s) *ita* 1*a*. 2*a*; panis *rell.* t) clibanum *pr. m.* 3*a*. u) *ita* 1*a*; conperire nequiverant 1*b*; repperire nequiverant (nequieverant 2*a*; valebant 2*b*) 2*a.b.* 3*a.b*; cognoverunt *pro* c. q. 2*c*. v) *ita* 1*a.b*; panis *rell.* w) *ita* 1*a*; aegenus 2*a*; egeni *m. al. corr.* egenos 3*a*; egenos 1*b*. 2*b.c.* 3*b*. x) differentes 2*a*; disserentes 3*b*. y) qui 2*a*. z) *ita* 1*a.b*; Erat 2*a*. 3*a.b*; Credebat *pr. m. in ras.* 2*b*; Est 2*c*. a) *ita* 1*a*. 3*a*; erogot *corr.* erogat 2*a*. b) Deum *pr. m.* 3*a*. c) *ita* 1*a*. 3*a* (*pr. m.*); fen. *rell.* d) *om.* 3*a.b.* e) *ita* 1*a et pr. m.* 3*a*; fen. *rell.* f) requirent 2*a*; requirerent 1*a*. g) spiritu sancto f. 2*a*; sp. sancti f. 2*c*. h) *ita* 2*a* (*supra p.* 230, 13 *etiam* 1*a*). i) positam 1*b*. 2*b.c.* k) peregrinari 1*b*. 2*b.c.*

Cap. 41. a) Meldoro 3*b*. b) urbem 2*a*. 3*a*. c) Frunimus 3*b*. d) annos 3*a*. e) *ita* 1*a*; clausos 1*b*; clusos 3*b*; claudus 2*a.b.* 3*a*; claudos (2*c*). f) aure m. 1*a*; auris m. 1*b*; m. aurium 3*a.b.* g) *ita* 1*a.b.* 2*a.b.* 3*a*; Parisium 2*c*. 3*b*. h) Gennovefa 1*a*; Genofeva *m. al. corr.* Genofevam 3*a*; Genovevae 2*a*; Genovefam 1*b*. 2*b.c.* 3*b*. i) expetit 3*a*. k) tactu 1*b*. 2*b.c.* 3*b*. l) manum 2*a*; manus 2*c*. m) audituum 1*a*. n) manum 1*a*; mano *pr. m.* 3*a*. o) tractans 3*b*. p) *ita* 1*a*; vocis 1*b*; *om. rell.* q) auditus redditi. Benedixit 3*b*; auditus benedixit 2*c*. r) domino nostro Iesu Christo 2*a.b.* 3*a.b.*

Cap. 42. a) *ita* 1*a*; Aurelianensium 1*b*; Aurilianense (Aurilinense *pr. m.* 2*a*) 2*a.b*; Aurelianense *rell.* b) ea *pr. m.* 3*a*. c) expossit 1*a*. d) Maternae 3*b*. e) matri f. 1*b*; matri: (*ras.* s) famili(as *in ras.*) 2*c*; fratris filiae 3*b*. f) familiam suam Cl. (Caudiam 2*a*) 1*a*. 2*a*; filia sua Claudia 3*a.b.* g) transito 2*a*; transitum 1*a*. h) posita 2*a*. 3*a.b.* i) dilatus f. 2*b*; f. delatus 3*a*. k) fili(a *m. al. in ras.*) 3*a*. l) Genovefam 1*b*. 2*b.c.* 3*a.b.* m) Que 2*a*. 3*b*; Quam *m. al. in ras.* 3*a*; qu: *m. al. corr.* quā 2*b*. n) basilicam 2*a*. o) *ita* 2*b*; Annianni *pr. m.* 1*a*; Aniani *rell.* p) orare 3*a*. q) cecidit *m. al. in ras.* 3*a*. r) illudens *pr. m. corr.* ullulans 3*a*.

1) *Proverb.* 19, 17.

hoc tantum deprecasse fertur: 'Redde mihi, domina Genovefa, filiam[a] meam[b]'. Genovefa ut vidit[c] fidem eius, respondisse dicetur[d]: 'Desine[e] ab iniuria[f] hac[g] molestia mea; filiae tuae redintegrata[h] est incolomitas[i]'. Post hunc[k] responsum Fraterna laeta[l] surrexit et[m] una cum Genovefa rediit[n] ad tabernaculum suum. Mirabiles[o] Dei potentia[p]! Claudiam[q] ex faucibus inferi revocatam[r] ita extemplo[s] sanavit, ut[t] sospes Genovefae in adito[u] domus occurrerit[v]. Et magnificavit universa turba Deum[w] pro repentina incolomitate meritis Genovefae[x] Claudiae[y] reddita.

(43). Factum est[a], in eadem urbe[b] cuidam[c] pro famulo[d] culpabile[e] supplicaret. Cumque ille superbia et calliditate[f] obduratus[g] nequaquam famulo[h] ignosceret[i], his eum verbis adlocuta[k] dicitur: 'Si tu me supplicantem[l] dispectui habes, non[m] me dispicit[n] dominus meus Iesus Christus, quoniam[o] clemens est ad ignoscendum'. Adubi in[p] domo sua homo ille rediit, mox ita[q] febre[r] accensus est, ut[s] noctem[t] totam anhellans et estuans requiescere nequiverit[u]. Quin[v] etiam in crastinum[w] primo diluculo[x] aperto ore secut[y] urus[1], qui cotidiana[z] bos[a] interpretatur lingua[b], sallivam[c] distillans, ad pedes Genovefe provolutus, veniam, quam pridie[d] famulo non dederat, sibi dare[e] precabatur[f]. Sancta[g] Genovefa[h] vero signans[i] eum, omnis[k] ab eo febris et[l] aegritudo[m] discessit, et ita[n] sanum[o] mente adque[p] corpore dominum et[q] servum reddidit excussatum[2].

(44). Sine dubitacione[a] angelus Domini eum[b] adfligebat, quemadmodum Avicianum[c, 3] iudicem pertenacissimum, ante cuius[d] ianuam[e] sanctus Martinus intempesta nocte[f] pro vinctus[g] rogaturus advenisse legitur; quem etiam[h] colafizatum ab angelo lectio tradit, ut ante fores domos[i] suae sancto Martino occurrisse et omnia que peteret[k] prestetisse feratur[l].

Capp. 42—44. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 42. a) filia mea 2*a.* 3*a.* b) Hoc sepe cum fletu eam aiunt dixisse. Etenim *add.* 1*a* (*om.* 1*b*). c) fidem videm eius 1*a.* d) *ita* 1*a*; dicitur *rell.* e) desin(e *m. al. in ras.*) 2*b.* f) iniuriae 2*a.* g) et 2*b. c.* h) redi integrata 1*a*; redd(enda *m. al. in ras.*) grata est 3*a*; reddenda est 3*b.* i) incolomis 1*a.* k) hanc 3*b*; hoc 1*b.* 2*c.* l) laetitia 3*b.* m) *ita* 1*a. b.* 2*c*; *om. rell.* n) redi(it *m. al. in ras.*) 3*a.* o) *ita* 1*a*; Mirabilis *rell.* p) poetentia 2*a*; omnipotencia 2*c.* q) Claudia *pr. m.* 3*a.* r) revocata 2*a.* 3*a.* s) extimplo 2*c.* 3*b*; extemplum 2*a*; extimplum *pr. m.* 3*a.* t) et super Gennovefa 1*a.* u) *ita* 1*a*; aditu 1*b*; adiutorio 3*b*; auditorio *rell.* v) *ita* 1*a.* 3*a*; occurrit 2*a*; occurreret *rell.* w) *ita* 1*a. b.* 2*b.* 3*b*; Dm̄n̄ 2*c*; Domino 2*a.* 3*a* (?). x) Gennovefa 1*a.* y) Claudia 2*a.* 3*a.*

Cap. 43. a) ut *add.* 1*a. b*; *post* urbe *ponunt* ut 3*b et m. al.* 2*b.* 3*a*, cum 2*c*; ut *om. rell.* (*cf. c.* 51). b) urbem 1*a.* c) quendam 3*b.* d) famul:: *corr.* famulo 3*b.* e) culpabili 1*b.* 2*c.* 3*b.* f) caliditate 2*a.* 3*a.* g) *ita* 1*b.* 2*b. c.* 3*b*; obdurasset 1*a*; obiuratus 2*a.* 3*a.* h) famulum 2*a.* i) ignoscerit 2*a.* k) adlocata 2*a.* l) supplicante *pr. m.* 3*a.* m) nonne d. 3*b.* n) disspicit 1*a*; desp. *rell.* o) quem 3*b.* p) a 2*a.* q) a 1*a*; *om.* 3*b.* r) febrię 2*a.* s) et 2*a.* t) nocte tota 2*b.* 3*a*; nocte (*om.* t) 2*a*; tota nocte 3*b.* u) nequieverit 2*a*; nequiveret 3*b.* v) Quis 1*a.* w) *ita* 1*a. b.* 2*a*; crastino *rell.* x) *ita* 1*a. b*; etiam (*eras.* 2*b*) *add. rell.* y) more bovis *pro* secut — lingua 2*b*; secut — interpretatur *om.* 2*c.* z) *ita* 1*a. b*; cotidiano *rell.* a) bis 2*a.* b) linguam 1*a.* c) saliva 2*b.* 3*a. b.* d) f. pr. 3*a. b.* e) dari 1*b.* 3*a.* f) predicabatur 2*a.* g) *om.* 1*a.* h) v. G. 2*b. c.* i) signante 3*b.* k) omnes 2*a*; om̄s 3*a*; omnem 2*c.* l) *ita* 1*a. b*; *omnino aliud habet* 2*c*; ita *rell.* m) egritudines 3*a*; egritudinis 3*b.* n) et (domin *m. al. in ras.*)um sanum et servum fecit esse securum. Sine 2*b.* o) sana mentem 1*a*; sana mente 1*b.* p) et 1*b*; & (?) *add., sed eras.* 3*a.* q) *om.* 1*a.*

Cap. 44. a) dubio enim a. 2*b.* b) eum adflixerat 2*b*; adfligebat eum 3*a. b.* c) Abicianum 2*a. b.* 3*a*; Abitianum 3*b.* d) cui 1*a.* e) ianua *pr. m.* 3*a.* f) noctis 2*b.* g) vinctis 1*b.* 2*b. c.* h) ita 1*a.* i) *ita* 1*a*; domus *rell.* k) petit 2*a.* l) fertur 3*b*; referatur 2*c*; *om.* 1*a.*

1) *Cf. Macrob., Saturn. VI,* 4: Uri enim Gallica vox est, qua feri boves significantur. 2) *Cf. Greg., V. Patr. V,* 1: Cumque *(servus)* excusatus redditus fuisset, *et q. s.* 3) *Haec de Avitiano comite rettulit Sulp. Sev., Dial. III,* 4, *p.* 202. *ed. Halm.*

(45). Et inde navigio[a] Toronus[b] profecta[c], multa discrimina Ligeris fluvii[d] perpessa[e] est. Distant vero ab Aurilianorum[f] urbe usque ad[g] Toronorum[h] civitatem[i], que[k] tercia Lugdunensis[l] noncupatur, quasi stadia[m] sexcenta[1]. Et cum ad portum Toronice[n] urbis pervenisset[o], occurrit ei de basilica sancti Martyni[p] inerguminorum multitudo, clamantes[q] nequissimi[r] spiritus[2], se[s] inter sancto[t] Martino et Genuvefa[u] flammas[v] exuri, quin et pericula, que[w] in Ligere[x] Genufeva habuerat, ob[y] aemulationem[z] sui se profitebantur[a] perpetrasse.

(46). Interea Genuvefa basilica[a] sancti Martyni ingressa, plures[b] ab obsessis demonibus oratione[c] et signaculo crucis[d] emundavit. Verum ille[e], a[f] quibus inmundi[g] spiritus recedebant[h], fatebantur[i] in ora cruciatus[k] sui, quod digiti manuum Genuvefe siggillatim[l] vellut cerei divinitus[m] caelesti[n] igne flagrarent[o], et[p] idcirco se[q] ardere fedissime[q] debachantes clamarent[r]. Audierunt[s] eam[t] tres viri, quorum matrone in domibus[u] eorum[v] clam a demonibus vexabantur, obsecrantes, ut[w] visitatione coniuges[x] eorum ab obsedentibus se[y] nequissimis spiritibus emundaret. Ad illa, ut erat benignissima, secuta est[z] eos. Ingressaque[a] uniuscuiusque domum, matrone[b] eorum oratione et[c] benedicto oleo unctione per[d] eam a[e] vexatione demonum sunt emundate[f].

(47). Post[a] perendie[b], cum sancti Martini interesset[c] vigilia, et[d] in angulo basilice orans ac[e] benedicens et[f] laudans[g] Dominum[h], in[i] media incognita staret
Sulp. V. Mart. c. 17. caterva, unus ex[k] psallentibus areptus[l] a demone[m], lanians[n] proprius[o] artus,

Capp. 45—47. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 45. a) navigati 1*a*; navigatione 1*b*. b) *ita* 1*a*; Toronis 2*a. b*; Turonus 3*a*; Turonis 1*b*. 2*c*. 3*b*. c) p̄fecta 2*a*; provecta 3*b*. d) fluii 1*a*. e) propessa *pr. m.* 3*a*. f) *ita* 1*a*. 2*a*; Aurel. *rell.* g) *om.* 2*a*. h) *ita* 1*a*. 2*b*; Turonorum 1*b*. 2*c*. 3*b*; Toronum 2*a*; Turonum 3*a*. i) civitate *pr. m.* 3*a*. k) *om.* 1*a*. l) Lugdon. 2*a. b*. m) stadia sexcente 1*a*; stadias sexcento 2*a*. n) *ita* 1*a*. 2*a. b*; Tur. *rell.* o) *ita* 1*a. b*; venisset *rell.* p) *ita* 1*a*; Martini *rell., ut infra.* q) declamantes 1*a*. r) nequissime *pr. m.* 3*a*. s) sed 1*a*. t) *ita* 1*a*; sanctum Martinum *rell.* u) Genovefam 1*b*. 2*b. c*. 3*b*. v) *ita* 1*a*. 2*a*; flammis *rell.* w) quam 2*a*. 3*a*. x) Ligerem 1*a*; Legere 2*a*. 3*a (pr. m.)*. y) *ita* 1*a. b*. 2*b. c*; ab *rell.* z) inm(issione *m. al. in ras.*) 3*a*; immolatione 3*b*. a) profitebatur 1*a*.

Cap. 46. a) *ita* 1*a*. 2*a (pr. m.)*; basilicam *rell.* b) pluris *pr. m.* 3*a*. c) abratione 2*a*. d) *om.* 3*b*. e) *ita* 1*a*; illi *rell.* f) aliquibus 2*a*. 3*a. b*. g) inmundis sp. 1*a*; inmundus sp. *pr. m.* 3*a*; daemonia *pro* i. sp. 1*b*. h) *ita* 1*a. b*. 2*b*; redebant *m. al. corr.* recedebant 3*a*; reddebant 2*a*; reddebantur 3*b*; exibant 2*c*. i) patebantur 1*a*. k) cruciatur 1*a*. l) *ita* 1*a (cf. Scr. rer. Merov. II, p.* 123, 8*)*; singill. *rell.* m) di::nitus *m. al. corr.* divinitus 3*a*; diffinitus 3*b*; defenitus 2*a*. n) caelesti igni 1*b*; caeleste igni 3*a (pr. m.)*. *b*. o) flagarent 1*a*; flacarent 2*a*, *corr.*; flagraret *pr. m.* 3*a*. p) et — clamarent *om.* 3*a*. q) *ita* 1*a. b*; *om.* 2*c*; f(o)eti(e)dissime *rell.* r) clamabant 2*c*. 3*b*. s) *ita codd.;* Adierunt *e corr.* 1*b*. t) ea 2*b*. u) dominibus (*ras.* ni) 2*b*. v) *om.* 2*b*. w) sua *add.* 1*a. b*; sua (sui 3*b*) *post* visit. (visitationem 3*b et pr. m.* 3*a*) *add.* 2*c*. 3*b et m. al.* 2*b*. 3*a*. x) coniugis 2*a*. 3*a (pr. m.)*. y) obsedente 1*a*; se *om.* 1*a. b*. z) secutę eos 3*a*. a) *ita* 1*a. b*. 2*a*, que *om. rell.*; est *add.* 3*b*. b) matronarum or. 1*a (non* 1*b)*. 2*c*. c) *ita pr. m.* 3*a* (*v. infra c.* 49); et benedicti olei 1*b*. 3*b*; et benedictione olei (que sancti *add.* 2*b*) 1*a*. 2*b. c*; (et b. *om.*) olei 2*a*. d) per eam *eras.* 3*a*. e) ad *pr. m.* 3*a*. f) mundati 2*a*; emunda(vit *m. al. in ras.*) 3*a*.

Cap. 47. a) Pre 1*a*. b) perendiem *pr. m.* 3*a*; perendi est 2*a*. c) *ita* 1*b*. 2*c*; interesse 1*a*; inter eos et 2*a*; inter eos :: (esset *m. al.*) 2*b*. 3*a*; inter eos (*om.* et) 3*b*. d) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* e) et 3*b*. f) ac 3*b*. g) laudens *pr. m.* 3*a*. h) Domino 2*a*; Dn̄: *pr. m.* 3*a*; Deum 3*b*. i) inc. in m. 2*b*. k) et 2*a*. l) *ita* 1*a*; apeptus *corr.* areptus 2*a*; arr. *rell.* m) *ita* 1*a. b*. 2*a. b*; daemonio *rell.* n) laniat 1*a*. o) *ita* 1*a*; propriis 2*a*; propri(os *m. al. in ras. scr.*) 3*a*; proprios *rell.*

1) *Cenabum (Aurelianus) a Caesaroduno (Turonus) ad Tab. Peuting. distat* 51 *leugis, quae faciunt* 76½ *milia passuum et stadia* 612. 2) *Beda, H. eccl. I,* 17, *de adventu Germani et Lupi in Britanniam scripsit:* Nuntiabant sinistri spiritus, quod timebant. Qui imperio sacerdotum dum ab obsessis corporibus detruduntur, et tempestatis ordinem et pericula quae intulerant *(sanctis oceanum navigantibus)* fatebantur.

quos[a] mente captus[b] esse alienus credebat, ab absida[c] ad[d] Genuvefam[e] prope- ravit. Cumque Genuvefa spiritum[f] inmundum a corpore hominis iuberet exire, et spiritus nequam per oculum[1] se[g] progredi minaretur, imperante Genuvefa[h], foeda relinquens vestigia, fluxu[i] ventris[k] eiectus[l] est. Nec mora[m], dicto[n] citius[o], eiecto demone, persona mundata[p] est. Multis honoribus tum[q] eam eun- tem[r] hac[r] redeuntem universi honoraverunt. Sulp. V. Mart. c. 17.

(48). Per idem tempus stans in adito[a] domos[b] suae, vidit quendam[c] preter- euntem, ampullam[d] in manu gestantem. Quem[e] cum ad se vocasset, interrogat[f], quid ferret. Ad ille[g] inquid: 'Ampullam[h] Apuliquam[i], quod mihi paulo[k] ante[l] a negotiatoribus venundatum[m] est'. Porro Genuvefa[n] conspicata generis humani adversarium in ampulle ore[o] sedentem, comminans[p] insufflavit in eum[q], statimque pars de ore ipsius[r] ampulle fregit[s] ac cecidit[t]. Tunc enim demum, signata crea- tura, abire[u] hominem[v] iussit. Haec videntes, valde mirati sunt, quod nequaquam se[w] diabulus eidem[x] occultare quiverit[y].

(49). Puerolos[a] quidam nomine Marovechus[b] oblatus[c] est Genovefae[d] a geni- toribus suis caecus, surdus, mutus[e] et[f] clodus[g]. Quem[h] cum oleo benedicto[i] dili- butum[k] signaculo[l] crucis commonivit[m], roboratis bassibus[n], gressum[o] direxit in- colomis, ac recepta visione[p] redintegratamque[q] capaciam[r,2] auditui, locutus[s], inte- gram adeptus[t] est sanitatem[u].

(50). Idem[a] in terreturio[b] Meldensium urbis, congregatis messoribus, cum

Capp. 47—50. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 47. a) qui se m. 2*b*; quos — credebat *eras.* 3*a*. b) *ita* 1*a*; captum (*m. al. corr.* captus) esse (alienos *in ras.*) 1*b*; captius esse alienos 3*b*; captus a se e. alienos 2*c*; captivavit se e. a. 2*a*; alienus *fortasse om.* 3*a*; captivum et alienatum esse non cr. 2*b*. c) absita 1*a*; absidia 2*a*. d) a 1*a*. e) Genofeva *m. al. corr.* Genofevam 3*a*. f) *om.* 3*b*. g) *pr. m. suppl.* 3*a*. h) Genovevae 2*a*. i) fluxi 2*a*; fluctu 3*b*. k) ventri 2*a*. l) egestatem 3*b*; egestus *Sulp. Sev.* m) morat 3*b*; mo(ra *m. al. in ras. scr.*) 2*b*. n) dictum 2*a. b.* 3*a*. o) citiu *pr. m.* 2*b*. p) mundatus 2*a*. q) tam 2*a*; tunc 2*c*. r) h. r. *om.* 1*a (habet* 1*b).*

Cap. 48. a) *ita* 1*a*; auditorio 3*a*; adiutorio 3*b*; aditu *rell.; cf. supra c.* 42. b) *ita* 1*a*; domus *rell.* c) *ita* 1*a. b.* 2*a*; quandam 2*b. c*; puellam *pro* q. 3*a. b*; puellam *post* pret. *add.* 2*a. b. c*: *interpolationem om.* 1*a. b recte, cum de* homine *agatur.* d) ampulla *pr. m.* 3*a*; ampullulam 2*c*. e) *ita* 1*b et pr. m.* 3*a*; Que 1*a*. 2*a*; Quam 2*b. c.* 3*b*. f) interrogabat 2*a*; interrogavit 2*b*. g) *ita* 1*a. b*; illa *rell.* h) ampulla *pr. m.* 3*a*. i) *ita scripsi*; Aputliquam 1*a*; apud (apuda 2*a*; *eras.* 3*a*; conti- nentem 2*c*) liquamen (liquamens 2*a*) *rell.* k) *ita* 1*a. b*; paululum *rell.* l) antea a 2*b. c.* m) ve- nundatus 3*b*. n) Genoveve 2*a*. o) os resedentem 1*a*. p) comminens *pr. m.* 3*a*. q) ea 3*a* (*pr. m.*). *b*. r) *om.* 3*b*. s) *eras.* 3*a*; fracta (*om.* ac) 2*b*. t) cedit 1*a*. u) habere 2*a*. v) ho- mine 2*a*; *eras.* 3*a*; puellam 2*c et m. al. in ras.* 3*a*. w) *om.* 2*a*, *post* occultare *ponit* 2*c*. x) ei 3*a. b.* y) quieverit 2*a*; quiverat 2*c*.

Cap. 49. a) *ita* 1*a*. 2*a*; Puerulus *rell.* b) *ita* 1*b*. 2*c*. 3*a*; Marovecus 1*a*; Marevechus 2*a*; Marovethus 3*b*; Marouchus 2*b*. c) oblatur 1*a*. d) Genovefa 1*a*. e) mutur 1*a*. f) *om.* 3*b et pr. m.* 3*a*. g) *ita* 1*a. b.* 2*b*; claudus *rell.* h) quam 1*a*; que 2*a*. i) benedictum 1*a*. k) *ita* 1*a. b*; delebutum 2*a*; delibutum (*m. al. in ras.* 3*a*) *rell.* l) signaculum 2*a*. 3*a* (*pr. m.*). m) com- munivit 1*b*. 2*b*; cummonuit 1*a*; cummunuit 3*b*; communit *corr.* communivit 2*c*; crucis (signavit. Qui *m. al. in ras. scr.*) rob. 3*a*. n) *ita* 1*a*. 2*a*; basibus *rell.* o) *ita* 1*a. b.* 2*c* (*cf. c.* 11); gressus 2*b*. 3*a. b*; gressibus 2*a*. p) visionem 2*a*; vis(u *m. al. in ras.*) 3*a*. q) *ita* 1*a*; reddentem gra- tam . quae 2*a*; reddente gratumque *pr. m.* 3*a*; redintegratumque *pr. m.* 1*b*; reddentigratum 3*b*; redinte- grataque 2*c*; redintegratoque 2*b*. r) *ita* 1*a*; capaciae auditum 2*a*. 3*a*; capacem auditum *pr. m.* 1*b*; capite auditu 2*b*; capacitate auditus 2*c*; gressum atque auditum 3*b*. s) locutur i. 1*a*; elocutus i. 2*a*; locutus est et i. 1*b*; el. est et i. (integra *pr. m.*) 3*a. b*; et loquella integramque ad. 2*b*; et locucionis integram 2*c*. t) adeptur 1*a*. u) sanitate *pr. m.* 3*a*.

Cap. 50. a) *ita* 1*a. b.* 2*b*. 3*a* (*pr. m.*); Item 2*a*; Eadem 3*b*; *om.* 2*c*. b) terreturium 2*a*.

1) os *Sulp. Sev.* 2) *I. q. capacitas.*

propria[a] messe meteret[b], valde turbati sunt operarii eius[c] propter imbrem repentinum, qui cum turbine inminebat[d]. Confestimque Genovefa ingressa tentorium[e], quod sine intermisione[f] facere consueverat, solo adherens[g], cum fletu orare coepit. Admirabilem cunctis timentibus[h] Christus ostendit virtutem, cum in circuitu omnium[i] segetes[k] pluvia[l] rigaret, porro nec messem[m] nec messoris[n] Genovefe[o] saltim[p] ullus[q] guttarum umor contingeret[r].

(51). Factum est deinceps, cum per amne[a] Sequana[b] navali[c] proficisceretur[d] itinere, ita ut solet fieri, caeli[e] decepta fraude[f] sereni, orta[g] tempestatem[h], navicula eius vento conlesa[i] pene fluctibus[k] operiretur. Protinus Genovefa suspiciens in caelum[l], manibus expansis, auxilium[m] a Domino precabatur. Talis continuo
cf. Matth. 8, 26. facta est tranquillitas, ut[n] sine dubio universi[o] Christum[p] adfuisse et ventis[q] ac fluvio imperasse[r] crederent[s].

(52). Egros[a] iugiter oleo[b] benedicto dilibutos[c] sospites[d] reddebat. Factum est, ut quendam[e] a demonio vexatum[f] oleo vellet[g] perungere. Cui[h] cum secundum[i] preceptionem[k] sui ampulla[l], que oleo[m] benedicto habuerat, vacua[n] fuisset allata[o], vehementissime sancta Dei famula Genuvefa turbata, quidnam ageret[p], aesitabat; nam pontifex, qui oleum[q] benediceret[r], deerat. Interea solo[s] recubans, opitolationem[t] sibi de caelo ad absolvendum[u] infirmum conferri[v] precabatur. Mox ut ab oratione surrexit, in manibus eius ampulla[w] oleo impleta[x] est, et ita demum gemine[y] in una ora virtutis[i], Christo cooperante, per eam apparuerunt, ut et ampulla, que oleo[z] benedicto habuerat, inter manus eius vacua impleretur[a], et[b] ab ipso oleo inerguminus[c] dilibutus[d] a vexatione demonum incolomis[e] redderetur.

Sulp. V. Mart. Praef. (53). Post ter senos[a, 1] namque ab[b] obitu eius[c] annus, quo[d] ad discribendam[e]

Capp. 50—53. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 50. a) *ita* 1*a.* 2*a.* 3*a (pr. m.)*; propriam messem *rell.* b) meterit *pr. m.* 3*a.* c) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* d) inminae:::bat, *ras.* bat 1*a*; eminebat 3*a (pr. m.). b.* e) oratorium *m. al. in ras.* 3*a.* f) *ita h. l.* 3*b.* g) pavimento *add.* 3*b*; cum fletu *m. al. in ras.* 2*a.* h) *ita* 1*a. b*; mentibus 2*a. b*; mensibus 3*b*; metentibus 2*c*; mirantibus *m. al. in ras.* 3*a.* i) hominem 2*a.* k) segetis *pr. m.* 3*a.* l) pluvie 1*a.* m) messe 2*a.* 3*a (pr. m.)*; mensem 3*b.* n) *ita* 1*a et pr. m.* 3*a*; messores *rell.* o) Genoveva 2*a.* p) statim 1*a.* q) ullius 2*a*, *corr.* r) coutingerit 2*a.* 3*a (pr. m.)*; attigit *ante* umor 2*b*; tetigit 2*c.*

Cap. 51. a) *ita* 1*a.* 2*a.* 3*a (pr. m.)*; amnem *rell.* b) *ita* 2*b*; Sequẹna 1*a*; Sequan(a)e *rell.* c) navale 2*c.* 3*a (pr. m.). b.* d) profisceretur 2*a.* e) cali 1*a.* f) fr. serene 2*a*; fr. serena 2*b*; serenitate subito *m. al. in ras.* 3*a.* g) or::, *ras.* ta 1*a.* h) tempestate 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* i) *ita* 1*a*; con(l)lisa *rell.* k) fructibus 2*a*, *corr.*; fluctivus 3*a*, *corr.* l) c(a)elo 2*a.* 3*a (pr. m.).* m) axilium 1*a.* n) *om.* 2*a.* o) *ita* 1*a. b*; *om. rell.* p) Christo 2*a.* q) *ita* 1*a. b.* 2*c et e corr.* 2*b*; venti (vento 3*b*) ac fluvio (fluvium 2*a et pr. m.* 3*a*) *rell.* r) inparasse 1*a*; imperare 3*b.* s) crediderent 1*a.*

Cap. 52. a) Egros — reddebat *om.* 2*c.* b) *om.* 2*a.* c) *ita* 1*a. b*; delibutos 2*b.* 3*b*; delebutu 2*a*; delibuto 3*a (pr. m.).* d) *ita* 1*a. b.* 3*b et m. al. in ras.* 3*a*; sospes 2*a*; sanos 2*b.* e) quentem 2*a*, *corr.* f) vexato 2*a.* 3*a.* g) velit 2*a.* h) *om.* 2*b.* i) *om.* 1*a.* k) preceptione 3*a (pr. m.). b.* l) ampullam 2*a.* m) oleum benedictum 1*b.* 2*b. c.* 3*b.* n) facua 1*a.* o) allatam 3*a (pr. m.).* p) agerit 3*a (pr. m.).* q) oleo *pr. m.* 3*a.* r) benedicerit 3*a (pr. m.).* s) sol recumbeans 1*a.* t) opidolationem 1*a*; opitulatione 2*a.* 3*a.* u) absolvendo *pr. m.* 3*a.* v) confer 2*a.* w) ampullam 3*b.* x) *om.* 3*a. b.* y) gemini 2*a.* 3*a (pr. m.)*; minime 1*a.* z) oleum benedictum 1*a. b.* 2*b. c.* 3*b* (*cf. supra l.* 15). a) implerentur 3*a*, *corr.* b) *om.* 2*a.* c) inerguminis 1*a*; inherguminis *m. al. corr.* inherguminus 3*a*; inerguminos 3*b*; energumino 2*c.* d) *ita* 1*a*; delibutus 1*b.* 2*b*; delibutos 3*b*; delebutu 2*a*; delibuto *pr. m.* 3*a.* e) incolumes redderet 3*b.*

Cap. 53. a) senus 3*a*; sevus 2*a.* b) ad obitum 1*a*; ab op(itu *m. al. in ras.*) 3*a*; ab obpido 3*b.* c) en 1*a.* d) quod (?) *pr. m.* 3*a.* e) describendum 2*c*; scribandam 3*b.*

1) *Itaque auctor credi voluit se c. a.* 520. *Vitam scripsisse; cf. supra p.* 204.

eius vitam appuli[a] animum, oleum[b] cum ipsa ampulla, qui[c] oratione eius creverat, vidi. Verumtamen de excessu[d] vitae eius[e] et honore[f] funeris, brevitatem secutus, silere[g] studui. Que in senectute bona amplius quam decies[h] octonus annos in corpore[i] est a[k] Domino peregrinata in[l] saeculo, humataque[m] est in pace die III.[n] Non. Ian. cf. Sulp. Dial. III, 3.

(54). Quidam puer nomine Prudens, qualiter remedium ac medillam super sepulchrum eius adeptus est, non absurdum[a] fidelibus innotiscere[b] pro reverentia[c] loci ipsius[d] stimo[e]. Quem cum ab[f] infirmitate calcoli nimium profligatum[g] genitores[h] sui[i] vivere disperarent[k] et ad tumulum[l] Genuvefe cum fletu[m] et gemitu medillam[n] suae[o] egritudines[p] inplorassent[q], ipsa die lapes[r] ab eadem infirmitate[s] generatos[t] ab eodem egressus est, ulteriusque[u] eum predicta infirmitas non vexavit.

(55). Cuidam[a] Goto[b] die dominico[1] operanti[c] manus utraque[d] contraxerunt[e]. Hic cum[f] ad[g] sepulcrum Genuvefe sanitatem[h] sibi reddi nocte tota inplorasset, in crastinum ab oraturio[i] super sepulcrum[k] de ligno contextum[l], recepta manuum[m] suarum sanitatem[n], incolomis egressus est. Greg. V. Mart. III, 7.

(56). Nam et gloriose memorie Chlodovechus[a] rex bellorum iure[b] tremendus[c] crebro pro dilectione[d] sui[e] in ergastulo[f] retrusis[g] indulgentiam tribuit et pro criminum animadversione[h] sepe[i] culpabiles[k], porro iam[l] ex Nemptoderense[2] incolomes[m], Genuvefa supplicante, dimisit. Quin etiam honoris eius gratia[n] basilicam[3] aedificare[o] coeperat, que post[p] discessum suum[4] studio[q] precellentissimae

Capp. 53—56. 1*a*. 1*b*. 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*.

Cap. 53. a) *ita* 1*b*; attuli a. 1*a*; a. appuli (apuli 3*b*; ampulli 2*a*; contuli 2*b*) 2*a*. *b*. *c*. 3*b*; v. (numeravi *m. al. in rasura maiore*) o. 3*a*. b) oleo 2*a*. 3*b*. c) quod 1*b*. 2*c*. 3*b*; in *add.* 2*a*. *b*. *c*. 3*a*. *b*. d) exsessu 3*b*; excelso 3*a* (*pr. m.*). e) suae 2*a*. f) honores 1*a*; hore 3*b*; eius *add.* 2*c*. g) siles eistud 1*a*; s. studii 2*a*. h) d. octinus a. 1*a*; d. octonos a. 1*b*. 2*a*; (d. *om.*) octonus annus *pr. m.* 3*a*; d. octenos a. 2*c*; LXXX a. *pro* d. o. a. 3*b*. i) habens *add.* 3*b*. k) adnono *pro* a D. 1*a*; ad Deum 3*b*. l) de 3*b*. m) que *om.* 3*b*. n) IIII. 1*a*.

Cap. 54. a) *inter* a. *et* f. *tres litt. ras.* 2*b*. b) *m. al. in ras. scr.* 2*b*. c) referentia *pr. m.* 3*a*. d) illius 3*a*. e) *ita* 1*a*; aestimo 1*b*; exestimo *rell.* f) ob 2*b*; *om.* 3*b*. g) profligato 2*a*. *b*. 3*a*; afflictum 2*c*. h) genitoris 2*a*. 3*a* (*pr. m.*). i) *om.* 3*b*. k) sperarent 1*a*; desperabant 1*b*. l) tumultum 1*a*. m) fluet 3*b*; g. et fl. 2*a*. n) medela 2*a*; medilla *pr. m.* 3*a*; *om.* 3*b*. o) *ita* 1*a*. *b*; eius *post* egr. *add.* 2*c*; *om. rell.* p) *ita* 1*a*; (a)egritudinis *rell.* q) implorasset 3*a*, *corr.*; inplorarent 2*b*. r) *ita* 1*a*; lapis 1*b*. 2*a*. *b*. *c*; lapsus 3*b*; *eras.* 3*a*. s) infirmitatem *pr. m.* 3*a*. t) *ita* 1*a*; (sanatus *m. al. in ras. maiore*) egr. 3*a*; generatus *rell.* u) conteriusque 1*a*.

Cap. 55. a) Quondam 2*a*. b) Gotho 2*b*. *c et e corr.* 3*a*. c) operanti *ante* die d. 1*a*. *b*; operantem 2*a* (*cf. c.* 37). d) *ita* 1*a*; uterque? *corr.* utreque 2*c et sic* 1*b*; itaque 2*a*. 3*a*. *b*; ita 2*b*. e) contraxarunt 1*a*; contra(ctae erant *m. al. in ras.*) 3*a*; contracte sunt 2*c*. f) cū: 1*a*. g) a *pr. m.* 3*a*. h) sanitate 2*a*. i) oratorium 2*a*; horatorium 3*a*; tum *add.* 1*a*; quod *add.* 2*c*. k) eius *add.* 1*a*. *b*; erat *add.* 2*c*. l) contexto 2*a*. *b*. 3*a*. m) manum 1*a*. n) sanitate 1*b*. 2*b*. *c*. 3*b*.

Cap. 56. a) *ita* 2*b*; Chlodoveus 1*b*. 2*a*. 3*a*. *b*; Chlothoneus 1*a*; Clodoveus 2*c*. b) iurare 2*a*; in re 2*c*. c) tr(emebundus *m. al. in ras.*) 3*a*. d) dilectionem 2*a*. 3*a* (*pr. m.*). e) eius 3*b et m. al. in ras.* 3*a*. f) ergastulum 2*a*. 3*b*; hergastulum 3*a*; ergastulis 2*b*. g) retrorsus 2*a*. h) animadversionem 2*a*. *b*; animadversatione 3*b*. i) *ita* 1*a*. *b*; etiam *add. rell.* k) culpabilis 2*a*. 3*a* (*pr. m.*). l) *ita* 1*a*; p. i. ex Nemetoderense 1*b*; p. inexemptu (inexempto 3*b*; inextento 2*a*) mense 2*a*. *b*. 3*b*; *haec eras.* 3*a*, *om.* 2*c*: *v. supra p.* 209, *l.* 42. m) incolomis 2*a*. 3*a* (*pr. m.*). n) gratiam 1*a*. o) aedificari 2*a*. p) pre 1*a*. q) studium 2*a*. 3*a*.

1) *Haec e Greg., De virt. S. Martini III, 7, deprompta sunt:* Senator — — dum die dominico clavem facit, digiti ei ambarum manuum contraxerunt, — — manus sanas elevans, incolomis est regressus (egressus *pr. m. cod.* 2). 2) *I. e. ex Genovefa.* 3) *Intellegitur SS. Apostolorum vel S. Petri basilica, Genovefae ipsi, quae Gregorio, H. Fr. IV, 1, teste ibi sepulta est, saec. IX. dicata; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 30. 4) *Chlodovechus ipse ibi sepultus est; cf. Greg., H. Fr. II,* 43.

p. 161. Chrothechildis[a] regine sue celsum[b, 1] protullit aedificata fastigium. Cui est porticus adplicata triplex, nec non et patriarcharum[c] prophetarumque[d] et martyrum adque[e] confessorum veram[f] vetusti[g] temporis fidem, que sunt tradita libris storiarum[h], pictura[i] refret[k]. Adque[l] ideo universi. qui[m] Patrem et Filium et Spiritum sanctum secundum substantiam[n] deitatis[o] adoramus[p] et[q] unitatem in Trinitatem[r], quia[s] tota regalis[2] est in unitatem[t], confitemur, sine intermisione[u] orantes, sepenumero[v] noncupata fidelissima[w] Dei famula Genuvefa obsecremus[x], ut supplicet[y] pro preteritis malis que gessimus, pro[z] futuris interveniat, inpetret mortalibus cybum[a] angelicum[b] adque corporalem, quatenus reconciliati individuae Trinitate[c], exultantes in splendoribus sanctorum[d], magnificemus[e] dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria[f], honor, imperium et potestas in secula seculorum. Amen[g].

Cap. 56. 1*a. b.* 2*a. b. c.* 3*a. b.*

Cap. 56. a) *ita* 2*b*; Chro:::::::dehildis, *ras.* de illis 1*a*; Chrodechildis 1*b*; Chrothildis 3*a*; Crothildis 3*b*; Hrodhildis 2*a*; (pr. *om.*) Clodechildis regina *ante* studio 2*c*. b) celsitudinis 3*a. b.* c) et *add.* (2*b*). 3*b*. d) que *om.* 2*a. b. c.* 3*a. b*; et *om.* 1*a*. e) *om.* 1*a*. f) verum 2*a*. g) vetustita 2*a*. h) libris :::: storiarum *pr. m.* 3*a*; l. storiam 1*a*; l. et historiam 2*a*; l. et hi(y)storiarum 1*b*. 2*b*. 3*b*. i) pictora 2*b*. 3*b*; pectora 2*a*. 3*a* *(pr. m.)*. k) *ita* 1*a* (*cf. Bonnet, 'Latin' p.* 434); refert 1*b*. 2*a. c*; referunt 3*b*; referta 2*b*; ferentes *m. al. in ras.* 3*a*. l) a. i. *eras.* 3*a*. m) q. P. *bis scr.* 1*a*. n) substantia 1*a*. o) dignitatis 3*b*; ad. d. 2*c*. p) adoremus 1*a*. q) ut 2*a*; etiam in hac fidei norma secundum catholicam matrem ęcclesiam Trinitatem in unitate et unitatem in Trinitate confiteamur sine 1*b*. r) Trinitate 2*b. c.* 3*b*. s) et Trinitatem (*pro* q. t. r. est) *m. al. in ras.* 3*a*; quia — unitatem *om.* 2*c*. t) unitate 2*b*. 3*b*; item 2*a*. u) intermissionem 1*a*. v) sepe numerum (*eras.* numerum 3*a*) 2*a*. 3*a. b*. w) fidelissimam 1*a*; nuncupatam (conputatam 2*b*) fidelissimam D. famulam Genovefam 1*b*. 2*b. c*. x) obsecramus 3*a* *(pr. m.). b*. y) *hic desinit 3a, folio exciso.* z) *ita* 1*b*; pro f. interveniet 1*a*; *haec om. rell.* a) civium 2*a*. b) angelorum 2*a*, *corr.* c) Trinitati 1*b*. 2*b. c.* 3*b*. d) *in* sanctorum *desinit 1a, folio exciso.* e) magnifemus 2*a*. f) gl. et h. 2*a*; h. gl. 1*b*; h. *om.* 3*b*. g) Explicit vita sanctae Genovefae virginis *add.* 1*b*. 3*b*.

1) *Haec ex Passione Iuliani Arvern. deprompta sunt; cf. Script. rer. Merov. I,* 881. 2) *Id ad Pippinum regem spectare opinor, qui a.* 767. *de Trinitate imaginibusque synodum habuit inter Romanos Graecosque; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 39.

VITA REMIGII EPISCOPI REMENSIS AUCTORE HINCMARO.

Hincmarus archiepiscopus Remensis ea quae sibi conveniebat auctoritate minime contentus summum per provinciam iudicium affectabat. Homo nimia dominandi cupiditate inflatus miraque astutia praeditus, etsi privilegia a papis elicuit suffraganeosque per vim oppressit, optatum tamen finem attingere non poterat. Vice papae alios archiepiscopos, episcopos, abbates iudicandi potestatem quam ambiverat Leo IV. ei denegavit[1], *usum tantum pallii cotidiani rarum scilicet honorem ei concedens. Privilegium*[2], *quo auctoritas sua incresceret, a Benedicto impetraverat, illudque Nicolaus primo confirmavit*[3]; *deinde vero decessorem ab archiepiscopo versuto deceptum esse intellegens, irritum idem iudicavit, cumque sibi ipsi falsis documentis fraudem factam esse perspiceret, in fratrem dolosum verbis acerrimis invectus est*[4]. *Denique spem omnem eius fefellit Iohannes papa, eo praetermisso, vicarium apostolicum a.* 875. *Ansegisum archiepiscopum Senonensem constituens. Cum suffraganei quoque eius consiliis occurrerent obsisterentque, Rothado contumaci episcopatus Suessionensis abrogatus eique successor datus est, atque Hincmarus Laudunensis, nepos ipsius archiepiscopi, eius potestatem agnoscere nolens deiectus caecatusque est: illum autem Nicolaus restituit, hunc Iohannes missam cantare verumque episcopii Laudunensis partem habere permisit, quo facto a metropolitanis episcopisque, fautoribus suis, vestibus sacerdotalibus indutus, utque populo benedictionem daret, in ecclesiam ductus est*[5]. *Id a.* 878. *gestum est, eoque ipso anno V. Remigii Hincmarus conscripsit. Rado enim subdiaconus Suessionensis occasione translationis a.* 852. *mense Octobri factae a dolore dentium se liberatum neque deinceps illo vexatum esse post* 25 *annos ei rettulerat*[6], *ideoque a.* 877/8. *Nimiam et sanctitatem facultatemque miraculorum et potestatem ecclesiasticam politicamque et bonorum Remensium curam sollicitudinemque patrono suo attribuens biographus id egit, ut sedis suae gloriam prae reliquis ecclesiis exaggerans demonstraret, quanta sibi ipsi dignitas conveniret, quantoque praesidio res frueretur Remensis*[7].

Brevis quae iam extabat V. Remedii[8] *eius desideriis minime satisfecit, cum praeter pauca miracula nihil contineat, quin immo de baptismo Francorum altum ibi servetur silentium; 'magnum vero librum de vita et virtutibus', de quo audierat, nancisci non poterat, nam huc illuc mittens, fama se ancipiti delusum esse perspexit*[9]. *Commercii epi-*

1) *V. 'N. Arch.' V,* 381. 2) *Concilia Galliae ed. Sirmondus III, p.* 107. 3) *Concilia l. l. p.* 215. 4) *Epistulas Nicolai ad synodum Suessionensem et Hincmarum ed. Sirmondus, Concilia III, p.* 303 *sqq.* 5) *Cf. Ann. Bertin. a.* 878. 6) *V. Remig. c.* 29. 7) *Vitam Remigii auctorisque fidem in annalibus nostris XX, p.* 511 *sqq. ('Reimser Remigius-Fälschungen') examinavi.* 8) *Inter Fortunati Opera, Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 64 *sqq., eam edidi.* 9) *Cf. Praef. V. Remigii:* Ad quae mittens, quae michi promissa fuerunt, penitus falsa inveni.

stularum, quod hac occasione instituit, specimina apud Flodoardum[1] *extant. Homo autem astutus, cum Vita prolixiore carere non posset, consilium multae calliditatis iniit. Ut probaret, Vitam eam quam desiderabat re vera extitisse, vetustioris locum afferens hunc:* Studeamus pauca disserere, plurima praeterire, *ipsam ex ampliore excerptam esse contendit, verba autem insequentia caute suppressit, ex quibus fontem scriptum biographo minime praesto fuisse intellegitur. Prolixior quam finxit Vita, si penitus periisset, proficere ei non potuisset, ideoque fabulam sibi excogitavit satis ingeniosam: Egidium episcopum Remensem a Fortunato petisse, ut magnum librum de vita et virtutibus S. Remigii, cothurno Gallicano dictatum, in compendium redigeret miraculaque nonnulla publice recitanda sermone simplici excerperet: tunc breviorem saepe transcriptum, magnum vero codicem oblivioni datum esse, temporeque Karoli Martelli, Milone clerico episcopatui Remensi praesidente, cum ecclesiae destruerentur resque ab eis auferrentur, clericos residuos, negotio victum quaerentes, denarios conquisitos chartis librorumque foliis implicuisse, itaque codicem 'partim stillicidio putrefactum, partim soricibus corrosum, partim foliorum abscisione divisum deperisse', sed pauca et dispersa eius folia reperta esse. Hanc historiolam 'a senibus et iam aetatis provectae viris religiosis' 'fideli relatione' se accepisse voluit, cumque illi Karoli Martelli tempore gesta vidisse non possent, maiores eorum citavit, a quibus liber ille 'maximae quantitatis, manu antiquaria scriptus' visus esset, hisque narrantibus, auctores suos ea quae attulit comperisse contendit. At quae de Milone rebusque adversis episcopatus Remensis enarravit, ea ex epistula Hadriani papae*[2] *ad Tilpinum archiepiscopum data deprompsit.*

Quod cum exposuisset commentum, tria documentorum genera appellare auctor poterat, historias scilicet, pittaciola quae dixi vel schedulas, vulgatam relationem, hancque defendit, locum Bedanum imperfecte afferens, ut vera lege historiae sanctam. Ex talibus fontibus plura, quam quae in vetustiore Vita leguntur, facile scire poterat hic qualiscumque historiographus novaque, monente clero Remensi, posteris invidere noluit: compendium igitur tam levi momento aestimasse videtur, ut illud ut inutile seposuisset. Attamen inter eius fontes Vita despecta primum locum obtinet eamque fere integram exscripsit auctor mendax. Historias[3] *autem vocavit Librum h. Fr., quem in codice recensionis B legerat. Quamquam ad hunc fontem recentiorem res a Francis gestas enarravit, antiquiores novit, Gregorium scilicet Fredegariumque, neque vero ex ipsis deprompsit nisi pauca verba*[4]. *Miracula, quae post mortem sancti contigerant (c. 24), item Gregorio debuit, libro scilicet in Gl. Conf. c. 78. Praeterea Libro pontif., scilicet V. Hormisdae, et Gregorii M. Dialogis III, 35. in c. 20. usus est. Auctorum verba plerumque servavit neque vero ubique id facere poterat, etsi omnia vel ore tradita se iisdem verbis iterasse ipse praefatus est. Ad instructionem legentium vel audientium dogmaticos homileticosque excursus prolixos, — multiloquii*[5] *enim amator erat, monente Nicolao papa, — vestigia Gregorii M. secutus, Vitae inseruit, eosque ab iis quae publice legenda erant notis gram-*

1) *Ad Ludovicum regem de libro vitae virtutumque S. Remigii scripsit (SS. XIII, 511) Lantardumque presbyterum Remensem adiit, ut quae 'de vita et actibus beati Remigii apud eundem habebantur conscripta, praeter illa quae ex antiquo in ecclesia Remensi legebantur', ea sibi transmitteret (ib. p. 552). Denique ab Adone Viennensi archiepiscopo petiit, ut epistulam Aviti ad Remigium scriptam, et 'si qua praeterea de sancto reperire valeret, super aurum et topazion pretiosa et amabilia sibi mitteret' (ib. p. 515): errore procul dubio deceptus, nam ad Chlodovechum data intellegi videtur epistula (ed. Auct. antiq. VI, 2, p. 75).* 2) *Cf. V. Rigob. § 18; Flod. II, 16.* 3) *Cf. V. Remig. c. 11:* ut historiae produnt, *scil. L. h. Fr. c. 1.* 4) *Usus est Greg. II, 27. 31 in c. 11. et 15, Fred. II, 58. in c. 14. et fortasse Fred. III, 16. 21. in c. 11. 14.* 5) *Hincmari Opp. ed. Sirmondus II, p. 247.*

maticorum ex Isidori Orig. I, 20. depromptis distinxit, immo etiam lectiones diebus festis depositionis et translationis sancti recitandas adnotavit[1]. *Scripturae sacrae codex, quem habebat, a Vulgata saepe discrepabat locisque nonnullis integrum Italae textum continebat. Litteris sacris optime instructus, vel citavit vel expilavit Antonini mart. librum de locis sanctis* (*c.* 8), *Athanasianum symbolum* (*c.* 7), *Augustini epistulam ad Bonifacium* (*c.* 16), *Cassiani Collationes* (*c.* 5), *Hieronymi Psalterium* (*Praef.*), *Iohannis Chrysostomi homiliam in Matthaeum* (*ib.*), *Rufini historiam eccl.* (*c.* 15), *Sulpicii Severi dialogos* (*ib.*), *V. Basilii Evurtiique* (*ib.*), *V. Vedastis* (*c.* 31), *e poetis christianis Sedulium, dum classici afferuntur Ovidius Lucanusque. Denique et Legem Salicam et Capitula Karoli M. legerat.*

Fraudis Hincmarus mox ipsa fontium expilatione convincitur. Puellam Tolosanam a Remigio resuscitatam ex inferno surrexisse idque eam ipsam postea confessam esse enarrans, fabulam ex vetustiore Vita deprompsit, testimonium autem hoc: sicut ipsa postea fatebatur (*c.* 9), *ipse interpolavit. Eodem modo in Librum h. Fr. Librumque pontificalem patronum suum induxit, ideoque apud eum 'per orationem sancti Remigii' Dominus adiuvit Chlodovechum* (*c.* 19), *et 'sancto Remigio suggerente' rex coronam papae misit* (*c.* 20). *In 'Gestis emendatioribus', quae c.* 2. *citavit, legisse vult, oraculo divino sanctum vocandum fuisse Remigium neque Remedium, id quod ad vocem caelitus emissam spectat, cuius ipsissima verba c.* 1. *tradiderat. Haec igitur ex schedulis suis pendere credi voluit, neque vero talis rerum supernarum scientia eas commendare potest. Atque omnia, quae documentis notis addidit Hincmarus, ficta sunt. Latro et Vulpecula liberi Genebaudi episcopi Laudunensis vocantur illegitimi: Celsa sobrinae Remigii nomen est procul dubio, quia Celtum villam possidebat: sanctus, villis acquisitis, fines lapidibus accurate munivit, tum regi vinum benedictionemque dedit, ut Burgundiones Wisigothosque devinceret, ipsius denique consilio ante hoc ultimum bellum synodus Aurelianensis instituta est: at ea potius quadriennio post convenit, neque Remigius ei intererat. Historia baptismi admodum amplificata, quae operis Hincmari pars notissima est magnaque olim auctoritate pollebat, vestigia saeculi IX. impressa fert. Remigius enim regi reginaeque futura praedicens, posteritatem eorum 'Romana dignitate regnoque' potituram esse scire vix poterat, nisi post Karolum M. imperatorem creatum. Ipsiusque Hincmari versutia etiam alibi deprehenditur. Vitam vetustiorem dolose interpretatus, S. Benedicto sanandi vim detraxit, ut maior crederetur virtus Remigii*[2], *et in ea quam de Celtensibus rebellibus enarravit fabula nomen 'iubeleus', quod sancto illos indidisse contendit, ex epistula episcoporum quorundam ad Remigium data ipse hauserat*[3].

Hincmarus quid ex libro suo concludi liceat, in c. 31. *exposuit. Remigius inter angelos et archangelos, inter Cherubim et Seraphim, inter potestates caelestes enumeratur, cumque 'fratribus electis in subiectis sibi civitatibus' ut princeps praefuisset, Chlodovecho regi baptizando 'potestative' ut servo sibi subiecto praecepisset, Pippinum denique villam episcopatus Laudunensis auferre molientem ipse flagellavisset, inter dominationes principatusque locum obtinet: thronis Conditoris supernisque sedibus adscriptus fratres electos iudicare poterat, ut Genebaudum episcopum Laudunensem propter infirmos actus decreto proprio iudicaverat et post iudicium paenitentem ipse in pristinum ordinem restituerat. Sanctus igitur ea bono eventu perfecerat, quae sine successu susceperat Hincmarus, eiusque contumax nepos oboedientis Genebaudi vestigia si secutus esset, magna cura et sollicitudine probum avunculum liberasset. Neque vicariatus effugerat patronum successore feliciorem. Hormisda enim papa vices suas per omne regnum Chlodovechi nuper ad*

1) *V. alteram praefationem, quae laterculum capitum subsequitur.* 2) *V. infra App. II.* 3) *Cf. V. Remig. c.* 22. *et MG. Ep. III, p.* 114.

christianam fidem conversi Remigio commisit, idque testatur privilegium, quod nepoti inoboedienti[1] *dudum propositum iusto iure integrum in Vitam admisit biographus. Dolendum autem est, documentum illud perutile a papa datum esse, qui, Chlodovecho regnante, minime sederat, triennio demum post eius mortem creatus. Calculi igitur errore falsarius lapsus est, eundemque auctor*[2] *Libri pontificalis ante eum commiserat eo loco, quem post privilegium Hincmarus Vitae inseruit. Quare dubium esse non potest, quin qui hoc primus attulerat, cuique non semel subsidio fuerat, etiam auctor eius fuerit. Impostor epistulam genuinam Hormisdae*[3] *ad Sallustium Hispalensem episcopum datam expilavit, privilegiumque in patronum suum transscribens, paucis verbis additis, per Chlodovechi regnum constituit vicarium apostolicum.*

Episcopatum Laudunensem condiderat rebusque Remensibus ditaverat Remigius, in pago Laudunensi et natus et enutritus, ipseque, Genebaudo primo episcopo in carcerem incluso, dioecesim 'ut et propriam' per septem annos administraverat: ecclesia igitur illa antiquitus Remensi metropoli subiecta erat, hasque eius origines, quas non semel nepoti obstinato ante oculos posuerat[4], *Hincmarus in Vita*[5] *plenius enarravit. Eius vero testimonium non multum valet, solusque quem olim citaverat testis 'Eutropius antiquus historiographus'*[6] *ne verbum quidem facit de iis rebus, quas ei attribuit homo mendax. Documentum gravius ei opus erat, ut sua Vitae descriptio aliquo modo confirmaretur, eoque, nisi fallor, consilio patroni testamentum protulit, quod paenultimum Vitae caput occupat. Eo firmiter stabilitur ea quae inter Remigium dioecesimque Laudunensem intercedebat necessitudo. In hac fundus situs erat quem legabat paternus, ibidem constitutis ecclesiae, clero, pauperibus eodem fere modo consuluit atque Remensibus: erat enim 'dioecesis tua', scilicet ecclesiae Remensis, heredis sui. Praeterea ex testamento colligitur, vera esse quae in Vita leguntur, scilicet sanctum regi baptizando adstitisse patrinum episcoposque Suessionenses Principium Lupumque consanguinitate cum eo coniunctos fuisse. De fide autem tam pretiosi documenti Hincmarus ipse certum attulerat argumentum, in capite eius professus, denariorum, quos solidi legati caperent, numerum eundem esse, qui ex tempore Legis Salicae usque ad Karolum M. neque amplius valuisset. Quod cum praeter auctorem ipsum nosse nemo potuerit, is qui testamentum et in lucem vocavit et commendavit, illud etiam conscripserat. Falsi autem vestigia tot in eo deprehenduntur, ut mirum sit, quod ab omnibus criticis vel exercitatis hodie inter scripta genuina illud recensetur. Auctor testamentum quoddam saec. VII/VIII. expilavit, cuius similia adhuc duo extant*[7] *exemplaria, formam vero eius non accurate servans, multa imperite immutavit, quae ab omnibus exemplaribus genuinis aevi Merowingici abhorrent. Remigium scripsit 'sacerdotii fuisse compotem', dum 'sana mens integrumque consilium' in testatore requiritur, testamentum autem voluit conditum esse 'iure praetorio', omnino oblitus iuris civilis, idque 'codicellorum vice valere praecepit', vim ipse imminuens eiusdem. Igitur re vera 'iuris aliquid videbitur defuisse', neque insolito more id quaerenti scriptori arroganti contrarium concedendum est. Hereditas autem cum successio sit in universum ius, quod defunctus habuerit, legata excipi non licebat, ideoque verbis his:* praeter id quod unicuique donavero legavero darive iussero *testamentum irritum factum est, utque legata darentur, fidei potius heredum committendum erat. Quae cum verbis olim imperativis aevoque Merowingico coniunctivis*

1) *Extat in opusculo* 55 *capitulorum adversus Hincmarum Laudunensem (Opp. ed. Sirmondus II,* 435*), in epistula ad episcopos de iure metropolitanorum (Opp. II,* 726*) scripta post Ansegisum vicarium constitutum, denique in Vita c.* 20. 2) *In Catalogo autem Feliciano (ed. Duchesne p.* 102*) regis nomen desideratur.* 3) *Ed. Thiel, Ep. Rom. pontif. I, p.* 979. 4) *Cf. opusc.* 55. *capit., Opp. II, p.* 431. 434*; Ep. ad Hincm. Laud. Opp. II, p.* 602*; SS. XIII, p.* 523. 5) *Cap.* 16. 6) *Opusc.* 55. *capit., Opp. II, p.* 431. 7) *Ed. Tardif, 'Monuments historiques' p.* 21. 32.

scriberentur, quae in testamento Remigii leguntur futura falsa deprehenduntur. Scriptor summam cautionem adhibens nomen suum celavit testatoremque contra dolum malum ita defendit: Huic autem testamento meo dolus malus abest aberitque, *immo vero se ipsum defendit, nam testaturi in hanc suspicionem non veniunt neque in documentis genuinis tale quid reperitur. Quamquam diem et consulem se superscripsisse in fine contendit, id minime fecerat, quod vires suas procul dubio excedebat, neque enim antiquitatis peritus erat, qui titulum* v̄c̄ *ante nomina propria posuerit. Testes, qui sunt* 6 *loco* 7, *signatores vocavit eorumque quinque una cum testatore ipso signasse voluit testamentum, eique signato locum additum esse. Testatori autem signare non licebat, testesque ipsi non signabant nisi ligatum testamentum. Nomina Germanica male formata falsarius ipse sibi excogitavit, isque non ante aevum Karolingicum degebat, cum 'Lugdunum'* [1] *pro Lugduno Clavato vel Landuno acceperit atque 'ecclesiastici hominis' meminerit.*

Multo post Hincmarum alter falsarius documentum falsum, quo erat stolidior, eo audacius amplificavit, legatisque Remigii multiplicatis, rem ecclesiae Remensis non parvam ad ea rettulit, Vita ab Hincmaro conscripta usus. Sane etiam alias ecclesias ex hereditate abundanti ditavit, villae vero eis concessae aut non existebant aut ibi sitae erant, ubi mortalibus non multum prodesse poterant. Ecclesiae enim Suessionensi villam 'Salvonarias supra Moram' deputavit fictam, veram 'Sablonarias supra Matronam' Remensibus suis reservans, atque Atrebatensi villam 'Orcos' adscripsit. Duo Remigii voluit praecessisse testamenta, id est ante 14 *et* 7 *annos, suumque tertium declaravit idem novissimum. Interea sanctus admodum profecerat: genus regium ipse cum aliis episcopis non solum baptizaverat, sed etiam 'in regiae maiestatis culmen perpetuo regnaturum statuens elegerat', ideoque illud ab ipso episcopo regnum 'acceperat'. Regem autem archiepiscopus Remensis primum a.* 1059. *elegerat, Remigii Hormisdaeque papae auctoritate fultus, eodemque fere tempore testamentum prolixius Vitae ab Hincmaro conscriptae, scilicet codici S. Remigii Remensis* [2], *eo loco insertum est, ubi in reliquis libris brevius reperitur. Exortum igitur videtur esse saec. XI. med., neque Flodoardus in Historia Remensis ecclesiae eo uti potuerat. Etsi in eius codicibus illud hodie legitur, tamen fabulas ibi enarratas ipse ignoravit atque I,* 23. *excerpsit brevius. Prolixius apud eum interpolatum esse, vel inde intellegitur, quod non eundem in codicibus locum obtinet, sed libri primi c.* 18. *hic praecedit (codd.* 2. 3*), illic subsequitur (cod.* 1*). Eiusdem autem interpolatoris vestigia adhuc multa apud Flodoardum restant. Hincmari quas in Historia ecclesiastica recensuerat epistulae corruptae sunt eae* [3], *in quibus, ne res Remenses abalienarentur, ad Remigium eiusque testamentum prolixius provocatum est, atque in privilegio Karoli Calvi a.* 845. [4] *post vocabulum* testamento, *quod ut in aliis eiusdem regis chartis* [5] *pro charta ipsa ibi accipitur, verba* sancti Remigii *addita sunt: casu autem felici contigit, ut eiusdem documenti textus purior adhuc supersit, unde fraus detegi possit:*

Codex Udalrici [6].	*Flodoardi codd.*
per hanc nostrae confirmationis auctoritatem in conspectu Dei, coram cetu fidelium nostrorum tam ecclesiastici quam laicalis ordinis, testamento praesentialiter — — reddimus.	per hanc nostrae confirmationis auctoritatem, inspecto coram coetu fidelium nostrorum tam ecclesiastici quam laicalis ordinis testamento sancti Remigii, presentialiter — — reddimus.

1) *V. 'N. Arch.' XX, p.* 551. 2) *Hodie codex Vaticanus bibliothecae reginae Christinae n.* 561, *quem L. Bethmann b. m. saec. XI. in. attribuerat.* 3) *SS. XIII, p.* 539. 540. 543. 544. 4) *Hist. eccl. III,* 4, *SS. XIII, p.* 477. 5) *Cf. Bouquet VIII, p.* 588, *n.* 183 *(a.* 863*), p.* 639, *n.* 244 *(a.* 872*); Ducange s. v. testamentum.* 6) *Eccard, Corpus hist. medii aevi II, p.* 42.

Udalricus Karoli Calvi chartas ex ipso Flodoardo deprompserat, codex vero adhibitus interpolationibus iis immunis erat, quibus libri hodierni inquinati sunt.

Sed ad Hincmarum nostrum redeamus. Homo vanus fallaxque idem delicatissimus erat, fabulasque quas sibi excogitavit fallaciis deliciisque condivit. Sermone prolixo usus, periodos formavit, quae spiritum intercludunt neque sine angore legi possunt. Quantitatis magis quam qualitatis studiosus menda non pauca commisit neglegentia, aliaque eo quod in arte grammatica apprime non instructus erat[1].

De veritate scriptoris primus dubitasse videtur Flodoardus, qui Vitae maximam partem in Historiam Rem. eccl. admisit: miraculorum enim fidem homo probus non raro imminuit, additis verbis fertur, traditur *cet. Loquacitatem autem auctoris quantum fieri potuit restinxit, neque librarii eam satis patienter tulerunt. Itaque e multis qui supersunt codicibus pauci textum omnibus numeris perfectum continent.*

1) *Codex* Mettensis *n.* 395, *formae quadratae, saec. XI, olim S. Arnulfi Mettensis, V. Remigii integram continet, quam Lectio euangelii secundum Lucam et homilia quaedam aliaque postea adnexa excipiunt. Nota* 9 *litteram* s *solam saepe significat, e. gr.* persona⁹, pruden⁹, socian⁹, virtute⁹. *Cf. 'Archiv' VIII,* 456.

1*) *Codex* Bernensis *n.* 168, *formae magnae, saec. XI, olim S. Symphoriani Mettensis, fol.* 83′—142, *ex libro* 1 *fluxit; cf. c.* 2. ad nostra tempora perduravit] ad n. quoque p. 1 (*pr. m.*); ad n. quoque p. tempora 1 (t. *m. al. in marg. suppl.*). 1*.

2a) *Codex* Parisiensis *n.* 5308 *(antea Colbert. et Regius* 3593[2]*), formae maximae, saec. XII, fol.* 108′—140′. *Notae ab Hincmaro margini additae numerique capitum desiderantur.*

2b) *Codex* Atrebatensis *n.* 189 *(antea* 199*), formae quadratae, saec. X/XI, olim S. Vedastis Atrebatensis, fol.* 1—38′, *a verbis* ;duisse legamus, *prologo exeunte, mutilus incipit hiatque frequenter, foliis excisis post fol.* 4. 5. 6 (2 *fol.*). 11. 17. 22 (2 *fol*). 25. 30. 35, *toto quaternione dempto post fol.* 7. *Etiam post fol.* 38. *unum desideratur, ut liber item mutilus desinat in verbis* invidi crucifigere *(c.* 31. *ex). Caput* 32. *cum testamento codici non inerat: notae adsunt.*

2c) *Codex* Berolinensis *n.* 118, *inter Phillippsianos n.* 1841 *(olim* 731*), formae quadratae, saec. XIV. in Francogallia exaratus, fol.* 1—24, *hiatibus compluribus laborans, in verbis c.* 31. *desinit his:* fructibus postulare. Quam nobis per intercessionem huius patroni nostri, videlicet sancti Remigii concedat nobis dominus noster Iesus Christus, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum Amen, *dimidia columna vacua relicta. Altera praefatio notaeque adsunt nonnullae. Praescriptiones subscriptionesque, miniatore deficiente, desiderantur.*

Codices 2x, *locis homileticis plerumque omissis, frequenter hiant neque textum ultra cap.* 30. *extendunt, carentes etiam notis marginalibus.*

2x¹) *Codex* Berolinensis *theol. lat. fol.* 267, *saec. XII, olim monasterii Springirsbacensis dioec. Trevirensis, fol.* 60—76. *Praescr.:* Prologus Hincmari episcopi in vitam sancti Remigii episcopi — — Incipit vita sancti Remigii episcopi; *laterculus capitum alteraque praefatio desiderantur neque subscriptio adest.*

2x¹*) *Codex* Trevirensis *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. loc.* 456 *(antea n.* 965*), legendarii S. Maximini tomus Octobrem mensem continens, saec. XIII, fol.* 1 *sqq. Praescr.:* Incipit prologus in vitam sancti Remigii episcopi — — Incipit vita sancti Remigii Remorum archiepiscopi, *subscr.:* Explicit vita sanctissimi

1) *Sermonis eius exempla nonnulla afferre libet:* chrisma *abl.* (*c.* 15), Remi *loc. et acc.;* molendinus *masc.* (*c.* 17), caro *masc.* (*c.* 31), compes *masc.* (*c.* 28), locellum *neutr.* (*c.* 29); absconso (*c.* 16); tam longe — quandiu (*c.* 19); ut *c. ind.; nom. abs. frequenter.*

episcopi et confessoris Christi Remigii. *Eadem insunt atque in libro praecedente, quocum hic ad amussim convenit: cf. Praef.* libro] libro regum $2x^{1.1*}$. Addo] Adomae $2x^1$. Adonie $2x^{1*}$. velox] velox fuit $2x^{1.1*}$. sive audientium] vel a. $2x^{1.1*}$.

$2x^2$) *Codex* Wirziburgensis *Mp. th. f.* 139. *formae magnae, saec. XII. in., olim S. Stephani Wirziburgensis, fol.* 33—65′. *Praescr.:* Vita sancti Remigii Remorum archiepiscopi. *subscriptio abest. Incipit a verbis* Post vindictam. *omissis prologis laterculoque capitum.*

$2x^3$) *Codex* Trevirensis *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1141, *Num. loc.* 444 *(antea n.* 230*), formae quadratae, saec. XII. olim S. Martini Trevirensis. fol.* 67′—93′. *Praescr.:* Vita sancti Remigii archiepiscopi; *incipit a c.* 1: Post vindictam, *ut* $2x^2$.

$2y$) *Codex* Berolinensis *n.* 121. *inter Phillippsianos n.* 1874, *olim S. Vincentii Mettensis, inter scripta saec. XI. et XII. fol.* 160 *sqq. V. Remigii saec. XII. exaratam continet. Praescr.:* Incipit prologus in vita sancti Remigii episcopi et confessoris — — Incipit vita sancti Remigii an(tistitis) et confessoris gloriosi edita ab Hincmaro Remensi archiepiscopo. *Laterculus capitum plenus adest, sed altera praefatio desideratur. Librarius cum exemplar quod habuit 2x lacunosum esse videret, inde a c.* 19. *aliud simile codici* 1 *descripsit usque ad c.* 31: letatur gloria. *ibique textum finivit, addita utriusque Vitae clausula et antiquioris:* Profusis ergo — — iustis eterna *et Hincmarianae (c.* 31*):* qui cum Deo patre et Spiritu sancto coeternus. consubstantialis ac coequalis vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen. Explicit vita sancti Remigii archiepiscopi et confessoris.

$2y^*$) *Codex* Berolinensis *n.* 123. *inter Phillippsianos n.* 1839, *olim S. Vincentii Mettensis, saec. XIII, in iisdem verbis desinit, ut praecedens: cf. Rose, 'Verzeichniss der Meerman-Hss. des Sir Thomas Phillipps', Berolini* 1892, *p.* 260 *sqq.*

Codicibus 3 *praeter Hincmari librum insunt et fabula de reliquiis S. Remigii, quas Moderamnus in Italiam transtulerat (ed. 'N. Arch.' l. l. p.* 567*), et Miracula S. Remigii post eius translationem a.* 882. *patrata, quorum exordium e codice* 3c *edidit Suyskenus, AA. SS. Oct. I. p.* 170. *Eiusmodi codicem Flodoardus adhibuit.*

3a) *Codex* Vercellensis *archivi capitularis n.* 205, *formae quadratae, saec. X. pulcherrime scriptus, totus S. Remigio dicatus est. Hincmari liber utraque praefatione caret:*

fol. 1. Incipiunt capitula sequentis operis. Cap. 1. Quomodo — —

33. Sequuntur metri(ci *postea add.*) versus conscripti in loculo aureo, in quo reconditum est integrum corpus beati Remigii.

Incipit textus vitae actuumque (*m. al. corr.* vitae atque) obitus beati Remigii Remorum archiepiscopi.

Post vindictam — — similitudinem deputantur. *Capitis* 31. *maxima pars deficit; ultimum vero integrum est. idque, fol.* 90′. *vacuo relicto, locus de quo supra dixi ad Moderamnum spectans subsequitur:*

fol. 91—94. Temporebus Chilperici — — praepositurae adeptus. *exaratus eadem manu.*

fol. 95—134′. Incipit textus miraculorum. Anno felicissimae incarnationis — — ei sanitatis spem addi . *Miracula, quaternione deperdito, non integra atque etiam quae agmen ducunt* Responsoria in natl. sancti Remigii *fine privata sunt.*

In libris 3b. c *interpolationes deprehunduntur hae: c.* 17. *miraculum quoddam novum, quo Remigius supra Petrum Paulumque apostolos attollitur, c.* 30. *ex. fabula de Moderamno. c.* 31. *locus e Flodoardo (SS. XIII, p.* 436 *sq.) depromptus. In libris* $3b. b^*. b^{**}$ *post Vitam calculus annorum positus est. Hi textum plenum continent, eorumque prin-*

ceps etiam notas marginales servavit[1]*: libro autem 3c una cum altera praefatione laterculus capitum, in reliquis passim interpolatus, deest, cuius loco capita singula inscripta sunt.*

3b) Codex Remensis n. 1146 (793. 773), *formae maximae, saec. XI. ex. splendidissime exaratus litterisque maioribus pulcherrime pictis initio decoratus, olim capituli Remensis erat, a Manasse praeposito inter a.* 1076—1096. *ecclesiae S. Mariae dono datus. Insunt inter cetera:*

fol. 75′—143′. *V. Remigii auct. Hincmaro. Textui post fol.* 80. *quinque folia (f.* 81—85*) saec. XII/XIII. inserta sunt, in quibus initium Vitae* (Post vindictam — c. 15. prebet experimentum. Tu autem) *ex hoc ipso codice iteratur. Sunt lectiones ad usum ecclesiasticum accommodatae.*

fol. 143′—145′. *V. Remedii antiquior.*

fol. 145′. 169—176′. 146—150′. *Miracula S. Remigii:* Cum ad multorum magnorumque — litat sacri libaminis oblationem. Explicit textus miraculorum beatissimi Remigii Remorum archiepiscopi. *Praefatio quae praecedit prolixa nisi in hoc libro non asservata est. Ex ea intellegitur, Rotgarium*[2] *monachum et sacerdotem Miraculorum esse auctorem, neque Rotfridum, ut Suyskenus, AA. SS. Oct. I.* 170, *statuerat.*

fol. 150′—151′. *Epistula monachorum S. Remigii ad fratres Casinenses, infra edita.*

fol. 152—155′. *Testamentum S. Remigii prolixius, saec. XV. fortasse ex Flodoardo descriptum.*

3b) Codex Remensis n.* 790. 771, *saec. XII. olim S. Nicasii Remensis, cui insunt*

fol. 1—45. *V. Remigii auct. Hincmaro,*

fol. 45—61. *Miracula S. Remigii,*

fol. 61—62′. *Epistula monachorum S. Remigii ad fratres Casinenses,*

praecedente multo deterior omnino neglegendus erat.

*3b**) Codex Remensis n.* 786. 769. *saec. XIII, olim S. Theoderici Remensis, ex 3b* descriptus, eadem continet.*

3c) Codex Bruxellensis n. 7487—91, *saec. XIII, antea Musei Bollandiani, signatus ibi Q. Ms.* 4, *continet:*

fol. 1—33′. *V. Remigii auct. Hincmaro. Praescr.:* Incipit prefatio Hincmari archiepiscopi in vita beati Remigii Remorum pontificis et Francorum apostoli. — — Incipit textus vitae — Remigii Remorum pontificis et Francorum apostoli, cuius depositio est Idus Ianuarii, translatio autem Kalendas Octobris.

fol. 33′. *Epistulae monachorum S. Remigii exordium, a Suyskeno ex hoc ipso codice editum.*

Reliqua, foliis excisis, desiderantur. Codicem frustra contuli, antequam in gemellum meliorem 3b incidi; nam etsi non ex hoc pendet, tamen ad emendandum textum iam nihil facit.

Libri subsequentes imperfecti sunt, cum in omnibus praefatio altera testamentumque cum capite ultimo omissa locique homiletici non plene conservati, sed hic pauca illic plura expuncta, alibi omnia fere deleta sint, quae ad historiam non spectant. Etiam notae marginales desiderantur.

4a) Codex Parisiensis n. 5595 *(Colb.* 5426, *Regius* $4\underset{3}{4}\underset{3}{2}7$, *saec. X. ex.), fol.* 1—81, *mutilus est, cum, foliis excisis, finis c.* 15. *perierit:* id est mentes nostras — populum per b. Remigium.

1) *Pro paragrapho notas quasdam Tironianas 3b nonnumquam posuit.* 2) *Cf. Praef.:* Deus omnipotens — — miserere huius famuli sui Rotgarii monachi et sacerdotis indigni, qui tuo ductus amore eiusque dilectione haec stilo quamvis impolito maluit auribus simplicium tradere.

4a*) *Codex Parisiensis n.* 12606, *saec. XIII. in., olim Floriacensis (n.* 143*), dum S. Germani a Pratis (n.* 499, *olim* 627*), fol.* 10—13. *compendium V. Remigii continet ad verba:* anima celos penetrans terre corpus reddidit. *Is cum 4a tam arte convenit, ut ex eo fluxisse possit; cf. Praef.:* scriptura] aecclesia *eras.* 4*a*, ecclesia 4*a**; sunt industria] studio sunt 4*a. a**; dispersa] diversa 4*a. a**.

4*b*) *Codex Rothomagensis U.* 67, *saec. XI, fol.* 78—98, *omissis praefatione laterculoque capitum, incipit a verbis:* Post vindictam.

4*b**) *Codex Leidensis, Voss. Fol.* 11 *(ex bibl. Thevenot.), saec. XII. in. parum accurate scriptus, mutilus incipit a verbis c.* 12: tempore usque ad fluvium *textumque ad c.* 24 (suas)[1] *tantum continet, quamquam fine nihil periit. Ea quae supersunt tria folia occupant. Codex a L. Bethmann b. m. collatus ad familiam* 4 *pertinet (c.* 13. lapsi] *om.* 4*a. b. b**; *c.* 15. ulli] ultra 4*a. b. b**) *similisque est* 4*b* (*c.* 14. audita dicentis] d. a. 4*b. b**).

4*c*) *Codex Parisiensis, 'Nouv. acq.' n.* 2261 *(antea Cluniacensis n.* 112*), formae magnae, saec. XI/XII, fol.* 112—135. *Praescr.:* Incipit praefatio vitae actuum atque obitus beati Remigii Remorum pontificis — — Incipit liber in vita sancti Remigii; *subscr.:* Explicit vita sancti Remigii Francorum apostoli.

4*d*) *Codex Catalaunensis n.* 70 (78), *saec. XI, fol.* 2—29. *Praescr.:* Incipit prologus in vita presulis Remigii. — — Incipit vita preclarissimi Remigii archiepiscopi. *Laterculus capitum desideratur.*

Codices 5 *non ultra c.* 29. *perveniunt, ibique etiam laterculus capitum finitur.*

5*a*) *Codex Bambergensis E III,* 5, *saec. XI, fol.* 1—46'.

5*b*) *Codex Monacensis n.* [1087] 4628 *(Ben.* 128*), saec. XI, fol.* 33—73. *Praescr.:* Incipit prologus in vitam s. R. e. et conf. *Locus c.* 23. *post* immortalitatem *interpolatus hic:* Sit autem gloria huiusmodi gratiae datori Patri Filioque eius cum sancto flamine per aeterna saecula. Amen *non deprehenditur in libro praecedente, quocum alias fere convenit.*

5*b**) *Codex Monacensis n.* 22244 *(Windb.* 44*), saec. XII, legendarii Windbergensis volumen V, fol.* 1—23, *ex* 5*b pendet. Praescr.:* Prologus Hincmari in vitam sancti Remigii episcopi et confessoris. — — Incipit vita sancti Remigii episcopi et confessoris.

5*c*) *Codex Coloniensis archivi urbani n.* 171, *antea Wallrafianae bibliothecae VI,* 13, *partim membranaceus, partim chartaceus, saec. XV, fol.* 53'—68: Incipit vita sancti Remigii episcopi et confessoris. Post vindictam scelerum, *prologum laterculumque aliaque, quae in praecedentibus extant, omisit.*

5*d*) *Codex Parisiensis n.* 5353 *(antea Colb.* 322, *Regius* 3593*), saec. XIV, fol.* 94'—104', *ab iisdem verbis incipit atque* 5*c, sed plura continet, quam reliqui huius familiae libri, et post c.* 29. ponere *clausulam addit hanc:* operate, prestante domino nostro Iesu Christo — seculorum Amen. Explicit vita sancti Remigii episcopi.

6*a. b*) *Codices Divionensis n.* 383, *saec. XIII, olim Cisterciensis, Vol. I, fol.* 94—110, *et Parisiensis n.* 11759, *saec. XIV, olim Wionis Herovallii, deinde S. Germani a Pratis n.* 502, *fol.* 120'—132, *item a verbis:* Post vindictam *incipiunt, sed c.* 31. *attingentes, in his verbis desinunt:* impetremus, adiuvante Deo et domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto per immortalia saecula saeculorum. Amen. Explicit vita sancti Remigii episcopi et confessoris.

1) *Codices Rothomagenses Y* 189, *saec. XI. et U* 2, *saec. XII. paulo ante desinunt in verbis c.* 24. *his:* sacerdotis iniuria; *cf. 'N. Arch.' XVIII; p.* 614. 609.

Caput 16, *historiam Genebaudi episcopi Laudunensis continens, in duobus codicibus seorsum traditum est.*

7a) Codex Mettensis n. 39, *olim S. Arnulfi Mettensis, cui Expositio Bedae in Lucam saec. IX. exarata inest, in folio ultimo a glutinatore addito caput* 16. *saec. X/XI. scriptum exhibet. Incipit a verbis:* Postquam fidem Christi rex Hludowicus recepit et baptismi gratiam per beatum Remigium cum omni gente Francorum consecutus est, plurimas, *desinit:* Genebaudus autem nimio timore. *Textus nonnumquam cum* 1 *convenit:* cubiculi] cubili 1. 7*a*. sanguine suo] suo sang. 1. 7*a*.

7b) Codex Laudunensis n. 261 *(antea n.* 431*), saec. XII, olim S. Mariae Laudunensis, fol.* 55—41bis, *initio a praecedente discrepat:* De vita sancti Genebaudi episcopi. Babtizatus a sancto Remigio Chlodoveus rex cum gente integra *et q. s.*

Codices V. S. Remigii ex duobus exemplaribus pendent deperditis x y, id quod ex locis intellegitur his:

	x.	*y.*
c. 11.	In illis temporibus 1. 2*a. b. c.* $x^{1.2.3}$ [In illis diebus *L. h. Fr.*].	In illis diebus vel temporibus 3*b. c.* 4*a. b* *(deest 5a)*.
c. 13.	super hos hostes 1. 2*a.* $x^{1.2.3}$ *cum L. h. Fr.*	super hostes (2*b*). 3*b.* 4*a. b.* 5*a.*
c. 16.	quoque 2*a. b.* $x^{2.3}$. *y cum Ovidio*; quoquo 1.	quo 2x^{1}. 3*b.* 4*a (pr. m.). b. c.* 5*a. b.*
c. 19.	fontis inundatione 1. 2*a. b.* $x^{1.2.3}$. *y.* 3*c.* 4*c.*	fontis indatione (undatione 5*b*) 3*b.* 4*a. b.* 5*a. b.*
c. 20.	relationis attestatione 1. 2*a. b. c.* $x^{1.2.3}$ *cum ep. Horm. ad Sallustium.*	legationis att. (auctoritate 4*a*) 3*b. c.* 4*a. b. c.* 5*a.*
c. 23.	sive — sive 1. 2*a. b. y.* 3*c.* 4*b. c* *(deest 2x)*.	si — sive 3*b.* 4*a.* 5*a. b.*

Menda aperta, ut indatione *pro* inundatione, si *pro* sive *in libris alterius familiae* 3*c.* 4*b. c emendata sunt, ea vero, quae, fontibus non adhibitis, animadverti non poterant, intacta manserunt, gravisque est locus c.* 20, *ubi ex epistula Hormisdae confirmatur, lectionem x* relationis *esse veram, eam autem exemplaris y* legationis *falsam. Itaque, utroque inter se discrepante, illi maior fides habenda erat, cumque primo loco ibi* In illis temporibus, *in y autem* In illis diebus vel temporibus *scripta sint, verba* diebus vel *glossema possunt esse, ex L. h. Fr. depromptum. Laterculi capitum tituli, quos satis prolixos Hincmarus formavit, nonnulli in y decurtati sunt, pluraque in* 4 *et* 5 *desiderantur verba quam in* 3. *In priore autem classi menda communia non repperi, licet singuli libri* 2 *nonnumquam cum* 1 *errent et imprimis* 2*b, e. gr.:*

1 = 2*a*. *c.* 14. in domo] *om.* 1. 2*a (habent* 2*b. c cum classi y)*.
1 = 2*b*. *c.* 1. serentibus] referentibus 1. 2*b*.
ib. quia] qui 1. 2*b*.
c. 15. unguntur] *om.* 1. 2*b*.
ib. de] *om.* 1. 2*b*.
c. 31. gaudeant [habentes — congaudeant *om.* 1. 2*b*, *habent rell.*].
ib. ut nulla ad reprobos compassione moveantur] ut, *omissis reliquis* 1*; haec omnia om.* 2*b*.

Quamquam librarius 1 *textum summa cum licentia tractarit, sermonem immutans innumerisque locis vocabula transponens, tamen codici primum locum concedere non dubitavi, cum totum Hincmari opus vel notas marginales contineat solus e libris classis prioris. Et locis nonnullis lectionem veram is unus servasse videtur:*

c. 9. Apprehensam namque manum eius (Apprehensa — manu *m. al.*), dixit 1; Apprehendens n. manum e., d. *rell.;* adprehensa manu pontificis *V. Remed. I, c.* 8.

c. 12. castrum Milidunensem] 1 *cum L. h. Fr.;* c. -nense *rell.*

Menda autem eius propria facile tolli poterant ope reliquorum et imprimis librorum 2a. b. Hi raro eadem corruptela laborant, ut

c. 9. manifeste (*cf. Ps.* 49, 3)] manifestus 2*a. b,*

c. 24. iussisset] iussis et 2*a*; iussiset 2*b,*

atque alter alterius mala plerumque sanat. Qui codicem vetustiorem 2b exaravit librarius rudis menda grammatica vel ipse commisit vel commissa religiose tradidit, — neque enim Hincmarum hac in arte satis versatum fuisse demonstravi, — talia:

c. 1. comiugale: (*ras.* m) comertium 2*b,*

c. 9. condoleret] cumdoleret 2*b,*

ideoque ad corrigendum minus aptus lectionem traditam servavit, collegis immutantibus:

c. 8. imbiberunt] 2*b cum* 3*b*; indiderunt 1; imbuerunt 2*a.*

c. 21. Cum — convenerunt] 2*b cum rell.;* C. — convenissent 1; C. — convenirent 2*a.*

Reliqui libri 2 *tam licenter scripti sunt, ut crisis ex iis proficere non possit. Discordantibus inter se singulis libris x, ea lectio praeferenda erat, quae classi y confirmatur. Codex 3a inter socios aetate primum locum obtinet atque, quantum scio, interpolationum librorum 3b immunis est, ut in laterculo cap.* 33. *glossema:* (versus) conditi ab Hincmaro archiepiscopo *non exhibet; cum vero libris y minor auctoritas accedat, carere potui libro imperfecto. Et codex perfectus 3b, quem eius loco adhibui, satis accurate scriptus est neque praeter interpolationes, quas dixi, menda multa lectorem ibi offendunt. Libri 4a. b affinitate propinqui per eundem errorem nonnumquam labuntur:*

c. 11. Chlodione] Chodione 4*a. b.*

ib. Francico] Francisco 4*a. b.*

c. 13. lapsi] *om.* 4*a. b.*

c. 14. cubiculi] cubilis 4*a. b.*

ib. sed] *om.* 4*a. b.*

c. 15. ulli] ultra 4*a. b;*

deteriores eiusdem ordinis 4c. d non curavi. Denique familia 5 *modo cum* 3*:*

c. 6. cor vertit] convertit 3*b.* 5*a.*

c. 8. placaret] placeret *pr. m.* 3*b.* 5*a.*

c. 11. michi dare] d. m. 3*b.* 5*a.*

c. 26. perculsi] percussi 3*b.* 5*a,*

modo cum libris 4 *facit, quibuscum in laterculi titulis* 6. 8. 27. *locos eosdem omisit. Codices non solum eos, quorum partes selectas G. Waitz b. m. examinaverat,* 1. 2*a.* 4*a, sed etiam nondum adhibitos* 2*b.* 3*b.* 5*a integros contuli et ad c.* 4. *librum 4b, quem deinde ibi inspicere satis habui, ubi lectiones variantes adnotatae erant. Ope huius apparatus lectio vera ubique facile restitui poterat; ubi autem* 2*b.* 4*a. b.* 5*a codices imperfecti defecerunt, in capite paenultimo ultimoque liber vetustissimus 3a praesto erat, collatus cura O. Holder-Egger v. c.*

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1576, *tom. I, p.* 278 —310, *V. Remigii laterculo capitum alteraque praefatione carentem ad c.* 30, *ideoque imperfectam, ut est in libris 2x, edidit. Adiecit autem qui in c.* 32. *extant Versus inscriptos sepulchro S. Remigii, pleniusque exemplar se postea ab aliis accepisse ipse in clausula professus est: quin immo in textu recensendo id adhibuerat, nam lacunas classis 2x nonnullas supplevit, neque semper suo loco, ut c.* 15. *loci omissi* De miraculo

— sumit *exordium ad vocabulum* experimentum *eiusdem capitis fini adiecit. Itaque eius editio et cum exemplari x* (*c.* 20. relationis) *et cum y* (*c.* 11. In illis diebus vel temporibus) *consentit. Habuit autem praeter 2x librum 3c similem:*

c. 7. transcendunt] transcendit = 3*c*,
ib. quorum] cuius = 3*c*,
ib. deitatis] divinitatis = 3*c*,

et fortasse etiam codicem quendam 5.

Tertius eiusdem collectionis hagiographicae editor (Coloniae Agrippinae 1617, *tom. I, p.* 185—208*) cum Surium legeret scripsisse ad calcem Vitae nonnulla deesse, additamenta duo adiecit, primum ea quae apud Flodoardum, Hist. Rem. eccl. I,* 21. 22, *Hincmari versus subsequuntur, miracula scilicet post translationem a.* 882. *facta, deinde 'Encomium S. Remigii' Hincmaro auctori attributum, idque re vera quod in editione principe desiderabatur Vitae c.* 31. *est. Textum ita suppletum iteravit Migne, Patrologia Latina* 125, *p.* 1129—1198.

Suyskenus, Acta sanctorum, Octobris tom. I, p. 131—169, *Antverpiae* 1765, *librum ad codicem Musei Bollandiani, Q. Ms.* 4 *(nobis 3c) edidit, cuius menda atque interpolationes tollere non potuit. E codicibus Bonifontis et canonici Prudhomme perfectis locos tantum eos exscriptos habuit, qui apud Surium desiderantur, quartusque, quo uti potuisset, codex Musei Bollandiani P. Ms.* 22. *olim S. Pauli Traiectensis, hodie Bruxellensis n.* 8059, *saec. XV, fol.* 62′—79′, *inter deteriores erat, pertinens ad familiam* 5. *Locos homileticos maximam partem praetermisit. Testamentum, quod multi seorsum ediderunt ultimusque Pardessus, Dipl. I,* 81, *ex Marlotio, ad editionem Labbei, Nova Bibliotheca Mss. tom. I, p.* 807, *repetivit.*

Itaque V. Remigii ex corruptis codicibus edita atque trunca adhuc restitit. Et sane dubitandum erat, quin in meliorem statum restitui mereretur liber mendax atque historiae scribendae omnino inutilis. At quamquam fides ei hodie abrogata est, meminisse oportet, mendacia illa olim credita auctoritate magna per medium aevum floruisse iisque et praesulum Remensium honorem ecclesiasticum politicumque primum stabilitum et successores, ut maiora auderent, commotos esse. Quibus rebus perpensis, documentum hoc pseudohistoricum integrum publici iuris facere visum est.

B. Krusch.

INCIPIT[a] PRAEFATIO VITAE, ACTUUM ATQUE OBITUS BEATI REMIGII REMORUM ARCHIEPISCOPI.

HINCMARUS NOMINE, NON MERITO EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS DILECTIS FRATRIBUS[b] AC COMMINISTRIS NOSTRIS[c], HUIUS SANCTAE REMENSIS AECCLESIAE FILIIS.

Sicut a senibus et iam aetatis provecte viris religiosis, qui de tempore Tilpini urbis huius praesulis adhuc vivebant, quando in servicium istius sanctae aecclesiae auctore Deo fui electus atque provectus, et postea per aliquot[d] annos vixerunt, fideli relatione didici, a suis maioribus audierunt narrari, eos vidisse[e] librum maxime quantitatis manu antiquaria scriptum de ortu ac vita et virtutibus atque obitu beati[f] Remigii sanctissimi[g] patronis[h] nostri. Qui hac occasione deperiit,

Praef. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Praef. a) *praescr.* I. (I. *om.* 3*b*. 4*a*) pr. v. a. a. o. b. (beatissimi 3*b*) R. R. a. (archipontificis 4*a*; pontificis 5*a*; et confessoris *add.* 3*b*) 3*b*. 4*a*. 5*a*; I. prologus Hincmari ępiscopi de vita et actu seu obitu b. R. R. a. 1; I. prologus in vita sancti R. 2*a*; *a* duisse legamus, *praefatione exeunte, incipit* 2*b*; *praefationem om.* 4*b*. b) ac c. n. fr. 1. c) *om.* 3*b*. d) aliquod 4*a*, *corr.* e) se *add.* 1. f) beatissimi 3*b*. 5*a*. g) *om.* 3*b*. 5*a*. h) *ita pr. m.* 1 *et e corr.* 5*a*; patroni *rell.*

quoniam Egidius[1] post beatum Remigium quartus istius civitatis episcopus quendam[a] virum religiosum nomine Fortunatum metricis versibus insignem, qui a multis potentibus et honorabilibus[b] in his Gallicis[c] et Belgicis regionibus per diversa loca tunc vitae ac scientiae suae merito invitabatur, petiit de eodem libro coturno Gallicano dictato[d] aperto sermone aliqua miracula, quae in populo recitarentur, excipere, quatinus[e] ea sine tedio audire et mente recondere atque per ea ad amorem et honorem atque devotionem Dei et ipsius protectoris sui[f] idem populus excitari valeret. Quod et in eadem exceptione lector potest advertere[g], ubi scriptum est[2]: *Studeamus pauca disserere, plurima preterire.* Et cum ipsa exceptio cepit lectione in populo frequentari et a multis propter brevitatis suae facilitatem transscribi, ipse magnus codex a neglegentibus neglegentius cepit haberi, usque dum tempore[3] Karli[h] principis, quando propter discordiam et contentionem de principatu inter eum et Ragamfredum[i, 4] et frequentia ac civilia, immo plus[5] quam 715/7. civilia, quia intestina et[k] parricidalia bella, in Germanicis et Belgicis ac Gallicanis provinciis[l] religio christianitatis[m] pene fuit abolita, ita ut episcopis in paucis locis residuis episcopia[n] laicis[6] donata et per[o] eos divisa rebus exstiterint; adeo ut Ep. Hadr. Milo[7] quidam tonsura clericus, moribus[p], habitu et actu inreligiosus laicus episcopia Remorum ac Trevirorum[q] usurpans insimul per XL[s] circiter[r] annos pessumdederit. Cuius infelici tempore de ista Remensi aecclesia non solum pretiosa[8] queque ablata fuerunt, sed et aecclesiae atque domus religiosorum destructe ib. et res ab episcopio fuere divisae. Illi quoque pauci qui erant residui clerici negotio victum querebant et denarios quos mercimonio conquirebant in cartis et

Praef. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Praef. a) v. q. 1. b) viris *add.* 3*b*. c) Galicis 5*a*. d) dictatu 1. e) *m. al. suppl.* 3*b*. f) nostri 4*a*. g) avertere 5*a*. h) Karoli 2*a*. i) Raganfredum 3*b*. k) ac 3*b*. l) omnis *add. Hincm. de iure metr.* m) christiana 3*b*. n) episcopiis l. donatis et p. e. divisis 1. o) et rebus div. fuerint, adeo *Hincm. l. l.* p) m. et h. actuque 1; m. h. (et *om.*) a. 2*a*. q) Treverorum 2*a*. r) a. c. 1. s) q. p. f. a. 1.

1) *Egidius episcopus Remensis a.* 573. *et Gregorium Turonensem (Fortun., Carm. V,* 3) *et episcopum quendam Dunensem consecravit, hunc quidem contra canonicam disciplinam, unde synodus Parisiensis litteras ad eum dedit (Conc. ed. Maassen I, p.* 147). *A Childeberto rege legatus saepe missus, fidem fefellit, crimineque maiestatis commisso, a.* 590. *in exilium relegatus est; cf. Greg., H. Fr. X,* 19. 2) *Cf. V. Remedii c.* 3 *(Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 65, *l.* 9). 3) *Verba* tempore — pessumdederit *ex opusculo de iure metropolitanorum (Opp. ed. Sirmondus II, p.* 731) *a.* 876, *m. Iun. scripto iteravit Hincmarus.* 4) *Rigoberto archiepiscopo Remensi expulso, eo 'quod antea non consensit in parte illius, qui postea partem de illo regno in sua potestate accepit, in qua parte Remensis civitas est', episcopatus ille simul cum altero 'Miloni cuidam sola tonsura clerico, nihil sapienti de ordine ecclesiastico' concessus est. Haec Hadrianus papa in epistula ad Tilpinum archiepiscopum data rettulerat (V. Rigob.* § 18), *qua Hincmarus etiam infra usus est.* 5) *Cf. Lucan. I,* 1: Bella per Emathios plus quam civilia campos *et q. s.* 6) *Hadrianus papa (Flod. II,* 16), *quo Hincmarus nititur, laicos contendit in bona ecclesiastica invasisse neque eos fuisse episcopos:* et, *inquit,* res ecclesiae de illo episcopatu ablatae sunt et per laicos divisae sunt, sicut et de aliis episcopatibus, maxime autem de Remensi metropolitana civitate. 7) *Rigobertus a Theuderico IV. a.* 722/4. *privilegium accepit (Flod. II,* 11), *Milo autem episcopus anno* 3. *eiusdem regni* (= 725. *p. Chr.*) *placito cuidam intererat (Gesta abb. Fontan. c.* 7). 8) *Numerum, qui minime constare videtur, Hincmarus postea adiecit, in opusculo de iure metropol. scribens:* per multos annos.

librorum foliis interdum ligabant. Sicque prefatus liber cum aliis partim[a] stillicidio putrefactus, partim soricibus conrosus, partim foliorum abscisione divisus[b] in tantum deperiit, ut pauca et dispersa inde folia reperta[c] fuerint. Cum vero tempore Pippini[d] regis, predicti Karli[e] principis filii, revelatio[f] ostensa Eucherio[1] Aurelianensis civitatis episcopo de dampnatione aeterna eiusdem Karli, qui res aecclesiarum diviserat, fuit, isdem[g] Pippinus[h], sicut et aliarum aecclesiarum episcopiis[i], huic Remensi episcopio partem de rebus aecclesiasticis reddidit et Tilpinum[2] in hac urbe Remorum episcopum ordinari consensit. Hoc enim in hac aecclesia in novissimo saeculi tempore de libro memorato, sed et de aliis accidit, quod antiquo[k] tempore de autenticis scripturis evenisse sanctus Iohannes Chrisostomus[l] in omelia euvangelii secundum Mattheum[3] memorat, dicens: *Multa enim ex propheticis periere monimentis, quod de historia Paralipomenon probare possibile est.* Desides enim cum essent Iudei, nec desides modo, sed et impii, alia quidem perdiderunt neglegenter, alia vero tum incenderunt, tum[m] conciderunt profane. Et de[n] profanitate quidem tali[o] Hieremias[p, 4] refert[q]; de neglegentia vero in quarto Regum libro[5] legimus[r], quoniam post multum temporis vix Deuteronimii sit volumen repertum, defossum quodam[s] in loco ac pene deletum. Sed et plura de scripturis in his quae habemus memorata legimus, quae non habemus: sicut est liber Iustorum, qui commemoratur in libris Regum[6], et sicut est liber bellorum Domini, cuius in libro[t] Numerorum[7] mentio est; neque carmina Salomonis neque disputationes eius sapientissimas de lignorum natura herbarumque omnium itemque[u] iumentorum, 2.Paral. 9,29. volucrum, reptilium et piscium[8], vel quod in libro verba dierum[9] dicitur; *reliqua vero operum Salomonis priorum et novissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophete et in libris[v] Ahiae[w] Silonitis, in visione quoque Addo Videntis contra Hieroboam[x], filium Nabath;* et multa huius[y] volumina, quae Scriptura[z] quidem fuisse probat,

Praef. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Praef. a) partem *pr. m.* 2*a*. b) *m. al. suppl.* 3*b*. c) fuerint r. 1. d) Pipini 1. 2*a*. 3*b*; Pipipini *pr. m.* 5*a*. e) Karoli 2*a*; Carli 1: *item infra.* f) *ita* 3*b*. 4*c*; revelatione *rell.* g) idem 2*a*. 3*b*. h) Pipinus 2*a*. 3*b*. i) ep̄(iis huic *m. al. in ras.*) 3*b*. k) antico 1. l) Crisostomus 4*a*. m) cum 1. n) hac *add.* 1. o) talia 1. 5*a*. p) Iheremias 1. q) refret 2*x*[1]. r) regimus 2*a*. s) in q. 1. t) libris 3*b*. u) que *om.* 1. v) libro 4*a*; verbis 3*b*. w) Aiac Syl. 3*b*. x) Iheroboam 1. y) *m. al. corr.* huiusmodi 3*b*. z) scripta *pr. m.* 3*b*.

1) *Karolus, Saracenis victis, Eucherium in exilium misit, isque sexto exilii anno, p. Chr. n.* 738. *aut* 743, *sive priorem (a.* 732*) sive posteriorem (a.* 737*) expeditionem Saracenicam anteponis, defunctus est. Revelationem supra citatam, qua Pippinus ad synodum Liptinense (a.* 743. *vel* 745*) celebrandam commotus esse dicitur, Hincmarus ab illis accepisse voluit:* qui usque ad nostram aetatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt et nobis viva voce veraciter sunt testati quae audierunt atque viderunt *(Hincm. Opp. II,* 132*), cumque ipse puer monasterio S. Dionysii, ubi Karolus iacebat, adscriptus esset, testes oculatos novisse poterat. Ab eo fabulam auctor V. Rigoberti* § 17. *accepit, unde eam in textum V. Eucherii Surius admisit.* 2) *Post Milonem Abel a Bonifatio metropolitanus constitutus et a Zacharia papa a.* 744. *confirmatus est (MG. Ep. III,* 313*), sed, adversante decessore, eiectus, post multos annos Tilpinum habuit successorem, cui Karlomannus et deinde Karolus M. res ecclesiasticas magna ex parte restituerunt, neque Pippinus; cf. Hadriani ep. ad Tilpinum, Flod. II,* 17. 3) *Ioh. Chrys., Homilia IX. in Matthaeum, ed. Basil.* 1558, *p.* 88. 4) *Ier.* 36, 27: combusserat rex volumen et sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiae. 5) 4. *Reg.* 22, 8; *cf.* 2. *Paral.* 34, 14: reperit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi. 6) 2. *Reg.* 1, 18. 7) *Num.* 21, 14. 8) 3. *Reg.* 4, 32. 33. 9) 3. *Reg.* 11, 41.

sed hodie constat non esse. Vastata namque a Chaldeis Iudea, ut in patrum litteris legimus[a], etiam bibliotheca antiquitus congregata inter alias provinciae opes hostili est igne consumpta, ex qua pauci, qui nunc in sancta Scriptura[b] continentur libri, postmodum Esdrae[c] pontificis et prophetae[d] sunt industria restaurati. Unde scriptum est[1] de eo: *Ascendit Esdras de Babilone, et ipse scriba velox in*[e] *lege Moysi,* — velox videlicet, quia promptiores litterarum figuras quam eatenus Hebrei habebant reppererit, — et in epistola[2] regis Persarum: *Artarxerxes*[f] *rex regum Esdre sacerdoti*[g]*, scribae legis Dei caeli doctissimo salutem.* Quo contra et nos, multis[h] aliis perditis[i], plura in quibusdam historiis et diversis pitaciolis ac usitata relatione, a precedentibus relicta posteris, de ortu et vita seu virtutibus et obitu domni et sanctissimi patris ac protectoris nostri Remigii habemus, que in memorata exceptione non continentur. Unde bonis vestris desideriis placuit, ut illa mea servitus ad ignorantium[k] et subsequentium notitiam in unum colligeret. Quod etiam diu fecissem, nisi me spes vana deluderet, quibusdam dicentibus, quia in illo et illo loco magnum librum de vita et virtutibus ipsius domni et patronis[l] nostri repperire valerem. Ad quae[m] mittens, quae michi promissa fuerunt, penitus falsa inveni. Nunc autem, opitulante Domino, qui in se confidenti et opera sua, qui mirabilis et gloriosus est in sanctis suis, volenti loqui promittit: *Aperi,* inquiens, cf. Ps. 80, 11.
os tuum, et ego adimplebo illud, meritis ipsius sancti Francorum apostoli et patronis[n] nostri vestrisque adiutus orationibus, aggrediar que diu distuli, a progenitoribus et ortu eius incipiens, et sic tam ea quae in historiis a maioribus editis de illo inveni, quam et illa que[o] in diversis scedulis[o] dispersa[p] repperi, verum et illa in serie digerens quae vulgata relatione[q] percepi, quia, ut[r] longe ante nos dictum est[3] et[s] etiam in sanctis[t] Scripturis, sed et in euvangelica veritate comperitur, *vera est lex hystoriae simpliciter ea que fama vulgante colligitur*[u] *ad instructionem posteritatis litteris commendare.* In quibus omnibus lectorem stili diversitas non perturbet, quoniam ea que de historiis maiorum assumam et ea quae in antiquis scedulis repperiam ita, ut inventa fuerint, ponam; illa vero quae ex antiquis vulgata relatione percepi et quae ad instructionem legentium vel audientium addam, vel eorum verba de quorum dictis ea mutuabo ponere procurabo vel meo sermone dictabo, volens quiddam debiti mei obsequii in laude qua non indiget offerendo ipsi benefactori meo retribuere pro omnibus, quae indigno michi gratis potius tribuit, quam meritis ullis retribuit. Denique[v] in descriptione virtutum eius ordinem, quo per illum eas Dominus dignatus est operari, servare[w] non potero; sed, sicut eas vel scripto vel auditu accepi, illas[x] describam: sic enim salvo altiore propheticae inspirationis munere divino allate mysterio, et psalmos sanctus Hiero-

Praef. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Praef. a) invenimus 1. b) aecclesia, *sed eras.* 4*a*. c) Aesdrae 4*a*; Hesdre 2*a*: *item infra.* d) pr. studio s. r. 4*a*. e) Domini *pro* in 1.* M. 3*b*** *et fortasse pr. m.* 3*b*. f) Artarxerses 3*b*. 4*a*. 5*a*. g) pontifici 4*a*. h) multi *pr. m.* 5*a*. i) pditis 2*a*. k) ignorantiam 1. l) *ita pr. m.* 4*c*; patroni *rell.* m) quem 2*a*. n) *ita pr. m.* 1; patroni *rell.* o) *om.* 5*a*. p) diversa 4*a*. q) editione 3*b*. r) aut *pr. m.* 1. s) ut 3*b*. t) sacris 4*a*. u) collegimus *Beda*. v) o. i. d. v. eius 4*a*. w) servari 4*a et pr. m.* 3*b*. x) illa 3*b*.

1) 1. *Esdr.* 7, 6. 2) *Ib.* 7, 12. 3) *Elogium famae incertae Hincmarus ex verbis Bedanis, Hist. eccl. Praef., formavit hisce:* Lectoremque suppliciter obsecro, ut, si qua in his quae scripsimus aliter, quam se veritas habet, posita reppererit, non hoc nobis imputet, qui, quod vera lex historiae est, simpliciter ea quae fama vulgante collegimus ad instructionem posteritatis litteris mandare studuimus.

nimus[a, 1] dicit in ordine digestos, non sicut fuerunt editi, sed sicut ab Esdra diversis temporibus fuerunt inventi. Veruntamen, prout notitiam temporum invenero vel ordini gesta congruere[b] videro, ea digerere procurabo. In his autem, quae descriptis virtutum miraculis, a Domino per[c] beatissimum patronum nostrum operatis[d], ad exortationem legentium sive audientium pro modulo intellectus mei de catholicorum dictis subiungere studebo, vestigia beati Gregorii, licet non valeam, prosequi moliar[e], qui describens sanctorum actus pravorumque casus[2], exortatione inde assumpta, secundum sapientiam sibi a Deo datam multa necessaria et utilia legentibus ac audientibus interposuit. Verum et non ab re agere a quoquam videri puto, si ea que de ortu et actu atque obitu domni et patroni ac protectoris nostri in scedulis vetustate prope deletis inventa sunt reparo et de abditis ad lucem reduco et ea que veterum certa relatione[f] cognovi litteris commendare procuro, cum, sicuti premisi, sancti Esdrae pontificis studio sacras Scripturas, desidia et profanitate impiorum Iudaeorum abolitas, noscamus fuisse restauratas, et non solum euvangelicam et apostolicam historiam ab euvangelistis sacratissime conditam, sed et plurimorum sanctorum gesta plurimos aecclesiae magistros ad instructionem multorum et etiam historiographos agones secularium ad posterorum memoriam descripsisse, gentiles quoque poetas sua figmenta grandissonis[g] pompare modis studuisse[h] legamus[3].

EXPLICIT PREFATIO[i].

INCIPIUNT CAPITULA[a] SEQUENTIS OPERIS.

1.[b] Quomodo est Montano monacho designatus ex nomine nasciturus sanctus Remigius, et quomodo per eum Dominus illi[c] deberet[d] lumen oculorum reddere.

2. Quod Remedium fuisse illum legimus appellatum, et statim post annos scolares reclusioni se mancipavit.

3. Qualiter[e] electus ad episcopatum fuerit sanctus[f] Remigius, et de signis celitus in[g] eius electione ostensis.

4. Qualiter sanctus Remigius est ordinatus episcopus, et qualem mox[h] se in episcopatu exibuit.

5.[i] Qualiter intrepidi passeres in manu illius[k] mensae reliquias colligebant, et[l] de Iohanne apostolo, et quomodo de hoc beati Remigii facto maximam instructionis aedificationem in carorum caritosa dilectione et in fragilitatis nostre discreta condescensione nobis valemus[m] assumere.

6. Qualiter cecum demonis invasione possessum et stipendia petentem a

Praef. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. 5*a*. *Index*. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Praef. a) Iheronimus 1. b) *extr.* e *m. al. in ras.* 3*b*. c) probatissimum patr. 2*a*. d) operatus est ad 1. e) molior 2*a*, *corr.* f) relationem *pr. m.* 2*a*. g) *ita* 5*a et pr. m.* 1. 3*b*. h) *a* duisse *incipit* 2*b*. i) Expl. prologus 2*b*; *haec om.* 2*a*.

Index. a) c. huius o. subsequentis 1; *praescr. om., versu vacuo relicto* 2*a*; *laterculum om.* 4*b*. b) Cap̄ *numeris praeponit* 3*b*; *numeri des.* 2*a*. c) *om.* 5*a*. d) (d. *om.*) l. o. reddiderit 3*b*. 5*a*. e) Quomodo 4*a*. f) s. R. *om.* 2*b*. g) e. in 1. h) se mox 1. i) *titulus* 6. *praecedit* 5. 3*b*. k) eius 3*b*. l) et — assumere *om.* 3*b*. 4*a*. 5*a*. m) valeamus *pr. m.* 2*b*.

1) *Cf. Hieronymi praefationem in Psalterium (ed. de Lagarde, Lipsiae* 1874, *p.* 1*)*: Psalmos quoque omnes eorum testamur auctorum, qui ponuntur in titulis, — — quos Ezras uno volumine comprehendit. 2) *Intelleguntur Gregorii dialogi.* 3) *Sedul., Carm. pasch.* 1, 1:

Cum sua gentiles studeant figmenta poetae
Grandisonis pompare modis *et q. s.*

demone liberavit[a], lumen ei restituit et[b] subsidium quod petebat exibuit; et[c] quod tunc miraculo corporali exibuit[d], cotidie fideliter[b] petentibus spiritaliter[e] exibebit[f].

7. Qualiter de parvo liquore in villa Celto vinum redundare fecit ex[g] vasculo non modice quantitatis, et[h] nos per orationes eius, si fideliter petierimus, repleri habundante[i] gratia Dei valebimus, ut fiat in nobis fons vitae, ac in eius lumine videamus lumen, et fide recta imbuti, debriemur sobrie[k] aebrietate spiritus.

8. Qualiter civitatem Remorum conflagratam[l] per demonem[m] ab incendio liberavit, et[n] nos, si fideliter petierimus, eius meritis et orationibus a viciorum flammis et ab igne perpetuo liberari[o] valebimus. Unde, sumpta similitudine, commemorata est breviter falsitas predestinatianorum[p] hereticorum, qui dicunt, Deum quosdam ad ignem perpetuum predestinasse; et hinc catholicae fidei[q] veritas demonstratur.

9. Qualiter puellam ab infantia maligni spiritus obsidione captivam, cum[r] litteris beati Benedicti et legatis Alarici Gothorum regis sibi delatam, prius a demone[s] liberavit et postea mortuam[t] suscitavit[u]; et[v] quia potest fragilitate carnis exutus et choris angelicis sociatus plebem suam et quemlibet cum fide petentem de casu cuiuslibet periculi imminentis meritis et precibus suis eripere et quemcumque a malis[w] ad bona conversum de cuiuscumque peccati morte resuscitare[x], sed et de futura morte perpetua liberare, qui[y] adhuc in ergastulo corruptibilis carnis[z] positus vitam mortue valuit restaurare, cum necessariis commonitionibus, ut habeamus seduli ante mentis oculos horam exitus nostri de corpore; et quibus proficit, quod sepulturam secus corpus ipsius sancti expostulant.

10.[a] Qaliter ampullas vacuas oleo exorcizato et sacro chrismate per orationem repleri fecit.

11. De adventu Francorum per Germaniam in Belgicam et Gallie regiones, et quomodo Chludowicus[b] regnum Francorum suscepit, et de miraculis que fiebant per beatum Remigium, et[c] de urceo Remis asportato[d] et[e] a quodam levi Franco in regis[f] presentia bipenna[g] percusso.

12. Quomodo Chludowicus rex Francorum neptem Gundebaudi[h] regis[i] Burgundionum nomine Hrothildem[k] christianissimam in coniugem sumpsit, et[l] quomodo idem Chludowicus regnum suum dilatavit, et de filiis Chludowici, quos Rothildis[m] baptizari[n] contra eius voluntatem fecit.

13. Quod[o] Chludowicus[p] rex frequenter ab uxore sua exhortatus, ut fidem Christi susciperet, eam audire non[q] voluit, sed, bellantibus inter se Francorum exercitu[r] et Alemannis, angustia coartatus votum Christo fecit et vicit, indeque[s] reversus, se credere et baptizari velle[t] uxori suae narravit.

Index. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Index. a) et *add.* 5*a*. b) *om.* 3*b*. c) et — exibebit *om.* 4*a*. 5*a*. d) egit 3*b*. e) spiritualiter 2*a*. 3*b*. f) exibet 1; impendit 3*b*. g) ex — spiritus *om.* 5*a*. h) et — spiritus *om.* 3*b*. 4*a*. i) abundanti 3*a*. k) *ita* 1. 2*b*; sobria ebr. (2*a*). l) conflagrantem 2*b*. m) demones 3*b*. n) et — demonstratur *om.* 4*a*. 5*a*. o) liberabimur (*om.* Unde — demonstratur) 3*b*. p) predestinatiorum 1. q) *om.* 2*a*. r) cum — prius *om.* 4*a* (*v. infra n.* u). s) daemoni: 2*b*; pr. a vexatione daemonis lib. 3*b*. t) orando *add.* 3*b*. u) cum litteris beati Benedicti *h. l. add.* 4*a*. v) et — expostulant *om.* 3*b*. 4*a*. 5*a*. w) mala(?) *corr.* malis 2*b*. x) suscitare 2*a*. y) quia 2*a*. z) corruptionis p. carnis v. 1. a) *titulus* 10. *subsequitur* 11. 12. 3*b*. b) *ita* 1; Hludowic. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. 5*a*, *ut infra*. c) et — percusso *om.* 4*a*. d) absportato 3*b*. e) et — percusso *om.* 5*a*. f) pr. r. 3*b*. g) bippena 2*a*. h) Gundebadi 1. i) regis sumpsit, *mediis omissis* 4*a*. k) Rothildem 2*a*. 3*b*. l) et — fecit *om.* 4*a*. m) Hrothildis *solus* 5*a*, *ut infra*; regina *add.* 3*b*. n) baptizare 3*b*. o) Quomodo 4*a*; Quomodo, bellantibus inter se Francorum exercitu et Alemannis atque Suevis (*ita in textu*), angustia c. rex Hludowicus v. 2*b*. p) Lud. *h. l.* 4*a*. q) *in* noluit *titulus desinit* 4*a*. r) exercitibus 2*a*. s) indeque — narravit *om.* 5*a*. t) in nomine Christi *add.* 3*b*.

14. Quomodo regina Rothildis sanctum Remigium ad se vocavit, deprecans, ut regi salutis[a] viam predicaret[b], et quomodo die passionis Domini, pridie antequam rex cum populo baptizaretur, cum beatus Remigius regem catecizaret[c], apparuit illis dominus Iesus Christus et allocutus est eos, et[d] qualiter sanctus Remigius spiritu prophetiae que essent eidem regi Francorum[e] et suae posteritati futura predixit.

15. Qualiter rex Chludowicus ad baptisterium venit, et de ostenso miraculo[f], quomodo speties columbe in rostro ampullam cum crismate[g] sacro, cunctis videntibus, oranti sancto Remigio apportavit, et quomodo de exercitu Francorum una cum rege tria milia virorum, exceptis parvulis et mulieribus, sunt baptizati, et[h] postea pars gentis Francorum que residua erat cum Raganario[i] per beatum Remigium ad fidem[k] conversa et baptizata[l] est.

16.[m] Quomodo sanctus Remigius de rebus sibi a rege et Francis per diversas[n] provincias datis magnam partem per diversas aecclesias[o] tradidit et[p] de his que in Remensi provincia illi fuerant tradite non modicam partem aecclesiae sancte Mariae in castro Lauduni Clavati Remensis parrochiae, ubi nutritus fuerat, tradidit, ibique Genebaudum virum carne nobilem et[q] litteris eruditum, qui, relicta uxore, vitam religiosam expetierat, episcopum ordinavit; et qualiter[r] ipse Genebaudus lapsus cum eadem[s] femina et in reclusione paenitentiae a beato Remigio retrusus[t] penituit, et qualiter gratia Dei angelica visitatione consolatus, per beatum Remigium in ordine episcopali est restitutus; et[u] qualiter tenenda sit sententia canonum, quae post lapsum publice paenitentem ad gradum ecclesiasticum non accedere vel in gradu manere aut ad gradum redire sollicitissime precipit[v].

17. Quomodo Chludowicus rex sedem suam in Suessionis[w] civitate[x] constituit et[y] sancto Remigio villas Codiciacum et Luliacum dedit, et de miraculis, que tunc Deus per illum ostendit; et qualiter Sparnacum villam ab Eulogio comparavit, sed et qualiter partem silve in Vosago pretio[z] emit et de miraculo ibidem per eum facto.

18. De vino benedicto, quod sanctus Remigius Hludowico regi pergenti[a] contra Gundebaudum dedit.

19. Quomodo Hludowicus rex in Parisii[b] civitate sedem suam constituit, et de vino benedicto[c], quod ei contra Alaricum pergenti[d] sanctus Remigius dedit.

20. Quomodo Hludowico regi Anastasius imperator codicellos pro consulatu misit, et Ormisda[e] papa sancto Remigio vices suas in regno Hludowici[f] commisit, et de morte Hludowici regis, et[g] quomodo sanctus Chlodoaldus[h] beato[i] Remigio Duziacum dedit.

21. Quomodo hereticus, intrante sancto Remigio in synodum, obmutuit et iterum[k] iussione ipsius[l] sancti Remigii loquendi[m] facultatem recepit.

Index. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. 5*a*.

Index. a) v. s. 3*b*. b) *in* panderet *titulus desinit* 4*a*. c) catezizaret 2*a*; caticizaret 2*b*; cathecizaret 3*b*; cathezizaret 5*a*. d) et — praedixit *om.* 5*a*. e) Frangorum 2*b*; regi futura et eius posteritati predixit 3*b*. f) *in* m. per columbam *titulus desinit* 4*a*. g) s. cr. 3*b*. h) et — est *om.* 5*a*. i) Ragario *pr. m.* 2*b*. k) Christi *add.* 3*b*. l) baptisatus *pr. m.* 2*b*. m) *tituli* 17—20. *ante* 16. *ponit* 3*b*. n) pr. d. 4*a*. o) provintias, *pr. m. superscr.* ecclesias 2*b*. p) et — praecipit *om.* 4*a*. q) et — expetierat *om.* 3*b*. r) quomodo 2*b*. s) cum quondam uxore sua quam reliquerat et in recl. 3*b*. t) reclusus 3*b*. u) et — praecipit *om.* 3*b*. 5*a*. v) praecepit 2*b*, *corr.* w) Suessioni 5*a*. x) civitatem 5*a*. y) et — facto *om.* 4*a*. z) comparavit *pro* pr. e. 3*b*: pretio comparavit *in textu*. a) c. G. p. 4*a*. b) Parisius *corr.* Parisii 5*a*; Parisius 3*b*. c) bendicto 2*a*. d) p. s. R. *om.* 4*a*. e) Normisda 4*a*. f) Hludovici 4*a*. g) et — dedit *om.* 4*a*. h) *ita* 3*b*; Chlodooldus (oldus *in ras.* 1) *rell.* i) sancto 1. k) item 3*b*; *in* i. locutus est *titulus desinit* 4*a*. l) eius *corr.* ipsius 2*a*; *om.* 1; eius, *om.* s. R. 3*b*. m) loquelam r. 1.

22. De vindicta in Celtenses, qui metas beati Remigii incenderunt, ab ipso[a] *) illata.

23. Quomodo Deus beato Remigio revelavit diem obitus[b] sui, et de testamento[c] ab eo condito, et quomodo oculorum corporalium lumine aliquandiu est privatus et iterum lumine redonatus, et de obitu illius[d] ac[e] aetatis[f] longevitate[g].

24. De miraculo, quod ostensum est, cum eius sanctum corpus ad sepulturam ferretur, et[h] de miraculo, quod per pallam sepulchri[i] eius contra luem inguinariam est ostensum, sed et de miraculo, quod actum est in homine, qui olcam sibi datam presumpsit[k].

25. Quomodo angelico ministerio corpus illius translatum est de loco[l] prime sepulturae ad alteram[m] sepulturam, et quomodo Pippinum[n] regem in villa Anisiaco flagellavit.

26. De miraculo ostenso per pulverem pavimenti eius aecclesiae, quem[o] colonus[p] villae que Plumbea Fontana dicitur contra oppressores suos de fisco Roseto[q] colligens secum duxit[r].

27. De miraculis ostensis in forestariis Hludowici[s] imperatoris, qui[t] partem silve, quam sanctus Remigius comparavit in Vosago, invadere presumpserunt[t].

28. De miraculo ostenso in oratorio pagi Nivernensis[u] et de uxore Richuini, quam[v] in Luliaco[w] iacentem[x] percussit; et[y] quia causantur quidam, quod nostris temporibus ita per eum virtutes non fiunt, sicut fieri[z] ante solebant **).

*) ab illo in eos et in progenie ipsorum data, *et add. titulus hic:* Cap. 23. Qualiter beato Remigio una noctium more solito celebranti secretę matutinale officium beati apostolorum primi Petrus cum Paulo apparuerunt, atque utrique ab eo ad legendas lectiones primam et secundam benedictionem more ęcclesiastico petentes, humiliter acceperunt et responsoria in commune cantaverunt, ipsum vero (tertiam *add.*) lectionem tertiam lecturo benedicendum reliquerunt illi, qui eum in utero sanctificaverat matris et ad benedicendum populum suum in ęcclesia sua pastorem per se consecraverat sibi, *3b, sed interpolatio ad c.* 17. *referenda est, ubi in textu reperitur.*

**) *3b haec add.:*

Cap. 30. De vindicta, quam exercuit in eos qui res suas sitas in pago Vormacensi[a] invaserunt, et quomodo Herigarium Magontiae praesulem flagellavit, eo quod noluit Conrado regi ea quae per se illi mandabat denuntiare.

Cap. 31. De vindicta in eos qui in Vulfiniaco-Rivo metati sunt cum Rodulfo rege et vinum in ęcclesia reconditum vendiderunt.

Cap. 32. Quod tempore Chilperici regis Francorum quidam Moderannus vita et actu moderatus Rodonensis ęcclesiae praesul, obtentis reliquiis beati Remigii, Romam petiit et partem earundem reliquiarum in monasterio Berceto sito in vertice Bardonis montis collocavit; et quod Leobrandus rex Italorum, auditis miraculis beati Remigii, eidem praesuli idem monasterium cum omnibus

Index. 1. *2a. b. 3b. 4a. 5a.*

Index. a) illo *5a.* b) s. o. 1. c) *in* t. eius *titulus desinit 4a.* d) eius 1. e) ac aet. l. *om. 5a.* f) caecitate (?) *m. al. corr.* caecitatis *3b.* g) longevitae *2b.* h) et — presumpsit *om. 4a.* i) sepulchi *2a.* k) presupmsit *et infra* presupmserunt 1. l) *in* de primo loco *titulus desinit 4a.* m) aliam *3b.* n) Pipinum *3b.* o) quem — duxit *om. 5a.* p) c. quidam duxit, *mediis omissis, 4a.* q) Rosido 1. *2b.* r) asportavit *3b.* s) Chludowici *2a.* (*5a*); Chludowicii *4a.* t) qui — praesumpserunt *om. 4a. 5a.* n) Vernensis *2b.* v) quam — solebant *om. 4a.* w) Iuliaco 1. x) p. i. *2b, corr.* y) et — solebant *om. 5a.* z) sicut et antea f. s. *3b.* a) Vorm:acensi *m. al. corr.* Worm. *2b.*

His[a] miraculorum premissis capitulis[b], quedam sunt in sequenti opusculo de sanctis scripturis et catholicorum dictis sed et de hystoriis ad instructionem et exortationem legentium interposita. Que ut[c] ad recitandum omnia in populi audientia non increscant, cui pro captu audientium mensuram verbi convenit ministrari, et excerpta per se alia lectioni studiosorum non depereant, sicut quondam contigisse hac occasione in prefatione huius operis commemoravi, per lectiones[1] ad legenda in duabus festivitatibus, scilicet depositionis et translationis huius domni et patronis[d] nostri, determinatas, — ut in depositionis sollempnitate novem lectiones ab exordio usque ad obitum eius legantur, et in eius translationis festivitate sex lectiones de his que post obitum illius ostensa sunt et tres de omelia lectionis euvangelicae legantur, — subsiciva[e] distinctione notis antiquorum peritia inventis, quantum inde, populo audiente, legantur[f], et que[g] instructioribus et studiosioribus, quando sibi licuerit vel libuerit, legenda serventur, designare curavi: eo videlicet modo, ut illa[h] que populo[i] recitanda sunt nota quae asteriscus[k] vo-

---

adiacentiis et omni abbatia cum carta et vestitura dedit; et quomodo praefatus Moderannus rediens Roma, ante sepulchrum sancti Remigii venit et idem monasterium cum omnibus appenditiis, sicut praedictus rex sibi dederat, cum carta et vestitura ei donavit. *Interpolationes in laterculo suum locum non occupant: prima enim secundaque e Flodoardo deprromptae textus c. 31. illatae sunt, tertia vero illud praecedit.*

Index. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. 5*a* (*cf. n.* d.) *Prooem.* 1. 2*a*. *b*. 3*b*.

Index. a) sancti 1. 2*b*. b) *in* et de quodam clerico sanato *titulus desinit* 4*a*. c) Raddo ibi 3*b*. d) *finem laterculi om.* 5*a*. e) ob. eisdem in gloria consociatus, miraculis claris claruerit 3*b*. f) *bis scr.* 4*a*. g) et 4*a*. h) Deum 3*b*. i) qui — corpore *om.* 4*a*. k) sp. c. D. 3*b*. l) in c. *om.* 3*b*. m) eodem Christo eff. 3*b*. n) *titulum* 33. *om.* 4*a*. o) versus conditi ab Hincmaro archiepiscopo, in loculo conscripti argenteo 3*b*. p) corpus ipsius beatissimi patris Remigii 3*b*. q) Remigi 2*b*.

Prooem. a) *praescr.* Item prefatio operis subsequentis 1; Proemium sequentis operis 2*a*; *praescriptionem om.* 2*b*. 3*b*; *prooemium om.* 4*a*. 5*a*. b) titulis, *m. al. superscr.* capitulis 2*b*. c) *superscr.* 2*b*. d) *ita pr. m.* 1; patroni *rell.* e) subciva *pr. m.* 2*b*; *in marg. glossae add.:* a verbo subseco venit I: .i. 1 (*m. al.*), id est secabili, dividua 3*b*. f) legatur 2*b*. g) qua 2*a*. h) ea 3*b*. i) *post* populo 9 *litt. ras.* 2*b*. k) astariscus 2*a*; astericus *pr. m.* 2*b*.

1) *In lectionibus distinguendis codices non conveniunt.*

catur ※[a], non ut ea que omissa fuerant[b] illucescant[1], sed ut quasi stelle radii minus scientes illuminent, prenotentur; eis vero quae[c] per Dei gratiam illuminatis legenda reservari debent nota paragraphus Γ preponatur ad separandas res a rebus, quae in conexione concurrunt[d. 2]; antisimma[3] vero Ↄ subiungatur, ubi sunt finienda, quae paragraphus prenotavit.

INCIPIT[a] TEXTUS VITAE ACTUUM[b] ATQUE[c] OBITUS BEATI REMIGII REMORUM[d] ARCHIEPISCOPI[e].

Post[f] vindictam scelerum, que facta est a Domino cede Galliarum, prosequente[h] Wandalorum[i. 4] crudelitate, misericordiam caeli distillaverunt, cum ad mitigandam gentis[k] Francorum barbarica ferocitate superventuram divinae animadversionis propter iniquitates perseverantes ultionem mundo praesulem a Deo predestinatum Remigium pontificem hoc ordine protulerunt. ※[g]

1.[l] Erat quidam venerabilis ac dignus professione et nomine Montanus monachus, in reclusione solitariam vitam[m] ducens, ieiuniis, vigiliis atque orationibus continue vacans nec non ceterarum[n] virtutum insignibus adeo divinitati se commendabilem reddens, ut angelicis sepius frueretur alloquiis et caelestibus frequenter visionibus ac revelationibus interesset. Is[o] ergo cum pervigil in oratione pro pace sanctae[p] aecclesiae, quae multis ac diversis afflictionibus apud Galliarum et Belgicarum provincias vexabatur, Dei omnipotentis clementiam indefessis precibus exoraret, nocte quadam plus solito orationem protelans, usque lucis crepusculum in contemplatione permansit. Qui cum, lassitudine ac fragilitate carnis compellente, paululum membra sopori[5] dedisset, subito per divinam gratiam[q] angelorum choris et animarum[r] cetibus beatissimorum hominum iam spiritibus cum Deo[s] regnantium et immortalitatem adhuc corporum exspectantium interfuit et familiarissimum cepit audire[t] colloquium. Inter[u] cetera igitur, que in conventu illo caelico

Prooem. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. *Cap.* 1. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Prooem. a) *asteriscum ante verba* q. a. v. *ponit* 3*b*. b) fuerat *pr. m.* 2*b*. c) qua 2*a*. d) veniunt 3*b*.

Cap. 1. a) *ita* 1. 3*b*. 4*a*. 5*a*; *praescr.* Incipit textus ystorie in vita et miraculis sancti Remigii (R. a. *om.*) 2*a*; Incipit vita sancti Remigii Remorum gloriosissimi archiepiscopi et confessoris 2*b*; Eodem die vita sancti Remigii Remorum archiepiscopi 4*b*. b) *om.* 4*a*. c) ac 1. d) (R. *om.*) episcopi 1. e) et confessoris in sollempnitate depositionis eius *add.* 3*b*. f) *in marg.* L. I. 1; Lectio prima 3*b*. g) *notas om.* 2*a*. 4*a*. *b*. 5*a*. h) persequente 1. i) *superscr.* 1; Guand. 4*b*. k) gentem 2*a*; genti 4*b*. l) *eras.* 2*b*; *om.* 3*b*. 4*a*; *numeri des.* 2*a*. 4*b*. m) d. v. 1. n) ceterorum 2*b*. o) *in marg.* L. II. 1. 3*b*. 4*a*. p) Dei *add.* 1. q) in spiritu raptus *add.* 4*b*. r) *om.* 4*b*. s) Domino 4*a*. t) adire 2*a*, *corr.* u) *in marg.* L. III. 1. 4*a*.

1) *Cf. Isid., Orig. I, 20:* Asteriscus apponitur in iis quae omissa sunt, ut illucescant per eam notam quae deesse videntur. Stella enim ἀστὴρ Graeco sermone dicitur, a quo asteriscus stellula est derivatus. 2) *Cf. Isid. l. l.:* Paragraphus ponitur ad separandas res a rebus, quae in connexu concurrunt. 3) *Cf. Isid. l. l.:* Antisigma ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est. *Haec nota in codicibus nostris saepe desideratur.* 4) *Cf. Hincmari ep. ad episcopos Remorum dioeceseos a.* 875. *datam (Opp. ed. Sirmondus II,* 165*):* Nicasius Remorum episcopus — tempore Wandalorum in persecutione generali suam non deseruit civitatem et intra parietes ecclesiae martyrio meruit coronari. 5) *Cf. V. Remedii I, c.* 1: in tantum ut Montanus quidam monachus, dum se levissimo sopore quiesceret, tertia fuisset admonitione pulsatus, uti et matri suae benedictae Caeliniae quod masculum conceptura esset veredica relatione praediceret et nomen eius vel mereta designaret.

audivit, etiam illi sancti spiritus humanae salutis avidi[a] queritare ceperunt de Gallicane deiectione aecclesiae, et quid facto ad talia opus esset, crebro versare sermone, dicentes, quia iam tempus esset miserendi eius; duplicia enim receperat Ps. 74,9. pro omnibus peccatis suis, quamquam *fex eius non sit exinanita*. His inter se ita serentibus[b], subito vox affuit a superioribus atque secretioribus aditis saluberrime atque suavissime intonans, que et presentium solaretur spirituum[c] mestitiam, et quod futurum erat, gratulabunda promulgaret sententia, ita dicendo: 'Dominus prospexit de excelso sancto suo[d], de caelo in terram aspexit, ut audiret gemitum compeditorum, ut solveret filios interemptorum, ut adnuntietur[e] nomen eius in gentibus, in conveniendo populos in unum et reges, ut serviant ei: Cilinia[f, *] in utero concipiens filium[g] pariet nomine Remigium, cui a me salvandus populus committetur[h]'. Beata[i] siquidem Cilinia intenta piis[k] operibus, licet corpore teneretur in mundo, mente conversabatur[l] in[m] caelo. Quae in flore iuventutis pepererat de unico[n] viro suo Emilio[1] Principium postea Suessorum civitatis sanctum episcopum et fratrem eius, patrem beati Lupi episcopi[o], eiusdem Principii successoris, qui usque ad ultima gloriosi Remigii tempora sacerdocio est functus, sicque defunctus. Vir[p] autem ille venerabilis, inter illius temporis innumera pericula tanta consolatione accepta, Ciliniae divinum oraculum gratia Dei perceptum innotuit[2]. At illa dixit[q] ad Montanum: 'Quomodo fieri potest, ut anus lactem[r] filium, cum michi a temporibus diu transactis muliebria defecerint[s], et vir meus Emilius vetulus sit, ac in aevoso eius corpore frigidus extet[t] circum precordia sanguis, et voluptatis opera[u] in eo penitus emarcuerint[v]?' Erant[w] enim ambo genere nobiles et gratia inter suos[x] nominatissimi. Et quia liberorum parentes processerant in diebus multis, effeti[y] et carne iam infecundi coniugale[z] commercium non querebant, nec eis spes ultra vel appetitus generandi subolem inerat. Cui beatus Montanus respondit: 'Scias, quia cum ablactaveris puerum Remigium, de lacte tuo perunget[a] oculos meos, et recipiam lumen'. Nam ut merita illi ad-
Apoc. 22,11. crescerent, sicuti et sancto Tobiae, iuxta divinum sermonem, ut *iustus iustificetur adhuc*, isdem[b] beatus Montanus lumen corporalium[c] oculorum amiserat. Tandem[d, 3] credentibus parentibus verbis viri Dei, fit gaudium, quod talem suscepturi essent prolem, in cuius conceptione non foret ardor explende libidinis, sed amor generande[e] iuxta divinum presagium subolis. Concipitur ergo futurus Christi pontifex, et Christi adminiculante misericordia, mater beatissima, quem auspice Deo

*) *pr. m. in marg. add.:* Not. Conceptus Cilinie, quando peperit sanctum Remigium 1.

Cap. 1. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 1. a) avide 2*a*. b) *m. al. corr.* disserentibus 2*a*; referentibus 1. 2*b*. c) m. s. 4*a*; s. *om.* 4*b*. d) Dominus *add.* 4*b*. e) annuntient 2*a*. f) *in marg.* L. IIII[ta] 1. g) p. f. 1. h) commitetur 2*a*. 5*a*. i) *in marg.* III 3*b*; Beata:, *ras.* s 5*a*. k) bonis 1. l) conservabatur 5*a*. m) in c. *postea add.* 2*a*. n) *om.* 4*b*. o) *om.* 3*b*. p) *in marg.* L. V. 1. q) ad M. d. 1. r) f. l. 1. s) defecerunt 2*a*. t) sit 1. u) in eo o. 2*b*. v) emarcuerant 2*a*. w) *in marg.* L. VI. 1. x) :os *corr.* suos 2*b*. y) effecti 2*a*. 4*b et pr. m.* 2*b*. z) comiugalem *pr. m.* 2*b*. a) peruge *m. al. corr.* perunge 1; perung(es *m. al. in ras.*) 3*b*. b) idem 3*b*. c) o. a. c. 1. d) *in marg.* L. VII. 1. e) generadae 5*a*.

1) *Patris nomen fratresque Hincmarus adiecit. Lupus episcopus Suessionensis a.* 511. *concilio Aurelianensi intererat.* 2) *Cf. V. Remed. I, c.* 1: Quod illico implevit imperio et fecundissimae genetricae concepturae sobolis gaudia nontiavit. 3) *Teste biographo vetustiore Cilinia numquam dubitavit.*

concepit, feliciter filium genuit[1], cui Remigium secundum Domini dictum in baptismate nomen imponi[a] fecit. Et ablactatus, sicut suus prenuntiator praedixerat[b], lacte matris oculos sui vatis, matre[c] obstetricante, perunguens[d], lumen illi gratia divina restituit. Nec[e] incredibile videri debet, si[f] puer iste, antequam per etatem corporis sciret vocare patrem et[g] matrem suam, virtutes munere divino operatus est, qui[h] etsi ut[i] homo in iniquitatibus conceptus est[h], contra morem tamen humanae conditionis non in delictis eum prevaricationis, sed in gratia remissionis mater sua peperit. Neque enim dubitandum est, quia Spiritus sanctus, qui eum talem futurum predixit, et cuius munere conceptus fuit, etiam a[k] peccatis absolvit. Constat quippe veridica patrum sententia, quia lege non stringitur sancti Spiritus donum. Et propterea, qui Cornelium* ac domum eius ante perceptionem baptismi sua gratia consecravit, (cf. Act. 10.) ipse utique beatum Remigium non solum ante baptismum, sed etiam ante nativitatem eiusdem gratie munere perfudit. Ortus est autem ex anu et vetulo diu[l] sterilibus per repromissionem, ut Isaac[m] et Iohannes, vir iste sanctus, antequam natus, nomine designatus, antequam mundo cognitus, in pago Laudunensi[2] alto parentum sanguine, ut monstraretur in ortu, qualis futurus erat in actu[n].

Γ Singularis** autem meriti indicium datur, quotiens hominibus a Deo vel imponitur nomen vel mutatur. Sic Abram[o], quia[p] pater multarum gentium erat futurus, Abraham est vocatus; (cf. Gen. 17, 4. 5.) sic Iacob, quia[q] Deum vidit, Israhel appellari meruit; (cf. ib. 32, 28. 30.) sic Iosias[r] rex ob eximiae virtutis[s] culmen nominatus a Deo est, multo antequam natus. (cf. 3. Reg. 13, 2.) Sic Iohannes, eo quod, divina sibi[t] gratia adminiculante, plus esse meruit, quam propheta, (cf. Matth. 11, 9. 11.) et quod nemo inter natos mulierum maior illo surrexerit[u], et Petrus a firmitate et stabilitate petre sumpsit cognomen. (cf. Matth. 16, 18.) Et qui antea Saulus, postea nominatus est[v] Paulus, (Act. 13, 9.) quoniam legis zelo contra Christum erectus, ab eo quem in membris suis persequebatur de caelo in terram prostratus, apud se factus est Paulus, id est parvus, modicus et humilis, demum gratiae[w] Dei magnus defensor, ut vas electionis, effectus atque totius est aecclesiae magister et predicator egregius. (ib. 9, 15.) Et filii Zebedei, eo quod verbum Dei terribiliter mundo peccanti intonuerint, filii tonitrui assumpsere cognomen. (cf. Marc. 3, 17.) Et Dominus ac Redemptor noster Iesus, id est salvator, est cognominatus[x], antequam carne natus, eo quod salvum facturus esset populum suum[y] a peccatis eorum. Ita*** ergo et[v] beatus Remigius ab eo, quod aecclesiam sibi credendam inter fluctivagos mundi recturus esset anfractus, Remigii cognomen a Deo est assecutus. Servorum namque Dei proprium est a Deo nominatim sciri; unde uni eorum dicitur: *Novi te ex nomine,* (Exod. 33, 12.) et beato[z]

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Consecratio Cornelii ante baptismum et sancti Remigii non solum ante baptismum, sed etiam ante nativitatem 1.

**) *pr. m. in marg. add.:* De impositione vel mutatione a Deo hominibus nominum 1.

***) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Quur sanctus Remigius a Deo cognomen Remigii sit assecutus 1.

Cap. 1. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* s). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 1. a) imponi:, *ras.* t 5*a*. b) edixerat 1. c) ipsa *pr. m.* 2*b*. d) *ita* 1. 4*b*; perungens *rell.* e) *in marg.* L. VIII. 1; *in marg.* vh 3*b*. f) cum (?) *pr. m.* 3*b*. g) atque 3*b*. h) qui — conceptus est *om.* 1. i) *om.* 4*b*. k) *om.* 2*a*. l) di 2*b*, *corr.* m) Ysaac 3*b*. n) *in marg.* .F. *(id est* finiunt, *scil. lectiones)* 1. o) Abraham 4*a*. *b (pr. m.)*. p) qui 4*b*. q) qui 1. 2*b*. r) Ysaias 2*a*. s) virtutis — *p.* 263, *l.* 10. ergo *om., folio exciso,* 2*b*. t) gr. s. 4*a*. u) surrexit 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. v) *om.* 4*a*. w) gratia (1). x) nominatus 4*a*. y) *om.* 1. z) bea(to *m. al. suppl.*) 5*a*.

1) *Cf. Vitam I, c.* 1: felicissimum pignus secura protinus ededit quod prius corde concepit. 2) *Locum Hincmarus adiecit.*

Ierem. 1, 5. Hieremiae[a] ad predicationem verbi divini ituro dicitur: *Priusquam te formarem in utero, novi te et in ventre matris tuae sanctificavi te.* Hieremias enim ab idolorum cultu populum revocaturus, in ventre sanctificatur; Iohannes populum[b] suo in- cf. Luc. 1. luminaturus alloquio, in utero materno propheticam suscepit gratiam. Et beatus Remigius gentem Francorum a tenebris ignorantiae ad lucem perducturus euvangelii, itidem divina donatus est gratia, ut, quod perfecturus erat ministerio, cum participibus suis pari claresceret munere; et qui, ut dictum est[c], aecclesiam Dei, spetiali autem cura Remorum civitatem atque provinciam remigio alarum sanctarum, scilicet verbo et exemplo, meritis et orationibus, erat Dei predestinatione recturus, et perfecto certamine, spiritu caelestia regna petiturus, angelorum utique subvectus auxilio, Remigius est iure Dei preceptione vocatus.

X[a] 2.[b] Nec* illud silendum est, quia in cartis recenti tempore post illius obitum, sed et post plura annorum curricula factis de rebus isti Remensi aecclesiae traditis Remedium[1] eum[c] fuisse nominatum legimus. Quod, qui merita et acta[d] illius attendit, congrue hoc eum nomine appellatum fuisse intellegit. Qui mitigator furoris Domini in tempore iracundiae factus est reconciliatio, et magnificatus a Domino in conspectu regum, in verbis suis, sicut in sequentibus ostendemus[e], monstra, videlicet paganos feroces, placavit[f].

Γ[g] Merito igitur eum Remedium fuisse nominatum in baptismate crederemus, nisi in emendatioribus gestis illum oraculo divino per sanctum Montanum Remigium vocari debere cognosceremus. Sed** et in versibus metricis[h] ab ipso[i] compositis et iussione illius in quodam vase ab eo consecrato sculptis ita[g] legimus:

Hauriat[k] *hinc populus vitam de sanguine sacro*
Iniecto, aeternus quem fudit[l] *vulnere Christus.*
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.

Quod vas usque ad nostra tempora[m] perduravit, donec fusum in redemptionem datum est christianorum, ut a ministris diaboli Nortmannis[n] redimeret pretium argentei calicis, quos de potestate tenebrarum[o] redemerat effusus sanguis calicis, Christi videlicet passionis. Ɔ

X Traditus[p].*** autem a parentibus scole litteris imbuendus, in brevi coaevis et

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Quod Remedium illum fuisse legimus appellatum 1.
**) *pr. m. in marg. add.:* Not. De versibus, in quibus Remigium, non Remedium nomen sui posuit 1.
***) *m. al. in marg. add.:* Hic traditur sanctus Remigius a parentibus scole et post annos scolares statim se reclusioni mancipavit 1.

Cap. 1. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 2. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*.

Cap. 1. a) Iheremiae 1; Chyeremie 2*a*. b) populos ill. 4*b*. c) *m. al. superscr.* 5*a*.
Cap. 2. a) *paragraphi nota in marg.* 3*b*. b) III. 1; *om.* 3*b*; Nec — *l.* 29. passionis *om.* 5*a*. c) *m. al. superscr.* 3*b*. d) actus eius 3*b*. e) ostendimus 2*a*. f) placuit *pr. m.* 3*b*. g) *om.* 3*b*. h) meretricis *pr. m.* 4*a*. i) ipsis (?) *corr.* ipso 1. k) Haurit 2*a*. l) de *add.* 1. m) ad n. quoque p. *pr. m.* 1. n) Normannis 4*b et e corr.* 4*a*. o) r. t. 1. p) III. *ante* Tr. *add., sed eras.* 4*a*; Lc. IIII. *incip.* 3*b*; *in* Tr. *redit* 5*a*.

1) *In epistulis (MG. Ep. III, p.* 112 *sqq.) nomen suum* Remegius *scripsit et ita in codicibus melioribus Greg., H. Fr. II,* 31, *(B* 1. 2*) bis appellatur semelque in codice* 1*a Mirac. (Scr. rer. Merov. I,* 746*). At iam Gregorius nomen ad vocabulum* remedium *rettulisse videtur (cf. Gl. Conf. c.* 78: congruum huius causae flagitare remedium; *Bonnet, 'Latin' p.* 735*), ideoque* Remedius *deprehenditur in codd. B* 1. 2. *H. Fr. II,* 31, *et in A* 1. *B* 2. *H. Fr. VIII,* 21. *IX,* 14. *X,* 19*) quibuscum conveniunt Fortun., Carm. II,* 13, *V. M. IV,* 638, *Vitaeque Remedii codices optimi.*

etiam natu maioribus suis doctrina excellentior est effectus. Studebat quoque V.Rem.I,c.2. teneros annos morum maturitate vincere et benivolentiam cordis caritatis melle condire, turbas frequentium populorum vitare, et ut preconem suum[1] fecisse didicerat, vita solitaria in reclusione Domino servire. Qui locus in castro Lauduno actenus designatur et venerabiliter colitur.

3.[a] In qua reclusione secundis successibus certatim sanctae conversationis studiis X[b] ib. iustus adolescens Domino militavit. Et cum ad viginti et duos aetatis suae annos pervenit, defuncto Bennadio[2] archiepiscopo, in hac urbe Remensi omnium generaliter votis ad pontificii culmen raptus fuisse dinoscitur potius quam electus. Fit ergo concursus[c] populi diversi quidem sexus, conditionis ac dignitatis necnon et[d] aetatis, sed unius atque eiusdem sententiae[e]: cuncti hunc vere Deo[f] dignum, et qui populis prefici[g] deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus his angustiis depressus, nimiis[h] afficiebatur angoribus, quia nec fuge locus uspiam patebat, nec populo, ut ab intentione cepta resipisceret, ullo modo satisfacere poterat. Divinae namque erat voluntatis, ut qui omnium saluti prospecturus[i] erat, omnium acclamationibus eligeretur, et qui unitati[k] fidei cum iam fidelibus et futuris fidelibus[l] erat provisurus, unione cuncti populi ad sedem eveheretur[m] sacerdotalis honoris. Sacratissimus quidem vir cum his acclamationibus se urgeri conspiceret, de infirmitatis[n] et aetatis suae tempore conqueri[o] cepit, et quia aecclesiasticus ordo infirmam aetatem ad hanc[p] non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur. Timebat enim, ne inmatura aetas inimici versuciis impugnata, aliquid contraheret sinistri[q]. Sed divina gratia et vocem populorum constantissime in ipsius perdurare fecit electione et sanctum virum ab antiqui hostis protexit malignitate. Et[r] cum populi acclamaret frequentia, et sanctissimus vir magna reniteretur constantia, placuit omnipotenti Deo ei manifestissimis demonstrare indiciis, quod ipse de eo haberet iuditium[s].

Etenim[t,*] cum modo predicto reniti conaretur, videntibus omnibus qui aderant, descendit subito radius novi luminis super ipsius viri[u] sancti verticem, acsi X ipse sol de[v] celo motus super eum ceciderit, ut quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse quoque, cum ad hoc opus adscisceretur[w], lumine debuit declarari visibili. Ipse namque erat lucerna, quae non sub modio curae corporeae, sed super[x] candelabrum purissimae ac Deo dilecte conversationis erat ponenda, quatinus his qui in domo sanctae aecclesiae futuri erant lumen optime institutionis preberet. cf. Matth. 5, 15.

Placuit[y] etiam omnipotentiae divinae huic[z] miraculo aliud addere ad ostensionem meritorum beatissimi viri. Etenim, radio supradicto se illustrante, sensit** X

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. De radio descendente super verticem sancti Remigii 1.
**) *pr. m. in marg. add.:* Not. De liquore infuso capiti sancti Remigii 1.

Cap. 2. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 3. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* c). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 3. a) IIII. 4*a*, *corr.*; *distinctione caret* 3*b*. b) *om.* 3*b*. c) *in* concursus *redit* 2*b*. d) *superscr.* 5*a*. e) substantiae 4*b*. f) d. D. 2*b*, *corr.* g) p(re *m. al. in ras.*)fici 2*b*. h) nimis 2*a*. i) prorspecturus 4*a*. k) unitatis 2*a*. l) christianis 1. m) :veheretur 5*a*. n) infirmitatibus 4*b*. o) conquiri 1. p) hac 5*a*. q) sini(stri *m. al. in ras.*) 2*b*. r) *in marg.* V. 3*b*. s) indicium 4*b*; preordinatum *add.* 1. t) *in marg. vocabulum vel numerus eras.* 1. 4*a*. u) vert. s. viri 1; s. viri vert. 3*b*. v) m. de c. 3*b*. w) adscisseretur 1; assisc. 3*b*. 5*a*; ascisc. 2*a*. 4*a*. x) supra 2*b*. y) *in marg.* VI. *eras.* 4*a*. z) a. h. m. 3*b*.

1) *I. e. Montanum. Suysk.* 2) Bennagius *nomen scriptum erat in eius testamento, quod viderat Flod., H. Rem. eccl. I*, 9.

capiti suo unguinis sacri infusum liquorem, quo totum eius delibutum est caput. Et merito, ut qui oleum spiritale[a] populis, quo eorum quidem capita visibili, mentes autem predicatione, sancto[b] Spiritu in se loquente, uncturus erat crismate invisibili, id est gratia eiusdem Spiritus[c] sancti, ipse quoque prius tali unctione insigniretur. Acceptis autem talibus ac tantis auspiciis, divinis timuit contraire statutis; neque enim tutum illi videri poterat, tot signis precurrentibus, divinae contradicere iussioni, presertim cum luce et unctione sancti Spiritus, que oleo visibili designatur, interius illustratus atque perunctus, ut et sanctus Esaias[d. 1], ad mittendum se in[e] divinum ministerium debere potius offerre quam excusare[f] didicerit[g].

X[a] 4.[b] Posthabita* ergo[c] omni dubitatione atque ancipiti submota sententia, unanimitate episcoporum Remensis provinciae infulis induitur sacerdotalibus, benedictione consecratur episcopali[d] atque in sede presulatus collocatur huius civitatis[e] V. Rem. I, c. 2. Remorum. Ubi statim sic apparuit aptus et devotus, tamquam si officio, ad quod noviter ascenderat, iugiter prefuisset. Fuit itaque[f] in elemosinis largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in caritate perfectus, in humanitate profusus, in doctrina precipuus, in sermone paratus, in conversatione sanctissimus[g]. Ib. c. 3. Sinceritatem mentis vultus sui serenitate[h] monstrabat et pietatem clementissimi cordis ostendebat in lenitate sermonis. Quicquid ad salutem pertinere posset aeternam, non minus implebat beatissimus opere, quam sermonis[i] predicatione[k] docebat.

Γ[1] O virum per omnia Deo dignum! Eminebat in ipso habitu animi pulchritudo[m]; in spetie exterioris hominis ipsam putares expressam imaginem sanctitatis. Erat inreverentibus[n] terribilis aspectu, reverendus incessu, metuendus severitate, venerandus benignitate[o]. Censuram auctoritatis temperabat[p] mansuetudo humilitatis. Delinquentibus quidem minabatur frontis austeritas, sed blandiebatur cordis serenitas. Erga bene agentes Petrus apparebat in vultu, erga delinquentes Paulus in spiritu, ac sic conveniente in uno[q] diversitate gratiarum, illius pietatis, huius erat emulator districtionis, ita[r] ut, cum presentiam eius quisquam vix sustineret, absentiam ferre non posset. Internorum autem bonorum suorum formas ac speties, sicut nemo ad plenum potuit inspicere, ita nemo sufficit explicare; quas sicut ille studuit excolere, ita et[s] laboravit occulere; et cum hec vellet augeri, nolebat agnosci. Sed quia hec est natura iustitiae, ut, quanto studiosius abscondi optat, tanto clarius innotescat, et occultatio ipsa predicatio sit[r], per populos tantorum bonorum fama volitabat. Eminebat in admiratione[t] omnium[u], veluti civitas super Luc. 11, 33. verticem montis exposita, nec iam lucerna poterat latere sub modio. Gloriosa illa anima aperuit latentes[v] in se divitias caelestium munerum et de armario suave olentium virtutum aromata[w] sanctificationis et gratiarum suarum supra omnem

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Qualiter sanctus Remigius est ordinatus ępiscopus, et qualem se in episcopatu exibuit (*ita laterc. cap.*) 1.

Capp. 3. 4. 1. 2*a. b* (*cf. n.* p). 3*b.* 4*a. b.* 5*a.*

Cap. 3. a) spirituale 2*a.* 3*b.* 4*b.* b) sancta Sp. 4*b*; Sp. s. 3*b.* c) Spiritu 2*b.* d) Isaias 2*b.* 4*b*; Ysaias 2*a.* 3*b.* e) *om.* 4*b.* f) d. exc. 1. g) *in marg.* [illegible] 3*b.*

Cap. 4. a) *eras.* 2*b.* b) *om.* 3*b*; *eras.(?)* 2*b*; L. II. *add.* 1. c) *post* ergo 3 *litt. ras.* 2*b.* d) sacerdotali 1. e) R. c. 1. f) namque 3*b.* g) mansuetus 4*b.* h) sinceritate 4*b.* i) sermone praedicationis 4*b.* k) d. p. 1. l) *om.* 3*b.* m) ac si *add.* 3*b.* n) inreveren bus *pr. m.* 2*b*; inreverendis 3*b.* o) dignitate 1; aspectu 4*a.* p) perabat — *p.* 265, 35. suos *om.* 2*b*, *folio exciso.* q) unum 4*b.* r) *om.* 4*b.* s) ita elaboravit 3*b.* t) admirationem 5*a.* u) multorum 4*b.* v) in se l. 2*a.* w) virtutum *repet., sed m. al. del.* 3*b.*

1) *Is.* 6, 8.

hanc aecclesiam[a] effudit. Neglector quietis, refuga voluptatis, appetitor laboris,
patiens abiectionis, inpaciens honoris, pauper in pecunia, dives in conscientia, hu-
milis ad merita, superbus ad vitia sic in se excoluit diversas gratiarum virtutes,
ut vix pauci tenerent singulas, quomodo ille implevit universas: semper in operis
exercitio[b], semper in compunctionis affectu, nulla illi ex omnibus propensior cura,
nisi aut de Deo in lectione atque sermone aut cum Deo in oratione loqueretur.
Qui contrita continuatis ieiuniis ossa studebat de persecutore inimico longo trium-
phare martirio, pro cibo ac potu hoc secum incessanter ruminans: *Fuerunt michi* Ps. 41, 4.
lacrime meae panes die ac nocte. Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. ib. 83, 3.
Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Defecit in salutare[c] tuum anima ib. 118, 81.
mea. Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi et[d] caro mea! Sitivit anima mea ib. 62, 2.
ad Deum, fontem vivum: quando veniam et parebo[e] ante faciem Dei? et consolando ib. 41, 3.
se: *Quare tristis[f] es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam ad-*
huc confitebor illi: salutare vultus mei Deus meus. Satiabor, dum manifestabitur gloria ib. 41, 12.
tua[g]. Nam quia spetie sui Conditoris, ad quam[h] anhelabat, necdum satiabatur[i], ib. 16, 15.
continuis suspiriis atque gemitibus, diurnis ac nocturnis lacrimis illum desiderans,
pio luctu ad superna gaudia sublevata, flendo se anima sancta pascebat; et intus
quidem doloris sui gemitum tolerabat, sed eo refectionis pabulum percipiebat, quo
hic vi[k] amoris per lacrimas emanabat. Preter vitam avide nichil esuriebat, preter
iustitiam nichil delectabiliter sitiebat. Presentia, tamquam inania atque transacta,
absente spiritu non videbat et in futuro reposita, quasi oculis subdita, concu-
piscebat. Et vere felix terra, que talem genuit ac de alumno nobis patronum, de
homine angelum ac doctorem nobis emisit! Bene igitur et congrue secundum pro-
phetam[l] de illo dicimus: *In memoria aeterna erit iustus.* Digne enim in memoria[m] ib. 111, 7.
versatur hominum, qui ad gaudium[n] transiit angelorum; qui ideo gratiam Dei
glorificatus invenit, quia mundi gloriam, adiutus Dei gratia, non quesivit; qui
gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram spei tranquilla iam in statione com-
posuit; qui contra impetum diaboli scutum Dei ita infatigabiliter tenuit, ut ad
victoriam perveniret. Habemus in eo[o] medicum[p] e caelo, cum quo sanctitas, immo
ipse sanctitatis auctor, civitatem nostram intravit. Quantis cecis a via veritatis
errantibus visum quo Christus videtur aperuit! In quantorum auribus sermoni-
bus celestium mandatorum preciosum infudit auditum! Quantos intrinsecus vul-
neratos angelici oris arte et orationis virtute curavit! Quantorum animas peccatis
in corpore iam defunctas[q] ad emendationem, tamquam ad lucem, vocando resusci-
tavit[r]! Docebat filios suos cotidie[s], ne res alienas concupiscerent, ne eis coniuges cf. Deut. 5, 21.
extraneae[t] pulchrae essent, ne peccati venenum per aspectum animam penetraret.
De quantorum ille cordibus, quos iniquitas et impietas possidebat, fugavit luxu-
riam, promovit[1] iram, restincxit[u] invidiam revocando illic[v] fidem et[w] castitatem
atque misericordiam! Quantos[x] vir ille apostolicus penitentiae medicamentis a pecca-
torum morte resuscitavit, custos animarum, cupiditates resecans, iras comprimens,

Cap. 4. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* s). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 4. a) eff. ęccl. 1. b) exercitatione *pr. m.* 4*b*. c) salutari tuo 1 *et pr. m.* 2*a*. d) *m. al. superscr.* 5*a*; *om. Vulg.* e) apparebo 4*b cum Vulg.* f) es tr. 1. g) eius 2*a*. 3*b*. 5*a*. h) quem 1. i) satiebatur 1. k) vis *codd.* l) prohetam *pr. m.* 5*a*. m) memoriam 1. n) gaudia 1; gaudia *corr.* gaudium 5*a*. o) eum 1, *corr.* p) e c. m. 1. q) sepultas 4*a*. r) vit *m. al. in ras.* 1. s) *in* cotidie *redit* 2*b*. t) alienae (2*b*). 3*c*. 4*a*. u) restrinxit 2*a*. v) illi *pr. m.* 5*a*. w) *om.* 4*a*; c. et f. 1. x) *asteriscum m. al. in marg. add.* 2*b*.

1) *I. e. amovit, expulit.* *Suysk.*

malitias extirpans! His magis vir ille temporibus necessarius fuerat, quibus tanta iniquitas, sumptis cotidie, deficiente iustitia, viribus, convalescit. Et quidem ille[a] in hac peregrinatione seculi solo corpore constitutus, cogitatione[b] tamen in[c] illa aeterna patria conversatus est, qui huic mundo crucifixus[d] ac[e] mortuus, quicquid laboravit, de hac vita ad illam transtulit et de sinistra semper transmisit in[f] (V. Remed. I, c. 3.) dexteram adque in caelo suos reposuit sudores. Et inter haec omnia intendebat vir beatus iactantiam virtutum fugere, in quo non poterat gratia celsa latere; adeo ut non solum corda hominum beluina feritate crudelia ad mansuetudinem Christi do- (cf. Luc. 12, 42.) maret fidelis servus[g] eius et prudens, sciens conservis suis dare *in tempore tritici*[h] *mensuram*, id est pro captu audientium mensurate et oportune divini[i] verbi pabula ministrare, verum etiam aves: ut innocentia[k] et potestas primi Adae, ante- (cf. 1. Cor. 15, 45.) quam peccaret, cui omnia inrationabilia subiecta fuerunt, ut Scriptura demonstrat, in isto sancto viro per secundum Adam dominum nostrum Iesum Christum reformata intellegerentur. Ↄ[l]

X (V. Rem. I, c. 3.) 5.[a] Cum* e n i m inter domesticos suos contin g e b a t secreti u s i l l u m habere convivium, et delectaretur in h i l a r i t a t e carorum, discendebant ad eum intrepidi passeres et in manu eius mensae reliquias colligebant. Discedebant alii saturi[b], accedebant alii saturandi. Sic[c] mansuescebat feritas avium in operatione virtutum. Delectatio namque illius talis erat in hilaritate carorum, sicut de beato Iob[1] legimus, quoniam *non cadebat lux vultus eius in terram*[d], quia nimirum in tanta gravitate vultum[e] tenere consueverat, ut numquam contemptibili letitia[f] resolveretur, sed quotienscumque hilariorem se presentibus exhiberet, certa semper hoc causa utilitatis[g] eorum faceret. Ita et hic sanctus[h] religiosa gravitate discretus in omnibus, non vanitatis[i] iactantia[k] hoc vel dissolutione[l] agebat, sed ut Dei ostenderetur collata[m] sibi gratia, (cf. Ps. 67, 36.) et ad eius amorem ac fidem, qui mirabilis[n] in sanctis suis servos suos[o] multis modis consolari et mirificare dignatur, suorum corda excitarentur et illius servituti se propensius manciparent.

Γ Sed[p] et non sine consideratione videtur pretereundum, cur iste sanctus in iocunditate carorum amplius mansuetudine ac pastione passerum, quam aliarum avium delectabatur. Et ut primo dicamus simpliciter, solent homines alias aves domesticas habere in domibus suis, passeres autem licet in tectis, sicut legimus et videntes scimus, soleant habitare, humana gaudentes vicinitate, intra domos tamen suas domesticos habere non solent. Unde constat, quia si aves, que in domibus domestice haberi[q] solent, in manu pasceret, pro nullo haberetur[r] miraculo nec esset, unde convivantibus[s] iocundatio proveniret. In domum[t] quoque secretiorem aliis avibus, quae intra cubicula domesticae haberi non solent, nisi passeribus, qui

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Passeres intrepidi in manu sancti Remigii reliquias captabant 1.

Capp. 4. 5. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a* *(ad l. 27)*.

Cap. 4. a) *pr. m. superscr.* 2*b*. b) et aviditate *add.* 1. c) in aet. est c. p. qui 1; in illa autem p. aet. c. est qui 2*a*. d) cruxifixus 4*a*. e) et 1. f) *in ras.* 2*b*; ad 1. g) e. s. 1. h) m. tr. 1. i) divi *pr. m.* 5*a*. k) innocenti *pr. m.* 5*a*. l) *notam om.* 2*b*. 3*b*.

Cap. 5. a) *om.* 3*b*; L. III. *add.* 1. b) saturati *pr. m.* 1. c) Si 5*a*. d) terra 3*b*. 5*a*. e) *pr. m. superscr.* 2*b*. f) r. l. 1. g) utilitas 5*a*, *corr.* h) *pr. m. superscr.* 5*a*. i) vanitantis *pr. m.* 2*b*. k) iacta(n *m. al. in ras.*)tia 2*b*. l) dissolutionis 5*a*, *corr.* m) s. c. 1. n) est *add.* 1. o) *om.* 2*a*. p) *finem capitis om.* 5*a*. q) habere 2*b*, *corr.* r) haberentur 2*a*. s) convivantes 1. t) domo 1.

1) *Iob* 29, 24.

in tectis humana vicinitate gaudentes habitare solent[a], ad hanc servo Dei divinam collatam gratiam demonstrandam facultas non erat conveniendi. Sed si altius aliquid[b] in hoc sancti Dei facto perscrutari volumus, intellegere possumus, quia nulle aves tam sepe in scripturis commendantur, sicut passer, columba et turtur: columba quippe et turtur, quae gemitus pro cantu edere[c] solent, quia luctus sanctorum in presenti seculo et superna desideria per secretas orationum lacrimas et conventus aecclesiae publicos designant; passer[d] vero, avis corpore parva, sed maxima sagacitate sollicita, que nec facile laqueis irretitur nec per ingluviem ventris escarum ambicione decipitur. Haec[e] propter infirmitatem suam, ne aut ipsa a predatore capiatur, aut fetus eius serpentinis devorentur[f] insidiis, ad domorum fastigia[g] celsa concurrit. Huic merit oprudens et humilis quique[g*] comparatur, qui diabolicae calliditatis fugiens[h] fraudes, vigiliis et orationibus ac penitentiae lacrimis intra sanctae aecclesiae septa se munire festinat[i]. Redemptor[k] etiam et salvator noster se passerem[l] dignatus est designari[m], Psalmista[1] teste qui dicit: *Etenim passer invenit sibi domum.* Iam quippe domum sibi passer invenit, quia aeternum caeli habitaculum noster Redemptor intravit: ubi *factus est, sicut passer solitarius* [Ps. 101, 8.] *in tecto,* quia solus inter mortuos liber sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius pre illis nomen hereditavit, ut sit et vocetur filius Dei. *Hic est verus Deus et vita aeterna,* ad quem in hac peregri- [1. Ioh. 5, 20.] natione positi anima cuiusque fidelis suspirans, sic iocundatur, dum per fidem rectam et sancta desideria ac per[n] bona opera in caelorum regno mansionem suam sentit esse preparatam, sicut passer in foramine parietis exultat: id est iam veraciter fidelis in foramine maceriae, scilicet in unitate aecclesiae, quae de perforato in cruce Christi latere lavacro rigatur et poculo, a maligni spiritus et membrorum eius malignitate protectus exultat. Et qui ex sanguinibus et voluntate carnis et voluntate viri fuerat natus, sanguine Iesu, veri filii Dei, de potestate tenebrarum redemptus et ex aqua et Spiritu, quo idem dominus Deus noster ex gloriosa semper virgine Maria domina nostra est natus, et ipse a virgine, matre aecclesia, inmaculato divini fontis utero est renatus ac Christo incorporatus, gaudio inenarrabili et exultatione exultat.

Sunt[o] et alia, que de hoc beati Francorum apostoli facto — signa enim Γ[p] apostolatus eius Franci sunt, sicut[n] in processu monstrabimus, — ad nostre utilitatis augmentum considerantes trahere possumus, comparantes illud actioni Iohannis apostoli. Fertur relatione maiorum[2], quia cum beato Iohanni apostolo avis [Cass.] quae perdix vocatur viva et sana a quodam oblata fuisset, cepit eam leni manu demulcendo tractare. Quod quidam adolescentium videns, ad coevos suos ridendo dixit: 'Videte, quomodo ille senex cum avicula sicut et[q] puer ludit'. Beatus vero apostolus per spiritum ista cognoscens, vocavit ad se iuvenem, interrogans, quid manu teneret. Cui iuvenis: 'Arcum', inquid. Et beatus Ioannes[r]: 'Quod habet officium illud[s] quod manu tenes?' Et iuvenis: 'Sagittamus', inquid, 'inde bestias sive aves vel alia queque'. Et beatus Iohannes: 'Quomodo',

Cap. 5. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* d). 3*b*. 4*a* (*cf. n.* k). *b* (*cf. n.* o).

Cap. 5. a) nisi passeribus *iterat* 2*a*. b) *om.* 1. c) s. e. 1. d) Passer — *p.* 271, *l.* 42. occultantis se *om.* 2*b*, *duobus foliis excisis.* e) nec 2*a*. f) devorarentur *pr. m.* 3*b*. g) celsa conc. f. 1. g*) *ita codd.* h) fr. fug. 3*b*. 4*a*. *b*. i) festinabat 1. k) Redemptor — *l.* 30. exultat *om.* 4*a*. l) passere est d. 1. m) designare 1. n) *om.* 2*a*. o) *redit* 4*a*; Sunt — *p.* 271, *l.* 37. mereamur *om.* 4*b*. p) *notam om.* 3*b*. q) *om.* 1. r) Iohannes 2*a*. s) inquid *pro verbis* i. q. m. t. 1.

1) *Ps.* 83, 4. 2) *Fabulam e Cassiano, Collat.* XXIV, 21, *Hincmarus exscripsit.*

inquit, 'vel quo[a] ordine?' Et iuvenis, curvato arcu, tetendit illum et tensum in manu tenuit. Sed cum[b] beatus Iohannes nihil ei subsecutus loquendo fuit[c], post [Cass.] aliquod spatium iuvenis arcum distendit. Cui beatus Iohannes: 'Cur', inquit, 'arcum distendisti?' Ad quem iuvenis: 'Quia si diutius[d] tensus teneretur, infirmius[e] tela iactaret'. Et ad haec sanctus apostolus: 'Sic et humana fragilitas, si semper in rigore contemplationis persistat et suae fragilitati non condescendat, minus necessario valida contemplationis penna sublevatur. Quod pia provisione Conditoris et Salvatoris nostri agitur, ut per collatam gratiam crescamus in profectu[f] virtutum et per infirmitatis nostrae recognitionem discamus humilitatis custodire virtutem. Nam et aquila cunctis avibus celsius volare, cunctis animantibus clarius solis radiis infigere consuevit obtutus; tamen naturae necessitate ad cadaver celsum deponere solet volatum. Sic et nostra fragilitas memor suae conditionis, quia illum ad quem suspiramus in huius tempore vel loco peregrinationis continue contemplari non[g] possumus, quasi ab effectu[h] contemplationis desiderato ad modicum retractus animus, crebra innovatione ardentius et fortius ad caelestia tendit'. Quo facto et sermone audientibus magnam instructionis aedificationem et presentibus contulit[i] et sequentibus se reliquit[k]. Ↄ[l]

Γ[m] Sic et de hoc beati Remigii facto maximam instructionis aedificationem et in carorum caritosa[n, 1] dilectione et in fragilitatis nostrae discreta condescensione nobis [cf. Matth. 6, 26.] valemus assumere, si, ut[o] ille passeribus subministrans, qui non serunt neque congregant in horrea, sed Deus pascit illos[p], aliis saturatis[q], alios saturandos suscipiebat, nos, qui res et facultates vel cognationis successione vel fidelium collatione [2. Cor. 9, 7.] suscepimus, fratribus qui non preparaverunt sibi, quia *hilarem datorem diligit Deus*, cum gaudio bona quae possumus ministrantes, alios, quibus bona ministremus, adsciscimus[r], plus gaudentes de bono opere, quam de bona possessione, ut et Deus conletetur operi nostro bono, qui operariis pietatis se in iuditio dicturum predixit: [Matth. 25, 40. 34.] *Quod uni ex his minimis fratribus*[g] *meis fecistis, mihi fecistis. Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Sed et in hoc facto maximum salutis emolumentum[s] nobis prospicimus, si nos ipsos ad cotidiana bonorum operum exercitia studiosos reddere[t] satagimus, quatinus, sicut cotidianum pensum de cibo, de potu, de somno et ceteris necessariis corporibus nostris[u] reddimus, ita cotidianum pastum ex ieiuniis, vigiliis, elemosinis, orationibus atque profusis lacrimis sacrisque oblationibus animabus[v] nostris reddere procuramus. Sicut enim[g] in cotidiana[w] defectione cotidiana refectione corpore indigemus, ita, qui ab assumptae novitatis spetie cotidie fuscamur, cotidiana renovatione[x] animae indigemus. Unde [Ps. 6, 8.] Psalmista humanae fragilitatis infirmitatem in se dolendo exprimens dicit: *Inveterari inter omnes inimicos meos.* A fervore etenim mentis vel inter spiritales[y] inimicos vel inter carnales quosque proximos ipso aliquo modo vivendi usu veterescimus[z], a qua tamen vetustate cotidie, si studia circumspectionis invigilent, orando, legendo, bene vivendo renovamur, quia vita[a] nostra, dum lacrimis lavatur, bonis

Cap. 5. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*.

Cap. 5. a) quali 1. b) *om.* (1). c) fuisset 1. 4*a*. d) ait *add.* 1. e) t. i. inf. 1. f) profectum 2*a*. g) *om.* 1. h) *pr. m. corr.* aff. 2*a et sic* 3*b*. i) *om.* 4*a*. k) dereliquit 1. l) *notam eras.* 1; *om.* 3*b*. m) *ita* 3*b*; *om.* 1. n) carituosa 3*b*. o) sicut 3*b*. 4*a*. p) illa 1. q) *corr.* saturis 1. r) adscissimus 1; ascisc. 2*a*. s) n. pr. e. 1. t) s. r. 1. u) r. n. 1. v) n. a. 1. w) *om.* 3*b*. x) r. in anima egemus 1. y) spirituales 2*a*. 3*b*. 4*a*. z) veterascimus 4*a*. a) d. v. n. 4*a*.

1) *I. q. amicus; cf. Ducange h. v.*

operibus exercetur, sanctis meditationibus tenditur, ad novitatem suam sine cessatione reparatur, sicut[a] dicit apostolus: *Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur*[b] *de die in diem.* [2. Cor. 4, 16.] Dum enim praesentis vitae cursus agitur, etiamsi valde proficiat, cuius exterior homo corrumpitur et interior renovatur[b], necesse est tamen, ut dum condicioni subiacet mortis, labores toleret[c] vetustatis. Sed nescit mens per corpus veterescere, quae studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum[1] dicitur: *Renovamini spiritu mentis vestrae.* Hinc Psalmista, qui ad perfectionis iam culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat: *Dixi: Nunc cepi,* [Ps. 76, 11.] quia videlicet, si lassescere[d] ab inchoatis bonis nolumus, necesse est[e], inchoare nos cotidie credamus. Veluti de sancto viro post enumerata illius bona legimus, quia sic faciebat Iob cunctis diebus, quia nimirum virtus boni operis perseverantia est, et voce veritatis dicitur: *Qui*[f] *perseveraverit usque in finem, hic salvus erit,* [Matth. 24, 13.] et precepto legis cauda hostiae in sacrificio iubetur[g] offerri. In cauda quippe finis est corporis, et ille bene immolat, qui sacrificium boni operis usque ad finem [cf. Lev. 7, 3.] debitae perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur. [cf. Gen. 37, 23.] Tunica quippe usque ad talum est opus bonum usque ad consummationem. Sedula etiam cogitatione in mente versare debemus, ut post condescensionem nostrae[h] fragilitatis quantotius et valentius ad contemplationis studium redire curemus, attendentes, quod per[i] Moysen precipitur, ut qui gibbo premitur, nequaquam ad sacerdotium[k] provehatur[l], [cf. Lev. 21, 20.] et[m] quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra eiusdem summi sacerdotis efficimur; unde nobis per Petrum[2] dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium.* Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur[n]; a sacerdotio ergo repellitur, quia[o] quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est, quod membrum summi sacerdotis non est; et quo pretio sit redemptus, non meminit, qui ima querit. Hinc rursus pisces, qui pennulas non habent, ab esu fidelis[p] populi prohibentur; pisces quippe qui pennulas squamarum habent, dare saltus etiam super aquas solent. [cf. Deut. 14, 10.] Qui ergo pennatis piscibus nisi electae animae figurantur, [ib. 14, 9.] quae profecto solae in celestis aecclesiae corpus transeunt, quae modo virtutum pennulis fulte, saltus dare per caeleste desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quamvis in se[q] ipsis iterum ex mortali carne relabantur? Et quandiu in hoc corpore peregrinamur a Domino, [cf. 2. Cor. 5, 6.] necesse est nobis in hoc agone continue ac studiosissime laborare, sicut nos propheta hortatur, dicens: *Constituite diem sollempnem in confrequentationibus usque ad cornu*[r] *altaris.* [Ps. 117, 27.] Dies* quippe sollempnis est Domino conpunctio[s] cordis nostri; sed tunc in confrequentatione dies sollempnis constituitur, cum in lacrimas pro eius amore mens movetur. Cui, velud si diceremus: 'Quandiu ista acturi sumus, quandiu tribulatione afficimur?' ilico[t] terminum, quousque fieri debeat, subiungit, dicens: *Usque ad cornu altaris.* Cornu quippe altaris est exaltatio sacrificii interioris; ubi cum venerimus, iam nulla necessitas erit, ut sollempnem diem Domino de nostra lamentatione faciamus. Interim autem, quousque ad illud de-

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Dies sollempnis Domino est nostri conpunctio cordis 1.

Cap. 5. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 5. a) *finem cap. om.* 4*a*. b) de d. in d. r., *om.* Dum — renovatur 1. c) v. t. 1; tolleret (*corr.* toleret) v. 2*a*. d) *ita* 3*b*; lascessere 1; lassascere 2*a*. e) ut *m. al. add.* 1. f) autem *add.* 3*b cum Vulg.* g) auferri (*m. al. corr.* off.) i. 1. h) fr. n. 1. i) pr. per M. 1. k) sacrificium 1. l) proveatur 3*b*. m) ut 1. n) ima *iterat* 1. o) quis 2*a*, *corr.* p) p. f. 1. q) semetipsis 1. r) a. c. 1. s) cord. n. conp. 1. t) dico 3*b*.

1) *Eph.* 4, 23. 2) 1. *Petr.* 2, 9.

siderabile altaris cornu perveniamus, non sufficit in amorem Dei conpungi et quiescere, sed conpunctio debet esse et crebrescere. Maxime autem inter sacre oblationis misteria et post orationis ac conpunctionis tempora magnopere studendum est nobis, ut in quantum, Deo largiente, possimus, in ipso animum suo pondere et vigore servemus, ne post cogitatio fluxa dissolvat, ne vana mentem letitia subrepat, et lucrum conpunctionis anima per incuriam fluxe cogitationis perdat; quia tunc vere oblata a nobis Deo[a] pro nobis hostia erit, cum nosmet ipsos ho- 1. Cor. 5, 8. stiam fecerit expurgatam *a fermento malitiae et nequitiae*, id est mundatam a[b] mali- ib. volentia[c] in mente et ab operis pravitate in corpore, *in azimis*[d] *sinceritatis et veritatis*, videlicet in puritate mentis et munditia corporis, iuxta Domini preceptum dicentis: Luc. 12, 35. *Sint lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes in manibus vestris*, ut et munditia sit[e] ib. 11, 34. castitatis in corpore et lumen veritatis in operatione. *Si oculus*, inquid[f], *tuus simplex*[g] *fuerit, totum corpus tuum lucidum*[h] *erit*. Unde necesse est, ut semper in nobis sit recta intentio, et sequatur innocens operatio. At quia in multis offendi- Prov. 24, 16. mus[i] omnes, *septies in*[k] *die*, inquid, *cadit iustus et resurgit*[l]*:* quia si cadit per fragilitatem, iustus esse non desistit, quoniam resurgit[m] per penitentiam. Si quid ergo crebra retractatione in nostra cogitatione vel locutione aut opere culpe[n] nocentis deprehenderimus, cita et crebra penitentiae conpunctione illud emundare[o] Ps. 4, 5. curemus iuxta illud Psalmistae: *Quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris* Iac. 5, 16. *conpungimini*, et ut precipit Iacobus apostolus: *Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini*. In qua sententia illa debet esse discretio, ut cotidiana leviaque peccata alterutrum[1] coaequalibus confiteamur eorumque cotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris leprae inmunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus atque ad eius arbitrium, qualiter et quanto tempore iusserit, purificare curemus, sicque animati misericordia Dei et confortati[p] potentia virtutis eius, Ps. 75, 11. sedulo in corde versemus Psalmistae[q] versiculum, quo dicit: *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquie cogitationum diem festum agent tibi*. Cogitatio quippe hominis, id est carnalis et fragilis, tunc Deo confitetur[r], quando de his que peccamus faciem Domini in confessione prevenimus et procidentes ploramus[s] coram Domino, qui fecit nos. Reliquie vero cogitationum diem festum agunt[t] Domino, ib. 50, 5. cum sequentes eum qui dixit: *Iniquitatem meam ego cognosco*[u], *et peccatum meum coram me est semper*, una cum cotidianis peccatis nostris, quae cotidianis operibus bonis eluimus, etiam peccata nostra preterita, — a quibus iam Dei gratia desivimus, et per confessionem ac dignos penitentiae fructus illa operuimus, iuxta id quod ib. 31, 5. scriptum est: *Dixi, pronuntiabo adversum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti* ib. 31, 1. *impietatem peccati mei*, et: *Beati, quorum tecta sunt peccata*, — cotidie cum lacrimis vel[v] gemitu Domino in oratione confitemur et per sancta orationum studia cogitationes carnis in ara cordis incendimus, ut suave aliquid Deo per caeleste desiderium redolere valeamus. Qua de re timiama* compositum ex aromatibus in tenuissimum cf. Exod. 30, 36. pulverem contusis Moysi Dominus facere et ex eo coram testimonio tabernaculi ponere iussit, quia tunc nimirum bona nostra in conspectu iudicis placent, cum

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. Timiama compositum ex aromatibus 1.

Cap. 5. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 5. a) h. e. D. pro n. 1. b) *om.* 2*a*. c) malivolentiā *pr. m.* 1. d) azima 1. e) c. s. 1. f) t. i. 3*b*. g) f. s. 1 *cum Vulg.* h) e. l. 1. i) omn. off. 1. k) inq. in d. 1. l) resurget 1 *cum Vulg.* m) per p. r. 1. n) n. deprehendimus c. 1. o) mundare 2*a*. p) D. a p. v. e. c. 1. q) v. ps. 1. r) confitebitur 1. s) c. D. q. f. n. pl. 1. t) D. a. 1; agent D. 2*a*. u) agnosco 1. v) et 1.

1) *I. e. ab invicem.*

hec mens subtilius recogitando conterit et quasi de aromatibus pulverem reddit, ne grossum durumque sit bonum quod agitur, ne si hoc arta retractationis manus non comminuat, odorem de se subtilius non aspergat. Unde in Deuteronomio pre- cf. Deut. 23, 13. cipitur, ut cum egreditur quis ad requisita naturae, mittat paxillum in balteo et quae egesta fuerint fossa humo operiat[a]. Ventris quippe egestio* fossa humo per paxillum tegitur, cum mentis nostrae superfluitas subtili redargutione discussa ante Dei oculos per conpunctionis suae stimulum celatur. Sed providendum magnopere nobis est, qui peccata[b] nostrorum operum deploramus, ut consummata mala perfecta diluant lamenta, ne plus astringamur in debito perpetrati operis et minus solvamur[c] in fletibus satisfactionis. Scriptum quippe est: *Potum dedit nobis in lacrimis* Ps. 79, 6. *in mensura,* ut videlicet uniuscuiusque mens tantum penitendo conpunctionis suae bibat lacrimas, quantum se a Deo meminit aruisse per culpas. Sed fit plerumque, ut dum ab hoc mundo animum ad Deum mutamus[d] et ad orationis opus convertimur, ipsa que prius delectabiliter gessimus, inportuna post atque gravia in oratione nostra toleremus. Unde Psalmista Domini voce dicit: *Exaudivi te in abscondito* ib. 80, 8. *tempestatis, probavi te apud aquas contradictionis.* Absconditum tempestatis est, cum in corde contrito cogitationum temptantium fluctus intumescunt, cum contra amoris sancti studia curarum saecularium se tumultus illidunt. In abscondito ergo tempestatis auditur, quia clamor deprecantis est haec ipsa fluctuatio tribulationis; et quia tunc probatur desiderium, cum aliqua ei adversitate resistitur, recte dicitur: *Probavi te apud aquas contradictionis.* Unde necesse est, nos in hac contradictione cavere, ut cum peccata nostra preterita recordamur, ne redeamus corde in Aegiptum, id est ne titillatio delectationis eorum quae delectabiliter fecimus nobis in mente subripiat, sed dolendo, erubescendo, paenitendo ad memoriam illa revocemus: dolendo quidem, quia innocentiam et dignitatem in baptismate filii Dei et coheredes Christi effecti per illa perdidimus; erubescendo vero, quia talia in con- cf. Rom. 8, 17. spectu Dei et angelorum atque sanctorum eius agere non erubuimus, que vix ita, ut acta sunt, sacerdoti confiteri valemus; penitendo autem, quoniam talia fecimus, propter que visionem aeternae maiestatis ac sanctorum consortium vitamque aeternam perdidimus et consortium demonum ignemque perpetuum incurrimus, nisi Dei gratia per indebitam eius misericordiam liberemur. Sicque cum lacrimis in gratiarum actionem et laudem Domini erumpamus, qui non perdidit nos cum peccatis nostris secundum mala merita nostra, petentes, ut eius adiutorio, a quo *est omne* Iac. 1, 17. *datum obtimum et omne donum perfectum,* per dignos[e] penitentiae fructus illi de preteritis peccatis satisfaciamus et a futuris eius gratia custodiamur, quatinus in fide recta et operibus bonis perseverantes, partem aliquam et societatem cum electis suis in aeterna vita percipere mereamur.

6.[a] Accidit[b] autem quodam tempore, cum pastorali sollertia ex more parrochias X. V. Rem. I, c. 4. circuiret[c], ut[d], si neglegenter aliquid in divinis cultibus ageretur, fidelis Christi servus agnosceret et ut bonus agricola quae inculta erant ad bonae operationis fructus proferendos excoleret, ad vicum cui vocabulum est Calmitiacus[e] pervenit. Ubi dum quidam cecus, per intervalla temporum occultantis se daemonis[f] invasione

*) *pr. m. in marg. add.:* Nt. De ventris egestione 1.

Cap. 5. 1. *2a. 3b.* *Cap.* 6. 1. *2a. b (cf. n. f). 3b. 4a. b. 5a.*

Cap. 5. a) operiat:: *2a.* b) peccatorum d. commissa, ut 1. c) solvamus 1. (*2a. 3b*). d) mutatus 1. e) dig:nos, *ras.* i(?) 1.

Cap. 6. a) Lecc IIII. *add.* 1; L. VI. *3b.* b) *in* Accidit *redeunt* *4a. b. 5a.* c) circumiret *4a, ut infra.* d) et 1. e) *ita* 1. *3b. 4b*; Calmiciacus *rell.* f) *in* daemonis *redit* *2b.*

V.Rem.I,c.4. possessus, ab[a] eo misericordiae opem postulasset, quoniam ante ipsius sancti viri presentiam occultari non potuit, — erat enim illius generis, de quo in euvangelio cf. Matth. 17, 20. Dominus dicit, quod non eicitur, nisi in oratione et ieiunio, — cepit qua dudum V.Rem.I,c.4. captus fuerat daemonis infestatione isdem[b] cecus corporis vexatione torqueri. Tunc beatus Remigius in oratione, qua semper animo ad Dominum[c] intendebat, corpore, quod ieiuniis et bonorum operum exercitio incessanter afficiebat, se humiliter ad terram prostravit, statimque lumen pristinum ceci oculis reddidit et ab eo pestem inmundi spiritus effugavit, et ne ultra eum vexare presumeret, in nomine Christi precepit opemque victus petitam pauperi tribuit. O ineffabilis gratia pietatis, a quo dum substantia sola petitur, triplex remedium obtinetur! Victu pavit egenum, muneravit visu cecatum, reddidit libertati captivum, atque[d] ita contigit per hoc insigne miraculum sancte[e] Trinitatis mysterium, ut, cum apparuit unus in paupere, Trinitas[f] se ostendit in salute.

Γ[g] Qui ergo temptationibus sive occultis in mente sive apertis in corpore antiqui hostis sentit[h] se infestatione urgeri, opem intercessionis eius obnixe[i] deposcat, et si fideliter petierit, ab infestatione inmundi spiritus se ipsius meritis et precibus a[k] Dei gratia liberari non dubitet. Qui[l] supernae lumen contemplationis ignorat, qui presentis vitae tenebris pressus, dum venturam iram nequaquam diligendo conspicit, et quo gressum operis porrigat[m], nescit, lumen intellegentiae ac contemplationis atque necessariam cordis[n] conpunctionem per intercessionem eius apud Domini pietatem expostulet, nichil haesitans, quia pro certo accipiet. Qui paupertate spiritalis[o] victus atque vestitus, fidei videlicet, spei et caritatis ac ceterarum virtutum, se artari cognoscit, vel etiam temporalibus necessitatibus ac tribulationibus sentit affligi, eius intercessionum solatia gemitibus et lacrimis expetat, et quod pauper, cecus atque daemoniosus per illum obtinuit, se[p] solatia[q] consolationum obtinere confidat. Verum si ad primas rogantis lacrimas Dominus precibus huius intercessoris nostri respondere, id est erranti sospitatem mentis dare vel opem ferre necessitatem patienti distulerit, nec sic[r] quidem a petendo, querendo, pulsando desistendum est neque impetrandi[s] subeunda desperatio, sed tanta potius perseverandum instantia, tam obstinato frequentandus est cum intercessionibus huius protectoris et adiutoris nostri clamore Salvator, donec et ipse de caelis Domino pro supplicatore suo supplicet. Sicque fiet, ut si mentem ab intentione proposita non mutaverit precator, nequaquam fructu piae petitionis fraudetur; sed etsi[t] pro sua fragilitate quis seu pro aliis intervenerit[u], desiderato pocietur effectu, nisi forte petentem cor in[v] petitione reprehenderit, cum resistere se preceptis eius quem postulat meminit, quia dignum profecto est, ut ab eius beneficiis sit quisque extraneus, cuius nimirum iussionibus non vult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remedium, ut, cum se mens ex memoria culpe reprehendit, hoc prius in oratione defleat quod erravit; quatinus erroris macula cum fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab Auctore munda videatur. Curandum est[w] etiam, ne ad hoc rursus[x] proruat, quod se mundasse fletibus exultat; ne dum plorata iterum[y] culpa committitur, in conspectu iusti[z] Iudicis ipsa etiam lamenta levientur[1], et cor

Cap. 6. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b* (*cf. n.* 1). 5*a*.

Cap. 6. a) m. ab eo 1. b) idem 1. c) Deum 2*a*. d) dum *add*. 1. e) videlicet *add*. 3*b*. 5*a*. f) trinitati 4*a*. g) *notam om*. 2*b*. h) se sentit u. i. 1. i) d. o. 1. k) ad *pr. m*. 4*a*. l) Qui — *p*. 273, 14. contradicit *om*. 4*b*. m) figat 4*a*. n) compunctionis (*pr. m. corr*. compunctionem) cordis 2*a*. o) spiritualis 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. p) de *pr. m*. 5*a*. q) cons. sol. 4*a*. r) *ita* 3*b*. 4*a*; siquidem *rell*. s) *in ras*. 5*a*. t) si et 1; et (*om*. si) 3*b*. u) intervenit 2*b*, *corr*.; interverit 4*a*, *corr*. v) impetitione 2*b*. w) C. autem est ne *corr*. C. est a. ne 2*b*. x) rursum 5*a*. y) c. i. 2*b*. z) I. i. e. ipsa 1.

1) *I. q. levigare, levem facere; cf. Ducange h. v.*

iterum petentem in petitione reprehendat. Graviter namque unusquisque confunditur, quando mandata Dei vel legendo vel audiendo respicit, quae vivendo contempsit, et inde dubitatione confusus, ad orandum Deum cor[a] vertit. Unde Iohannis voce dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud*[b] *Deum: et quicquid petierimus ab eo accipiemus*, ac si diceret, si id quod precipit facimus, id quod petimus[c] obtinemus. Valde namque apud Deum utraque haec sibi[d] necessario congruunt, et ut oratione operatio, et operatione fulciatur oratio. Hinc[e] etenim Hieremias ait: *Scrutemur vias nostras et queramus et revertamur ad Dominum. Levemus corda nostra cum manibus ad*[f] *Deum in celis*[g]. Vias etenim nostras scrutari est cogitationum interna discutere; corda vero cum manibus levat, qui orationem suam operibus roborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor levat et manus non levat; quisquis vero operatur et non orat, manus levat et cor non levat. Iuxta ergo Iohannis[h] vocem tunc[i] cor fiduciam in oratione accipit, cum sibi vite pravitas nulla contradicit. Ↄ[k]

1.Ioh.3,21.22.

Lament. 3, 40. 41.

7.[a] Erat enim hic presul beatissimus internorum curam in exteriorum occupatione[b] non minuens, exteriorum providentiam in[c] internorum sollicitudine non relinquens. Cum ergo circuiens[d] parrochiam sollicitudine pastorali transiret per condumam[e, 1] episcopii villae, cuius vocabulum est Tudiniacus[2], aspexit messores messem secantes. accedensque ad eos, cum verbo predicationis exortatus est eos[f] dando cibum et potum in consolationem laboris. Et dum haec agerentur, accidit, sobrinam illius nomine Celsam, Deo sacratam, perinde transire[g] et villam suae proprietatis nomine Celtum[3] adire. Que cum cognovit[h], sanctum Remigium iuxta transitus sui viam esse, venit ad eum, et benigne, ut par erat, ab illo suscepta, petiit eundem sanctum[i] virum, ut una cum illa domum suam, quo ibat, dignaretur adire. Isdem vir sanctus, ut erat prestabilis[k, 4] super iustis petitionibus, ipsius sobrinae suae postulationi assensum prebuit. Et cum pariter ad domum pervenissent et inter se familiaria et spiritalia[l] haberent colloquia, venit minister ipsius[m] Celsae, ad auriculam eius dicens, quod villicus[n] eius vinum quod in eadem villa fuerat[o] venditum iam habebat, excepta parvula quantitate, quam pro salvando[5] vasculo reservavit. Cuius vultum sanctus Remigius videns[p] rubore perfusum, interrogavit, quid[q] ei suus minister in[r] auriculam dixerit. Quae illi[s] prompte respondit, quoniam non tantum pro eo de ipso nuntio verecundabatur, quantum[t] pro eis qui cum eo advenerant. Cognita vero causa, beatus Remigius hilari vultu conso-

X

V.Rem.I,c.4.

Cap. 6. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* e). 3*b*. 4*a*. 5*a*. *Cap.* 7. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 6. a) D. convertit 3*b*. 5*a* (*non* 4*a*). b) ad *pr. m.* 2*b cum Vulg.* c) petierimus obtinebimus 1. d) *pr. m. superscr.* 2*b*; s. h. 1. e) Hinc — *p.* 283, 1. omnipotentis im *om.* 2*b*, *quaternione exciso.* f) in c. ad D. 1. g) celos 2*a cum Vulg.* h) v. I. 1. i) *m. al. superscr.* 5*a*. k) *notam om.* 3*b*.

Cap. 7. a) *om.* 3*b*; *redit* 4*b*. b) noncupatione *pr. m.* 5*a*. c) *m. al. suppl.* 5*a*. d) circumiens 4*a*. e) conda:: *pr. m.*, condumam *m. al.*, *superscribens* vel quandam 5*a*. f) *om.* 1. g) transiret 4*a*, *corr.* h) cognovisset 1. i) v. s. 2*a*. k) super i. pet. pr. 1. l) spiritualia *constanter* 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. m) illius 4*a*, *corr.* n) vilicus 1 (*pr. m.*). 4*a*. o) erat 2*a*. p) r. v. 1. q) quod 5*a*. r) secretius *pro* in a. 1. s) ille 2*a*, *corr.* t) quanto 5*a*, *corr.*

1) *Conduma est mansus; cf. Mommsen, 'N. Arch.' XIV, p.* 498. 2) *Thugny (arr. et c. Rethel, dép. Ardennes); cf. Guérard, 'Polyptyque de l'abbaye de Saint-Remi', Paris.* 1853, *p.* 142. 3) *Sault-les-Rethel; cf. Bouchet, 'Sur les localités, dont il est fait mention dans le testament de Saint-Remi' in 'Congrès archéologique de France', Paris.* 1862, XXVIII, *p.* 110. 4) *Cf. Ioel* 2, 13: praestabilis super malitia. 5) *Puto, ne corrumperetur, si penitus vacuum maneret. Sagsk.*

latus est[a] eam, dicens: 'Pro hac re, filia[b], noli tristari; dabit enim inde[c] Dominus [cf. Ps. 33, 10.] largit te pietatis suae solitam consolationem, qui per prophetam suum se timentibus nichil deesse promisit'. Et dixit[d] eidem sobrinae suae, audientibus illis[e] qui aderant[f], ut alia illa curaret, ipse autem vellet interim ortum et viridiarium atque domos illius circuire et videre[g], qualiter illa maneret. Et sic de industria prius alia[h] circuiens, pervenit usque ad cellarii[i] ostium. Et interrogans, quid in illo tecto[k] haberet, respondit minister, cellarium esse. Isdem autem vir sanctus dixit, se illuc introire velle. Cui cum nemo auderet contradicere, interrogavit cellerarium[l], si haberet in aliquo de ipsis vasculis vel aliquid vini. Et designato vasculo, in quo aliquid vini[m] remanserat, dixit[n]: 'Claude ostium et sta de ista parte, usque[o] dum ego ad te revertar'. Et pergens ad alteram frontem vasculi, que erat secus parietem, fecit crucem super idem vasculum, quod erat non modice quantitatis, et genua flectens ad orationem, oravit diutius. Et çepit vinum per foramen superius, per quod eidem vasculo infusum fuerat, adeo redundare, ut[p] super pavimentum ipsius domus largiter inundaret. Et viro sancto adhuc decumbente[q] in oratione, cellerarius timore perculsus exclamavit, dicens[e]: 'In nomine Christi, quis umquam tale vidit?' Quod cum[r] audivit sanctus Remigius, surrexit ab oratione et precepit illi, ut nemini hoc indicaret, sed diceret[s] dominae suae ministris, inpetratum vinum se habere, unde ministrare[t] valerent. Sanctus vero Domini rediens[u] ad prefatam sobrinam[v] suam, consolatus est eam, dicens: 'Filia, noli contristari[w], sed [Ps. 36, 3.] *spera in Domino et fac bonitatem, et pasceris in divitiis eius.* Habes nunc vinum; letemur[x] et exultemus in Domino'. Quod factum cum ipsa et homines eius per [Tob. 12, 7.] cellerarium cognovissent[y], — quia, ut scriptum est, *opera Domini narrare honorificum est,* — dixit ad eum sobrina sua: 'Nunc cognovi, sancte pater, quia divina inspiratione ad hanc domum hodie[z] te vocavi. Propterea de hac villa te et[a] aecclesiam tuam[b] perpetuo heredem esse[c] faciam'. Et presentaliter[d] ipsam villam ad[e] Remensem aecclesiam tradidit et eidem sancto presuli[f] inde cartam et vestituram[1] secundum morem legalem[g] fecit.

Γ[h] [3. Reg. 17, 16.] Miramur[i], quia iuxta verbum Heliae[k] *idria farinae non defecit, et lechytus olei* [4. Reg. 4, 5.] *non est imminutus;* miramur, quia iuxta verbum Helisaei[l] de parvo liquore olei magna vasa infusa oleo fuere repleta; miremur, quia benedictione et oratione domni et patris ac patronis[m] nostri Remigii vas non modice quantitatis de parvo liquore, quod in eo erat, vinum superfusum etiam in pavimentum[n] cellarii redundavit. Et nos, qui carnis voluntatibus debriati[o], alios etiam peccare facientes peccatis inebriavimus[p] et ad peccandum nostro vel exemplo vel verbo inflexímus, evacuati a Christo, vasa donis spiritalibus vacua, si ad memoriam huius beati pontificis a fundo cordium nostrorum venenum iniquitatum nostrarum, quod de-

Cap. 7. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b* (*ad l.* 28). 5*a*.

Cap. 7. a) *superscr.* 4*a*; c. eam dixit 1. b) n. t. f. 1. c) D. i. 2*a*. d) et e. s. s. dixit 1. e) *om.* 1. f) cunctis *add.* 1. g) q. i. m. v. 1. h) c. a. 1. i) o. c. 1. k) haberet t. 1; t. haberetur 3*b*. 4*a* (*e corr.?*). *b*. l) cellararium 4*a*. *b*, *et sic constanter*. m) r. v. 1. n) illi *add.* 1. o) quousque revertar ad te 1. p) et 5*a*, *corr.* q) decumbenti 1. r) Quod ut s. R. aud., ab o. statim surrexit precepitque illi 1. s) dom. s. m. dic. 1. t) v. m. 1. u) ad p. suam red. s. dixit, consolans eam 1. v) dominam 4*b*. w) tristari 2*a*. 4*a*. x) l. in D. et e. 1. y) didicissent 1. z) te v. h. 1. a) *pr. m. superscr.* 5*a*. b) iure *add.* 3*b*. c) f. e. 1. d) praesentialiter 2*a*. 4*b* *et e corr.* 5*a*. e) tr. ad R. ęccl. 1. f) *om.* 1. g) regalem 4*b*. h) *notam om.* 3*b*. i) *finem cap. om.* 4*b*. k) Helyae 3*b*. l) Helysęi 3*b*. m) *ita pr. m.* 1; patroni *rell.* n) pavimento cellerai (*corr.* cellararii) 4*a*. o) *corr.* deebriati 5*a*; ebriati 2*a*. p) inebriamus 5*a*.

1) *De traditione per chartam et vestituram v. Heusler, 'Institutionen des deutschen Privatrechts' II, p.* 69.

lectabiliter, ut vinum, nos ingurgitando bibimus, per puram confessionem cum contricione et cordis rugitu evomuerimus, evacuantes nos felle peccatorum quo repleti sumus, et lacrimis nos eluerimus[a], levantes corda nostra cum puris manibus sine ira et disceptatione ad Deum, meritis eius et precibus obtinere nos posse credamus, ut repleamur abundante gratia Dei, et fiat in nobis fons vitae, ac in eius lumine videamus lumen.

Nunc[b] ad iustitiam credentes[c] ore[d, 1] et ad salutem confitentes[c] corde[d], quia in Patre totus est[e] Filius et totus in verbo Pater, in Patre simul et Filio totus est sanctus[f] Spiritus, a Patre simul et Filio totus idem procedit Spiritus, quod spetie in futuro videbimus, quando iuxta promissionem[g] suam dominus noster Iesus Christus nobis palam de Patre annuntiabit, quia per[h] patefactam tunc maiestatis suae spetiem, et[e] quomodo ipse gignenti non inpar oriatur, et quomodo utriusque Spiritus utrique coaeternus procedat, ostendet; aperte namque tunc videbimus, quando hoc quod oriendo est ei de quo oritur subsequens non est, quomodo is qui processione producitur a proferentibus non preitur; aperte tunc videbimus, quomodo unum divisibiliter tria sint et indivisibiliter tria unum. Credamus igitur et confiteamur, sanctam et inseparabilem Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, coaeternam et consubstantialem ac coaequalem sibimet esse, unius Deitatis essentiae, omnipotentiae, gloriae, magnitudinis, maiestatis, et quicquid ad se, id est substantialiter, dicitur, relative autem tres personas Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et quod inseparabilis naturae unitas non possit separabiles habere personas. Quod et in hoc ostenditur, personas non posse dividi in sancta Trinitate, quia cuiuslibet persone nomen semper ad alteram respicit personam. Si Patrem dicis, Filium ostendis; si Filium nominas, Patrem predicas; si Spiritum sanctum appellas, Patris et Filii esse Spiritum necesse est intellegas. Et hoc regulariter sit tenendum, quod omnia naturae nomina vel essentiae, sicut in una persona singulariter, sic etiam in tribus semper singulari numero sit dicendum, et in Deo[i] nichil secundum accidens sit dicendum, quia nichil in eo mutabile est; et qualis ac quantus sit Pater, talis ac tantus sit Filius, talis ac tantus sit Spiritus sanctus, nec aliquid maius[k] sit tres simul dictae persone, quam singula queque persona, quia eadem magnitudo est in unaquaque[l] persona semel dicta, que est in tribus personis simul[m] nominatis. Una vero tantum ex eadem sancta Trinitate persona Filii, per quem omnia facta sunt operatione Spiritus sancti, ex immaculata carne perpetuae virginis Mariae nostre carnis substantiam animatam nostre nature anima rationali et intellectuali de incomprehensibili nobis virtutis suae opere, totum scilicet hominem, ut totum salvaret hominem, assumpsit in unitate personae divinitatis suae. Nativitas enim Domini secundum carnem quamvis habeat quedam propria, quibus humanae conditionis initia transcendunt[n], sive quod solus ab inviolata virgine sine concupiscentia est conceptus et natus, sive quod ita visceribus matris est[o] editus, ut fecunditas[p] pareret, et virginitas permaneret, non alterius tamen nature erat eius caro quam nostrae, nec alio[q] illi quam ceteris hominibus anima[r] est inspirata principio, quae excelleret non diversitate generis, sed sublimitate virtutis. Nichil enim carnis suae habebat adversum, nec discordia deside-

Γ

cf. Symb. Athan.

Cap. 7. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a* (*ad l.* 6). 5*a* (*ad l.* 6).

Cap. 7. a) abluerimus 4*a*. b) Nunc — *p.* 278, *l.* 43. pro nobis *om.* 4*a*. 5*a*. c) confitentes — credentes 1. d) corde — ore 3*b*. e) *om.* 1. f) Sp. s. 3*b*. g) permissionem 1. h) *om.* 2*a*. i) Deum 1. k) sit m. 2*a*. l) unaqueque 2*a*, *corr.* m) semel 1. n) transcendit 3*c*, *quod requiritur*. o) ed. est 2*a*. p) fecundit⁹ 1. q) alia 2*a*. r) est a. 2*a*.

1) *Librarii* 1. 3*b* *Hincmarum correxerunt.*

riorum gignebat compugnantiam[a] voluntatum; sensus corporei[b] vigebant sine lege peccati, et veritas affectionum sub moderamine deitatis et mentis nec temptabatur illecebris nec cedebat iniuriis. Verus homo, verus[c] unitus[d] est Deo[e], nec secundum existentem prius animam deductus e celo nec secundum carnem[f] creatus ex nichilo, eandem gerens in verbi deitate personam et tenens communem nobis in corpore animaque naturam. Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi idem Deus idemque homo in utroque et unus esset et verus. Quam servilem formam a solo filio Dei susceptam tota sancta Trinitas[g], quorum una est voluntas et operatio, in utero gloriosae ac semper virginis Mariae fecit, sicut euvangelizavit ei Luc. 1, 35. archangelus: *Spiritus sanctus*, inquiens, *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Quae tota sancta Trinitas, scilicet Deus pater nuncupatione Altissimi designatus, et eius virtus ac cf. Matth. 7, 26. sapientia, quae edificavit sibi domum, unigenitus videlicet filius, ipse auctor operis, ipse opus auctoris, cooperante Spiritu sancto, eiusdem Salvatoris nostri humanitatem, corpus nimirum et animam, condidit in visceribus virginis, que facta est ancilla hominis per divinitatem et mater verbi per carnem. Non autem prius in utero virginis caro concepta est, et postmodum divinitas venit in carne, sed mox cf. Ioh. 1, 14. verbum venit in utero, mox[h] verbum, servata propriae veritate naturae, factum est caro et perfectus homo, id est in veritate carnis et animae rationalis natus est per cf. Ps. 44, 8. uterum virginis filius[i] Dei, unctus oleo letitiae, id est dono Spiritus sancti, pre consortibus suis, scilicet pre ceteris[k] hominibus. Nos prius peccatores homines existimus et postmodum per unctionem sancti Spiritus sanctificamur. Ipse autem, qui existens Deus[l] ante secula, per Spiritum sanctum in utero virginis homo conceptus est in fine saeculorum, ibi ad eodem Spiritu unctus est, ubi conceptus, nec ante conceptus et postmodum unctus est, sed hoc ipsum de Spiritu sancto et carne virginis concipi a sancto Spiritu ungi fuit. In quo complacuit inhabitare[m] omnem plenitudinem divinitatis corporaliter, id est substantialiter, quia verbum per omnipotentiam suam voluit hunc perfectum hominem quem assumpsit hoc fieri ex tempore, quod ipse semper fuit sine tempore, id est proprium filium[n] Dei, ut non possint dici duo filii Dei, alius ante tempora genitus et alius factus ex tempore, ne quaternitas, quod absit, pro incarnatione ipsius in sancta Trinitate dicatur, quoniam Deus, Dei filius, humanam assumpsit naturam, non personam. Inaeternam suscipiens personam divinitatis, temporalem humanitatis substantiam, homo transivit in Deum, non versibilitate naturae, sed propter divinae unitatem personae. cf. Symb. Athan. Nam sicut in sancta Trinitate alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, sed non aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, ita in Dei filio, domino nostro Iesu Christo aliud est divinitas, aliud anima, aliud corpus; sed non alia est persona[o] deitatis et alia humanitatis, sed una eademque[p] persona. Ideo non sunt duo Christi nec duo filii, sed unus Christus et unus filius Deus et homo: cf. Ioh. 1, 14. iuxta euvangelistam plenus gratia, quia plenitudo humanitatis, anima et corpus, ib. assumpta est a verbo in unitate personae suae divinitatis; plenus veritate, quia in plenitudine humanitatis inhabitat[q] plenitudo divinitatis. Quem[r] beata virgo Maria salva integritate sui corporis Deum et hominem[s] unicum filium edidit, quemadmodum salva virginitate concepit creatorem corporum et humanarum animarum,

Cap. 7. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 7. a) compugnantium 1; compugnanti: *m. al. corr.* compugnantiam 3*b*. b) cor rei v. 1. c) *m. al. corr.* vero 1. 3*b*. d) unctus 2*a*. e) Deus *pr. m.* 1. f) *m. al. superscr.* 3*b*. g) a *add., sed eras.* 1. h) s. m. v. 1. i) filii 1. k) h. c. 1. l) *om.* 2*a*. m) habitare 1. *corr.* n) D. f. 1. o) d. p. 1. p) eandemque 2*a*. q) habitat 3*b*. r) quam 1. s) u. f. h. 2*a*.

que ab eodem opifice suo Deo incorporantur, et priusquam suis inspirentur corporibus, non fuerunt. Sed quia per primi hominis prevaricationem tota humani generis propago est vitiata, nemo potest a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, quia quos aut sexus in corpore aut aetas discernit in tempore, omnes in unam parit gratia mater infantiam, dicente apostolo: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* (Gal. 3, 27.) Non est Iudaeus neque Grecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina; omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. Cuius humanitatem in nulla proprietate operum, que naturas in eo distingunt[a], divinitas deseruit, postquam eam assumpsit, nec in ipsa etiam passione, quamvis ipsa divinitas inpassibilis semper in sua permaneat natura. Et quoniam Iohannes Baptista eidem domino nostro Iesu Christo singulariter ac sine[b] mensura datam Spiritus largitatem dixit, (cf. Matth. 3, 11.) in quo omnis plenitudo divinitatis habitat, cuius anima et caro cum verbo unus est Christus et unicus filius, anima eius plenam in se deitatis habuit semper et habet notitiam, cum qua naturaliter unam creditur habere personam. Ipse est enim, qui dat sanctis spiritum, ipse est, qui accepit[c]. *Aequalis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem:* (Symb. Athan.) et quia potens est[d] ad mensuram dare, ideo non debuit ad mensuram accipere. In forma enim Dei manens, (cf. Ioh. 3, 34.) spiritum dat, formam[e] servi accipiens, spiritum accepit; ipsum enim, quem ad mensuram dat, totum accepit[f]. Idem sacerdos et sacrificium, veniens ad nos offerre pro nobis quod assumpsit ex nobis, ut auferret a nobis quod invenit in nobis, id est peccatum. *Mediator Dei et hominum,* (1. Tim. 2, 5.) habens cum Patre eandem divinitatis naturam et humanitatis eandem cum matre substantiam, habens ex nobis usque ad mortem nostrae iniquitatis penam, habens incommutabilem de Deo patre iustitiam: propter nostram iniquitatem temporaliter mortuus, propter iustitiam suam et ipse semper vivus. Qui dominus et rex gloriae crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute sua; idem Deus, qui in cruce homo factus pependit, et in sepulchro idem Deus homo factus iacuit. Sed in sepulchro secundum solam carnem idem Deus iacuit et in infernum secundum solam animam descendit et resurrexit tertia die carne, quia peccatum non fecit, a quo resurgeret[g] anima. Ipse Deus et homo *ascendit in caelum et sedet ad dexteram Patris, venturus iudicare vivos et mortuos:* (Symb. Athan.) quicquid enim in Christo factum esse legitur, ab uno Christo et ab uno Dei filio gestum est[h]. Haec vero omnia personaliter totus Christus dignatus est agere: ipse quippe suas passiones invenitur operatus, qui nichil habuit, quod pateretur invitus. Cuius anima tantae sanctitatis et iustificationis est, ut omnes in se credentium animae per[i] eam sanctificari et iustificari queant, et caro tantae munditiae et libertatis a peccato est, ut omnium in se confidentium carnes, divina in eo operante gratia, purgari et liberari possint; quia sanguis, qui de eadem carne lancea (cf. Ioh. 19, 34.) militis vulnerata fluxerat, pretium est salutis humanae, per cuius effusionem extincta est flammea illa paradysi custodia, et via fidelibus aperta est ad lignum (cf. Gen. 3, 24. ib. 2, 9.) vitae, quod plantatum est secus decursus aquarum viventium. Cuius ligni sapientissimus Salomon, dum de laude sapientiae multa dixisset, recordatus est, ita dicens: *Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia;* (Prov. 3, 13.) et paulo post: *Viae*[k] *eius viae pulchrae, et omnes semitae eius pacifice. Lignum vitae est his*[l] *qui* (ib. v. 17. 18.) *apprehenderint eam: et qui tenuerit eam, beatus.* Quem[m], scilicet Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam, videns Iohannes Baptista[n] et precursor suus[o] venientem

Cap. 7. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 7. a) *ita codd.* b) si *pr. m.* 3*b*. c) accipit 2*a*. d) Deus *add.* 2*a*. e) s. f. 1. f) accipit 2*a*, *corr.* g) a. r. 1. h) esse scimus *pro* est 1. i) per e. *om.* 2*a*. k) Via 2*a*. l) is *pr. m. superscr.* 1; hiis 3*b*. m) Quoniam 2*a*, *corr.* n) B. et *om.* 1. o) *om.* 1.

Ioh. 1, 29. ad se, populis, quibus diu illum[a] predicaverat, digito demonstravit[b], dicens: *Ecce*[c] *agnus Dei! Ecce qui tollit peccata mundi! Ecce agnus Dei!* Ecce[d] innocens et ab omni peccato[e] immunis! utpote qui[f] os quidem de ossis[g] Adam et carnem de carne Adam[d], sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpae. *Ecce qui tollit peccata*[h] *mundi!* Ecce[d] qui iustus inter peccatores, mitis inter impios, id[i] est quasi agnus inter lupos, apparens, etiam peccatores et impios iustificandi habet potestatem! Quomodo autem peccata mundi tollat, quo ordine iustificet impios, 1. Petr. 1, 18. 19. apostolus Petrus ostendit, qui ait: *Non corruptibilibus argento vel*[k] *auro redempti*[l] *estis de vana vestra conversatione paternae*[m] *traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati et immaculati Iesu*[n] *Christi*, et in[o] Apocalypsi Iohannes apostolus: Apoc. 1, 5. *Qui dilexit nos*, inquid, *et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Non solum autem lavit nos a peccatis nostris[d] in sanguine[p] suo, quando sanguinem suum[q] dedit in cruce pro nobis, vel quando quisque nostrum in mysterium sacrosanctae passionis illius baptismi[r] aquis ablutus est, verum etiam cotidiae tollit peccata mundi lavatque nos a peccatis nostris cotidianis in sanguine suo, cum eiusdem beatae passionis ad altare memoria replicatur, cum panis et vini creatura in sacramentum carnis et sanguinis eius ineffabili[s] Spiritus sanctificatione transfertur. Sicque corpus et sanguis illius non infidelium manibus ad pernitiem suam funditur et occiditur, sed fidelium ore suam sumitur in salutem. Cuius recte figuram agnus in lege pascalis ostendit, qui semel populum de Aegyptia servitute liberans, in memoriam eiusdem liberationis per omnes annos immolatione sua populum eundem[t] sanctificare solebat, donec veniret ipse, cui talis hostia[u] testimonium dabat, oblatusque Patri pro nobis in hostiam odoremque suavitatis, mysterium suae pascf. Ps. 109, 4. sionis, ablato agno, in creaturam panis vinique transferret, sacerdos factus in Hebr. 9, 12. aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui *per proprium sanguinem introivit* cf. Ioh. 1, 1. *semel in sancta, aeterna redemptione*[v] *inventa*: quia verbum, quod erat in principio Deus apud Deum, cybus sempiternus sanctorum angelorum, unde vivunt superne virtutes, caro factum est, id est idem Deus, verbum, quod erat apud Deum, homo factus est, sicut dictum est et semper credendum adque dicendum est. Quo auctore et redemptore nunc in caelo vivunt cybo sempiterno beatorum spiritus, ac perpetuo omnis vivet ecclesia sanctorum. Et nos vera eius carne de cruce pascimur et sanguine[w] vero ac vivo, qui de latere illius in cruce[x] manavit, potamur. Qui manducatus et potatus integer perseverat et vivus, quia surrexit occisus. Et in hac mystica distributione spiritalis alimoniae hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem caelestis cibi, in carnem eius qui caro nostra factus est transeamus, et in quo crucifixi, cui commortui[y] et consepulti et conresuscitati, ipsum per omnia spiritu et carne gestemus. Nam aliter in sancta cf. Coloss. 1, 24. aecclesia, que corpus eius est, nec rata sacerdotia nec vera sunt sacrificia, nisi in nostrae proprietate nature verus nos pontifex reconciliet, et verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente apoRom. 8, 34. stolo: *Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui*[z] *et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Ɔ[a]

Cap. 7. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 7. a) eum 1. b) ostendit 1. c) Ec̄ 1. d) *om.* 1. e) delicto 1. f) quos quidem 2*a*. g) ossibus 3*b*. h) peccatum 3*b*. i) hoc 3*b*. k) et (1). l) e. r. 1. m) p. tr. *om.* 1. n) I. Chr. *om.* 1. o) in A. *om.* 1. p) suo sang. 1. q) ipsum sang. 1. r) *ita* 3*b*; baptisma quis 1. (2*a*). s) *ita* 3*b*; ineffabilis 1. (2*a*). t) eunde 1. u) hostiae 1. v) redeptione 1. w) sanguinem 1. x) crece 1. y) cummortui 1, *corr.* z) quia res. 1. a) *ita* 3*b*; *nota eras.* 1.

Huius[a] siquidem fidei gratia repletos et in ea usque ad excessum[b] vitae perseverantes poscamus nos istius patris et patroni nostri meritis ac precibus multiplicari a fructu frumenti, vini et olei Dei, id est doctrina sancta, sapientia superna, divinae gratiae misericordia, ut inebriati ab ubertate domus eius, a pinguedine, videlicet gratia sancti Spiritus, qua repletur catholica aecclesia, que est domus et corpus eius, *flumina de ventre*[d] *nostro fluant aquae vivae*, de mentibus scilicet nostris spiritales doctrinae, quae sunt animae[e] vita. Et quos per baptismum[f] ab omnibus mundavit[g] sordibus peccatorum, per lacrimas[h] penitentiae a cunctis ablutos facinoribus in vitae conservet munditia et ad vitam mundos perducat aeternam. Ͻ[i]

Γ[c] cf. Ps. 4, 8. cf. Ps. 35, 9. Ioh. 7, 38.

8.[a] Quia humani generis adversarius non desistit ostendere nocendo malignitatis suae potentiam, immissione sua surgentibus subito flammarum globis, hanc civitatem Remorum succendit, et nimia vastatione oborta, iam fere partem tertiam, favillis extantibus, concrematio peracta consumpserat et quod residuum erat victrix flamma lambebat. Cuius rei nuntius cum ad beatissimi Remigii antistitis[b] pervenisset auditum, ilico ad orationem in basilica beati Nicasii urbis huius pontificis et martyris, — nam ibi tunc morabatur, — se prostravit, et surgens ab oratione, suspiciens in caelum, ingemuit et dixit: 'Deus, Deus meus, adesto voci meae'. Et concito cursu[c] per gradus ante ipsam[d] aecclesiam petris compositos civitatem petiit. In quibus petris, acsi super molle lutum, inpressa[e] eius fuerunt vestigia, que hodieque ibi[f] ad memoriam divini miraculi demonstrantur. Et sic celeri velocitate cucurrit atque se igni opposuit. Statimque ut extensa dextera contra ignem cum invocatione Christi nominis signum sanctae crucis fecit, totum illud incendium, velut quodam reatu cognito, fracta et concisa atque in sese relisa virtute, cepit ante viri Dei presentiam fugere. Quod vir Dei semper insequebatur et inter ignem et ea que adhuc erant residua cum signo sanctae crucis et invocatione Christi se opponebat. Sicque totum flammarum globum ante se fugientem per Patentem portam, — sic enim tunc temporis vocabatur, quia, portis[g] aliis clausis ob civitatis custodiam, pro exeuntium et introeuntium[h] commoditate in[i] die patebat, — divina potentia expulit, et alia porta ad hoc officium deputata, prefatam portam[k] clausit, et ut numquam ab aliquo aperiretur[l], cum interminatione vindictae, qui illam presumeret aperire, prohibuit, sicut et Iosue inprecatus est ultionem de eo, qui muros Hiericho[m] Dei virtute deiectos denuo restauraret.

Γ V. Rem. I, c. 5. ib. Ios. 6, 26.

Post quosdam vero annos civis quidam nomine Fercintus[n] secus illam[o] portam manens pertusum[1] in maceria, qua eadem porta abstrusa[p] fuerat, fecit, per quem fimum suae curtis eiceret. Quem mox tanta est vindicta secuta[q], ut non homo, non pecus, clade superveniente, in[r] eadem domo remanserit. In quo miraculo omnibus Dei gratia declaravit, quod vir Dei plenus fide plus igne divini amoris caluit, qui sevitiam tantae indignationis meritis sanctis evicit, expulit[s] et extinexit. In[t] eo enim, quia in silicibus eius fuerunt inpressa vestigia, et beati

Cap. 7. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. 5*a*. *Cap.* 8. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 7. a) *in* Huius *redit* 5*a*; *in verbis* Ut autem hoc a Domino consequi mereamur, repleti gratia fidei et in ea *redit* 4*a*. b) v. e. 1. c) *nota eras.* 1; *asteriscum habet* 3*b*. d) vento 5*a*. e) vita (*in marg.* vel cybus) animae 1. f) baptisma 4*a*. g) mudavit *pr. m.* 5*a*. h) lacrimis 1. i) *om.* 3*b*.

Cap. 8. a) *om.* 1. 3*b*; *redit* 4*b*. b) antistis 2*a*. c) gradursu, *ras. alt.* r 4*a*. d) *om.* 1. e) e. i. sunt v. 1. f) *om.* 4*a*. g) a. p. 1. h) intrantium 1. i) inde p. 2*a*. k) c. p. 1. l) aperietur *pr. m.* 5*a*. m) *ita* 1; Hyericho 2*a*; Hierico *rell.* n) Fereeinctus *corr.* Fercinctus 4*a*. o) p. m. i. 1. p) obstrusa 3*b*. 4*b*. q) subsecuta 4*a*. r) in e. d. *om.* 1. s) epulit *pr. m.* 4*a*. t) In — *p.* 285, 10. transit *om.* 4*b*.

1) *I. q. foramen, Gall. 'pertuis'; cf. Ducange h. v.*

cf. Matth. 14,29. Petri[a] in elemento instabili solidi gressus iussione Domini extiterunt[b], licet diverso modo, non tamen diversa fide ac gratia, operationem Christi conspicimus.

Γ[c] Nam et in veris[d] legimus hystoriis[1], quia in sancta civitate Hierusalem[e] servatur lapis durissimus, in quo monstrantur pia Redemptoris vestigia, quando ante Pilatum iudicem constitit, cuius cordi saxo duriori, exigentibus culpis, eius verba imprimi[f] nequiverunt. Et silicibus impressis vestigiis servi sui Remigii contra malitiam diaboli, cuius membrum Pilatus[g] extitit, pugnaturi dignatus est demon- Luc. 10, 19. strare, quia dedit ei[h], sicut discipulis suis in carnis presentia dixerat, *potestatem calcandi supra omnem virtutem inimici:* verum et in hoc facto gratia suae potentiae Rom. 10, 15. voluit demonstrare, *quam speciosi sunt pedes euvangelizantium pacem*[i], *euvangelizantium bona,* per quem auferebat a duris corde et ablaturus erat ab infidelibus Francis corda lapidea et dabat pertinacibus atque daturus erat infidelibus corda mollia ad recipienda[k] divini verbi semina, ut per patientiam referrent fructum in tempore suo. Sed et per se dominus, qui, perforato in cruce latere suo, aedificavit aecclesiam, profundens aquam et sanguinem, quibus eadem aecclesia lavacro rigatur et poculo, et per hunc servum suum, cui regendam suam commisit aecclesiam, impressis in[l] petra vestigiis, quando robustiora[m] saxis vestigia et molliora vestigiis[n] saxa ostensa sunt, demonstrare figuraliter voluit, quod de eadem aecclesia Deut. 33, 25. per Moysen figurata locutione predixit: *Ferrum et aes calciamentum eius.* Calciamentum quippe in Scriptura sancta munimen predicationis accipitur, sicut scriptum Eph. 6, 15. est: *Calciati pedes in preparatione euvangelii pacis.* Quia ergo per ferrum virtus, per aes autem[o] perseverantia exprimitur, ferrum et aes calciamentum eius dicitur, dum predicatio illius acumine simul et constantia munitur. Per ferrum enim mala adversantia penetrat, per aes autem bona quae proposuit longanimiter servat. In eo, quod inter[p] ignem et ab incendio necdum tacta stans, cum signo crucis et invocatione Christi nominis iste vir sanctus, qui cum suis[q] collegis dicere poterat: 2. Cor. 2, 15. *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco,* se transgredi flammas prohibuit, Dei miraculum fuit representatum, quando Aaron pontifex, ut iram Domini placaret[r], cf. Num. 16, 48. turibulum cum incenso odorifero sumpsit atque inter viventes et mortuos stetit. Cuius meritis et[s] precibus postulemus in nobis extingui flammas vitiorum, nosque[t] liberari ab igne perpetuo intolerabilium tormentorum.

Γ Ad[u] quem ignem perpetuum Deum quosdam predestinasse, quos non vult salvos fieri[v], et ideo salvi esse non possunt, et pro his[w] Christum non fuisse passum, veteres et[x] etiam moderni[2] heretici predestinatiani mentientes, sicut et Pelagiani de peccato Adae et libero hominis arbitrio sine gratia Dei male sentientes, Ezech. 33, 11. dixerunt, convincente illos veritate sanctae[y] Scripturae, que dicit: *Deus non vult*

Capp. 8. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a* (*ad l.* 31). 5*a* (*ad l.* 31).

Cap. 8. a) apostoli *add.* 1. b) calcaverunt 1. c) *notam om.* 3*b*. d) veteris *corr.* veteribus 3*b*; veteribus 4*a*. e) Iher. 1. f) primi *pr. m.* 5*a*. g) Pylatus 2*a*. h) illi 2*a*. i) p. e. *om.* 1. k) suscipienda 4*a*. l) impressa *pro* in p., *sed eras.* 1. m) roboratiora 2*a*. n) *bis scr. erat* 1. o) *om.* 4*a*. p) per *corr.* inter 1. q) coll. s. 4*a*. r) placeret *pr. m.* 3*b*. 5*a*. s) et pr. *om.* 4*a*. t) et accendi ignem virtutum *pro verbis* nosque — tormentorum 4*a*. u) Ad — *p.* 285, 6. esse diversum *om.* 4*a*. 5*a*. v) facere 1. w) is 1. x) *om.* 1. y) s. Scr. *om.* 1.

1) *Antoninus mart., De locis sanctis c.* 23 *(Tobler et Molinier, Itinera Hierosolymitana p.* 104*):* Et oravimus in pretorio, ubi auditus est Dominus, et modo est basilica Sancte Sophie. — — In ipsa basilica est sedes, in qua sedit Pilatus, quando Dominum audivit; petra autem ibi est quadrangula, que stabat in medio pretorio. In eam levatus est Dominus, quando auditus est a Pilato, ut ab omni populo audiretur et videretur, ibique vestigia illius remanserunt. 2) *De Gothescalci praedestinatiani doctrina v. Harnack, 'Dogmengesch.' III, p.* 262 *sqq.*

mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, et[a]: *Vult omnes homines salvos*[b] *fieri* et 1. Tim. 2, 4.
neminem vult perire, qui *venit querere et salvare, quod perierat.* Omnes enim perie- Luc. 19, 10.
runt peccato Ade, *in quo omnes peccaverunt*[c], excepto eo, *qui peccatum non fecit, nec* Rom. 5, 12. 1. Petr. 2, 22.
inventus est dolus in ore eius. Et pro omnibus peccato mortuis ac mortalibus factis,
quia *per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransivit,* mortuus est a debito Rom. 5, 12.
mortis solus inter mortuos liber, qui regnum aeternum homini et ignem aeternum
diabolo preparavit. Sed qui novit omnia, antequam fiant, reprobos ut in malis perse- cf. Sap. 8, 8.
veraturos, ita et ad penam ituros prescivit tantum, non predestinavit, sicut neminem
ad peccandum prescientia sua coegit, quem tamen peccaturum previdit. Bonorum enim
Deus auctor est, non malorum. Penam vero Iudex[d] iustus, qui *reddet unicuique secun-* Matth. 16, 27.
dum opera sua, in malis pertinacia diabolica perseverantibus et prescivit futuram
et ex retributione iustitiae predestinavit aeternam, sicut scriptum est: *Ite, male-* ib. 25, 41.
dicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Stipendia enim peccati Rom. 6, 23.
mors. Vindicat ergo iustus, quae fieri non cogit prescius, et quorum non est malus
auctor, iustus est ultor. Electos autem, id est de massa perditionis gratia lectos[e],
et ad fidem, *quae per dilectionem operatur,* et ad vitam prescivit et dono gratiae Gal. 5, 6.
predestinavit et[f] vitam illis praedestinavit eternam, sicut item scriptum est: *Venite,* Matth. 25, 34.
benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Gratia, Rom. 6, 23.
inquid, *Dei vita aeterna.* Predestinatio igitur Dei semper in bono est, aut ad re-
tributionem iustitiae aut ad donum pertinens[g] gratiae: *Universae enim viae Domini* Ps. 24, 11.
misericordia et veritas. Retribuit enim bona pro bonis, sicut regnum aeternum iustis,
quia bonus est, retribuit, mala pro malis, sicut ignem aeternum iniustis, quia iustus
est, retribuit, bona pro malis, gratia iustificans impios, quia misericors est; non retri-
buit mala pro bonis, — sicut illi, de quibus dicit psalmista[h]: *Qui*[i] *retribuunt mala pro* ib. 37, 21.
bonis, detrahebant mihi, — quia malus non est. Quod autem dicitur in euangelio, quia Ioh. 1, 16.
de plenitudine eius, quin[k] Dei, *nos omnes accepimus gratiam pro gratia,* hoc est, quia
nimirum pro gratia bonae conversationis, quam dedit et, ne deficere possit, ipse
servans adiuvat, dabit gratiam beatae remunerationis, in qua misericordias eius cf. Ps. 88, 2.
in aeternum cantemus. Bona enim nostra gratiae ipsius sunt dona. Quam gra-
tiam, subsequente libero arbitrio, commendat apostolus, dicens: *Non quia sufficientes* 2. Cor. 3, 5.
simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, et alio
loco: *Gratia eius*[l], inquid, *in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi: non* 1. Cor. 15, 10.
autem ego, sed gratia Dei mecum, ac si diceret: In bono opere laboravi non ego,
sed ego; in eo enim, quod solo Domini dono preventus[m] sum, non ego, in eo
autem, quod donum[n] voluntarie subsecutus, sed[o] ego. Primum namque parentem[p]
nostrum Deus rectum cum libero arbitrio, ut non necessitate, sed voluntate in
bonitate[q] qua creatus fuerat permaneret, ad ymaginem[r] et similitudinem suam
condidit, quem ad aeternitatem consistere voluit. Sed is libertate sui arbitrii male
utens, peccavit et cecidit et peccatum prevaricationis suae in omnes de peccatrice
carne genitos[s] per traducem maledicti post peccatum seminis propagavit. Unde
nemo de lapsu peccati suo arbitrio, nisi Dei gratia prevento et adiuto, resurgit.
Habemus igitur ad bonum arbitrium liberum, gratia liberatum, gratia de corrupto
sanatum, et habemus ad malum arbitrium liberum, gratia derelictum, iustitiae
liberum, peccati servum. Prima conditio hominis fuit posse[t] non mori, cui propter

Cap. 8. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 8. a) qui *add.* 1. b) salvare et 1. c) peccaverant 1. d) i. I. 1. e) *ita* 2*a*; electos 1 *et pr. m.* 3*b*. f) ad v., *om.* i. pr. 1. g) pertinenens 2*a*. h) psalmus *pr. m. in ras.* 1. i) Cui 1. k) q. D. *om.* 1. l) i. eius 2*a*. m) proventus 1. n) v. d. 1. o) et *codd.* p) parentum *pr. m.* 3*b*. q) in *add.* 3*b*. r) ad inmaginem 2*a*. s) genitus 2*a*, *corr.* t) potuisse 1.

peccati penam contigit non posse[a] non[b] mori. Restat in illa futura felicitate, ubi erit vera immortalitas, illud tertium non[a] posse mori. Tunc plene erit liberum arbitrium, quod primo homini fuit sic datum, posse[c] non peccare; sed illud beatius erit, quando tale erit, non posse peccare. Sciendum est autem, predestinatianos assumpsisse ad argumentum sui erroris quaedam testimonia sanc- Esth. 13, 9. tae scripturae, quibus dicitur: *In voluntate tua, Domine, cuncta sunt posita, et non est qui possit tuae resistere*[d] *voluntati; si decreveris salvare*[e] *nos, continuo libera-* Ps. 134, 6. *bimur,* et: *Omnia quaecumque voluit Dominus*[f] *fecit in caelo et in terra.* Quapropter quos salvare voluit, salvi fiunt, et qui non salvantur, non est penitus voluntatis cf. Deut. 14, 6. eius, ut salvi[g] fiant. Qui, ut inmunda animalia, non findentes ungulam, id est non habentes discretionem[h] in sanctae scripturae intellegentia[i], nec simplici sensus dente ruminant, sed venenoso que legunt in sanctis scripturis carpere student[k]; munda inmunde intellegentes ac[l] proferentes, de corde suo, non de spiritu Dei[m] Esth. 13, 9. locuntur. Nam *in voluntate illius cuncta sunt posita, et non est qui possit resistere voluntati eius.* Legimus tamen, Moysen, Aaron, Fineen, David, Heliam[n] irae Domini restitisse, quia omnes sancti, qui irae Dei obviant, ab ipso accipiunt, ut contra impetum percussionis eius opponantur, atque, ut ita dixerim, cum ipso se erigunt contra ipsum, eosque vis divina sibi opponit secum; quia in eo, quod adversum sevientis iram foras[o] opponunt, intus eos gratia irascentis fovet et famulantes interius levat, quos quasi adversantes exterius tolerat. Resisti enim irae Dei non potest, cum eius[m] indignatio sese, ut ita dixerim, medullitus movet; quae dum se moverit, hanc oppositio humana non retinet, nec se utiliter cuiuslibet deprecatio obicit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Irae igitur Dei et resisti valet, quando ipse qui irascitur opitulatur, et resisti omnino non valet, quando se et ad ulciscendum excitat et ipse precem quae ei funditur non aspirat. Qui propterea dicitur omnipotens, quoniam quicquid vult potest, de quo et Ps. 134, 6. psalmus dicit: *In caelo*[p] *et in terra omnia quecumque voluit fecit:* sed hoc solum 2. Tim. 2, 13. omnipotens non potest, quod non vult. Hinc beatus dicit[q] apostolus: *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest:* sed quia non vult, non potest, quia et velle non potest. Non enim potest iustitia velle facere quod iniustum est, aut sapientia velle quod stultum est, aut veritas velle quod falsum est. Sunt et alia, quae non[r] potest Deus omnipotens: non potest mori, non potest mutari, non potest falli, non potest miser fieri, non potest vinci. Haec atque huiusmodi absit ut possit omnipotens; ac per hoc non solum ostendit veritas, omnipotentem[s] esse, quod ista non possit, sed etiam cogit veritas, omnipotentem non esse, qui haec possit. Volens enim[t] est Deus, quicquid est. Aeternus ergo et incommutabilis et verax et beatus et insuperabilis volens est. Si ergo potest esse quod non vult, omnipotens non est; est autem omnipotens: ergo quicquid vult potest, et ideo quod non vult esse non potest. Qui propterea dicitur omnipotens, quoniam quicquid vult potest. Si enim, quae in principio fecit, ex[u] nichilo utique fecit, etiam ex his quae fecit, quicquid voluerit, facere potens est, quia omnipotens est. Nec ideo credant iniqui, Deum[v] non esse omnipotentem, quia multa contra eius faciunt voluntatem; quia et, cum faciunt quod non vult, hoc eis faciet quod ipse vult. Nullo modo igitur omnipotentis vel mutant vel superant voluntatem. Sive homo vel iuste

Cap. 8. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 8. a) posse — non *om.* 1. b) *ita* 2*a*; non *m. rec. add.* 3*b*. c) fuisse 1. d) v. r. 1. e) liberare 2*a*, *corr.* f) f. D. 1. g) salventur. Q. 1. h) h. in sancta scriptura d. 1. i) intellegentiae 1; intelligentiam 2*a*. k) ore *add.* 1. l) ac *pr. om.* 1. m) *om.* 2*a*. n) Helyam 2*a*. 3*b*. o) se *m. al. add.* 3*b*. p) cela 2*a*, *corr.* q) b. Paulus ap. ait: Si 1. r) D. non p. 2*a*. s) e. o. 1. t) est enim 2*a*. u) u. ex n. 1. v) Dominum 3*b*.

dampnetur sive misericorditer liberetur, voluntas omnipotentis impletur[a]. Quod ergo non vult omnipotens, hoc solum non potest. Utitur ergo malis non secundum eorum pravam, sed secundum suam rectam voluntatem. Nam sicut[b] mali natura sua bona[c], hoc est bono eius opere, male utuntur, sic ipse bonus etiam eorum malis operibus bene utitur, ne omnipotentis voluntas aliqua ex parte vincatur. Si enim non haberet, quod bonus de malis iuste ac bene faceret, nullo modo eos vel nasci vel vivere sineret, quos malos ipse non fecit, quia homines fecit, quia[d] nec peccata, quae sunt contra naturam, sed naturas ipsas creavit: malos tamen eos futuros prescius ignorare non potuit; sed, sicut noverat, quae ipsi essent mala facturi, sic[e] etiam noverat, quae bona[f] de illis esset ipse[g] facturus. Iustus namque et misericors mortalium acta disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus; atque ea quae permittit sic tolerat, ut haec in sui consilii usum vertat. Unde miro modo fit, ut et quod sine voluntate Dei agitur, consilio Dei contrarium non sit, quia, dum in bonum usum mala facta vertuntur, eius consilio militant[h] etiam, quae eius consilio repugnant, sicut multis sanctae scripturae testimoniis comprobatur[i]. Hinc per psalmistam dicitur: *Magna opera* Ps. 110, 2. *Domini, exquisita in omnes voluntates eius.* Sic quippe eius opera magna sunt, ut per omne quod ab hominibus agitur eius voluntas exquiratur, nam sepe inde perficitur, unde repelli putabatur. Hinc rursum dicit: *Omnia quaecumque*[k] *voluit* ib. 134, 6. *Dominus fecit in caelo et in terra.* Hinc Salomon ait: *Non est sapientia, non est* Prov. 21, 30. *prudentia, non est consilium contra Dominum.* Incunctanter igitur credendum est, quod dicit apostolus, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant, non sic tamen, cf. 1. Tim. 2, 4. ut eis adimat liberum arbitrium, quo[l] vel bene vel male utentes, iustissime iudicentur. Et idem apostolus sollicitissime precipit, quod in omnibus aecclesiis piissime custoditur, ut Deo pro omnibus supplicetur, ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum. Hoc enim massa perditionis, quae peccato Adae, *in quo* Rom. 5, 12. *omnes peccaverunt,* facta est, meruit: de qua si nemo liberaretur, nichil queri a quoquam contra rectum Dei iuditium posset; quod autem multi ex eadem massa perditionis salvantur, salvantis est donum. Ut enim reus dampnetur, inculpabilis Dei iustitia est; ut autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia est. Assumunt etiam idem predestinatiani ad suum mendatium adstruendum testimonia de scripturis, abutentes eis in[m] malum suum, quod Christus non pro omnibus passus, sed tantum pro his qui salvantur fuit, de Esaia[n] quippe: *Peccatum multorum tulit,* Is. 53, 12. nolentes[o] intellegere, quod idem propheta subiunxit: *et pro transgressoribus*[p] *exoravit,* ut non perirent, — transgrediente namque Adam, *in quo omnes peccave-* Rom. 5, 12. *runt,* cuncti ex traduce ipsius seminis geniti transgressores facti sunt, — et ex verbis Domini: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam* Matth. 20, 28. *suam redemptionem pro multis,* et: *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis* ib. 26, 28. *effundetur in remissionem peccatorum,* id est pro his, qui credere voluerint, non attendentes, quod idem dicit secundum Lucam inter cenandum discipulis suis: *Hic est*[q] Luc. 22, 20. *calix novum testamentum*[r] *in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Inter quos erat et[q] Iudas, qui, ut sedes apostolica predicat, prius in desperationem transiit, quam sacramentum generalis redemptionis Christus impleret; nam mortuo pro omnibus impiis Domino, potuisset forte etiam hic consequi remedium, si non festinasset ad cf. Matth. 27, 4. laqueum. Sed ad hanc indulgentiam traditor pervenire non potuit, quoniam per-

Cap. 8. 1. 2*a*. *b*. 3*b*.

Cap. 8. a) *in* pletur *redit* 2*b*. b) sunt 2*a*. c) bena 2*a*, *corr*. d) nec quia 2*b*, *corr*. e) si *pr. m.* 2*b*. f) poterat *corr*. bona 2*b*. g) *om*. 2*a*. h) militat 2*b*, *corr*. i) comprobantur *pr. m.* 2*b*. 3*b*. k) quae 3*b*. l) quod 2*b*. m) im malis suis 1. n) Isaia 2*b*; Ysaia 2*a*. 3*b*. o) nollentes 2*a*. p) trasgr. 2*b*. q) *pr. m. superscr*. 2*b*. r) Testamtum 3*b*.

ditionis filii[a], cui diabolus stabat a dextris, maligno cordi et nunc furtis fraudium dedito, nunc parricidalibus commerciis occupato nichil umquam documentorum[b] misericordiae Salvatoris insederat, nec piis acceperat auribus, sicut nec predestinatiani, [Marc. 2, 17. Luc. 19, 10.] Domini verba dicentis: *Non veni vocare iustos, sed peccatores*, et: *Venit filius hominis querere et salvare*[c] *quod perierat.* Cuius etiam circa interfectores suos tanta erat pietatis affectio, ut de cruce supplicans Patri, non se vindicari, sed illis [Luc. 23, 34.] postularet ignosci, dicens: *Pater, dimitte*[d] *illis; non enim sciunt, quid faciunt.* De cuius utique orationis potentia fuit, ut predicatio apostoli Petri ex eïs qui dixerunt: [Matth. 27, 25.] *Sanguis huius*[e] *super nos et super filios nostros*, multorum ad paenitentiam [cf. Act. 2, 41. ib. 4, 32.] corda converteret, et una die baptizarentur fere tria milia Iudaeorum, fieretque omnium una anima et cor unum paratorum iam pro eo mori, quem poposcerant [Hebr. 9, 28.] crucifigi. Abutuntur etiam predestinatiani de apostolo ad Hebreos: *Christus semel* [ib. 2, 9.] *oblatus*[f] *est ad multorum exaurienda peccata*, nolentes videre, quae premiserat: *Videmus Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro* [ib. 2, 14. 15.] *omnibus gustaret mortem*, et item: *ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum, et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii* [ib. 3, 18. 19.] *erant*[g] *servituti*, et item: *Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.* [2. Cor. 5, 15.] Firmissime igitur credendum est, quod dicit idem[h] apostolus, Christum mortuum pro omnibus, peccato vel originali vel actuali mortuis, licet non omnes [ib. 5, 14. 15.] eius sint passione redempti atque salvati: *Si Christus*, inquiens, *pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mortuus est Christus*, cuius sanguis totius est[i] mundi pretium. A quo pretio extranei sunt, qui aut, exigente retributione iustitiae, de generali massa perditionis ad redemptionem dono gratie non pervenerunt, aut delectati captivitate, redimi noluerunt, aut post redemptionem fide [cf. Gal. 5, 4.] vel opere apostatantes, ad eandem sunt servitutem reversi. Non autem excidit verbum[k] [cf. 1. Cor. 1, 17.] Dei, neque evacuata est[l] mundi redemptio, quae ita impensa est generi[m] humano, ut, quod per unicum exemplum[n] gestum est pro universis, per singulare sacramentum celebretur in singulis. Quod autem generali pretio non omnes redimuntur, non ad[o] sacramenti virtutem, sed ad infidelium respicit partem. Effusio enim pro iniustis sanguinis[p] Christi tam[q] fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli[r] vincula retinerent. Qua copiosa redemptione non credentes se ipsos defraudaverunt, et ante et post adventum eius credentes fide, [Gal. 5, 6.] *quae per dilectionem operatur*, salvati sunt, quia una nimirum est fides eorum, qui ante incarnationem dominicam et qui postea fuere probati, quamvis sacramenta [Act. 15, 11.] habuerint pro temporum ratione disparia, Petro attestante, qui ait: *Sed per gratiam domini Iesu credimus salvari, quemadmodum et illi.* Haec idcirco commemoravimus, quoniam adhuc reliquiae predestinatianorum[s] in istis Gallicanis provinciis fauce[t] susurra musitant[u], ut haec legentes doctrina catholica istius patris et pontificis[1] nostri sociorumque eius imbuti atque[v] muniti a sibilis mortiferis antiqui serpentis[w] existant; quia illud est sanum atque salubre, quod ipsi de fontibus Salva-

Cap. 8. 1. 2*a*. *b*. 3*b*.

Cap. 8. a) filio *pr. m.* 3*b*. b) *m. al. in marg. add.* 2*b*. c) salvum facere q. 1 *cum Vulg.* d) ignosce 1. e) eius 1 *cum Vulg.* f) obl. est *m. al. in litura* 2*b*. g) s. e. 1. h) *pr. m. superscr.* 2*b*. i) *ita* 1. 3*b*; m. est 2*a*. *b*. k) D. v. 1. l) est m. *om.* 2*b*. m) h. g. 2*b*. n) g. est ex. 1. o) *pr. m. superscr.* 2*a*. p) sanguis 3*b*. q) tamen 3*b*. r) diabolum 1, *corr.* s) predestinatanorum 2*a*. t) fauces, *ras.* s 2*a*. u) murmurant 1. v) a. m. *om.* 1. w) e. s. 1; *post* e. *circa* 15 *litt. ras.* 2*b*.

1) *Itaque vel praedestinatianos per Remigium suum refellebat probus Hincmarus.*

toris, sanctis videlicet scripturis, hauserunt, et veritatis spiritu promulgantes, nostris sensibus imbiberunt[a], qui cum Deo in[b] caelis regnant et in terris miraculis choruscant et apud nos, immo in toto terrarum orbe, in doctrina sua clarissima vivunt. Et si quid aliter, quam illi docuere[c], a quoquam dogmatizatur, sine ulla dubitatione cassatur, quia totum veritate est vacuum, quicquid ab illorum doctrina constat esse diversum. Ↄ[d].

De[e] eo, quod prefatus civis contra vetitum beati Remigii quod ille clauserat aperire presumpsit et ultione non caruit, nos quoque pertimescamus sanctorum verba et preceptiones parvi pendere, quia, Deo in se loquente, sine mutabilitate manentes sententias exprimit eorum sermo, qui transit. Ↄ[g]. Γ[f]

9.[a] Quaedam puella ab urbe Tolosa[b], preclaris orta[c] natalibus, ab infantia maligni spiritus[e] tenebatur obsidione captiva. Quam[f] cum tenero amore diligerent piissimi genitores[g], ad sancti Petri sepulchrum in Romanam urbem cum plurima multitudine et multa devotione[h] duxerunt. In eisdem namque partibus erat tunc vir[i] vitae venerabilis, gratia et nomine Benedictus[1], plurimis effulgens[k] virtutibus. Cuius famam audientes ipsius puellae[l] parentes, ad eundem Dei servum illam perduxerunt[m]. Qui multis ieiuniis et orationibus pro ipsius emundatione ab[n] infestissimo[o] demone[p] laborans, Domini potentiam studuit exorare. Quam cum nulla potuisset intercessione purgare nec ab ipsa callidi[q] daemonis virus valuisset expellere, multis ac validissimis exorcismis adiuratus, hoc responsum antiquus hostis reddidit, divini nominis obtestatione constrictus, quod numquam alterius de eodem habitaculo, nisi huius beatissimi Remigii antistitis, orationibus posset expelli. Tunc parentes eius[r] cum ipsius viri[s] Dei Benedicti[t] litteris[2] hanc Remorum civitatem adire[u] coeperunt. Et quoniam apud Alaricum regem Gothorum[v], qui in Tolosana[w] civitate[x] sedem suam constituit[y] et una[z] cum regno Gothico magnam partem Galliarum sibi[a] obtinuit, predictae puellae[b] parentes valde honorati ac familiares et, ut ferebatur, carne propinqui eius erant, cum litteris ac[c] legatis ipsius ad beatum Remigium pro emundatione sepe dictae puelle ab antiquo hoste in[d] hanc urbem, illam secum vinctam[e] adducentes[f], venerunt, ut Christi[g] per eum virtutem agnoscerent in purgatione subolis, quam prescierant[h] confessione latronis. Beatus autem Remigius cum diuturna reluctatione se non esse ad[i] tantum[k] opus dignum assereret et consueta patientia repugnaret[l], precibus est populi supplicantis evictus, ut orationem pro ipsa funderet[m] et parentum lacrimis condoleret[n]. Tunc meritis sanctitatis armatus, verbi

X[d] V. Rem. I, c. 6. — ib. — ib. c. 7.

Cap. 8. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* (*cf. n.* e). 5*a* (*cf. n.* e). *Cap.* 9. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 8. a) *ita* 2*b*. 3*b*; indiderunt 1; imbuerunt 2*a*. b) r. in c. 2*a*. c) docuerunt 2*b*. d) *ita* 3*b*; *nota eras.* 1. 2*b*. e) *redeunt* 4*a*. 5*a*. f) *nota eras.* 2*b*; *asteriscum habet* 3*b*. g) *notam om.* 3*b*.

Cap. 9. a) L. VII. 3*b*; *numerum m. al. add.* 5*a*; *redit* 4*b*. b) Tolosam (?) *pr. m.* 2*a*; Tholosa 4*a*. c) n. o. 1. d) *notam om.* 2*b*. e) t. s. 1. f) Quae cum t. a. diligeretur a genitoribus 1. g) conditores 4*a*. h) eam *add.* 1. i) virtute venerabilis 2*a*. k) efflugens 5*a*. l) par. puellae 4*a*. m) perducunt 1. n) ab i. d. l. *eras.* 4*a*. o) infessimo *pr. m.* 5*a*. p) doemne 2*a*. q) daemoni callidis 1. r) p. ipsius cum v. 2*b*. s) B. v. D. 1. t) l. B. 2*b*, *corr.* u) civ. expetierunt. Et 1. v) Coth. 2*b*. w) Tholosana 4*a*; Tolosa *pr. m.* 2*b*. x) (in *add., sed del.*) suam sedem 5*a*. y) constituerat 1. z) unam *pr. m.* 5*a*. a) (sibi *om.*) obtinuerat 1. b) pu:ellae 4*a*. c) et 4*a*. d) ad 1. e) *m. al. in marg.* 2*b*. f) ducentes 1; ad(ducentes venerunt *m. al. in litura*) 2*b*. g) per eum Chr. 1; Chr. per eam 3*b*. h) pręscierat 4*a*; in *add.* 1. i) d. ad t. o. 4*a*. k) tantam 2*a*, *corr.* l) reluctaret 4*a*. m) f(underet *m. al. in ras.*) 2*b*. n) cumdoleret 2*b*.

1) *Verbis quae ad 'quendam Dei servum' in Vita vetustiore spectant his:* ipsius benedicti adfatibus *ingeniose usus fabulam ad S. Benedictum rettulit Hincmarus; cf. 'N. Arch.' XX, p.* 526. 2) *Litterae Benedicti ad Remigium saec. XI. med. fictae sunt; v. Appendicem II.*

V. Rem. I, c. 7. precepit[a] imperio, ut iniquus predo per quod ingressus fuerat discederet et[b] Christi famulam relaxaret. Itaque cum nimio vomitu et obsceno fetore per os quo intravit egressus est. Sed paulo post, discedente pontifice, sub ipsius tamen[c] hore[d] spatio, dum nimio labore[e] fessa nutaret, vitae calore[f] decepta, spiritum salutis[g] amisit. Iteratis ergo precibus supplicantum[h] turba recurrit ad[i] medicum. Vir autem sanctus se accusat pocius perpetrasse facinus, quam sanitatis[k] praemium indulsisse[l] et extitisse ib. c. 8. homicidii[m] reum, non contulisse remedium. Ad basilicam igitur sancti Iohannnis Baptistae, ubi corpus iacebat exanime, populi obtentus deprecatione[n], regreditur, ibique sanctus[o] Remigius cum lacrimis ad pavimenta sanctorum[p] in oratione[q] prosternitur et reliquos, ut ita facerent, adhortatur. Et[r], effuso lacrimarum ymbre, consurgens suscitavit mortuam, quam prius sanavit aegrotam. Apprehensam[s] namque manum eius, dixit: 'Puella, in domini nostri Iesu Christi surge'. Que mox cum integra incolomitate[t], sicut ipsa postea fatebatur[u], ab ipsis inferni claustris surrexit et ad propria feliciter remeavit.

Γ[v] ib. Potest enim fragilitate carnis exutus et choris angelicis sociatus plebem suam et quemlibet cum fide petentem de casu cuiuslibet[w] periculi imminentis meritis et precibus suis eripere et quemcumque a malis ad bona conversum de cuiuscumque ib. peccati[x] morte resuscitare, sed et de futura morte perpetua liberare, qui adhuc in ergastulo corruptibilis carnis positus vitam mortuae valuit restaurare. Propterea[y] quoniam duae mortes sunt in unoquoque nostrum, una videlicet animae per peccatum et altera corporis propter peccatum ad penam peccati, quia mors est animae, quando Deus eam deserit ob magnitudinem[z] peccatorum, et mors est corporis, quando ab anima deseritur, et duae sunt resurrectiones: nunc animae in aecclesia per filium[a], verbum Dei, quando per gratiam eius resurgit a morte ini- Apoc. 20, 5. quitatis; et *haec est prima resurrectio,* quam qui habet, in secunda, quae est corporis, feliciter resurgit in vitam aeternam per verbum Dei carnem factum, filium hominis, qui accepit potestatem iudicium facere, quod iudicium in fine erit[b] seculi, et ibi non erit resurrectio animarum, sed corporum. Petamus igitur corde contrito et humiliato cum lacrimis, bonis operibus suffragantibus, per huius patroni nostri[c] nos suscitari a[d] morte animae in[e] presenti vita, ut vivamus in Christo, et ut resurgentes[f] corpore in fine seculi aeternaliter vivamus[g] cum Christo, credentes firmiter[h], nos per eius intercessionem hoc apud Domini misericordiam obtinere posse, si fideliter petierimus, qui in curatione prius a daemone et post in resuscitatione corporis a morte prefatae puellae certissimum pignus de meritis eius accepimus. Habeamus[i] seduli ante mentis oculos horam exitus nostri de corpore, preveniamus faciem Domini[k] in confessione peccatorum nostrorum et lacrimis ac bonis operibus, indulgentes his qui in nos peccaverunt, ut indulgentiam peccatorum nostrorum obtinere possimus apud Domini misericordiam, et non neglegamus bona,

Cap. 9. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* (*ad. l.* 34). *b* (*ad. l.* 19). 5*a* (*ad. l.* 19).

Cap. 9. a) i. pr. 4*a*. b) ut 5*a*. c) *om.* 1. d) s. h. 1. e) f. nut. l. 1. f) d. c. 1. g) a. s. 1. h) (pe? *ras.*) supplicantum t. 4*a*; supplicantium t. 5*a*; t. supplicantum 1. i) ad m. *m. al. suppl.* 3*b*. k) s. p. *om.* 1. l) i. munus et fecisse se homicidium potius quam contulisse lamentabat (*m. al. corr.* lamentabatur) remedium 1. m) homicidium *pr. m.* 5*a*. n) r. d. 1. o) s. R. *om.* 1. p) sancto(rum in oratione *m. al. in ras.*) 2*b*. q) orationem 2*a*. r) (Et *om.*) Effuso autem ymbre l. non modico, consurgens 1. s) *ita pr. m.* 1; Apprehendens (Adpr. 2*b*) — manum *rell.*: adprehensa manu *V. Rem. I, c.* 8. t) *m. al. in litura* 2*b*. u) referebat 1. v) *om.* 2*b*; ⌐vh *pro paragrapho* 3*b*. w) quemcumque 1. x) m. p. 1. y) Propterea — *p.* 287, 19. querere *om.* 4*b*; Propterea *ad finem capitis om.* 5*a*. z) p. m. 1. a) qui est *add.* 4*a*. b) s. e. 3*b*. c) meritis *add.* 1; meritum *m. al. add.* 3*b*. d) ab a. m. 1. e) impraesenti 2*b*. f) in *add.* 4*a*. g) c. Chr. v. 1. h) nos f. 2*a*. i) *finem cap. om.* 4*a*. k) *in litura* 2*b*.

que nunc[a] agere possumus, quia exuti corporibus postea mala vel bona agere non poterimus, sed pro his quae in isto seculo egimus condignam remunerationem in illo seculo accipiemus ab eo, *qui*[b], ut scriptum est, *reddet unicuique secundum opera sua.* Rom. 2, 6. Nam ut taceamus de apostolis, martyribus, confessoribus ceterisque artioris ac perfectioris vitae viris, qui mox corruptione carnis soluti caelos penetrant, et quem in sua cognovere carne[c] mortalem, iam in natura divinitatis Patri et Spiritui sancto videre possunt aequalem, quorum unus certaminum suorum conscius non dubitavit de se ipso testari: *Cupio dissolvi et cum Christo esse*, sunt plures in aecclesia Phil. 1, 23. iusti, qui post carnis solutionem continuo beata paradysi requie suscipiuntur, exspectantes in magno gaudio, in magnis congaudentium choris, quando, recepto corpore, veniant et appareant[d] ante faciem Dei. At vero nonnulli propter bona quidem opera ad electorum sortem preordinati, sed propter mala aliqua, quibus polluti de corpore exierunt, post mortem severe castigandi excipiuntur flammis ignis purgatorii et vel usque ad diem iudicii longa huius examinatione a viciorum sorde mundantur, vel certe prius amicorum fidelium precibus, elemosinis, ieiuniis, fletibus et hostiae salutaris oblationibus[e] absoluti poenis, et ipsi ad beatorum pervenient[f] requiem. Unde pensandum est, quod tutior[g] via sit, ut bonum, quod quisque post mortem suam sperat agi per alios, agat, dum vivit, ipse per[h] se. Beatius[i] quippe est liberum exire, quam post vincula libertatem querere. Ɔ[k].

Ceterum, quia duas mortes et duas resurrectiones, ut premissum est, credimus Γ et duo iudicia in sanctis scripturis legimus, — unum per aquam in diluvio, quod prefiguravit baptismum, in quo ab omnibus peccatis mundati sumus, et aliud, quod futurum est per ignem, quando veniet Dominus ad iudicium, de quo psalmista dicit: *Deus*[l] *manifeste*[m] *veniet: Deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius tempestas valida*, Ps. 49, 3. ut tempestas examinet, quos ignis exuret[n], — *mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus*, ne ab aeterno, 2. Cor. 7, 1. quod[o] absit, sed nec ab illo igne transitorio exuramur. De quo igne diei[p] iudicii apostolus ait: *Uniuscuiusque opus quale sit, ignis*[q] *declarabit*[r], quod de igne purgatorio[s] eum dixisse non est dubitandum[t]. 1. Cor. 3, 13. Quem ignem[s] aliter impii[u] sentient, aliter sancti, aliter iusti. Impii siquidem de illius ignis cruciatu[v] ad perpetuas ignium flammas detrudentur; sancti vero, qui sine omni peccatorum macula in corporibus suis resurgent, quia supra[w] fundamentum, quod est Christus, aurum, argentum cf. 1. Cor. 3, 12. et lapides pretiosos, id est sensum fidei lucidum, eloquium salutis clarum, opera[x] pretiosa edificaverunt, tanta facilitate illum pervolabunt[y] ignem, quanta integritate[z] fidei et dilectionis Christi in hac vita custodierunt precepta. Eritque illis ille ignis diei iudicii sine lesione pervius, sicut tribus pueris caminus[a] Babyloniae[b] cf. Dan. 3. fornacis fuerat, qui absque omni flammarum lesione in Domini laudes[c] omnium pulchritudinem[d] creaturarum convocabant. Erunt[e] ergo quidam iusti minutis[f] quibusdam peccatis obnoxii, qui[g] aedificaverunt supra fundamentum, quod cf. 1. Cor. 3, 12. est Christus, fenum, ligna, stipulam, quae significant levium peccatorum diversitatem, a quibus non digne adhuc expurgati invenientur, quae[h] illius ignis ardore

Cap. 9. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*b* (*l*. 20—38).

Cap. 9. a) *om.* 1. b) *om.* 2*a*. c) carnem 2*b*. d) appareat 1, *corr.* e) oblationis 2*b*. f) pervenit *pr. m.* 2*b*. g) sit *add., m. al. del.* 3*b*. h) pro 1. i) Beatus 2*a*, *corr.* k) *nota eras.* 2*b*. l) noster *add.* 3*b*. m) manifestus 2*a*. *b*. n) aduret 1. o) quid 1. p) die 3*b*. q) igni *pr. m.* 2*b*. r) probabit 1 *cum Vulg.* s) purgatorio — ignem *om.* 4*b*. t) dubium 1. u) s. i. 2*b*; i. sentiant 4*b*. v) cruciatu: 2*b*. w) super 2*b*. x) pr. o. 3*b*, *corr.* y) pervolabant 2*a*. z) f. i. 1. a) caminis 3*b*, *corr.* b) Babilonie 2*a*. *b*; Babilonicus *pro* B. f. f. 1. c) laude 1. d) cr. p. 1. e) *finem capitis om.* 4*b*. f) q. m. 1. g) quia 2*b*. h) qui 1. (2*a*).

purgabuntur; a quibus mundati aeternae felicitatis gloria digni efficientur. Illoque transitorio igne et toto extremi iudicii die completo, dividentur duae[a] congregationes sanctorum et impiorum, una Christi[b], altera diaboli, una bonorum, altera malorum, utraque angelorum et hominum. Istis voluntas, illis facultas ulla non poterit esse peccandi nec ulla condicio moriendi, istis in aeterna vita vere feliciterque viventibus, illis infeliciter in aeternis tormentis sine moriendi potestate durantibus. Unusquisque autem secundum modum meritorum aut dampnabitur aut coronabitur; quidam videlicet iuxta peccatorum qualitatem mitius[c] torquebuntur, qui minore scelerum[d] pondere gravabuntur. Erunt etiam et sanctorum merita[e] diversa, quorum quisque secundum meritorum magnitudinem aeternae recipiet (Ioh. 14, 2.) premia[f] beatitudinis. Quod ipse Dominus in euvangelio significabat, dicens: *In* (1. Cor. 15, 41. 42.) *domo Patris mei mansiones multe sunt*[g], et apostolus: *Alia,* inquid, *claritas solis, alia claritas*[h] *lunae, alia claritas*[h] *stellarum. Stella enim ab*[i] *stella differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum.* Sed nemo in illis alicuius letitiae vel beatitudinis sentiet detri- (cf. Col. 3, 11.) mentum, quia unicuique sufficiet, quod accipiet; quia Christus erit omnia in omnibus. Illum ergo diem, fratres karissimi, tota intentione cogitemus, vitam corrigamus, mores mutemus, mala temptantia resistendo vincamus, perpetrata autem fletibus puniamus. Adventum namque aeterni Iudicis tanto securiores quandoque videbimus, quanto nunc districtionem[k] illius timendo prevenimus. Ↄ[l]

X[m] Sed et conveniat nos actio nostra. Nam si in campo tonitrua et fulgura ac tempestas super nos irruerint, quantocius potuerimus, vel ad aecclesiam vel ad domum confugere procurabimus[n]: sic et nos, cum mortis pericula imminere cognoscimus, quando de corpore volentes nolentesque exire cogimur, sepulturam secus sepulchrum[o] istius domni et patris[p] nostri querimus, quia pro his specialiter, qui in atrio illius sepulti sunt, cotidie orationes fiunt, et hostiae salutares Domino offeruntur; quatinus eius meritis requiem nostre[q] animae inveniant, qui secus corpus illius corpora nostra cum fide et devotione sepeliri desideramus, ut cum eo pariter unusquisque nostrum pro modulo suo ad aeternam beatitudinem eius intercessionibus[r] resurgamus. Non ab re quidem corpora nostra secus corpus illius sepeliri obtamus, quia patriarche ac prophete et quique sancti sollicitissime studuerunt, ut non in aliena, sed in terra sua[s] et in sepulchris patrum suorum, sicut legimus, appositi patribus suis sepelirentur. In his ergo sacramenta nobis querenda sunt, et admirationis gaudium inveniendum et spiritalis imitatio est sequenda[t]: siquidem sepeliri obtabant in terra sua, illam terram significante, de qua scriptum (Is. 61, 7.) est: *In terra sua duplicia*[u] *possidebunt,* id est post resurrectionem ultimam animae (cf. Gen. 23, 9.) simul et corporis inmortalitatem. Unde patriarche in spelunca duplici, pretio empta, in qua sepelivit Abraham[v] Sarram, id est vigor rationalis spiritus carnis voluptatem, sepulti leguntur, quia in hac vita rectae fidei ac bonorum operum pretio emimus in altera vita corporis et animae requiem sempiternam. Cadaveribus quoque mortuorum peccata significari in lege non dubium est; hinc illa sen- (Eccli. 34, 30.) tentia dicta est: *Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit*[w] *illum, quid proficit lavatio eius?* sic et qui ieiunat super peccata sua, et iterum ambulans in ea, haec eadem

Cap. 9. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* g). 3*b*.

Cap. 9. a) diae 1, *corr.* b) et *add.* 1. c) quidam *iterat* 2*b*. d) scelere gr. p. 1. e) d. m. 1. f) premium 1. g) sunt — *p.* 289, 17. que hanc *om.* 2*b*, *folio exciso.* h) *om.* 1. i) a 1. k) i. d. 1. l) *eras.* 1. m) *corr.* Γ 1. n) procuramus 1. o) *om.* 1. p) patronis 1. q) n. i. a. 1; a. n. i. 3*b*. r) intercessibus *pr. m.* 3*b*. s) tua 1, *corr.* t) sequenta 1. u) d. *m. al. suppl.* 3*b*; sua *iterat* 2*a*. v) Habraam Saram 1. w) illum t. 1.

facit[a]. Sepultura vero mortuorum remissionem[b] significat peccatorum. Eo pertinet, quod dictum est: *Beati, quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata*, et Paulus fidelibus dicit: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. (Rom. 4, 7. Col. 3, 3.) Viventes enim bonis operibus in activa[c] vita mortui erant peccato et quasi iam sepulti aeternae vitae contemplatione. Legimus, caput nostrum, dominum Iesum Christum, sepultum fuisse[d] cum aromatibus, id est odoramentis, sicut mos Iudaeis, scilicet vere ipsius confessoribus, est sepeliri, (cf. Eph. 4, 15. cf. Ioh. 19, 40.) quod ipse laudavit in femina, id est in unaquaque[e] fideli anima, que ante mortem corporis eius pervenit eum odore fraglante unguento ungere[f], et Paulus dicit: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco*. (cf. Matth. 26, 7. 2. Cor. 2, 15. 14.) Si igitur bona opera usque ad finem vitae[g] agimus, quibus opinionis bonae odore aecclesiam, quae corpus est Christi, ad nos imitandum respergimus, cum aromatibus sepelimur in sepulchris patrum nostrorum: ut non, sicut ille dives, de quo in[h] euangelio legitur, qui propter carnis voluptates atque tenaciam, quia et se a peccatis non cohibuit et ea, cum potuit, elemosinis non redemit, in inferno sepeliamur; (cf. Luc. 16.) sed, sicut Lazarus, penitentes et patientes significans, in sinu Abrahe, id est in secreto sanctae quietis, cum patribus nostris, videlicet angelis vel animabus sanctis, que hanc vitam[i] placentes[k] Deo finierunt, appositi, id est adiuncti, quando nulla iam remanebit sollicitudo temptationum et periculum peccatorum, requiescamus, quod intuens ait[l] scriptura: *Ante mortem ne laudes quemquam*[m]. (Eccli. 11, 30.) Et nos sequentes[n] patrum nostrorum in vita[o] fidem et conversationem, presumamus de misericordia Dei et intercessionibus istius patris et protectoris nostri queramus sepeliri corpora nostra secus corpus illius, quatinus, ut premisimus, pro modulo quique nostrum cum eo ad aeternam requiem[p] resurgamus, attendentes, quia ipse imitator Domini sui sic est misericors, ut sit etiam iustus, et ab illius misericordia ac iustitia, cui inheret, declinare non potest. Si igitur nos esse miseros, dum in corpore sumus, recognoscentes viderit et nos pro miseria peccatorum nostrorum apud misericordem Deum fide et operibus, dum possumus, laborantes cognoverit, — quod illum latere non potest, quoniam[q] qui Creatoris sui claritatem videt, nichil in creatura agitur, quod videre non possit, — quando iam laborare nequibimus, sancta illius intercessio pro nobis misericorditer interveniet. Si autem, quod absit, usque ad mortem nos in peccatis nostris persistere viderit, iustitiae Dei sui concors pro nobis non exorabit, quia frustra orare iusto[r] Deo inherens nec debet[s] nec poterit[t]. Unde timendum est, ne qui usque ad mortem in peccatis persistentes corpora sua peccatis fetida secus corpus illius, qui semper[u] Christi bonus odor extat et extitit, expetunt sepeliri, ad detrimentum illis[v] veniat, (cf. 2. Cor. 2, 15.) quod ad augmentum salutis poterat provenire, si adhuc in corpore viventes se a peccatis converterent et illa penitentiae confessionibus expurgarent, lacrimis lavarent et bonis operibus tergerent, quatinus hoc quod[w] per magistrum gentium dicitur implerent, exibentes[x] corpora[y] sua hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. (cf. Rom. 12, 1.) Hostia quippe occiditur, ut offeratur, sed hostia vivens est corpus pro Domino afflictum. Quod et hostia dicitur et vivens, quia vivit in virtutibus et est occisum a viciis: hostia videlicet, quia iam huic mundo est a pravis acti-

Cap. 9. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* i). 3*b*.

Cap. 9. a) nihil ei proficit *add.* 1. b) remissione designat 1. c) actua 1. d) c. a. f. 1. e) unaquaeque 2*a*. f) perungui 1. g) huius *add.* 1. h) l. in ę. 1. i) *in* vitam *redit* 2*b*. k) D. pl. 1. l) scr. ait 1. m) hominem 2*b*. n) p. s. 1. o) hac *add.* 1. p) res. req. 1. q) quam 1. r) *m. al. corr.* iustus 3*b*. s) potest 1. t) po, *versu exeunte* 1. u) Chr. s. o. b. (extat et *om.*) 1; s. b. Chr. o. 3*b*. v) illius 1. w) *pr. m. superscr.* 1. x) exhiberent 2*a*, *corr.* y) s. c. 1.

bus[a] mortuum; vivens autem, quia cuncta[b] quae prevalet bona operatur. Tales ergo, dum possumus, nos preparemus, quales illius adiutorio Dei misericordia digni simus et nunc et quando operari nequibimus[c].

X 10.[a] Denique cum quidam egrotus familiae non ignobilis necdum baptizatus se a sancto Remigio visitari[b] postularet et iam, velut[c] in ultimo spiritu positus, credere[d] se fateretur et baptizari deposceret[e], aegroto abrenuntiante[f] et benedicto[g] fonte, sanctus Remigius a presbitero loci illius exorcizatum oleum et chrisma quesivit. Qui simplex oleum[h] se habere[i], sed oleum exorcizatum et chrisma in ampullis in quibus fuerant penitus iam defecisse respondit. Sanctus autem Remigius ipsas ampullas[k] sibi afferri precepit, quas vacuas super altare misit et se in orationem prostravit[l]. Surgens autem ab oratione, ampullam, in qua brevis[1] habebatur olei[m] exorcizati, et alteram ampullam[n], in qua brevis continebatur sacri[o] chrismatis, plenas invenit. Sicque infirmum, qui ante abrenuntiaverat, post abrenuntiationem oleo exorcizato peruncxit, demumque baptizatum secundum tradicionem aecclesiasticam chrismate sacro linivit. Qui mox, animae[p] sanitate recepta, etiam corporis incolomitatem promeruit.

Γ[q] Quem, fratres[r] karissimi, quem imitatum atque secutum in hoc miraculo beatum Remigium debemus[s] advertere, nisi eum qui in nuptiis, ad quas[t] venire et[u] eas[v] sua presentia dignatus est sanctificare, idrias vacuas aqua[w] impleri[x] precepit et eandem aquam[y] nutu suo in vinum convertit? *cf. Ioh. 2.* Et quidem[z] potuit Dominus implere vacuas[a] idrias vino, qui in exordio mundanae creationis cuncta creavit[b] ex nichilo; sed maluit de aqua idrias impleri et de ipsa aqua[c] facere vinum, ut[d] ministrorum obsequio idriae[e] aqua replerentur, et benedictionis suae nutu aqua verteretur in vinum, ut patenter ostenderet, quia, sicut omnia fecit ex nichilo, ita et naturas rerum sanctificatione[f] sua mutat, ut ipse volet[g]. Et beatus Remigius servus et amicus sponsi aecclesiae, credentem per divina mysteria socians eidem corpori eius, verbis sollempnibus poterat simplex oleum exorcizare et sanctum chrisma, sicut et fontem, sacrare; sed maluit, ut Dominus singillatim de sacramentis sanctificatis ampullas in quibus fuerant benedictionis sue potentia repleret et se fidelem in verbis suis, quibus dixerat: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,* *Ioh. 16, 23.* ad confirmandam fidem neophiti credentis obsequio famuli sui[h] ostenderet. Certum est, quoniam qui in exordio creationis creaturis singulis benedixit et eas[i] semper ipsa benedictione in usus hominum crescere et multiplicari[k] fecit[l] et de creaturis[m] panis[n] ac vini aquae mixti, sed et olei secundum[o] suam[p] traditionem in vocationem sacerdotis semper bona creat, non faciendo quod iam erant, sed sacrosancta mysteria faciendo existere quod nondum erant, corpus scilicet et sanguinem suum et chrisma[q] salutis[r] aeternae, isdem ampullas sin-

Cap. 9. 1*a*. 2*a*. *b*. 3*b*. *Cap*. 10. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 9. a) m. a. 1. b) cucta 2*b*. c) *antisigma add*. 2*b*.

Cap. 10. a) *om*. 3*b*; *redeunt* 4*a*. *b*. 5*a*. b) p. v. 1; visitare postulasset *pr*. *m*. 2*b*. c) *om*. 2*b*. d) se cr. 3*b*. 5*a*. e) postularet(?) *pr*. *m*. 2*b*. f) abrenunte *pr*. *m*. 2*b*. g) baptizato 4*a*. h) se oleum 3*b*. 5*a*. i) sed oleum habere *iterat* 3*b*. k) ampullulas 4*a*. l) prorstravit 4*a*. m) oleo 2*b*, *corr*. n) *om*. 4*a*. o) sacr(i *m. al. in litura*) 3*b*. p) a. r. s. 1; s. a. r. 2*a*. q) *om*. 3*b*. r) kar. fr. 1. s) a. d. 1. t) aquas 2*b*. u) veniret eas 3*b*. v) s. p. eas 1. w) *superscr*. 2*b*. x) pr. i. 1. y) aqua 1. z) qui idem D. p. 2*a*. a) i. v. 1. b) fecit 4*a*. c) a. (*om*. 1) v. f. 1. 4*a*. d) et 2*a*. e) a. ydriae 1. f) sanctificationis *pr*. *m*. 5*a*; sua sanct. 1. g) vel vult *m. al. superscr*. 5*a*, *in marg. add*. 2*b*. h) o. sui 1; s. ostendere 4*a*. i) ea 5*a*, *corr*. k) multiplicare 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. l) facit 4*a*. *b*. (5*a*) *et e corr*. 2*a*. m) vini *add*., *sed delet* 5*a*. n) v. et p. aquae 1. o) *om*. 4*b*. p) *pr. m. superscr*. 5*a*; tr. s. 1. 2*a*. q) s. chr. 1. r) aetas *add*., *sed eras*. 2*b*.

1) *Inscriptio ampullae, quae indicabat, ad cuius rei usum haec esset. Suysk.*

gulas[a] oleo replevit et[b] ad invocationem sacerdotis sui sanctificationis benedictionem singillatim infudit. Ↄ

X[c] 11.[a] Cum[b] gentis Francorum, ut historiae[1] produnt, de Troia civitate, impugnantibus et expugnantibus Grecis, pars cum Aenea[d] in Italiam perrexit, (L. h. Fr. c. 1.) pars eorum, videlicet duodecim milia, in finitimas Pannoniae partes secus Meotidas[e] paludes pervenerunt, ibique civitatem advenientes aedificaverunt, quam ob suam memoriam Sicambriam vocaverunt; in qua multis annis[f] habitaverunt et in gentem magnam usque ad tempora Valentiniani imperatoris creverunt. Et ita sub (ib. c. 2.) principibus crinitis iuxta morem gentis subinde succedentibus per Toringiam[g] (ib. c. 5.) regionem Germaniae a castello Dispargo, in quo diu habitaverunt, ad Belgicae provinciae Tornacum[h] atque Camaracum civitates aggressi sunt. Indeque usque[i] ad Sumnam[k] fluvium[l] partem Belgicae provinciae[h] occupaverunt, ubi plurimis temporibus deguerunt[m] sub Chlodione[n] et Meroveo rege utili, a cuius celeberrimo[o] nomine Franci[2] vocati sunt Merovingi; sicut a Valentiniano imperatore Attica lingua (ib. c. 2.) vocati sunt Franci, hoc est feroces. Cui Meroveo in principatum[p] successit (ib. c. 6.) Childericus, qui de Basina regina Toringorum[q] habuit[r] filium Chludowicum[s]; qui (ib. c. 7.) fuit rex magnus super omnes ante se reges Francorum, pugnator bellicosissimus atque egregius. In illis[t] temporibus ceperunt Franci Agrippinam civitatem super Rhenum[u], (ib. c. 8.) quam Coloniam vocaverunt, et Treveris civitatem super Mosellam, que a Hunis antea diruta et afflicta fuerat, succendentes ceperunt. In illo tempore in his partibus circa (ib. c. 5.) Rhenum[v] usque Ligerim[w] fluvium habitabant Romani, quorum princeps erat (ib. c. 6.) Egidius; ultra Ligerim autem[x] dominabantur Gothi, quorum princeps erat Alaricus. (ib. c. 5. ib. c. 9.) Burgundiones quoque[x] Arriani, ut et Gothi, habitabant iuxta Rodanum fluvium[y] (ib. c. 5.) usque ad civitatem Lugdunum et ei confines urbes, quorum princeps erat Gundebaudus. (cf. c. 11.) Eo tempore mortuus est[z] Egidius, et successit in principatum[a] (ib c. 8.) Romanorum, qui habitabant in Galliis[b], filius eius Siagrius. Mortuo autem Childerico, (ib. c. 9. 8.) qui Aurelianis et Andegavis civitates cum suo exercitu Francico[c] occupavit atque vastavit, Hludowicus[d], filius eius, sagaciter Francorum regnum suscepit. Anno[e] (ib. c. 9.) quinto Chludowico regnante, Siagrius, filius[f] Egidii, dux[3] Romanorum, qui in Galliis habitabant[g], in Suessionis[h] civitate, quam pater eius tenuerat, residebat. Super quem Hludowicus cum hoste advenit atque devicit; quemque ab Alarico, apud quem in Tolosa[i] fugiens Hludowicum aliquandiu habitavit, sibi transmissum recepit et occidi precepit et omnia que illius fuerant suae potestati subegit[k].

Cap. 10. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 11. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a* (*a*. *l*. 28).

Cap. 10. a) *bis scr.* 3*b*. b) in *add.*, *sed delet.* 5*a*.

Cap. 11. a) *om.* 3*b*. b) Cum — *l.* 28. regnum suscepit *om.* 5*a*. c) *paragraphi nota* 3*b*. d) Enea 2*a*. 4*b*. e) Meodidas 2*a*, *corr.* f) h. a. 1. g) Turingiam 2*a*, *ut infra.* h) Tornacum — provinciae *om.* 4*b*. i) *ita* 1. 2*b*. 4*a cum L. h. Fr.*; u. *om. rell.* k) Summam 2*b*. l) fluviam 4*a*, *corr.* m) *m. al. in marg.* 3*b*; degerunt 2*a*. *b*. 4*a*. *b*. n) Chodione 4*a*. *b*. o) ceberrimo *pr. m.* 3*b*. p) *corr.* principatu 1. q) Tur. 2*a*. r) *bis scr. erat* 2*b*. s) Hludowicum 4*a*; Ludovicum 4*b*. t) diebus vel *add.* 3*b*. 4*a*. *b*: In i. diebus *L. h. Fr.* u) regnum 4*b*, *corr.* v) Renum 1. w) Ligeris 1. x) *om.* 4*a*. y) quorum — Gundebaudus *hic ponit* 4*a*. z) erat 2*a*. a) principatu 1. b) Gallis 2*a*. c) Francisco 4*a*. *b*. d) *libri meliores* Chludowicus *et* Hludowicus *exhibent, sed singulis locis minime inter se conveniunt, ideoque unum codicem* 1 *secutus sum;* Chludwicus *saepe,* Chlodwicus, Hludwicus, Ludwicus *raro* 2*a*; Hludowidus *semel* 2*b*; Ludowicus *nonnumquam* 4*a*; Ludovicus *constanter,* Hludovicus *raro* 4*b*. e) *in* Anno *redit* 5*a*. f) E. f. R. d. 1. g) habitabat 4*a*. h) Suessonis 2*b*. 4*a* (*ut infra).* i) Tolosanam 4*a*. k) *antisigma add.* 3*b*.

1) *Libri historiae Francorum (SS. rer. Merov. II. p.* 241 *sqq.) recensio B intellegitur.* 2) *L. h. Fr. c.* 5: reges Francorum. 3) *L. h. Fr. c.* 9: rex.

X[a] L. h. Fr. c. 10. Eo tempore multae aecclesiae ad[b] Hludowici exercitu depredatae[c] sunt. Erant autem, sicut et rex illorum, fanatici et pagani. Attamen[d] audientes miracula, que fiebant per beatum Remigium, reverebantur eum, et licet pagani, diligebant illum[e], in quo lux caelestis gratiae omnibus resplendebat; et rex illorum libenter illum[f] audiebat, et audito eo, multa faciebat et a multis nequitiis se cohibebat[g].

X ib. c. 15. Erat enim sanctus Remigius vir sapiens atque sanctissimus, egregius[h] rethoricus, preclarus in virtutibus, cecis visum restituens, mortuis vitam reparans, daemonia eiciens omniumque infirmitatum languoribus medelam prebens.

X[i] Transitum autem rex faciens secus civitatem Remi[k] per viam, quae usque hodie propter barbarorum per eam iter Barbarica nuncupatur, noluit in eandem civitatem introire, ne ab exercitu suo aliquod malum ibi fieret. Sine voluntate autem et[l] conscientia ipsius pars quaedam[m] indisciplinatorum, — quoniam non erat potestas[n] temporalis inhabitantium, quae eis[o] resisteret, — eandem civitatem intravit, ib. c. 10. et quedam ornamenta atque sacra vasa inde rapientes, ut[p] predones solent, asportaverunt. Inter que urceum mirae magnitudinis atque[1] pulchritudinis rapientes tulerunt. Sanctus autem Remigius[2] missos suos ad regem Chludowicum[q] direxit, deprecans, ut, si aliud de sacris vasis aecclesiae recipere[r] non meretur[s], vel illum urceum missis suis reddere[t] iuberet. Haec[u] audiens rex, ait ad missos aecclesiasticos[q]: 'Sequimini nos usque Suessionis civitatem, quia ibi cuncta que adquisita[v] sunt dividenda erunt. Cumque michi urceus ille in partem obvenerit, quae[w] episcopus postulat adimplebo'. Veniens autem[x] Suessionis civitatem, cunctam predam[y], quae asportata vel adquisita fuit, rogat afferri in medium. Cumque omnia fuissent in presentiam[z] regis allata[a], dixit: 'Rogo vos, o fortissimi pugnatores, ut michi[b] dare[c] istum urceum non negetis'. Hoc rege dicente, illi Franci, qui bono animo[d] fuerunt, aiunt: 'Omnia, gloriose rex, quae cernis, tua sunt, et nos tuo dominio[e] sumus subiecti. Quod tibi bonum videtur, hoc fac; nullus enim tuae potestati resistere[f] audet'. Cum[g] hec illi benigne[h] dixissent, unus Francus levis, cum vociferatione, elevata bipenna[i], quae alio nomine appellatur francisca, percussit urceum illum, dicens: 'Tu nichil hinc accipies[k], rex, nisi quod tibi[l] sors vera donaverit'. Obstupefactis omnibus, rex iniuriam suam patienter sufferens, acceptum urceum nuntio[m] aecclesiastico reddidit, servans[n] iram in corde absconsam[o]. Transacto anno, Hludowicus rex, ut omnium armorum nitorem videret, omnem exercitum iussit cum armorum apparatu venire secundum morem in campo[p] Marcio. Sic enim conventum illum vocabant a Marte, quem pagani deum[q] belli credebant, a quo et Marcium mensem et tertiam feriam diem Martis[r] appellave-

Cap. 11. 1. 2*a*. *b* (*cf.* n. d). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 11. a) *notam om.* 2*b*. b) *ita pr. m.* 5*a cum L. h. Fr.;* ab *rell.* c) s. d. 1. d) Attamen — *p.* 293, 15. sumpsit sicut *om.* 2*b*, *folio exciso.* e) eum 1. 2*a*. f) eum 1. g) cohibat 5*a*, *corr.* h) atque *add.* 2*a*. i) *paragraphi nota* 3*b*. k) *ita* 3*b* (*pr. m.*). 4*a*. 5*a*; c. Rhemi 2*a*; c. Remis 4*b*; Remis c. 1. l) ipsius et c. 1. m) i. q. 1. n) i. p. t. 1. o) r. eis 1. p) a. uti p. facere solent 1. q) *om.* 1. r) non m. r. 1. s) *ita pr. m.* 5*a*; mereretur *rell.* t) i. r. 1. u) Audiens ista r. 1. v) s. a., ibi erunt d. 1. w) o. faciam hoc quod ęps petit. Veniens 1. x) aute 1. y) c., que asportaverant pr. vel que adquisierant, in medium rogat rex afferri. Cumque 1. z) praesentia 4*a*; in pr. r. o. f. 1. a) allatam 5*a*, *corr.* b) d. m. 3*b*. 5*a*. c) (d. *om.*) u. non neg. hunc. Hoc 1. d) f. a. 1. e) subi. sumus d.; fac q. t. b. v. et rectum; nullus 1. f) a. r. 1. g) que *add.* 4*a*. *b*. (5*a*). h) benedixissent 4*b*. i) bipenni *m. al.* 3*b*, *ut infra.* k) r. a. 1. l) *om.* 1. m) ęccl. n. 1. n) vans *m. al. suppl.* 5*a*. o) absconditam 2*a*. p) campum Marcium 2*a*. q) cr. d. b. 1. r) Marcium 1.

1) *Verba* atque pulchritudinis *in L. h. Fr. omissa Hincmarus e Greg., H. Fr. II,* 27, *supplevit.* 2) *Episcopi ecclesiae, quem neque Gregorius neque auctor L. h. Fr. nominavit, nomen apud Fredeg. III,* 16. *extat:* Sanctus ac apostolicus Remedius.

runt; quem conventum posteriores Franci[1] Mai[a] campum, quando *reges ad bella solent*[b] *procedere,* vocari instituerunt[c]. Verum ubi rex cunctum exercitum circuivit, venit ad hominem illum, qui urceum[d] preterito anno cum bipenna percusserat, et ait ad[e] eum: 'Nullus hic tam inculta et sordida arma habet, sicut tu[f], quia neque clipeus neque lancea neque bipenna est[g] utilis'. Accepit autem rex franciscam eius, quae vocatur bipenna, et proiecit in terram. Cum autem[h] ille se inclinasset[i] eam recolligere, rex statim, elevata manu, franciscam suam in[k] caput eius defixit et ait: 'Sicut tu in Suessionis civitate superiore anno in urceo illo fecisti, sic[l] et facio tibi'. Mortuoque[m] illo, exercitum rex de ipso campo iussit ad propria in pace discedere. Grandis[n] timor et pavor pro hac causa in Francorum populo[o] consurrexit. 2. Reg. 11, 1. L. h. Fr. c. 10.

12.[a] Hludowicus decimo anno[b] regni sui, commoto exercitu, sibi[c] Toringiam provinciam subiugavit. Inde Gundebaudi regis Burgundionum neptem, filiam videlicet fratris sui Chilperici, quem gladio interfecerat, nomine Hrothildem[e], pulchram satis puellam et vere christianissimam, interveniente Aureliano consiliario ac legatario[f] suo, nutu[g] divino in coniugem sumpsit, sicut lector[h] in suo loco[i] plenius legere potest. X[d] ib. c. 11.

In diebus illis dilatavit rex Hludowicus regnum suum usque Sequanam. Sequenti tempore usque fluvium Ligerim occupavit, accepitque Aurelianus castrum Milidunensem[l], quod et in ducatum obtinuit. X[k] ib. c. 14.

Concepit[m] denique ac peperit Hrothildis[n] filium. Quem cum sacro baptismate consecrari[p] vellet, rex non adquiescebat ei; necdum enim credebat in dominum Deum caeli. Regina enim cotidie illi[q] predicabat eum; at[r] ille nolebat eam audire. Interea regina parat filium ad baptismum, ornat[s] aecclesiam velis atque cortinis, ut regis cor ad credendum conpungeret. Baptizatus est puer, quem Ingomirum vocavit, quique in albis decessit. Unde rex nimis contristatus[t], reputabat[u] reginae, increpando dicens ad eam, quia[c]: 'Si in nomine deorum meorum puer dedicatus[v] fuisset, utique incolomis diu vixisset; quia vero in nomine Dei vestri baptizatus est, vivere non potuit'. Regina vero dicebat: 'Deo gratias ago, qui me non duxit indignam, ut de utero meo primogenitum in regno suo recipere sit dignatus. Ego autem nullum dolorem in corde meo pro hac causa retineo[w]'. Postea vero genuit filium alium, quem in baptismo Chlodomirum vocavit. Et hic cum aegrotare cepisset, dixit rex: 'Non potest aliud, nisi et de isto sic[x] fiat, quomodo fuit[y] de fratre eius, ut baptizatus in nomine Christi vestri cito moriatur'. Sed orante regina et Domini misericordia[z] precurrente, recepit sanitatem. Regina[a] quoque non cessabat regi predicare, ut Deum verum coleret et idola quae cole- Γ[o]

Cap. 11. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 12. 1. 2*a*. *b* (*a l.* 15). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 11. a) Maii *m. al.* 3*b*. b) *om.* 1. c) *bis scr. erat* 5*a*. d) p. a. c. b. u. 1. e) *m. al. suppl.* 5*a*. f) *ita* 1. 4*a cum L. h. Fr.*; habes *add.* 2*a*. 3*b*. 4*b*. 5*a*. g) u. est 1. h) vero 1. i) incl., ut eam recolligeret 1. k) d. in c. eius 1. l) et ego sic tibi facio 1. m) Mortuo vero i. 1. n) que *add.* 1. o) p. surrexit 4*a*; surrexit p. 1.

Cap. 12. a) *om.* 3*b*. b) r. s. a. e. c. 1. c) *om.* 1. d) *paragraphi nota* 3*b*. e) Hrotildem 1; Hrothilden 3*b*; Hrothildim 5*a*; Hrodhildem 4*a*; Rothildem 2*a*. 4*b*. f) legatorio 2*a*. 5*a*. g) in c. s. n. d. 1. h) *in* lector *redit* 2*b*. i) pl. l. p. loco 1. k) *paragraphi nota* 3*b*; *notam om.* 2*b*. l) *ita* 1 *cum L. h. Fr.*; Militiunense 4*a*; Milidunense *rell.* m) *c.* 13. *a* Conc. *incip.* 4*a*, *erratque etiam in sequentibus.* n) Roth. 2*a*. 3*b*. 4*b*. 5*a*. o) *ita* 3*b*; *asterisci nota* 1; *notam om.* 2*b*. p) v. c. 1. q) pr. eum illi 1. r) (at *om.*) ille vero n. 1. s) ornat:, *ras.* e (?) 5*a*. t) n. effectus tristis r. 1. u) *bis scr.* 2*a*. v) dedicatum *pr. m.* 2*b*. w) sustineo 1. x) f. s. 1. y) q. de fr. eius factum est, ut 1. z) misericordiam *pr. m.* 3*b*. a) Ipsa 1.

1) *Pippinus rex; cf. Fred. cont. c.* 48: campo Madio, quod ipse primus pro campo Martio pro utilitate Francorum instituit.

L. h. Fr. c. 14. bat vana derelinqueret. Sed nullo modo animum eius ad credendum poterat commovere, donec tandem aliquando bellum contra Alemannos Suevosque moveretur, in quo compulsus est Deum confiteri, quem antea negaverat. Ↄ[a]

X ib c. 15. 13.[a] Factum est autem, bellantibus inter se Francorum scilicet exercitu et Alemannis atque Suevis, ut Hludowici exercitus nimis corrueret. Aurelianus[b] consiliarius eius[c], intuens regem, ait[d]: 'Domine mi rex, crede[e] modo Deum caeli[f], quem domina mea regina[g] predicat[h], et dabit tibi ipse Rex regum et Deus caeli ac terrae victoriam'. Ille vero[i], elevatis[k] in caelum oculis, commotus in lacrimis[l], ait[m]: 'Iesu bone[n], quem Hrotchildis[o], regina mea[p], predicat* esse[q] filium Dei vivi, qui subvenis in tribulatione, qui das auxilium in te sperantibus, tuum[r] adiutorium devotus postulo[s], ut, si michi victoriam super hos[t] ostes dederis, et expertus fuero illam virtutem, quam de te populi predicant, credam tibi et in nomine[u] tuo baptizabor. Invocavi enim deos meos, et, ut experior, elongati sunt ab auxilio meo; unde credo[v], eos nulla potestate esse preditos, qui sibi credentibus non succurrunt. Te verum Deum ac dominum invoco et in te credere desidero, tantum ut liberer ab adversariis[w] meis'. Cumque hec orans clamaret, Alemanni in fugam[x] lapsi[y], terga dederunt, et videntes regem suum interfectum, Hludowici[z] potestati[a] se subdunt, dicentes: 'Parce, precamur, domine rex, ne pereat plus populus; iam tui sumus'. Tunc iussit rex imminentem plagam cessare et Alemannos cepit, ipsosque ac terram eorum sub iugo tributario constituit. Sicque, facta[b] victoria, reversus est in Franciam ad[c] reginam suam et narravit ei, qualiter per invocationem[d] nominis Iesu Christi victoriam meruit[e] obtinere. Acta sunt hec anno XV. Hludowico[f] regnante.

X[a] 1. Cor. 7, 14. L. h. Fr. c. 15. 14.[b] Tunc regina, ut impleretur dictum apostoli: *Salvatur*[c] *vir*[d] *infidelis per mulierem fidelem*, vocavit sanctum Remigium urbis huius Remensis antistitem, deprecans eum, ut regi salutis[e] viam praedicaret. Quem sanctus sacerdos per multam salutaris vitae doctrinam ad baptismum venire predicabat. Et[f] ille ait: 'Libenter te audiam, beatissime pater; sed unum restat, quia populus, qui me sequitur, non vult deos[g] suos relinquere. Vadam autem adhortari[h] eos iuxta verbum tuum'. Et veniens rex ad populum, cepit hortari[i] eos, ut in Deum, qui eis victoriam dederat[k], crederent, quoniam dii illorum[l] in tribulatione sua nichil eis prodesse potuerunt. Acclamaverunt autem omnes, precurrente misericordia et potentia Dei: 'Mortales[m] deos relinquimus, gloriose rex, et verum Deum, inmortalem, quem Remigius[n] predicat, credere parati sumus'. Nuntiantur[o] haec sancto Remigio. Ille quoque gaudio magno[p] repletus, regem

*) et quem bonus Remigius Remorum archiepiscopus predicat *add.* 3*b*.

Capp. 12—14. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 12. a) *eras.* 1; *om.* 2*b*.

Cap. 13. a) *om.* 3*b*; *abscis.* 5*a*. b) vero *add.* 1. c) *om.* 1. d) ad eum *add.* 1. e) credo 5*a*, *corr.* f) in *add.* 3*b*. g) credit et *add.* 3*b*. h) predicabat 4*b*. i) autem 1. k) in c. e. o. 1; e. o. in c. 4*a*. *b*. l) *ita* 1. (2*b*). 4*a cum L. h. Fr.*; lacrimas 2*a*. 3*b*. 4*b*. 5*a*. m) O *add.* 3*b*. n) xpe 2*b cum L. h. Fr.*; in *add.* 3*b*. o) *ita* 2*b*; Hrotildis *constanter* 1; Rothildis *rell. et infra nonnulli.* p) *om.* 1; credit et *add.* 3*b*. q) f. esse 1. r) a. t. 1. s) expostulo 1. t) *ita* 1. 2*a cum L. h. Fr.*; *om. rell.* u) t. n. 1. v) crede *pr. m.* 2*a*. w) inimicis 4*a*. x) fuga 4*a*. y) versi 1; *om.* 4*a*. *b*. z) Hludowicum 2*b*, *corr.* a) se p. 1. b) peracta 1. c) Franciam. Veniens autem regina, rex ei narravit, q. 1. d) invotionem *pr. m.* 5*a*. e) o. meruisset 1; meruerit o. 2*a*. f) r. Hl. 1.

Cap. 14. a) *notam om.* 2*b*. b) *numerum om.* 3*b*. 4*a*. c) Salvabitur 1 *et m. al.* 3*b*. d) *bis scr. erat* 5*a*. e) salutem (?) 5*a*, *corr.*; v. ostenderet s. Quem 1. f) Cui rex ait 1. g) s. r. d. 1. h) eos a. 1. i) eos h. 1. k) dederit 4*a*. l) eorum 1. m) d. m. 1. n) pr. R. 1; R. praedicabat *pr. m.* 2*b*. o) Nuntiatur 2*b*. p) r. m. 1; m. (*om.* r.) 2*b*.

et populum, qualiter diabolo et operibus ac pompis eius abrenuntiare et in Deum credere[a] deberent, apertis et brevibus verbis[b] instruxit. Et[c], quia dies sancti pasche[1] imminebat, ieiunium secundum christianorum consuetudinem eis[d] indixit.

X.[i] Die[e] vero passionis Domini[f], quem parasceuen[g] usus aecclesiasticus[h] vocat, pridie scilicet[k], antequam baptismi gratiam rex et populus eius percepturi erant, cum sanctus Remigius et venerabilis coniunx[l] regis Hrothildis pro regis[m] et populi eius salute[n] in oratione pernoctarent[o], episcopus in[p] domo ante altare sanctae Mariae multas effundens lacrimas et regina in oratorio sancti Petri iuxta domum regiam, expleta oratione, pontifex ad ostium regii cubiculi[q] pulsaturus accessit, ut videlicet per alta silentia noctis aliis[r] curis regi absoluto liberius posset com- cf. Aen. 10, 63. mittere sacra mysteria[s] verbi. Quem, hostiis apertis, cubicularii regis reverenter suscipiunt et cum honore debito usque ad penetralia[t] regis introducunt. Sed et rex alacriter ei obviam prosilivit, eumque amplexus, cum ipso et venerabili coniuge in oratorium beatissimi apostolorum principis Petri, quod, ut diximus, cubiculo regis contiguum[u] erat, processit. Cumque illi tres, pontifex scilicet et rex atque regina, dispositis sedilibus consedissent[v], circumstantibus quibusdam[w] clericis, qui cum pontifice venerant, et familiaribus regis atque reginae, et sanctus presul[x] regem monitis[y] instrueret salutaribus ac euvangelicis[z] disciplinis[a] imbueret, ad confirmandam verae fidei predicationem per sanctum depromtam pontificem[b] etiam visibiliter ostendere[c] Dominus voluit, quod fidelibus cunctis promisit: *Ubi sunt duo* Matth. 18, 20. *vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum:* repente lux tam copiosa[d] totam replevit aecclesiam, ut claritatem[e] solis evinceret[f], et cum luce vox pariter est audita[g], dicentis: *Pax vobis; ego sum, nolite timere. Manete in dilectione mea.* Luc. 24, 36. Ioh. 15, 9. Et post haec verba lux que advenerat recessit, et incredibilis suavitatis[h] odor in eadem domo[i] remansit, ut patenter ostenderetur, illuc[k] auctorem lucis et pacis atque suavitatis venisse, quem nemo eorum qui aderant preter episcopum, propter fulgorem luminis[l] timore[m] perculsi, intueri[n] valuerunt. Tantaque claritatis gloria pontificem sanctum perfudit, ut splendor ex eo procedens, plus conspicuam domum in qua sedebant reddiderit, quam lucernarum lumina[o] ibidem[p] lucentia. Rex itaque ac[q] regina pedibus se[r] sancti sacerdotis prosternunt et cum magno pavore ac gemitu consolationem eius requirunt, et quid sibi ad utilitatem atque salutem pertinens[s] esset agendum, cum magna expetunt devotione, parati audire[t] et opere complere, quae a sancto pontifice[u] discerent. Nam lumen, quod eos exterius perfudit, etiam interius illuminavit et ad querendum salubre consilium incitavit. Delectabantur[v] namque in verbis illis quae audierant, licet exterriti essent[w] de luminis claritate.

Cap. 14. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 14. a) d. cr. 1. b) i. v. 1. c) (Et *om.*) q. vero d. 1. d) eius 5*a*. e) L. VIII. *incip.* 3*b*. f) *m. al. superscr.* 2*b*. g) parascheuen 3*b*; parasceue *m. al. corr.* parasceuem 2*b*. h) v. eccl. 1. i) *notam om.* 2*b*. k) videlicet 1. l) *ita* 2*b*. 3*b*. 4*a*; coniux r. 2*a*. 5*a*; r. coniux 1; regina *pro* c. r. 4*b*. m) p. et r. (*om.* eius) 1. n) salutem *pr. m.* 2*b*. o) pernoctaret 2*a*; pernotarent 2*b*. p) in d. *om.* 1. 2*a*. q) cubilis 4*a* (*c corr.* cubili). *b*. r) c. a. 2*b*. s) v. m. 1. t) penetrabilia 2*b*. u) e. c. 1. v) *post* cons. *c.* 20 *litt. ras.* 2*b*. w) cl. q. 1. x) pontifex 4*a*. y) i. m. 1. z) euvagelicis 2*b*. a) i. d. 1. b) presulem 4*a*. c) D. o. 1. d) copiosam *pr. m.* 2*b*. e) s. cl. 1. f) *post* evinc. *fortasse* set *ras.* 2*b*. g) d. a. 4*b*. h) o. s. 1. i) *om.* 5*a*. k) illic 1. l) lucis 4*a*. m) *m. al. superscr.* 2*b*. n) v. i. 1. o) *om.* 1. p) inibi 1. q) et 1. r) *om.* 4*a*. s) s. a. conveniret, cum 1. t) summopere *pro* a. et o. 1. u) d. p. 1. v) Delectabatur 2*b*, *corr.* w) de l. cl. essent 1.

1) *Ita Fredeg. III,* 21: cum sex milia Francis in pascha Domini consecratus.

X[a] At vero vir sanctus, sancta repletus sapientia, cepit eos instruere, hanc esse visionis[b] divinae atque[c] angelicae consuetudinem[d], ut in adventu suo terreant corda mortalium, sed[e] subsequenti[f] consolatione demulceant[g] precedentem timorem, instruens eos ex auctoritate sanctarum scripturarum, quomodo singulis quibus apparuerant[h] et in primordio apparitionis incusserint videntibus[i] se timorem, sed post per gratiam consolationis gratissimam eorum cordibus prebuere letitiae[k] hilaritatem. Cumque iam sanctus[l] vir eos de talibus sufficienter instruxisset[m], prophetico repletus[n] spiritu, cuncta quae eis vel semini eorum eventura[o] erant predixit: qualiter scilicet successura eorum posteritas regnum esset nobilissime propagatura atque gubernatura et sanctam aecclesiam sublimatura omnique Romana dignitate regnoque potitura et victorias[p] contra aliarum gentium incursus adeptura[q], nisi forte a bono degenerantes, viam veritatis reliquerint[r] et diversos vitiorum fuerint[s] secuti anfractus, quibus neglegi aecclesiastica solet disciplina, et quibus Deus offenditur, ac per hoc regna[t] solent subverti atque de gente in gentem transferri. Quod de Moyse scriptum legimus, quia splendida[1] facta est facies eius, dum respiceret in eum Dominus, hoc et in beatum Remigium luce splendida illustratum factum fuisse audimus[u]; quoniam, sicut Moyses legislator populo veteri erat a Domino constitutus, ita et beatus Remigius euvangelicae gratie[v] lator populo in proximo per fontem baptismatis innovando extitit[w] munere Christi electus[x].

X[a] L. h. Fr. c. 15. 15.[b] Interea eundi via ad baptisterium a[c] domo regia preparatur, velisque ac[d] cortinis[2] depictis ex utraque parte protenditur et desuper adumbratur. Plateae sternuntur, aecclesiae[e] componitur[f] baptisterium, balsamo et ceteris odoramentis conspergitur. Talemque[g] gratiam Dominus subministrabat in populo, ut estimarent, se[h] paradysi odoribus refoveri. Sicque precedentibus sacrosanctis euvangeliis et crucibus, cum ymnis et canticis[i] spiritalibus atque letaniis, sanctorumque[k] nominibus[l] acclamatis, sanctus pontifex, manum tenens regis, a domo regia pergit[m] ad baptisterium[n], subsequente[o] regina et populo. Dum[p] autem simul pergerent, rex interrogavit[q] episcopum, dicens: 'Patrone, est hoc regnum Dei, quod michi promittis?' Cui episcopus: 'Non est hoc', inquid, 'illud regnum, sed inicium viae, per quam venitur ad illum[r]'. Cum vero pervenissent ad baptisterium, clericus qui chrisma ferebat a populo est interceptus, ut ad fontem venire[s] nequiverit. Sanctificato autem fonte, nutu[t] divino chrisma defuit. Et quia propter populi pressuram ulli non patebat[u] egressus aecclesiae[v] vel ingressus, sanctus pontifex, oculis[w] ac manibus protensis in caelum, cepit tacite orare[x] cum lacrimis. Et

Capp. 14. 15. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 14. a) *notam om.* 2*b*. 3*b*. b) visionem 2*a*. c) ac 4*a*. d) consutudinem 2*b*. e) *om.* 4*a*. *b*. f) sequenti 2*a*. g) demulceat 5*a*, *corr.* h) apparuerint 1. i) se v. 4*a*. k) laetitiam *pr. m.* 5*a*. l) v. s. 4*a*. m) instruisset *pr. m.* 5*a*. n) s. r. 4*a*. o) et ventura 5*a*. p) *post* gentium *ponit* 4*a*. q) deptura 5*a*. r) relinquerint 2*b*. s) s. f. 1. t) s. r. 1. u) audivimus (2*b*). 3*b*. 4*a*. v) l. gr. 1. w) m. Chr. el. ext. 1. x) *antisigma add.* 2*b*.

Cap. 15. a) *eras.* 2*b*. b) *abscis.* 5*a*; Cap. XV. L. VIIII. 3*b*. c) a. d. r. *om.* 1. d) atque 4*a*. *b*. e) (a)ecclesia 4*a*. *b et e corr.* 3*b*. f) componitur . baptisterium *interpungunt* 4*a*. *b*. g) Talem enim gr. 1. h) p. se 1. i) sp. c. 1. k) l. cum sanctorum 1. l) omnibus 5*a*. m) ad b. p. 1. n) tisterium 2*b*, *corr.* o) p. reginaque s. 1. p) Dn̄s(?) *pr. m.* 5*a*. q) interrogat (*om.* ep.) 1. r) *ita* 1; illud *rell.* s) n. v. 1. t) chr. d. n. div. 1. u) potebat *pr. m.* 5*a*. v) ęccl. *ante* egr. *ponit* 1, *post* v. i. 2*a*. w) p. in c. o. ac m. 1. x) c. l. o. 1.

1) Cornuta, *i. e. radians, Exod.* 34, 29. 2) *Vocabulum* cortinis *e Greg., H. Fr. II,* 31, *fluxit.*

ecce[a]! subito columba nive candidior attulit in rostro ampullulam[b] chrismate sancto repletam, cuius odore mirifico super omnes[c] odores, quos ante[d] in baptisterio senserant, omnes[e] qui aderant inestimabili suavitate repleti sunt. Accipiente autem sancto pontifice ipsam ampullulam, speties columbae disparuit. De quo chrismate fudit[f] venerandus episcopus in fontem sacratum. Viso autem rex tanto [L. h. Fr. c. 15.] miraculo, abnegatis diaboli pompis et operibus[g] eius, petiit, se a sancto pontifice [Greg. II, 31.] baptizari. Procedit novus Constantinus ad lavacrum[h] salutiferum, in quo delendi erant lepre[i] veteris morbi sordentesque antique peccatorum maculae diluendae, divino muneri obsequente beato Remigio, in quo apostolica doctrina et virtutum gratia alter representari videbatur Silvester. Ingresso autem in fontem[k] vitalem Hludowico, sanctus episcopus dixit ore facundo: 'Mitis depone colla, Sicamber[1]; adora quod incendisti, incende quod adorasti'; preceptis salutaribus illum instituens humili devotione venerari[m] aecclesias ad cultum religionis aedificatas, ut Deum adoraret in eis, quas rigida profanitate incendere consueverat, et idola, quae in asilis suis pro Deo adorare solebat, fidei ardore[n] succensus, deiciendo incenderet. Cuius sapientia miranda[o] est in brevitate sermonum, quibus discretionem[p] ostendit inter illam adorationem et servitutem, quam sepe a sanctis viris honore venerationis et amore obsequii angelis et hominibus exhibitam legimus, et illam adorationem et servitutem, quam cultu divinitati debito Deo soli iuxta preceptum ipsius, non autem ulli[q] creaturae[r] exibendam sanctae scripturae lectione[s] cognoscimus. Et sic post confessionem orthodoxae fidei ad interrogationem [L. h. Fr. c. 15.] sancti pontificis secundum aecclesiasticum morem baptizatus est trina mersione[t] in nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti; et susceptus ab ipso pontifice de sancto fonte[1], perunctus[u] est sacro chrismate[2] cum signo sanctae crucis domini nostri Iesu Christi. Baptizantur autem de exercitu eius tria milia virorum, exceptis parvulis et mulieribus[3]. Baptizantur[v] sorores eius Albofledis et Landehildis. Et factum est gaudium magnum in illa die angelis sanctis in celo et hominibus devotis in terra[w]. De miraculo siquidem, quod Dominus est dignatus ostendere per columbae[x] spetiem in allatione[y] chrismatis, sicut et de aliis, rata est catholicorum patrum sequenda sententia, qua dicitur: Divina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis, nec fides habet meritum, cui humana ratio prebet experimentum[z].

Legimus[a], sanctum[b] Spiritum in spetie columbae, non autem in natura columbae super Dominum, quando baptizabatur, apparuisse, [Γ[c]] [cf. Matth. 3, 16.] quia ipsa columba, in qua apparuit, vel ille flatus et ignis, in quo super apostolos descendit, non sunt [cf. Act. 2, 2. 3.] assumpta a sancto Spiritu in unam personam divinitatis suae, sicut assumpta est a filio Dei et virgine Maria humanitas in unam suae deitatis personam. Neque

Cap. 15. 1. 2*a*. *b*. 3*b* *et ad l.* 32. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 15. a) s. e. cand. nube col. att. 1. b) ampullam 3*b*. 5*a* *(pr. m.)*. c) od. omn. 1. d) in b. s. ante 1. e) *om.* 1. f) e. v. partim f. in s. fontem 1. g) eius op. 1. h) balneum 1. i) v. l. 1. k) v. f. 1. l) Siccamber 4*a*. m) adorari 1. n) s. a. 1. o) est m. 1. p) discretion(em *m. al. in ras.*) 3*b*. q) ultra 4*a*. *b*. r) *post* cr. c. 10 *litt. ras.* 2*b*. s) c. l. 1. t) emersionę 1; mersione: 2*b*. u) cum s. s. cr. d. n. I. Chr. p. est s. chr. 1. v) Baptizatur 2*b*, *corr.* w) terram 2*b*. x) sp. c. 1. y) allationem *pr. m.* 2*b*. z) *notam* [notam] *in marg. add.* 3*b*. a) Legimus — *p.* 298, 22. in ore eius *om.* 4*a*. *b*; Legimus — *p.* 300, 24. obtinuit *om.* 5*a*. b) Sp. s. 3*b*. c) *notam om.* 2*b*.

1) *Igitur episcopus baptizans regis pater spiritualis factus est.* 2) *Haec sacra unctio fuit sacramentum confirmationis, non unctio regia. Suysk.* 3) *His verbis Hincmarus iam a.* 869. *in coronando Karolo Calvo usus est: cf. Ann. Bert. ed. Waitz p.* 104.

enim columbam beatificavit Spiritus vel illum flatum vel illum ignem sibique et personae suae in unitatem habitumque coniunxit[a] in aeternum. Sed apparuerunt ista, sicut oportune apparere debuerunt, creatura serviente Creatori, et ad nutum eius, qui incommutabiliter in se ipso permanet, ad eum significandum et demonstrandum, sicut significari et demonstrari mortalibus oportebat, ad tempus ostensa[b] sunt. Sic et in hoc miraculo demonstrari voluit, per spetiem columbae et chrisma unctionis presentiam suam[c] adesse; quem illae speties designabant ad aedificationem fidei quondam[d] infidelium et in fide rudium mentium meritis et orationibus servi sui, ut adimpleretur, quod ore veridico de[e] in se credentibus dixerat Christus[f] Ioh. 17, 22. dominus Patri: *Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis;* et item alibi dicit: *Qui* ib. 14, 12. *in me credent, signa quae ego facio et ipsi*[g] *facient et maiora horum*[h] *facient.* Columba vero, in cuius spetie[i] Spiritus sanctus super Dominum apparuit, corporale chrisma non detulit, quoniam Christus, — a cuius sancto[k] nomine chrisma nomen accepit, unde uncti sunt sacerdotes, reges, prophete ac martyres, et quique per adoptionis 1. Petr. 2, 9. gratiam filii Dei et vocati sunt christiani, *genus electum, regale sacerdotium,* — unctus est oleo letitiae pre consortibus suis, id est ipso Spiritu, qui in spetie columbae super illum apparuit, quo conceptus et natus est, et de quo ad Baptistam dictum Ioh. 1, 33. est: *Super quem*[l] *videris Spiritum descendentem et manentem super eum, ipse*[m] *est qui baptizat in Spiritu sancto;* quo, ut prediximus, et ille est natus, et secundum traditionem ipsius baptizati existunt renati. In quo solo baptismate, quod in catholica 1. Petr. 2, 22. tantum celebratur aecclesia, fit remissio peccatorum per eum, *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius.* Materiale[n] autem chrisma in[o] vase materiali per columbam delato, quoniam signa infidelibus aliquotiens dantur, carnalium oculis gratiam spiritalem demonstrare voluit Dominus[p], qui, cum mundi[q] crimina cf. Gen. 8, 11. diluvio quondam expiarentur[r] effuso, spetiem futuri in baptismate muneris, olivae cf. Ps. 103, 15. ramum columba deferente[s], monstravit et per David vultus nostros oleo exhilarandos, — id[t] est mentes nostras gratia Spiritus[u] sancti, quam designat materialis olei unctio, qua corporaliter unguntur[v] fideles[w], illustrandas, — precinuit, ut certius crederent, corporaliter viso miraculo, quod auribus perceperant de fide[x] spiritali sermone: maxime autem in illa hora, quando rex cum maxima exercitus sui parte, trium videlicet, ut prediximus, milium virorum, exceptis mulieribus[y] et parvulis, baptizandus erat ad instar gratiae apostolico culmini datae; quando beatus Petrus cf. Act. 2, 41. tria milia virorum credentium baptizari fecit. De[z] consecratione autem caelitus dati chrismatis nemo fidelium dubitare potest, qui apostolum intellegenter audit[a] 1. Cor. 10, 2. loquentem, quoniam patres nostri[b] *baptizati sunt nube* sancti Spiritus *et mari* Rubro, signante futurum baptisma, quod nunc in sancta aecclesia celebratur, purpureo ib. 10, 3. 4. Christi sanguine consecratum, *et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt*[c], *et omnes*[d] *eundem potum spiritalem*[c] *biberunt: bibebant*[e] *de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus.* Qui nos consequitur per heremum huius seculi in his sacrosanctis suis mysteriis, dum perhenni sanguinis sui rivo, qui una cum aqua cf. Ioh. 19, 34. de latere eius in cruce manavit, cotidie nos a peccatis redimit et emundat et spi-

Cap. 15. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* (*l.* 22—27). *b* (*l.* 22—33).

Cap. 15. a) coiunxit 2*a*. b) ostenta 2*b*. c) sua 1. d) quendam 1, *corr.* e) *om.* 2*a*. f) dominus Chr. 1. g) ipse faciet *pr. m.* 1. h) hora 2*b*. i) et *add.* 1. k) n. s. 1. l) *om.* 2*b*. m) hic 1 *cum Vulg.* n) *redeunt* 4*a*. *b*. o) p. c. d. in v. m. 4*a*. p) quoniam *add.* 2*a*. q) cr. m. 1. r) exp(iarentur *in litura*) 1; expiaretur *pr. m. et add.* offitio 2*b*. s) deferentem *pr. m.* 2*b*. t) id — *p.* 300, 23. Remigium *des.* 4*a*, *foliis excisis.* u) s. Sp. 1. 4*b*. v) unguuntur 4*b*; *om.* 1. 2*b*. w) fideliter *pr. m.* 2*b*. x) fide:, *ras.* a 2*b*. y) p. et m. 1. z) De — *p.* 300, 18. sumit *om.* 4*b*. a) audi 2*b*. b) *m. al. superscr.* 2*b*. c) mand. — spiritalem *m. al. in marg. suppl.* 2*b*. d) e. o. 1. e) autem *add.* 3*b*.

ritalia nobis dona infundit, quibusque tota[a] sancta aecclesia lavacro rigatur et poculo. Quae sacrosancta mysteria, sed et sacrum chrisma, sicut Dominus sacerdotum suorum ministerio ad invocationem sui nominis in aecclesia consecrat, ita et illud ad sanctificandos in baptismate credentes et aeternae vitae participes efficiendos virtutis suae gratia consecratum largiri dignatus[b] est eodem Spiritu[c] sancto suo, quem isdem[d] chrisma signabat. Quia vero non tunc primum vel solum super hos[e] neophitos credentes corporalis speties columbe apparuit, legimus in vita beati Basilii, a sancto Amphilochio Iconii episcopo inter viros precipuos et scriptores catholicos nominatissimo dictata, quia, baptizato eo in Iordane flumine, venit speties columbe cum fulgore ignis super eum[1]. Sed et in historia aecclesiastica in electione[f] beati Fabiani papae Romani[2], verum et in electione[f] sancti Evurtii[g. 3] Aurelianensis episcopi in vera historia invenimus spetiem columbe propter quorundam dubitationem apparuisse, et in consecratione panis[h] caelestis, cum de more sacerdotali[i], elevatis manibus, tertio sanctum panem offerret prefatus antistes[k], candidam velut[l] nubem apparuisse manum, quae, digitis porrectis, oblata sacrificia tertio cum sacerdote benedixit. In prefata etiam vita beati Basilii legimus[4], columbe figuram auro factam cum Christi corpore ab eo super altare pensam, et in exaltatione sancti panis ternum eius motum aspiciendo prestolari solitum[m] fore, quo sancti Spiritus adventum in sacramenta cognosceret; sed et inter celebranda divina mysteria sanctum Spiritum in spetie ignis descendisse super altare et supra Anastasium presbiterum, qui, eo iubente, coram ipso sacra mysteria celebrabat[5]. Et dum sacramenta offerret[n] beatus Martinus, globus igneus apparuisse[o] legitur[6] super capud eius. Ↄ

Certum itaque habet fides credentium, quia quod visibiliter in quorundam X[p]
servorum suorum ministrationibus Dominus certis pro causis ad fidei nostrae confirmationem est dignatus ostendere, hoc invisibiliter effusione sancti sui Spiritus in sacramenta corporis et sanguinis sui sine cunctatione aliqua exibet, quotienscumque iuxta illius traditionem sacerdotes eius panem et calicem[q] aque mixtum, quia sanguis et aqua de latere illius in cruce manarunt, quibus sancta aecclesia cf. Ioh. 19, 34.
lavacro rigatur et poculo, Patri per eum offerunt, verbis eius et cruce ipsius in carnem eius et sanguinem consecrantes immolant. Quis enim fidelium dubium[r] habere possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos[s] aperiri, in illo Iesu Christi misterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena caelestibus iungi, unum quoddam ex visibilibus atque invisibilibus fieri? Haec namque singulariter victima ab aeterno interitu animam salvat, que illam nobis

Cap. 15. 1. 2*a*. 3*b*.

Cap. 15. a) tota — *p.* 300, 17. cum lacrimis *om.* 2*b*, *folio exciso*. b) est d. 1. c) suo s. Sp. 1. d) idem 2*a*. 3*b*. e) superbos (1). f) lectione 2*a*. g) Evurcii 1. h) c. p. 1. i) *om.* 2*a*. k) pontifex 1. l) ut 1. m) f. s. 1. n) b. M. o. 2*a*. o) apparuit super 1. p) *eras.* 1. q) a. m. c. 1. r) h. d. 1. s) a. c. 1.

1) *Cf. V. Basilii Amphilochio attributam* § 29 *(AA. SS. Iun. II, p.* 943*)*: Et ecce! fulgur ignis praefulsit eis, egressaque ex eo columba in Iordanem descendit. 2) *Cf. Rufin., Hist. eccl. VI,* 21: tradunt — — subito per Dei providentiam columbam caelitus lapsam, figuram ferentem illius, quae in sancti Spiritus imagine super Iesum descenderat apud Iordanem, supra caput adstitisse Fabiani. 3) *Cf. V. Evurtii* § 4 *(AA. SS. Sept. III, p.* 53*)*: Ecce! columba instinctu Dei transmissa per insertam fenestram quasi lux immensa fulgebat, quae ingressa est ecclesiam. 4) *Cf. V. Basilii* § 32, *l. l. p.* 943. 5) *Cf. ib.* § 50, *l. l. p.* 951. 6) *Cf. Sulp. Sev., Dial.* 2, 2, *p.* 181. *ed. Halm.*

mortem Unigeniti per mysterium reparat; qui licet surgens a mortuis, iam non moritur, mors[a] ei ultra non dominabitur, tamen in se ipso inmortaliter atque incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius[b] quippe ibi[c] corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis non in manus infidelium, sed[d] in ora fidelium funditur[e]. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti Filii[f] semper imitatur. Nam quotiens ei hostiam suae passionis offerimus, totiens nobis ad[f] absolutionem nostram passionem illius reparamus. Sed inter haec sciendum est, quia munus non accipitur, nisi ante discordia ab animo Matth. 5, 23. 24. pellatur, dicente veritate: *Si offeres[g] munus tuum ad altare et recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliare fratri tuo, et tunc veniens, offeres munus tuum.* Qua in re pensandum est, cum omnis culpa munere solvatur, quam gravis est culpa discordiae, pro qua nec munus accipitur. Debemus itaque ad proximum, quamvis longe positum longeque[h] disiunctum, mente ire eique animum subdere, humilitate illum ac benivolentia placare: et, scilicet Conditor noster, dum tale placitum nostre mentis aspexerit, a peccato nos solvit, quia munus cum lacrimis et[i] benignitate mentis oblatum pro culpa sumit[k].

Γ[l] L. h. Fr. c. 18. Multi denique de[m] Francorum exercitu, necdum ad fidem conversi, cum regis parente Raganario ultra Sumnam[n] fluvium[1] aliquandiu deguerunt[o], donec, Christi gratia[p] cooperante, gloriosis potitus victoriis, eundem Raganarium, flagitiis turpitudinum inservientem, vinctum a Francis sibi traditum, rex Hludowicus occidit et omnem Francorum populum per beatum Remigium ad[q] ib. c. 15. fidem converti et baptizari obtinuit. ⅁[r]

X[a] 16. Baptizatus autem rex cum gente integra, plurimas possessiones per diversas provincias sancto Remigio tam ipse quam Franci potentes dederunt, quas ipse per diversas aecclesias[b] tradidit, ne Franci eum[c] rerum temporalium cupidum esse et ob id ad christianitatem eos vocasse putarent et fidem Christi ac sanctum sacerdotium vilipenderent. De quibus rebus in orientalibus Franciae partibus[2], petentibus[d] traditoribus, portionem quandam episcopio Remensi adiunxit et de his que in Remensi provincia illi fuerant traditae non modicam partem aecclesie sancte Mariae in castro Lauduni Clavati Remensis parrochiae[3], ubi nutritus fuerat, tradidit; ibique Genebaudum[4] virum[e] carne nobilem et tam in scripturis sanctis

Cap. 15. 1. 2*a*. *b* (*a l.* 17). 3*b*. 4*a* (*a l.* 23). *b* (*a l.* 19). *Cap.* 16. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 15. a) *ita* 2*a*; morsque 1; et mors 3*b*. b) Cuius 1. c) c. i. 1. d) sed in o. f. *om.* 2*a*. e) sumitur 1. f) *om.* 2*a*. g) offers (*ita Vulg.*) t. m. 1. h) ac longe 1. i) *in* et *redit* 2*b*; ob benignitatem 1. k) *antisigma add.* 2*b*. l) *ita* 3*b*; *paragraphus eras.* 1; *asteriscus in marg.* 2*b*; *in* Multi *redit* 4*b*. m) *om.* 1. 2*b*. n) Sumam 2*b*, *corr.* o) degerunt 2*a*. *b*. 3*b*. 4*b*. p) gratiam *pr. m.* 2*b*. q) *in* ad *redit* 4*a*. r) *eras.* 2*b*.

Cap. 16. a) *eras.* 2*b*; *redit* 5*a*. b) tr. ęccl. 1. c) eum Fr. 1; Francorum *corr.* Franci 4*a*. d) t. pet. 1. e) c. n. v. 1.

1) *L. h. Fr. c.* 18: apud Camaracum civitatem. 2) *Cf. infra c.* 17: vicina episcopii villa que Berna dicitur a Francis sibi data. *Bernam villam esse Bischmischheim prope Saarbrücken, antea Bischoffsheim vocatam, coniecit Thilloy, 'Sur un passage du testament de Saint-Remy' in 'Mémoires de la société d'archéologie et d'histoire de la Moselle', Mettis* 1864, *p.* 65 *sqq.: in ampliore autem testamento utraque distinguitur villa.* 3) *Cf. Opusc.* 55 *capit. adversus Hincmarum Laudun. (Opp. II,* 432*)*: Remigius eandem sedem Laudunensem — — a sua parochia, non autem a dioecesis provincia scidit. 4) *Gennobaudis*

quam et in secularibus litteris eruditum, qui, relicta uxore, nepte scilicet ipsius[a] beati Remigii, vitam religiosam expetierat, episcopum ordinavit et parrochiam ipsius comitatus Laudunensis prefato castro[b] subiecit. Qui Genebaudus plus quam necesse fuerat de anteacta vita et gradus sublimitate confidens, cum debuerit cogitare, quia nec David sanctior nec Salomone sapientior esset, qui mulierum[c] delinimentis periclitati[d] sunt, incaute suam uxorem, quam relinquens mutaverat in[e] sororem, quasi pro instructione salutari frequentius se visitare[f] permisit, oblitus scripturae dicentis: *Lapides excavant aquae, et alluvione terra consumitur*[g]. *Rupis*[h] [Iob 14, 19. ib. v. 18.] *transfertur de loco suo*. Unde contigit, ut crebre visitationes et blanda ac frequentia mulieris colloquia durum contra luxuriae mollitiem cor episcopi emollirent[i] et quasi rupem saxeam de loco sanctitatis ad luxuriae inquinamenta transtulerint[k]. Et item contra scripturam[l] dicentem: *Quis alligabit ignem in sinu suo, et vestimenta eius non comburentur*[m]*?* [Prov. 6, 27.] admota igni palea, id est carnis muliebris materia, libidinis ignem[n] suasione diabolica, quasi vento vehementi, exagitante, ardor luxuriae in flammas erupit[o], et concumbens cum[p] eadem quondam uxore sua, mulier concepit et post partum mandavit episcopo, filium se peperisse.

Genebaudus vero confusus et dolens nuntio dixit: 'Quia latrocinio, ut lateret **X**[q] homines, quod Deum[r] latere non potuit, in cubiculi[s] absconso[t] generatus[u] est, recte vocabitur Latro. Sic ei nomen imponat'. Et quia culpa hominibus non innotuit, ne suspitio inde procederet, si se a solita visitatione femina illa subtraheret, cepit, ut antea, domum frequentare episcopi. Sicque factum est, ut tecta hominibus culpa, et in cordibus tam episcopi quam feminae tectus luxuriae ardor, — quoniam[v], ut notum est,

Quoque[w] *magis tegitur, tectus magis aestuat ignis,* [Ov. Met. 4, 64.]

— contra culpam compunctus episcopus, post fletum ad culpam rediit et oblitus est quod planxerat[x], cum extinguere noluit quod per desiderium ardebat[y]. Iteravit[z] peccatum quod egerat[a], concepitque iterum[b] mulier, et misso nuntio, mandavit episcopo, se[c] feminam peperisse, quam iussit nominari[d] Vulpeculam. Quod cur ita eam nominari voluerit, qui fraudes et significationes in scripturis ipsius animalis cognoscit, quas ad dolos ac versutias deceptoris diaboli et ad carnis petulantis inlecebras et amfractus retulit, facile satis advertit. Tandem Domino, qui beatum Petrum respexit, et negationem amarissime flevit[1], illum respiciente[e], [cf. Matth. 26, 75.] Genebaudus in se reversus, ad sanctum Remigium misit, petens, ut Laudunum veniret[f], quia tales causae[g] ibi emerserant, quas per se diffinire non posset[h], [2].

Cap. 16. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 16. a) *om.* 1. b) s. c. 1. c) d. m. 1. d) s. p. 1. e) m. uxorem 4*a* (*postea delet.*). f) p. visitari 1; visitari p. 2*a*. 4*a*. 5*a*. g) et *add.* 1. h) *m. al. corr.* rupes 3*b*. 4*a*. i) inclinarent 1. k) transtulerunt 2*b*, *corr.* l) scriptura 2*b*. m) comburetur 2*b*, *corr.* n) *corr.* igne 4*a*. o) erumpit 5*a*, *corr.* p) in 1. q) *om.* 2*b*. 3*b*. r) l. D. 4*a*. s) cubili 1. t) abscondito 2*a*. u) est g. 1. v) quia 1. w) *ita* 2*a*. *b*; quoquo 1; quo 3*b*. 4*a* (*m. al. add.* quoque). *b*. 5*a*. x) planxit 1. y) arsit 1. z) que *add.* 1. a) gessit 1. b) m. i. 1. c) f. se 4*a*. d) nominare 4*a*. e) respitientem *pr. m.* 2*b*. f) peteret 4*a*. g) res 1. h) possit 3*b*.

episcopi Lugdunensis-Clavati nomine Medulfus archidiaconus a. 549. *concilio Aurelianensi subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 112. *Fabulas spurcas quo consilio Hincmarus de eo finxerit, exposui 'N. Arch.' XX, p.* 520 *sqq.* 1) *Scil. Petrus.* 2) *Igitur Genebaudus mandatum Hincmari archiepiscopi in opusculo* 55 *capitulorum ad Hincmarum Laudunensem sollicite secutus est hoc:* Ego de dubiis et obscuris rebus, de quibus certam diffinitionem non habemus, si forte emerserint, et de his, quae sine plurimorum iudicio episcoporum finiri

Beatus autem Remigius, sicut Genebaudus petiit, Laudunum pervenit[a]. Et susceptus cum debita reverentia ac secreta cubiculi[b] petens, Genebaudum interrogavit, pro qua causa illum[c] vocaverit. Genebaudus vero cum maximo[d] fletu et eiulatu volens tollere stolam de collo suo et procidere ad pedes[e] sancti Remigii, cum magna virtute a beato[f] Remigio est detentus, ne stolam de[g] collo suo tolleret. Et postquam diutius ambo fleverunt, — intellexerat enim beatus Remigius, Genebaudum admisisse crimen, pro quo stolam vellet deponere, — vix cum singultibus et lacrimis Genebaudus per ordinem omnia retulit que commiserat. Quem sanctus Remigius videns contritum et pene desperatum, blande consolatus est, dicens, quod non tantum doleret de admisso[h] ab eo crimine, quantum quod sic[i] male sentiret de Domini bonitate; cui secundum euvangelicam veritatem non est impossibile omne verbum, et qui de nichilo cuncta fecit primumque parentem, in quo omnes peccaverunt, gratia salvum fecit, ullum peccantem ad se reversum non despicit, qui peccatores sanguine[k] suo redimere[l] venit.

cf. Luc. 1, 37.

Γ[m] cf. Ioh. 11.

Et[n] qui quatriduanum et iam fetentem Lazarum lacrimis sororum, que signarunt sollicitas[o] ac flebiles penitentium cogitationes, compatiens flevit et a mortuis suscitavit et suscitatum convivio suo admisit, mulieris etiam illius, quae fuerat in civitate peccatrix, manibus iniquitate pollutis sanctissimos pedes suos, qui super angelorum omnium verticem ad Patris dexteram considet, attrectari[p] non rennuit; quique nullum[q] quantiscumque vel[r] qualibuscumque peccatis mortuum, vel mole ac scelerum enormitate sepultum, gratiam[s] resuscitationis[t] a peccatis denegat et digne penitentem atque peccata[u] sua deflentem[v] per ianuam reconciliationis communioni altaris sacrosancti restituit: remissionem totius peccati postulanti denegari non[w] deberet diffidere. Nam[x], cum Stephanus pro fide moriretur[y], Saulus[z] lapidantium vestimenta servabat: omnium ergo manibus ipse lapidavit, qui ad lapidandum omnes exertos reddidit, et tamen eundem ipsum in sanctae aecclesiae laboribus antecessit, quem persequendo[a] martirem fecit. Sed et multi episcopi negaverunt. Iesum Christum esse[b] verum filium Dei vivi, et blasphemiam dixerunt[c] in Spiritum sanctum, et resipiscentes, catholicae fidei confessione et dignis penitentiae fructibus atque profusis lacrimis non solum indulgentiam meruerunt, sed et in ordine aecclesiastico permanserunt et ad sanctorum sacerdotum[d] consortium pervenerunt. Et quia duobus modis apostatatur a Deo, fide scilicet et[e] operatione, sicut illi fide apostatantes misericordiam consecuti[f] sunt, ita et is[g] qui criminaliter[h] peccando, sicut dicit apostolus, factis Deum negavit, tamen a credulitate et confessione vere fidei non declinavit, facile huius peccati veniam apud Domini misericordiam obtinere valeret, si fructus[i] penitentiae dignos ageret. Ͻ[k]

cf. Luc. 7, 38. cf. Act. 7, 57. cf. Tit. 1, 16.

X Nullus enim suorum magnitudine facinorum perterritus de impetranda venia,

Cap. 16. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* *(ad l.* 24*)*. *b*. 5*a* *(ad l.* 14*)*.

Cap. 16. a) petiit 4*a*. b) p. cubili 1. c) *m. al. superscr.* 2*b*. d) fl. m. 1. e) s. R. p. 1. f) sancto est retentus R. 1. g) t. de collo. Et p. 1. h) commisso 4*a*. i) si 5*a*. k) suo sang. 1. l) v. r. 1. m) *ita* 3*b*; *notam om.* 1. 2*b*. n) Et — *p.* 303, 8. sanguine suo *om.* 5*a*. o) sollitas 2*b*, *corr.* p) attractari 2*a*. q) nulli — mortuo — sepulto 4*b* *et m. al.* 3*b*. r) v. q. *om.* 2*a*. s) r. gr. 1. t) resurrectionis 4*a*, *corr.* u) s. p. 1. v) defletem 2*b*. w) diff. non deberet 1; n. d. diffideret 2*b*. x) Nam — *p.* 303, 8. suo *om.* 4*a*. y) *ita* 2*a*. *b*; moreretur *rell.* z) l. v. s. S. 1. a) *bis scr., sed corr.* 2*b*. b) vere f. esse 1. c) in S. s. d. 1. d) sanctorum confessorum p. consortium 1. e) ac 1. f) s. c. 1. g) his 2*b*. h) criminalia ter 2*b*. i) p. d. fr. 1. k) *eras.* 2*b*.

non possunt, cum coepiscopis provinciae — — debeo consilium quaerere. — — Si in causis dubiis vel obscuris aliquid dubitas, me debes interrogare.

si dignum penitentiae fructum fecerit, debet ullo modo dubitare, quando etiam Hierosolimitis, qui filium Dei blasphemaverunt et crucifixerunt, indultum esse constat, sicut sacra scriptura demonstrat. (cf. Luc. 23, 34.) Fidelis est enim in verbis suis, qui prophetica nobis voce promisit: *In die illa erit fons patens domus David in ablutionem peccatoris et menstruatae.* (Zach. 13, 1.) Domus namque David nobis peccatoribus fons patens in ablutionem est, quia iniquitatum nostrarum sordibus per David filium, salvatorem nostrum, aperta[a] iam misericordia, penitentes et confitentes lavamur in sanguine suo[b]. Et[c] ut erat doctissimus ac orator eloquentissimus, testimonia de latitudine sanctae[d] scripturae et exempla penitentium in unum colligens, ad animandum eum illi proposuit et exortato paenitentiam indixit. Factaque mansiuncula[e] cum lecto in modum sepulchri et parvissimis fenestrellulis[f] ac oratorio, quae hodieque manent secus aecclesiam sancti Iuliani, Genebaudum in ea reclusit et clerum ac parrochiae ipsius populum per septem annos, ut et[g] propriam parrochiam[d], gubernavit et unam dominicam[h] diem Remi, alteram apud Laudunum celebravit. In qua reclusione penitentiae quantae contritionis ac continentiae isdem[i] Genebaudus fuerit, divina misericordia demonstravit. Septimo siquidem anno in vigilia cene Domini, cum idem[k] Genebaudus in oratione pernoctaret et se ipsum defleret, quoniam is qui ad hoc ordinatus fuerat, ut in illa die penitentes[l] Domino reconciliaret, ipse, suis criminibus exigentibus, nec inter penitentes in aecclesia merebatur[m] consistere, circa[n] mediam noctem venit angelus Domini magna cum luce ad eum in oratorium, ubi pronus iacebat, et ait ad eum: 'Genebaude, exaudite sunt pro te orationes patris tui Remigii, suscepit quoque[o] Dominus penitentiam tuam, et dimissum est peccatum tuum. Surge et hinc egredere, facque ministerii episcopalis[p] officium et reconcilia Domino penitentes de criminibus suis'. Genebaudus autem[q] nimio terrore perculsus, respondere nil[r] potuit. Tunc angelus Domini confortans eum, et ne timeret, hortatus[s] est, sed gauderet in misericordia Domini sibi collata. Qui animatus dixit ad angelum: 'Non possum hinc egredi, quia domnus et pater meus Remigius clavem huius ostii secum habet, quod et sigillo suo signavit'. Et angelus ad eum: 'Ut non dubites', inquit, 'me a Domino missum[t], sicut patet tibi caelum, sic et ostium[u] istud patebit'. Et statim, salvo sigillo ac[v] sera, ostium illud apertum est. Tunc Genebaudus in modum crucis se iactans in limine, dixit: 'Etiamsi ipse dominus Iesus Christus dignatus fuerit ad me peccatorem[w] venire, hinc non egrediar, nisi ille venerit, qui me in eius nomine in ista[x] reclusione constituit'. Et statim angelus Domini discessit[y] ab eo.

X.[z] Beatus quoque Remigius in cripta, que retro sedem erat aecclesiae sanctae Mariae Remi[a], pernoctabat in oratione et quasi dormiens in excessum est raptus et vidit angelum assistentem sibi, qui haec omnia, sicut dicta et gesta fuerant, narravit et[b] iussit, ut quantotius Laudunum peteret et Genebaudum episcopali sedi[c] restitueret et coram se ministerium episcopale agere[d] persuaderet. Mox sanctus Remigius nichil dubitans cum summa celeritate Laudunum petiit et in limine ostii, salvo sigillo et sera reserati, Genebaudum iacentem repperit, quem,

Cap. 16. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* (*a l.* 8). *b*. 5*a* (*a l.* 8).

Cap. 16. a) apertam misericordiam *pr. m.* 2*b*. b) sui 1. c) *in* Et *redeunt* 4*a*. 5*a*. d) *om.* 4*a*. e) mansiunculam 5*a*, *corr.* f) *ita* 1. 4*b*; fenestellulis (ellu *m. al. in litura* 3*b*) *rell.* g) *om.* 4*a*. *b*. h) diem dom. 5*a*. i) *ita codd.* k) isdem *h. l. solus* 4*b*. l) D. p. 1. m) c. m. 1. n) circam 5*a*, *corr.* o) suscepitque Deus 1. p) episcopapalis 5*a*, *corr.* q) vero 4*a*. r) ni(c)hil 4*a*. *b*. s) est h. 1. t) ::missum 3*b*. u) patet i. o. 1; o. tibi i. p. 4*b*; ostium — sera *pr. m. om.* 2*b*. v) et 4*a*. w) poenitentem indignum *pr. m. in marg. corr.* peccatorem 4*a*. x) hac c. r. 1. y) ab eo d. 1. z) *om.* 2*b*; XVIII. *eras.* 4*a*. a) Remis 2*b*. b) iussitque 1. c) sed:: *pr. m.* 2*b*. d) p. a. 1.

tensis brachiis, cum gaudio et lacrimis, laudans Domini misericordiam, elevavit, eumque sedi et offitio episcopali, veluti[a] angelus Domini preceperat, restituere maturavit et Remi cum gaudio repedavit[b]. Genebaudus itaque in sanctitate et iustitia postea omnes dies vitae suae gratia[c] Dei peregit, predicans cunctis[d], quanta illi fecerit[e] Dominus.

Γ[f] Quapropter[g] nemo de sua[h] iustitia confideret[i], nemo de misericordia[k] Dei diffideret[l], quae tunc[m] evidentius preminet, quando peccator sanctificatur, et abiectus erigitur. Neque enim de qualitate nostrorum operum pendet caelestium mensura donorum, aut in isto seculo, in quo tota vita hominis temptatio est, hoc unicuique retribuitur, quod meretur, ubi[n], si iniquitates Dominus observaret, nullus iuditium ipsius[o] sustineret: dicens sibi, magnam in gloria[p] Dei esse causam letandi, qui ei, ut multum ab illo diligeretur, multa dimisit, et ut mirabilem faceret gratiam suam, in eo munera[q] sua contulit, in quo meritorum suffragia[r] non invenit, et post collata munera graviter peccantem cum peccatis suis[s] non perdidit, sed misericorditer ad veniam revocavit. In qua predicatione misericordiae
1. Tim. 1, 15. 16. Dei secutus est apostolum dicentem: *Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus*[t] *sum, ut in me primo ostenderet omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam aeternam.* Legimus in historia
Matth. 16, 19. sacra, beatum Petrum apostolum, cui Dominus dixerat: *Quecumque solveris super*
cf. Act. 12. *terram, erunt soluta et in caelo,* ab Herode catenis religatum in carcere; pro quo sine intermissione ab aecclesia ad Deum fiebat oratio, quique ab eisdem vinculis est absolutus[u] per angelum. Habemus Genebaudum episcopum, cui fuerat ligandi et solvendi in caelo et in terra collata[v] potestas, ab Herodis capite diabolo peccati vinculis alligatum et ob id decreto beati Remigii proprio iuditio, ne iudicaretur[w] a Domino, custodiae mancipatum; ubi quoniam ei penitentia fuit digna, extitit etiam fructuosa. Audivimus, eum angelica voce precibus beati Remigii peccatorum vinculis absolutum, illique post penitentiam, quod per peccatum sibi clausum fuerat, caelum apertum, et quod invisibiliter de eo spiritali gratia actum erat, visibili ac corporali miraculo[x] demonstratum. Et quidem omnipotens Deus peccatum[y] eius potuit tacendo laxare et consolatione sui spiritus de peccati perpetratione merenti[z] certam veniae spem reparando ab afflictione tristitiae illius mentem relevare, sed loquendo per angelum, salvo sigillo et sera reserando ostium exemplo suae misericordiae nostra ad paenitentiam voluit corda concutere. Habeamus[a] ergo, fratres karissimi, per intercessionem huius intercessoris nostri beati Remigii fiduciam de misericordia Conditoris nostri. Cogitemus quae facimus, recogitemus quae fecimus, largitatem supernae pietatis aspiciamus et ad misericordem[b] iudicem, dum adhuc expectat, cum lacrimis veniamus. Considerantes namque[c], quod iustus[d] sit, peccata nostra non neglegamus; considerantes vero[e], quod pius sit, non desperemus. Prebet apud Deum nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus[f] homo; est nobis spes magna penitentibus, quia advocatus noster factus

Cap. 16. 1. 2*a. b.* 3*b.* 4*a. b (ad l.* 5*).* 5*a (ad l.* 5*).*

Cap. 16. a) sicuti 1. b) reparavit 4*a*, *corr.* c) p. gr. D. 1. d) cunctitis 5*a*, *corr.* e) D. f. 1; fecerat D. 3*b*. f) *om.* 3*b*. g) Quapropter — *p.* 305, s. fecit *om.* 4*b*; *finem cap. om.* 5*a*. h) sua ut confideret i. 1. i) confidere 4*a*. k) D. m. 1; Dei *m. al. superscr.* 2*b*. l) Dei debet diffidere 4*a*. m) cum 1, *corr.* n) ut (2*a. b*). o) eius 1. p) gloriam 4*a*. q) c. m. s. 1. r) non i. s. 1. s) non perd. s. 1. t) s. c. 1. u) ab angelo abs. 1. v) p. c. 1. w) dicaretur *pr. m.* 2*b*. x) misterio 1. y) *bis scr. erat* 2*b*. z) macerenti 2*a*. a) Habemus 2*a*. b) misericordiam 2*b*. c) vero 4*a*. d) pius 4*a*. e) *om.* 4*a*. f) h. D. 1.

est iudex noster, qui beatum Genebaudum et provexit et stravit et misericordissima gratia relevavit atque relevatum[a] in fide recta et bonis operibus perseverare fecit. Ɔ[b]

Obiit itaque Genebaudus in pace, sanctis Dei connumeratus[c], tandiu in episcopatu vivens, ut ei successerit Latro[1], filius eius, episcopus et ipse sanctus. X[b]

Hoc siquidem[d] cotidie[e] in electis occulte fieri non ignoramus, quod in Genebaudo manifeste[g] factum Dei gratia legimus, quod et apostolus attestatur, dicens: *Omnes peccaverunt et egent gloria*[h] *Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius.* Qui iterum inestimabilem eiusdem gratiae magnitudinem commendans, ait: *Ubi autem habundavit peccatum, superhabundavit gratia,* quia nimirum quanto graviorem Dominus in electis suis peccatorum languorem curat[i], tanto ampliorem cunctis gratiae medentis[k] potentiam monstrat, ut nullum enormitas peccatorum, nullum numerositas scelerum a speranda venia revocet[l]. Et quia ex desperatis sepe convalescere et a mortuis gratia Dei resuscitatos videmus, et miracula non sunt in exemplum trahenda, sed veneranda ac reverenda[m] et aut ad donum divinae gratiae vel ad retributionem[n] iustitiae referenda; ne[o] quis de hoc misericordiae Dei exemplo securius, quasi acturus penitentiam, peccet, attendat, quoniam ad hoc in scriptura sacra magnorum virorum, sicut David et Petri, peccata sunt indita, ut cautela minorum sit ruina maiorum. Ad hoc vero talium illic et penitentia insinuatur et venia, ut spes pereuntium sit recuperatio perditorum. De statu ergo suo, talibus[p] cadentibus, nemo superbiat, de lapsu etiam suo, talibus surgentibus, nemo desperet, sed sic de spe fidutiam habeat, ne tamen incauta securitate torpescat: quia cum mens a culpa resipiscit, addicitur adque admissum flere conatur; corruptor autem spes ac[q] securitates vacuas ante oculos vocat, quatinus utilitatem tristitiae subtrahat. Modo enim aliorum facta graviora, modo nichil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad penitentiam pollicetur, ut, dum per hec mens decepta ducitur, ab intentione penitentiae suspendatur; quatinus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant, et tunc[r] plenius obruatur[s] suppliciis, quae nunc etiam gaudet in delictis. Stans ergo summopere videat, ne cadat, quia nescit, si tempus penitendi[t] accipiat[u] aut digne peniteat; lapsus vero de misericordia Dei presumat, apud quem nullas patitur veniae moras vera confessio, dicente Dei[v] spiritu per prophetam[2]: *Mox ut ingemueris*[w], *salvus eris*, et: *Dic*[2], *tu, prior iniquitates tuas, ut iustificeris, quia apud Dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio.* Cuius misericordiae nec modum possumus ponere nec tempora diffinire. Stans ergo audiat, quod per prophetam Dominus dicit: *In quacumque die iustus peccaverit, omnes iustitiae eius in oblivione erunt coram me;* lapsus vero attendat, quod idem in euangelio ait: *Gaudium erit in caelo super uno peccatore penitentiam agente.* Stantibus, si ceciderint, minatur penam; lapsis vero, ut surgere[x] appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne presumant in bonis; istos refovet, ne desperent in malis. Iustus es, iram per-

Γ[f] — Rom. 3, 23. 24. — Ib. 5, 20. — Ps. 129, 7. — Ezech. 33, 12. 13. — Luc. 15, 10.

Cap. 16. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* (*cf. n.* o). *b* (*a l.* 4).

Cap. 16. a) *om.* 4*a*. b) *ita* 2*b*; *notam om.* 1. 3*b*. c) connumeratis 2*b et fortasse pr. m.* 3*b*. d) quidem 4*a*. e) in el. c. f. o. 1. f) *ita* 2*b*; *om.* 1. 3*b*. g) factum manifestissimę 1. h) gratia 2*b*. i) curavit (?) *pr. m.* 2*b*. k) medendis 1. l) revocaret 3*b*. m) verenda 2*a*, *corr.* n) divinae *add.* 1. o) ne — *p.* 306, 4. quaerit *om.* 4*a*. p) *bis scr. erat* 2*b*. q) et 1; ad 3*b*. r) nuc *corr.* nunc 1; (t *in litura*)unc 3*b*. s) obrua:tur, *ras.* n 1. t) penitentiae 1. u) accipiet 2*b*. 3*b*. 4*b*. v) sp. D. 1. w) gemueris *pr. m.* 2*b*. x) resurgere 2*b*.

1) *Latronem, Genebaudi filium, episcopum Laudunensem Hincmarus finxit.* 2) *Locum non repperi.*

timesce, ne corruas; peccator es, presume de misericordia, ut surgas. Ecce autem! iam lapsi sumus, stare nequaquam valuimus, in pravis nostris desideriis iacemus; sed qui nos rectos condidit adhuc expectat et provocat, ut surgamus: sinum suae pietatis aperit nosque a se recipi per penitentiam quaerit. Ↄ[a]

Γ[a] cf. 1. Tim. 6, 20. Et ne quis etiam contra apostolum delectans vocum novitates dicere presumat, aut[b] sacras regulas contra hoc[c] misericordiae Domini exemplum constituisse, aut beatum Remigium divina preceptione in hoc opere contra sacras regulas de Genebaudo egisse, aut ipsum Genebaudum contra regularem constitutionem post lapsum in gradu mansisse, satisfaciat illi consona catholicorum patrum sententia[1]: *Ut*, inquiens, *constitueretur in aecclesia, ne quisquam post alicuius criminis penitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplinae. Alioquin contra claves datas aecclesiae* Matth. 18, 18. *disputabitur, de quibus dictum est: 'Quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo'.* In eo enim, quod dicitur: *Quaecumque*[d] *solveritis, erunt soluta,* nihil excipitur, nihil non comprehensum relinquitur. Igitur omni electorum[e] aecclesiae iuxta modum culparum vel penitentiae ligandi ac solvendi quantorumcumque vel[f] qualiumcumque peccatorum datur auctoritas, ut videlicet, agnitis peccantium causis, quos in peccatis quae egerint[g] persistere cognoverit, illos perhennibus suppliciis obligandos[h] insinuet; quoscumque vero humiles ac vere paenitentes aspexerit, hos iam a timore perpetuae mortis miserans absolvat et purgatos altari sacrosancto Ep. Aug. restituat. Sed[2] ne forsitan etiam, detectis criminibus, spe honoris aecclesiastici animus cuiusque[i] peccantis intumescens superbe ageret paenitentiam, severissime placuit, ut post actam de crimine dampnabili paenitentiam nemo sit clericus, ut desperatione temporalis[k] altitudinis medicina[l] maior et verior esset humilitatis[m]. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis egit penitentiam, et tamen in honore suo perstitit, et beatum Petrum, quando amarissime lacrimas fudit, utique Dominum eum negasse penituit, et tamen apostolus mansit. Sed non ideo supervacua[n] putanda est posteriorum diligentia, qui[o], ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti aliquorum fictas paenitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Ↄ

X 17.[a] Hludowicus rex sedem suam in Suessionis civitate, unde Siagrium expulerat, constituens, delectabatur presentia et colloquio beati Remigii. Sed quia villas, quas sibi rex et Franci in pagis[b] Suessonico[c] videlicet ac Laudunense[d] dederunt, ut supra dictum est[3], episcopio Laudunensi et aliis casis Dei donaverat, non habebat in vicinitate[e] ipsius[f] civitatis Suessorum[g] nisi unam villulam, quae sancto Nicasio data fuerat. Unde, suadente religiosissima regina et petentibus locorum incolis, qui multiplicibus exeniis[4] erant[h] gravati, ut quod regi debebant aecclesiae Remensi persolverent, rex sancto Remigio concessit, ut, quantum circuiret, dum ipse meridie quiesceret, totum illi donaret. Sanctus autem Remigius[i]

Cap. 16. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a* (*a l.* 5). *b*. *Cap.* 17. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 16. a) *nota eras.* 2*b*. b) ut 3*b*, *corr.* c) haec 1. d) quodcumque 1. e) ęccl. ęl. 1. f) v. q. *om.* 1. g) egerunt 2*a*. h) alligandos 1. i) cuiuscumque 4*a*. k) a. t. 1. l) me | medicina *pr. m.* 2*b*. m) humilitas 1. 2*b* (*pr. m.*). 3*b*. 4*b*. n) p. est s. 4*a*. o) quia 4*a*.

Cap. 17. a) Lect. VIII. *add.* 3*b*; *redit* 5*a*. b) papagis 5*a*, *corr.* c) Suessionico 3*b*. 5*a*. d) Laudunensi 4*a*. *b*. e) civitate *pr. m.* 4*a*. f) c. i. 1. g) Suessonum 1. h) gr. fuerant 1. i) Regius 2*b*.

1) *Augustini ep.* 185, *c.* 45, *ad Bonifacium (Opp. ed. Bened. II, p.* 660*).* 2) *Eandem Augustini epistulam Hincmarus expilavit.* 3) *Supra c.* 16, *p.* 300. 4) *Germ. 'Unpflicht'.*

per fines, quae[a] manifestissime parent, pergens, signa sui itineris misit. In quo fine quidam homo habens[b] molendinum reppulit sanctum[c] Remigium, ne intra illos fines ipsum molendinum concluderet. Quem beatus Remigius blande alloquens, dixit[d]: 'Amice, non sit tibi durum, ut simul habeamus hunc molendinum'. Ille[e] autem reiecit eum, et statim rota molendini verti in[f] inversum cepit. Isdem autem[g] homo clamavit post beatum[h] Remigium, dicens: 'Serve Dei, veni[i], et habeamus insimul[k] hunc molendinum'; cui sanctus[l] Remigius: 'Nec mihi nec tibi[m]'. Et sic talis fossa in eodem loco devenit, ut ex tunc et nunc et usque in perpetuum molendinus ibi[n] esse non possit. Et quia repulsus est a quibusdam hominibus, ne[o] silvulam quandam intra terminos[p] suos concluderet, dixit, ut nec folia umquam[q] de ipsa silva intra[r] terminos suos, cum[s] esset contigua, evolarent, nec fustis inde versus illos terminos caderet; quod et observatum est, quandiu illa silva[t] mansit.

Abinde quoque procedens, venit ad villam nomine Caviniacum[1]; quam concludere intra[v] illos fines volens, ab hominibus eiusdem villae reiectus[w] fuit. Tunc ille vultu[x] hilari, modo reiectus, modo repropinquans, signa per suum iter misit, sicut loca demonstrant, per que reiectus et per quae reappropinquans[y] perrexit. Tandem repulsus, dixit illis: 'Semper laborate et egestatem sustinete'; sicut hodieque manentis[z] sententiae verborum illius virtus[a] ostendit. Surgente interea rege a somno meridiano, reversus est ad eum sanctus Remigius, et omnia que ambitus circuitionis illius[b] continuit ei precepto suae auctoritatis rex donavit. Que usque hodie Remensis aecclesia, — quarum[c] rerum capita sunt Luliacus[d.2] et Codiciacus, — iure quieto possidet. X[u]

Legimus in sacra et[e] antiqua historia, sanctum David montes Gelboe maledixisse, ut nec ros nec pluvia veniret[g] super eos, neque essent agri primiciarum. Habemus sanctum Remigium ore prophetico maledixisse insensibilibus creaturis, ut possessores earum[h] sterilitatis dampno in vindicta retributionis[i] ferirentur*. Γ[f] 2. Reg. 1, 21.

*) *Codicibus 3b. c miraculum insertum est hoc:*

Ad destruendam multorum dubietatem, qui non credunt, animas praeter corpora vivere posse neque cognitionem mutuam habere, unum insignius et incognitum et sanctae Dei ęcclesiae multum utile hoc est miraculum. Sanctus pater Remigius tempestae noctis silentio solus causa orationis praevenire clerum ad ęcclesiam solitus erat, ut, quantum ab hominibus remotior, tantum ad orandum fieret liberior, et dum vult esse solus, nunquam minus solus, quam cum solus. Elegit sibi tamen specialiter locum, in quo se ipsum mactaret hostiam vivam, Deo placentem, et furtivas orationes dirigeret ad Deum, ipso annuente X cf. Rom. 12, 1.

Cap. 17. 1. 2*a*. *b* (*ad l.* 7). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 17. a) qui 2*a*. b) m. h. 1. c) beatum 1. d) ait 1. e) Qui r. cum 1. f) *om.* 2*a*; c. in inv. 1. g) vero 1. h) sanctum 1. i) D. revertere et insimul h. 1. k) simul 4*b*. l) sanctus — *p.* 310, 31. ipsa terra *om.* 2*b*, *duobus foliis excisis.* m) tibi sit. Nam statim in loco illo t. f. dev. 1. n) *om.* 1. o) nec 5*a*, *corr.* p) s. t. 1. q) de i. s. u. 1. r) *bis scr.* 2*a*. s) ev. cum esset cont. 4*a*. t) m. s. 1. u) *om.* 3*b*. v) v. intra illos f. 1. w) est reiectus 1. x) h. v. 1. y) appropinquans 1; repropinquans 4*a*. z) manetis 2*a*. a) o. v. 1. b) cont. i. 1. c) quorum 1. d) Iuliacus 1. e) et a. *om.* 4*a*. f) *om.* 3*b*. g) s. eos v. 1. h) eorum 1; errum *corr.* earum 2*a*. i) f. r. 1.

1) *Chavigny (cant. Soissons); cf. Matton, 'Dict. topogr. du dép. de l'Aisne', Paris.* 1871, *p.* 64. 2) *Leuilly (cant. Coucy-le-Château) et Coucy-le-Château (arr. Laon, dép. Aisne); cf. Matton l. l. p.* 77. 154.

X Eulogius quidam vir prepotens convictus apud regem Hludowicum de crimine regiae[a] maiestatis, cum se[b] purgare non posset, ad aecclesiam sanctae Mariae et[c] ad intercessionem beati Remigii confugium[d] fecit. Cui sanctus Remigius et vitam et rerum suarum[e] possessionem apud[f] regem obtinuit. Isdem autem recompensationis gratia sancto Remigio Sparnacum[1] villam suam in proprietatem dare voluit; sanctus[g] autem Remigius retributionem temporalem pro intercessionis suae beneficio recipere noluit. Sed quoniam idem Eulogius verecundiae confusione addictus, quia contra natales suos vita donari per alterius indulgentiam meruit, in[h] saeculari
cf. Matth. 19, 21. habitu stare non voluit[i], sanctus[k] Remigius ei[l] dixit, ut, si perfectus esse vellet, venderet[m] omnia sua et daret pauperibus et sequeretur Christum. Et sic de the-

---

cf. Apoc. 8, 3. et sancto Michahele administrante, in turibulum aureum caritatis Dei imponendas et Spiritus sancti igne accendendas, ut fumus aromatizans ascenderet ad thronum gloriae et maiestatis divinae in odorem suavitatis. Dum haec frequenter ageret, causa experientiae subsequitur eum ignorantem quidam sibi familiaris, ut disceret, quid solus in ęcclesia ageret, aut qualiter se haberet. Invenit eum stantem et manus ad caelum tendentem et oculos illic elevantem. Orationem non audivit, sed mox per adiutores eius sibi de caelis missos recognovit, quia matutinas laudes celebravit. Ventum est ad lectionem legendam, et ecce! processit claviger aethereus sanctus Petrus, canicię capitis et barbae venerandus, capite coronato et barba tonsa, indutus veste alba, et caelestis ille primas et apostolici chori princeps, inclinato capite, petiit benedictionem ad legendam lectionem ab homine in terra degente, cuius tamen secundum apostolum assidua in caelis conversatio erat. Remigius benedicit, Petrus lectionem legit; post lectio-
Philipp. 3, 20. nem simul responsorium canunt. His finitis, Petrus, submisso capite, reverenter abscessit. Mox advenit dux verbi, vas electionis, magister gentium, capillo capitis nigro, barba prolixa, calvitie veneranda; benedictionem a Remigio petiit et accepit, lectionem legit, post lectionem simul[n] responsorium canunt. Et salutato Remigio, inclinato capite, Paulus devotus recessit. Tertiam lectionem ipsi reliquerunt legendam, ut veraciter sciret benedictionem a Deo dandam. Haec omnia subsecutor sancti patris vidit, sed et eum non latuit; et mane facto, interrogavit eum, ubi ad matutinas vigilias esset. Et ipse: 'Gravi', inquit, 'sompno pressus in stratu meo requievi'. Et pater sanctus: 'Non est', inquit[o], ita; sed dic, quid videris'. At ille tremefactus dixit: 'In ea forma qua in pictura demonstrantur Petrus et Paulus petierunt a te benedictionem separatim; dedisti; legerunt lectionem uterque; responsoria tecum cecinerunt, et inclinatis capitibus te salutantes humiliter, discesserunt'. Et pater sanctus dixit ei: 'Cave, ne alicui, me vivente, visionem dicas; sed post meum discessum dic ęcclesiae, ut cognoscat, quam propitius est Deus, et quam exaudibilis est omnibus invocantibus eum in veritate, et quam parati sunt caelestes cives ad succurrendum infirmioribus fratribus suis'.

Cap. 17. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 17. a) m. r. 1. b) p. se 1. c) *m. al. superscr.* 5*a*. d) cumgium *m. al. corr.* cumfugium 5*a*. e) *om.* 4*a*. *b*. 5*a* *et pr. m.* 3*b*. f) a. r. *om.* 1. g) Sed sanctus R. t. r. 1. h) *om.* 1. i) st. noluit 4*a*. k) autem *add.* 1. l) eum admonuit, ut 1. m) o. sua v. et p. d. et (sic *pr. m. add.*) Chr. sequer(et *eras.*). De th. ergo ęccl. 1. n) r. s. 3*b*. o) *om.* 3*b*.

1) *Épernay (dép. Marne).*

sauro aecclesiastico taxatum pretium, quinque scilicet[a] milia libras argenti, Eulogio dedit et eandem villam in possessionem aecclesiae comparavit[b]: bonum exemplum omnibus episcopis, tam suo tempore in carne viventibus, quam post eum in ordine succedentibus, derelinquens, ut pauperibus aut viduis vel pupillis vel pro his qui ad misericordiam aecclesiae confugiunt, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio vel in[c] insulis damnantur, aut certe quamcumque sententiam suscipiunt, iuxta sacros canones subvenientes, vel quaecumque agentes[d] bona pro temporali retributione non faciant[e]; sed iuxta vocem dominicam: *Gratis accepistis, gratis date,* quod Dei gratia, id est gratis data, acceperunt, gratis etiam, id est sine retributione temporali, proximis largiantur. Matth. 10, 8.

Unde[1] bene, cum virum iustum describeret propheta, ait: *Qui excutit manus suas ab*[g] *omni munere;* neque enim dicit: *Qui excutit manus suas a munere* tantum, sed adiunxit: *ab omni,* quia aliud est munus ab[h] obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite impensa, munus a manu pecunia, munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines tribuit vel quodcumque bonum, unde retributionem a Deo sibi in futuro seculo reddi cupit, tunc ab omni munere manus excutit, quando[i] in divinis rebus non solum ullam pecuniam, sed etiam gratiam non[k] requirit. Γ[f] Greg. Hom.

Partem etiam maximam silvae in Vosago pretio comparavit et mansioniles[l, 2] ibidem constituit, qui ab aquis super quibus constituti sunt Cosla[3] et Gleni vocantur; hominesque in eisdem mansionilibus de vicina episcopii villa que Berna[4] dicitur a Francis sibi data manere disposuit, ut picem annuatim religiosis locis[m] aecçlesiae Remensis administrarent, quibus et[n] pensam[5] dedit, quae usque hodie ab incolis ipsorum locorum habetur, cum qua debitum suum exolvunt. Ipsiusque comparationis suae[o] fines per girum adeo exterminavit[6], ut et omnibus videntibus pateat ipsa exterminatio, et a progenie in progenies actenus ipsae exterminationes ab eo factae nominetenus vocitentur[p] ac designentur. In quibus exterminationibus quodam loco in fuste cavo manu sua petram misit, quam omnes qui volunt manum in caverna in qua petra posita est ponere possunt et ipsam petram volvere et eam a caverna nullo ingenio valent extrahere. Post quedam vero tempora quidam invidens, quod multi ad laudem[q] sancti Remigii hoc pro religione tenebant, manu ipsam petram de caverna extrahere voluit. Quod non valens, securi ipsum pertusum ampliare[r] temptavit, et elevans securim, ut fustem percuteret, dextera[s] manus illius exaruit, et oculorum lumen amisit; et qui famam[t] sancti Remigii extinguere voluit, laudis venerationem adauxit. X[f]

In hac sollicitudine, quam sanctus Remigius de pice locis religiosis Remensis[u] aecclesiae suo vel successorum suorum tempore consulendis sategit, rectoribus aecclesiae patenter ostendit, quia internorum sollicitudinem non relinquentes, exteriorum[7] providentiam non debent minuere, ne aut exterioribus dediti, ab intimis Γ[f]

Cap. 17. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 17. a) m. sc. a. l. 1. b) computavit 4*a*, *corr*. c) *om*. 4*a*. d) b. a. 1. e) agant 1. f) *om*. 3*b*. g) ab — suas *om*. 5*a*. h) *pr. m. superscr*. 5*a*. i) cum 4*a*. k) n̄r̄ę quirit 5*a*, *corr*. l) mansionile 2*a*. m) ęccl. l. 1. n) ut 2*a*. o) s. ad f. ita ext. 1. p) d. ac v. 4*a*. q) Dei ac *add*. 4*a*. r) ampliari 1. s) i. d. m. 1; d. i. m. 2*a*. t) s. R. f. 1. u) ęccl. R. 1.

1) Unde bene — requirit *ex Gregorii Hom. in euang. I, 4, c. 4 (Opp. ed. Bened. I, col.* 1449 *D).* 2) *Germ. 'Weiler'.* 3) *Cusel ad Cusel rivum, Glan rivum influentem, et Alten-Glan ad Glan rivum, affluentem Nahe fl.; cf. Thilloy l. l. p.* 72. 4) *V. supra p.* 300, *n.* 2. 5) *I. e. libra; cf. Ducange h. v.* 6) *I. e. fines lapidibus munire, Germ. 'versteinen'.* 7) *Similia Hincmarus supra c.* 7. *et in epistula ad clerum et plebem Bellovacensem (Migne* 126, *p.* 260*) scripsit.*

corruant, aut solis interioribus occupati, quae foris debent, proximis non impendant; sed sic sibimet ad spiritalia vacent, ut exteriorum administrationem non relinquant, ne cum curare corporalia[a] funditus neglegunt, subditorum necessitatibus minime concurrant, et si eis necessaria praesentis[b] vitae non tribuunt, neque libenter audiuntur. Egentis[c] etenim mentem doctrinae sermo non penetrat, si hunc apud eius animam manus misericordiae non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando in audientis pectore pietas predicantis rigat. Unde rectorem necesse est, ut interiora possit infundere, cogitatione innoxia etiam exteriora providere. (1. Tim. 5, 8.) Hanc pastorum[d] sollicitudinem Paulus excitat, dicens: *Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.* Quae beati Remigii sollicitudo quantum Domino placuerit, miraculo ostenso[e] in eum qui eius[f] bonis operibus invidebat, evidenter ostendit.

X (L. h. Fr. c. 16.) 18.[a] Hludowicus rex cum Dei benedictione per sanctum Remigium accepta, de victoria sibi ab eo predicta securus[b] et in mandatis accipiens, ut tandiu ad dimicandum pergeret, quandiu illi benedictum vinum, sibi ab eo datum, in cotidiano usu potatum sufficeret, iter arripuit contra Gundebaudum et Godegislum, fratrem eius, commoto exercitu maximo[c]. Et Burgundiones cum ingenti[d] multitudine venerunt contra eum[e] super Oscharam[f] fluvium, secus castrum quod[g] Divion dicitur, ibique inter se atrociter confligentes, Gundebaudus et[h] Godegislus cum Burgundionibus terga verterunt et vix fuga lapsi evaserunt. Hludowico, ut solebat, existente victore, Gundebaudus se[i] in Avione reclusit et per Aredium consiliarium suum pacem a Hludowico expetiit. Hludowicus vero, ablatis thesauris, (Fred. II, 58.) cum preda maxima et Francorum exercitu ad propria est reversus. Et mittens legatum nomine Paternum virum industrium ad Alaricum regem Gothorum, de amicitiae inter eos conditione mandavit. Alaricus vero cum per Paternum vellet Hludowicum decipere, a Paterno, exploratis quae circa eum erant et thesauris eius ingenio subarratis, illusus est.

X[a] (L. h. Fr. c. 17.) 19. In diebus illis rex Hludowicus cum venisset Parisius[b] civitatem, ubi sedem suam constituit[c], ait ad reginam et ad populum suum[d]: 'Satis mihi molestum est, quod Gothi Arriani partem obtimam Galliarum tenent. Eamus cum Dei auxilio et eiciamus eos de ipsa terra nostrisque[e] ditionibus, quia valde bona est, eam subiciamus, habentes iustitiam adversus Alaricum, ad quem pro amicitiae conditione legatum direximus, per quem nos decipere voluit'. Placuit hoc consilium proceribus Francorum. Tunc[f] per consilium reginae suae fecit[g] aecclesiam in honore apostolorum[h] Petri et Pauli[1] (511.) in Parisius civitate[i] et per consilium[2] beati Remigii in Aurelianis civitate episco-

Cap. 17. 18. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 19. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* e). 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 17. a) temporalia 4*a*. b) v. pr. 1. c) Egentes 2*a*. d) pastorem 5*a*, *corr*. e) in eo *add*. 1. f) h. eius 4*a*.

Cap. 18. a) XX:: *corr.* XVIII. 4*a*, *et sic deinceps*. b) prophetiam *add*. 1. c) magno 3*b*. d) ingenti::, *ras.* in (?) 5*a*. e) eos 2*a*. f) Oscaram 4*a*; Oscharum 4*b*. g) qui 4*a*. 5*a*, *fortasse recte*. h) ac 1. 3*b*. 5*a* *(bis scr. erat)*. i) in Avione se 1; se in Avinione 3*b*: Avione *cod. B* 2*b*[1] *L. h. Fr.*

Cap. 19. a) *om.* 3*b*. b) c. P. 1. c) constituerat 1. d) p. sibi adstantem: Molestum mihi est satis, q. p. Galliarum o. Gothi t. A. E. ergo cum 1. e) *in* nostris(que *m. al. add.*) *redit* 2*b*. f) atque per admonitionem r. (*om.* suae) 1. g) tunc *add*. 1. h) P. et P. a. 4*a*. i) civitatem *pr. m.* 2*b*.

1) *Postea S. Genovefae; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 30. 2) *Id Hincmarus satis inepte mentitus est, cum concilium Aurelianense quadriennio post bellum Gothicum habitum sit, eique Remigius minime interfuerit.*

porum synodum convocavit, in quo conventu multa utilia constituta[a] fuere. Rex quoque devotissimus pergens contra Alaricum Arrianum benedictionem[b] petiit a sancto Remigio, cui et benedictionem dedit et victoriam in verbo Christi spopondit. Deditque illi[c] plenum vas, quod vulgaris consuetudo flasconem[d. 1] appellat, de vino quod benedixit, — sicut etiam fecerat, quando[e] post baptismum contra Gundebaudum perrexerat[2], — precipiens illi, ut tam longe[f] ad bellum procederet, quandiu illi et suis, quibus inde[g] dare[h] vellet, illud vinum de predicto flascone non deficeret. Bibit ergo inde rex ac regalis familia et numerosa turba populi, et exinde uberrime satiantur; et vas vini detrimentum non patitur, sed benedictione Dei per sanctum Remigium indita more fontis inundatione[i] repletur. Movit autem rex cunctum exercitum suum[k] de populo Francorum versus Pictavis civitatem, — ibi enim tunc Alaricus rex Gothorum commorabatur, — et sic per pagum Turonicum pergens et reverentiam beato Martino atque sancto[k] Hilario[l] exibens, sicut locis suis lector inveniet, cum Alarico rege[m] Gothorum in campo Moglotinse[n] super fluvium Glinno miliario decimo ab urbe Pictavis bellum conseruit. Illisque inter se compugnantibus[o], Gothi cum rege suo nimis collisi, terga[p] verterunt. Hludowicus, sicut[q] solebat, victor extitit. Cumque Alaricum interficeret, duo Gothi cum contis eum ex[r] adverso in latera[s] feriunt, sed propter loricam qua indutus[t] erat ledere[3] nequiverunt; magis autem Dominus lorica fidei indutum[u] per orationem sancti Remigii patris et patronis[v] sui adiuvit[w] eum. Patrata siquidem victoria et multis[x] civitatibus suae ditioni subiugatis[y], usque Tolosam perrexit, et thesauros Alarici[z] accipiens, per Equolisinam[a] civitatem, cuius muri ante conspectum eius corruerunt, interfectis Gothis Arrianis, qui ibi erant, cum gloriosa victoria de multis civitatibus ad propria rediit[b].

L. h. Fr. c. 17.

Conferamus, fratres, his quae in[c] historia veteri legimus ea quae in historia huius patroni nostri revolvimus. Illic namque scriptum est: *Idria farine non defecit, et lechitus olei non est imminutus,* donec dedit Dominus pluviam[e] super terram, *iuxta verbum Domini, quod locutus est in manu Heliae*[f]*;* et flascones vini non defecerunt, usque quo, Deo cooperante, patratis victoriis, rex reversus fuit[g] ad propria, iuxta verbum Domini quod locutus[h] est in manu Remigii[i]. Γ[d]

3. Reg. 17, 16.

20. Per idem tempus ab Anastasio imperatore codicellos Hludowicus rex pro consulatu accepit; cum quibus codicellis etiam illi Anastasius coronam auream cum[4] gemmis et tunicam blatteam misit, et ab ea die consul et augustus est appellatus. Sed et Ormisda[5] Romanae sedis pontifex sancto Remigio antique metropolis episcopo, quae tunc temporis habebat sub se duodecim civitates[6] et X[a]

L. h. Fr. c. 17.

Cap. 19. 20. 1. *2a. b. 3b. 4a. b. 5a.*

Cap. 19. a) f. c. 1; inventa fuere *4a.* b) a s. R. b. p. 1. c) ei 1. d) flaschonem 1. e) cum 1; quando — perrexerat *om. 4a.* f) diu *4a.* g) *om. 3b.* h) daret, illud 1. i) indatione *3b. 4a. b. 5a.* k) *om.* 1. l) Hyl. *2a. 4b.* m) G. r. 1. n) Moglotim se *2b*; Mogotense *2a*; Modotinse *4b*: Vogladinse *recte L. h. Fr.* o) pugnantibus 1. p) c. in fugam sunt versi 1. q) ut 1. r) in l. f. ex a. *2a.* s) latere 1. *5a.* t) erat i. 1. u) indutu:, *ras.* s *5b.* v) *ita pr. m. 3b*; patroni *rell.* w) eum a. 1. x) c. m. 1. y) subactis 1. z) a. A. 1. a) Elquolisinam *2a, corr.* b) remeavit 1. c) *m. al. superscr. 2b.* d) *om. 3b.* e) *corr.* pluvias *4a.* f) Helyae *2a.* g) est 1. h) est l. 1. i) Remigio *pr. m. 2b.*

Cap. 20. a) *paragraphi nota 3b.*

1) *I. q. lagoena, nobis 'flasche'; v. Ducange h. v.* 2) *V. supra c.* 18. 3) *L. h. Fr.* c. 17: eum non livoraverunt. 4) *Verba* c. g. *ex Libro pont. deprompta sunt; v. infra.* 5) *Hormisda a.* 514. *papa creatus est, i. e. triennio post Chlodovechum mortuum.* 6) *Eas Hincmarus in epistula de iure metropolitanorum, c.* 19 *(Opp. ed. Sirmondus II, p.* 731*) enumeravit:* Suessionum, Catalaunorum, Veromandorum, Atrebatum, Camaracensium, Torna-

totidem episcopos eisdem presidentes, vices suas in regno Hludowici, nuper cum integra gente ad fidem conversi per sanctam eius predicationem, Domino cooperante et sermonem[a] confirmante, sequentibus signis, commisit hoc modo[1].

Ep. Horm. ad Sall. *Dilectissimo fratri Remigio Ormisda. Suscipientes plena fraternitatis tuae congratulatione colloquia, quibus nos*[b] *germanae*[c] *salutis tuae letificavit indicio*[d], *corporali cum spiritalibus officiis incolomitate subnixa, congruum esse*[e] *perspeximus, hanc ipsam quam mente*[f] *gerimus verbis aperire laetitiam. Agis enim summi*[g] *documenta pontificis, dum et predicanda facis et ea insinuare non differs. Praerogativam*[h] *igitur de nostri sumpsimus electione iudicii, quando id operatum te esse didicimus, quod ceteris agendum obnixius imperamus, ut in provinciis tanta longinquitate disiunctis et apostolicae*[2] *sedis vigorem et patrum regulis*[i] *studeas adhibere custodiam*[k]. *Vices itaque nostras per omne*[l] *regnum dilecti et spiritalis filii nostri Hludowici, quem nuper, adminiculante*[m] *superna gratia, plurimis et apostolorum temporibus aequiperandis signorum miraculis predicationem salutiferam comitantibus, ad fidem*[n] *cum gente integra convertisti et sacri dono baptismatis consecrasti, salvis privilegiis, quae*[o] *metropolitanis decrevit antiquitas, presenti auctoritate committimus, augentes*[p] *studii*[q] *huius participatione*[r] *ministerii dignitatem, relevantes nostras eiusdem remedio dispensationis excubias*[s]. *Et licet de singulis non indigeas edoceri, a quo iam probavimus acutius*[t] *universa servari, gratius tamen esse solet, si ituris trames ostenditur et*[u] *laboraturis iniuncti operis forma monstratur. Paternas igitur regulas et*[v] *decreta sanctissimis diffinita conciliis ab omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam, fraternae monita*[w] *exortationis ostendimus. His ea quanta dignum est reverentia custoditis, nullum relinquit culpae locum sanctae observationis obstaculum. Ibi fas nefasque prescriptum est, ibi prohibitum, ad*[x] *quod nullus audeat adspirare, ibi concessum, quid*[y] *debeat mens Deo placitura presumere. Quotiens universale*[z] *poscit religionis causa concilium, te cuncti fratres evocante conveniant; et si quos eorum spetialis negocii pulsat intentio, iurgia inter eos oborta compesce discussa sacra lege determinando certamina. Quicquid autem illic pro fide et veritate*[a] *constitutum, vel provida dispensatione preceptum*[b], *vel personae nostrae auctoritate fuerit confirmatum*[c], *totum ad scientiam nostram instructa*[d] *relationis*[e] *attestatione*[f] *perveniat. Eo fit*[g], *ut et noster animus officii caritate dati et tuus*[h] *securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater karissime.*

Lib. pont. Huius sancti Ormisde pontificatus tempore sepe fatus[i] Hludowicus rex

Cap. 20. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 20. a) sermone 1. b) *om.* 5*a*. c) geminae *Horm.* d) indicium corporale 4*b*. e) p. e. 1; e. per|peximus 2*b*. f) mentem 2*b*. g) summo *pr. m.* 2*b*. h) *ita* 2*b cum A. B. et Horm.;* Pr(a)erogativa *rell.* i) st. r. 1. k) custodias 4*a et pr. m.* 4*b*. l) omnē *pr. m.* 5*a*. m) adminuculante 5*a*. n) f(idem *m. rec. in litura*) 3*b*. o) *ita* 1. 2*a*. *b cum Horm.*; et *add.* 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. p) agentes 1. q) tuam *recte Horm.* r) participationem misterii 2*b*. s) angustias 1. t) cautius *Horm.* u) et lab. *bis scr. erant (?)* 2*b*. v) *m. al. superscr.* 2*b*; ac 1. w) monitā *pr. m.* 1; monitu *Horm.* x) aliquid n. audead 1. y) *ita* 1. 2*b*. 4*a et e corr.* 3*b*; quod *rell.* z) *ita codd. rell. cum A*; universalis 1; universae *B*; universum *Horm.* a) veteribus constitutis *Horm.* b) praecipies *Horm.* c) firmabis *Horm.* d) instructae *Horm.* e) *ita* 1. 2*a*. *b cum Horm.*; legationis 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. f) auctoritate 4*a*. g) *ita codd. cum B*; fiet *A cum Horm.* h) tuis 2*b*. i) factus *pr. m.* 5*a*.

censium, Silvanectum, Belgivagorum, Ambianensium, Morinorum i. e. Ponticum, Bononiensium et Laudunum Clavatum. 1) *Epistulam Hormisdae ad Remigium, quae praeterea in opusculo* 55 *capitulorum adversus Hincmarum Laudunensem (= A) et in epistula ad episcopos de iure metropolitanorum (= B) legitur (Opp. ed. Sirmondus II,* 435. 726*), Hincmarus ipse ad exemplum eius finxit, quam ad Sallustium Hispalensem Hormisda papa dederat (Decretales Pseudo-Isidorianae ed. Hinschius, Lipsiae* 1863*, p.* 693*; Thiel, Ep. Rom. pontif. I, p.* 979*).* 2) *Ep. Horm.:* et nostram possis exhibere personam.

gloriosus coronam[1] auream cum gemmis, que Regnum[2] appellari solet, beato Petro, sancto Remigio[a] suggerente, direxit. Hic beatus papa[b] Ormisda misit Constantinopolim ad Iustinum imperatorem in legatione Germanum Capuanum episcopum, Lib. pont. cuius animam[3] vidit ab angelis in caelum deferri[c] sanctus Benedictus, qui[d] Greg. M. pro curatione puellae demoniacae ad beatum Remigium litteras[e.4] suas direxit.

Post haec omnia mortuus[f] est Hludowicus rex in pace et sepultus est in basilica X[g] sancti Petri[h] apostoli, quam ipse ac regina sua aedificaverunt[i]. L. h. Fr. c. 19. Mortuus[k] est autem anno quinto, postquam cum Alarico[l] rege Gothorum pugnavit. Regnavit quoque simul[m] annis triginta. Et[n] eodem momento, quo mortuus[o] est Hludowicus Parisius, revelante spiritu, sanctus[p] Remigius, cum esset Remi, defunctum fuisse cognovit et sibi assistentibus indicavit. His ita gestis, filius Chlodomiri[q], filii Hludowici regis, ib. c. 21. nomine Chlodoaldus[r], interfectis fratribus suis, quos una cum eo post patris ib. c. 24. obitum Hrothildis regina nutriebat, in clericum se totondit et processu[s] temporis vitae ac religionis suae merito partem hereditatis a patruis regibus obtinuit, de qua Duziacum[5] villam in pago Mosomagensi[6] cum appendiciis suis[t] sancto Remigio ac Remensi[u] aecclesiae tradidit et villam Riviliacum[v.7] in pago Biturico sancto Dionisio[w] delegavit; villam vero Novientum in pago Parisiaco cum omnibus ib. ad se pertinentibus matri aecclesiae Parisius civitatis, ubi presbiter extitit ordinatus, donavit. In qua villa plenus virtutibus migrans ad Dominum, in aecclesia quam ipse aedificaverat[x] corpore fuit[y] in pace sepultus.

21. Cum episcopi demum Galliae ac Belgicae provinciarum causa fidei ad X[a] synodum convenerunt[b], beatum Remigium undecumque doctissimum et in scripturis[c] sanctis eruditissimum ac in aecclesiasticis dogmatibus exercitatum ad idem concilium venire petierunt. Cui[d] synodo[e] Arrianus quidam hereticus, acerrimus[f] disputator et dialecticis propositionibus ac conclusionibus confisus[g] et inde nimis elatus, intererat. Ingrediente autem sancto[h] Remigio episcoporum concilium, a multitudine fratrum exspectantium, assurgentibus omnibus, reverenter, sicut[i] angelus Dei, suscipitur[k]; superbus autem[l] hereticus et male de vero Dei filio sentiens

Cap. 20. 21. 1. *2a. b. 3b. 4a. b. 5a.*

Cap. 20. a) sugg. R. 1. b) O. p. 1. c) desferri 2a, *corr.* d) qui — direxit *om. 4a, duobus fere versibus erasis.* e) s. l. 1. f) rex Hl. obiit in p. 1. g) *nota eras. 2b; paragraphi nota 3b.* h) *m. al. suppl. 3b.* i) aedificaverat 2a. k) Obiit autem 1. l) Alaricum *pr. m. 2b.* m) a. s. 4a. n) Ipso vero m. 1. o) quo spiritum reddidit Parisius, sicut diximus, sanctus R., revelante sp., cum 1. p) sancto 2a; sco *pr. m. corr.* scs 4a. q) Chlodomini 1. r) Chlodobaldus 2b. 3b. 5a; Dionysio 4a. s) processum 5a. t) *om.* 1. u) Remensis 3b *(pr. m.).* 5a. v) Rivilliacum 2a. w) Dyonisio x) aedificavit 1. y) est 1.

Cap. 21. a) *nota eras. 2b.* b) conveneirent 2a; convenissent 1. c) s. scr. 1. d) Cum (?) *pr. m. 2b.* e) synodus 4a, *corr.* f) d. a. 1. g) fisus (et i. *om.*) intererat n. e. Sancto a. R. intrante (ep. *om.*) concilium 1. h) scto 4a. i) acsi 1. k) excipitur 1. l) ille *add.* 1.

1) *Verba c. a. e L. h. Fr. c. 17. deprompta ad donum Anastasii imperatoris spectant, de quo initio capitis relatum est.* 2) *Cf. V. Hormisdae, Lib. pontif. ed. Duchesne I, p.* 271: Eodem tempore venit Regnus cum gemmis praetiosis a rege Francorum Cloduveum christianum donum beato Petro apostolo. *Cum donum Chlodovechi triennio post eius mortem Romam transmissum esse vix probabile sit, regis nomen interpolatum est, idque in catalogo Feliciano re vera desideratur; v. ed. Duchesne p.* 102: Eodem tempore venit corona aurea cum gemmis preciosissimis donum a rege Francorum. 3) *Locus e Greg. M., Dial. III,* 35, *depromptus est.* 4) *V. supra p.* 285. 5) *Douzy (dép. Ardennes, arr. Sedan).* 6) *Mouzon (dép. Ardennes).* 7) *Fortasse Reuilly (dép. Indre, arr. Issoudun).*

dedignatus[a] est ei assurgere. Qui protinus, cum[b] sanctus Remigius ante eum transiit, ita obmutuit, ut nec[c] verbum quidem[d] ullum effari potuerit. Exspectantibus autem omnibus, ut post allocutionem sancti Remigii hereticus[e] ille aliquid diceret, nihil[f] potuit[g] loqui, sed ad[h] vestigia sancti Remigii pronus cadens, nutibus veniam petiit. Cui sanctus Remigius dixit: 'In nomine domini nostri Iesu Christi, veri filii Dei vivi[i], si ita de eo recte sentis, loquere et de illo[k], sicut catholica credit aecclesia, crede[l] et confitere'. Ad cuius vocem[m] ante superbus hereticus, humilis iam et catholicus catholicam fidem de sancta et inseparabili Trinitate et de Christi incarnatione[n] catholice confessus est[o] et in eadem confessionis sue fide se[p] permansurum professus est. Sicque anima per infidelitatem perdito et corporali voce propter superbiam condempnato virtute divina sanctus Remigius et animae et corporis reddidit sanitatem, cunctis[q] qui aderant vel lecturi seu haec audituri erant sacerdotibus patenter ostendens de male sentiendo peccante in Christum, qui per humanitatem proximus et frater nobis fieri dignatus[r] est, quomodo erga peccantes in se[s] vel in aecclesiam atque rebelles et erga[t] post recognoscentes[u] et paenitentes debeant agere.

[v] 1. Tim. 5, 20. *Peccantes*, inquid apostolus, *coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant.* Et Prov. 28, 13. item scriptum est: *Qui confessus fuerit peccata sua et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Pastores igitur aecclesiae penam ei debent[w] amovere quam meruit, qui Luc. 17, 3. non erubuit confiteri quod fecit. Et[x] Christus omni christiano[y]: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum; si penitentiam egerit, dimitte illi.* Unde[z] in lege quo- Exod. 22, 26. que[a] scriptum est: *Cum debet tibi quippiam[b] frater tuus, et[c] abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue**. Peccata quippe debita[d] vocamus; proximus autem noster nobis debitor efficitur, cum in nos aliquid deliquisse monstratur: a quo pignus accipimus, quando ab eo, qui in nobis peccasse cognoscitur, peccati eius iam confessionem tenemus; per quam relaxare peccatum, quod in nobis perpetratum[e] est, postulamur. Qui enim peccatum quod commisit fatetur et veniam petit, iam quasi pro debito pignus dedit; quod nimirum pignus ante solis occasum reddere iubemur, quia, priusquam in nobis per dolorem cordis sol iustitiae occidat, debemus ei confessionem veniae reddere, a quo confessionem accipimus[f] culpae: ut, qui se deliquisse in nos meminit, a nobis mox relaxatum cf. Deut. 16, 20. sentiat quod commisit. Sic beatus Remigius iuxta preceptum legis iuste quod iustum fuerat est[g] executus, quia in assertione iustitiae vel in auctoritatis[h] executione non aliud quam eandem querens iustitiam, hereticum male sentientem obmutescere virtute Domini faciendo coram omnibus redarguit et nutibus postulando[i] veniam indulgendo absolvit. Quod item Dominus figurate in lege Deut. 24, 6. precipit[k]: *Ne accipias*, inquiens, *loco pigneris[l] superiorem vel inferiorem molam.* Pignus, ut premisimus[m], debitoris confessio est peccatoris. Superior et inferior mola est spes et timor; spes quippe ad alta sublevat, timor autem cor ad ima premit. Sed mola

Eph. 4, 25. *) 3*b* *add.*: Unde dicit apostolus: 'Sol non occidat super iracundiam vestram'.

Cap. 21. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b* (*ad l.* 20). 5*a* (*ad l.* 12).

Cap. 21. a) ei est d. 1. b) ut 1. c) *m. al. superscr.* 2*b*. d) u. q. 1. e) ille h. 1. f) nil 5*a*. g) l. p. 1. h) p. c. ad v. s. R. 1. i) *om.* 1. k) eo 1. l) crede:, *ras.* s(?) 3*b*. m) ille *add.* 1. n) incarnationem 2*a*. o) *post* est 13 *litt. ras.* 2*b*. p) p. se 1. q) *in marg.* l' 2*b*; cunctis — *p.* 315, 17. fecit *om.* 5*a*. r) est d. 1. s) se: 2*b*. t) circa 1. u) r. et *om.* 1. v) *ita* 1. 3*c*; *om.* 2*b*. 3*b*. w) debeant 2*a*, *corr.* x) Et — *p.* 315, 17. fecit *om.* 4*b*. y) dicit *add.* 1. z) et *add.* 1. a) *om.* 1. b) aliquid 1. c) si 1. d) v. d. 1. e) actum 1. f) accepimus 2*a*. g) *superscr.* 2*b*. h) auctoritate 2*b*. i) postulantem *e coni.* 3*c*; v. p. 1. k) precepit 2*a*. 3*b*. l) pignoris 4*a*, *corr.* m) prediximus 1.

superior et inferior ita sibi necessario iungitur, ut una sine altera inutiliter[a] habeatur; quia incassum misericordia speratur, si non etiam iustitia timeatur, incassum[b] iustitia metuitur, si non etiam de misericordia confidatur[b]. Mola ergo superior aut[c] inferior tollitur, si per predicantis linguam vel actionem in peccatoris pectore aut timor ab spe, aut spes a timore dividatur. Legimus in sacra historia, quia, trans- Act. 5, 15. eunte apostolo Petro, umbra eius sanabantur aegroti; quocontra superbus hereticus obmutuit, secus eum transeunte sancto Remigio. Illic meruerunt fides et humilitas sanitatem, hic infidelitas et superbia ultionem. Legimus in sancto euangelio, quia Gabrihel[d] archangelus, qui adstat ante Deum, euvangelizans Zachariae, Luc. 1, 13 sqq. quoniam habiturus esset filium in senectute sua de uxore, que processerat[e] iam in diebus suis; quoniam[f] non credidit eidem archangelo, permansit mutus, usquequo[g] ea que nuntiaverat archangelus completa sunt in tempore suo. Completis autem angeli promissionibus, apertum est os Zachariae, et prophetavit. Et teste Malachia propheta *sacerdos angelus Domini exercituum est*. Angelico igitur offi- Mal. 2, 7. cio male sentienti[h] ac per hoc incredulo beatus Remigius virtute divina vocem abstulit et[i] euvangelizando, quia Christus Iesus verus est filius Dei vivi, credenti vocem restituit et fidem catholicam confiteri fecit.

22.[a] Senescente autem sancto[b] Remigio et Dei spiritu sibi revelante, quo- X niam habundantiam ipsius anni secutura esset fames, secutus sancti Ioseph provi- Gen. 41. dentiam, de annona[c], quae in villis episcopii nata fuerat, vel quam[d] ab aliis comparaverat, acervos quos metas dicimus fecit, ut populo fame in postmodum laboraturo inde[e] subvenire valeret. Unde et in villa que Celtus dicitur plures metas fieri iussit. Ipsi autem homines Celtenses semper[f] rebelles et sediciosi[g] fuerunt. Qui[h] quadam die dominica inebriati ceperunt inter se dicere, quid ille iubeleus, — sic enim appellabatur[i, 1] propter aetatis prolixitatem sanctus Remigius, — facere vellet de illis metis quas congregaverat, an civitatem inde facere[k] vellet, quia, sicut turres per muros civitatis, ita per circuitum curtis mete habebantur; et[l], suadente diabolo, se mutuo adhortati sunt, ut focum in eas mitterent. Quod cum sancto Remigio in propinqua villa quae Basilicae-curtis[2] dicitur consistenti celeri nuntio est delatum, ascendit[m] equum, ut ad tantam presumptionem compescendam ad[n] Celtum veniret. Quo cum pervenit, iam[o] ipsae metae ardebant. Beatus autem Remigius et aetate et vespertino frigore, sicut in autumno fieri solet, frigidus de equo descendit et a longe se calefacere cepit, tranquillo corde et ore dicens: 'Semper est bonus focus, si non super potest[p]; veruntamen omnes qui hoc egerunt et qui de eorum germine nati fuerint, viri ponderosi[3] fiant et feminae gutturnosae[q] sient[r]'. Quod ita impletum est. Nam usque ad tempora[s] Karoli Magni imperatoris, qui eosdem homines de Celto, quoniam vicedomi-

Cap. 21. 1. 2*a*. *b* (*cf. n.* f). 3*b*. 4*a*. *Cap.* 22. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 21. a) utiliter 2*b*, *corr.* b) incassum — confidatur *postea suppl.* 2*b*. c) et 1. d) Gabriel (1). e) iam pr. 1. f) quoniam — *p.* 316, 21. peccaverit ipsa *om.* 2*b*, *folio exciso.* g) quousque que n. angelus complerentur in 1. h) sententia per 2*a*. i) se *add.* 3*b*.

Cap. 22. a) Lc VIIII[a] *add.* 3*b*; *redeunt* 4*b*. 5*a*. b) beato 1. c) anno namque in 2*a*. d) quae 1. e) *om.* 1. f) r. et sed. semper 1. g) seditioni 3*b*, *corr.* h) (qui *om.*) quadam vero d. 1. i) propter a. prol. app. 1. k) v. f. 1. l) (et *om.*) s. vero d. a. sunt se m. 1. m) que *add.* 1. n) c. ipse adesset. Quo 1. o) mete ille iam a. 1. p) *expectes* prodest. q) *scribas* gutturosae. r) sient *recte* 3*b* (*pr. m.*). 4*a*; sint 1. 3*b* (*e corr.*); fient *rell.* s) tempore *pr. m.* 5*a*.

1) *Ita Heraclius, Leo, Theodosius episcopi Remigium appellaverant in epistula ad eum data:* Annorum numerum me esse scribitis iubeleum *(MG. Epist. III, p.* 114*)*. 2) *Bazancourt (dép. Marne).* 3) *I. q. herniosus; cf. Ducange h. v.*

num[1] in eadem villa morte crudelissima occiderunt, exterminavit, auctoribus interfectis, et consentientes per diversas provincias dispergi atque perpetuo exilio condempnari fecit et de ceteris villis episcopii Remensis[2] eandem villam restaurari[a] precepit, ita viri et feminae multati permanserunt, sicut sancti viri sententia promulgavit. Quosdam etiam de eorum progenie, qui tunc fuga lapsi, cum alii[b] dispergebantur, remanserunt et ad eandem villam redierunt, nos hanc vindictae sustinentes sententiam vidimus, sicut et Giezi cum domo sua maledictione Helisei[c] lepra multatus est. (4. Reg. 5.) Apte[d] quidem[e] sententia viri Dei spiritu eius repleti, quo sicut presentes vidit, ita posteros eorum rebelles ac sediciosos previdit, vindictam huiusmodi presumptores non solum in se, verum et in genere contraxerunt, ut, sicut peccato primi parentis per traducem seminis cuncti ex eo geniti peccatum[f] eius et mortem corporis pro peccato illatam traxerunt, ita et genitalibus horum presumptorum generati vindictam illatam generantibus sustinerent, et quia in femineo sexu non erat, ubi vindicta[g] similis in membris similibus monstraretur, sicut per guttur prime matris gustus illicitus transiens, ad prevaricatricis sobolem dirivavit[h] in culpam, sic et ad genitas de hac stirpe propagaretur ignominiosa hereditas.

Γ Veluti[i] per Moysen Domino dicitur: *Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus.* (Exod. 34, 3. Ezech. 18, 2—4.) Quod[k] ne cuilibet contrarium videatur, quod alia scriptura dicit: *Quid[l] est quod in proverbium dicitis: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt[m]? Vivo ego, dicit Dominus, si erit vobis ultra parabola[n] hec in proverbium in Israhel[o]. Ut anima patris, ita et anima filii mea est: anima quae peccaverit, ipsa morietur[p]*, dum similis sensus invenitur, auditoris animus, ut discretionis viam subtiliter requirat, instruitur. Peccatum quippe originale a parentibus traximus[q], et nisi per gratiam baptismatis solvatur, etiam parentum peccata portamus, quia unum[r] adhuc videlicet cum illis sumus. Reddit ergo iniquitatem patrum in filios, dum pro culpa parentum ex originali peccato polluitur proles; et licet unda salutis a culpa primi parentis solvamur, tamen[s] reatum eiusdem culpae luentes, iuxta sententiam Domini iure depromptam[t] morte, videlicet corporis, que est pena peccati ex iustitiae retributione illata, adhuc carnaliter obimus. Et rursum non reddit parentum iniquitatem in filios, cum ab originali culpa per baptismum liberamur et non iam parentum culpas, sed[q] quas ipsi commisimus habemus, nisi eas per penitentiam diluamus. (2. Reg. 12, 13.) Sicut David, qui post confessionem audire meruit: *Dominus transtulit peccatum tuum,* tamen multis post crutiatibus afflictus ac fugiens, reatum culpe quam perpetravit exsolvit; quia[u] peccata sive parva sive magna impunita esse non possunt, quoniam, aut homine[v] penitente, aut Deo iudicante, plectuntur. Cessat autem vindicta divina, si conversio precurrat humana; amat enim Deus confitentibus parcere et eos qui semet ipsos iudicant[w] non iudicare. Sciendum quoque est de illata a beato Remigio in Celtenses vindictae[x] prolatae sententia, quia cum sancti viri maledictionis sententiam[y] proferunt[z], non ad hanc ex voto ultionis

Cap. 22. 1. 2*a. b* (*a l.* 22). 3*b*. 4*a. b* (*ad l.* 18). 5*a* (*ad l.* 16).

Cap. 22. a) pr. r. 1. b) aliis 1. c) Helysei 2*a*. d) p *m. al. in litura* 3*b*. e) siquidem 4*b*. f) e. p. 1. g) s. v. 1. h) *ita codd.* i) *finem capitis om.* 5*a*. k) *finem capitis om.* 4*b*. l) qui *pr. m.* 4*a*. m) obstip. 1. 4*a*. n) h. p. 1. o) Israel 1. p) *in* morietur *redit* 2*b*. q) *om.* 2*a*. r) scilicet u. a. c. 1. s) r. t. 1. t) promptam 1. u) Ergo 1. v) p. h. 1. w) iudicat 2*b*, *corr.* x) vindicta prolate 1; vindictae prolata *rell.* y) p. s. 1. z) profuerunt 4*a*.

1) *I. q. advocatus: cf. Waitz, 'VG.' IV²*, *p.* 466. 2) *Subaudias: hominibus arcessitis. Suysk.*

vel livore vindicte, sed ex iustitiae examine erumpunt. Intus enim subtile Dei iuditium aspitiunt et mala foris exurgentia, quia[a] maledicto debeant feriri, cognoscunt[b] et eo in[c] maledicto non peccant, quo ab interno iuditio non discordant. Hinc est, quod Petrus in offerentem sibi pecunias Symonem[d] sententiam maledictionis intorsit[e], dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditione.* Qui enim non ait [Act. 8, 20.] *est*, sed *sit*, non indicativo modo, sed obtativo modo se haec dixisse signavit. Hinc[f] Helias[g] duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit: *Si homo Dei sum, descendat* [4. Reg. 1, 10.] *ignis de caelo et consumat vos.* Quorum[h] utrorumque sententia quanta veritatis ratione convaluit, terminus cause monstravit, nam et Symon[d] aeterna perditione interiit, et duos quinquagenarios desuper[i] veniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequens testificatur, qua mente maledictionis sententia promitur; cum enim et maledicentis innocentia permanet, et tamen eum qui maledicitur usque ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis fine colligitur, quia a bono et intimo iudice in reum sententia sumpta iaculatur[k].

23.[a] Post premissas[b] autem et alias multas virtutes, quas Dominus per hunc[c] X sanctum suum operari dignatus[d] est, gemitus et suspiria illius exaudiens, quibus dicebat: 'Quando veniam et parebo[e] ante faciem Dei? *Satiabor, dum manifestabitur* [Ps. 16, 15.] *gloria eius'*, revelavit ei Dominus, consolans illum[f], imminere diem[g] obitus sui. Qua de re secundum sacros canones testamentum rerum[h] suarum condidit, ad hereditatem illam festinans, de qua propheta dicit: *Cum dederit dilectis suis somnum,* [ib. 126, 2.] *haec est hereditas Domini.*

Omnis qui dormit in morte perdit[i] hereditatem; sed *cum dederit dilectis suis* Γ[k] *somnum, haec est hereditas Domini,* quia electi Dei, postquam pervenerint ad mortem, tunc[l] inveniunt hereditatem. Sicut sanctus Remigius terrenam derelinquens hereditatem accepit aeternam, quia oliva fructifera per lucida misericordiae opera extitit in [cf. ib. 51, 10.] domo, videlicet[m] aecclesia Dei. Unde speravit iure in misericordia Dei sui, veraciter dicens: *Fuerunt mihi lacrimae meae panes die*[n] *ac nocte;* quia sicut corpus satiatur [ib. 41, 4.] de[o] pane, ita de lacrimis reficitur anima, quoniam exinde sperat[p] remissionem peccatorum habere. Dies vero et nox pro seculi diversitate ponuntur; quia sive[q] in prosperis[r] rebus sive in adversis desiderii sui lacrimas Deum desiderans anima fundit, sciens scriptum: *Vanum est vobis ante lucem surgere; surgite, postquam sede-* [ib. 126, 2.] *ritis, qui manducatis panem doloris.* Ante lucem quippe surgere est, priusquam claritas aeternae retributionis appareat, in praesentis vitae nocte gaudere. Sedendum ergo prius[s] est, ut post recte surgamus; quia[t], quisquis nunc[u] se sponte humiliat, hunc[v] sequens gloria exaltat. Manducat autem panem doloris, quia gemit in hac peregrinatione et caelesti desiderio ad aeternam anhelat patriam Ɔ[w].

Condito siquidem testamento, cuius textum ad exemplum episcoporum nostri X[x] vel futuri temporis, qui illud legere voluerint[y], huic opusculo subiungere[1] utile

Cap. 22. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *Cap.* 23. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 22. a) qui a 2*b*. b) agnoscunt 1. c) *m. al. superscr.* 2*b*. d) Sim. 2*b*. 3*b*. 4*a*. e) intersit 1. f) et *add.* 1. g) Helyas 2*a*. 3*b*. h) *post* Quorum 3 *litt. ras.* 2*b*. i) (d. v. *om.*) fl. caelestis cons. 1. k) laculatur 3*b*.

Cap. 23. a) *om.* 1; *redeunt* 4*b*. 5*a*. b) p::missas 1. c) sanctum suum h. 1. d) est d. 1. e) apparebo 1. f) eum 1. g) o. s. d. 1. h) s. r. 1. i) h. p. 1. k) *om.* 3*b*. l) tun 4*a*. m) scilicet 1. n) di *pr. m.* 5*a*. o) *om.* 1. p) r. p. sp. 1. q) si 3*b*. 4*a*. 5*a* *(non 4b)*. r) r. pr. 1. s) est pr. 1. t) *postea suppl.* 5*a*. u) se nunc 1. v) hun 4*a*. w) *ita* 2*b*; *om.* 1. 3*b*. x) *om.* 3*b*. y) voluerant *pr. m.* 2*b*.

1) *Infra* c. 32.

[Ioh. 15, 1. 2.] duximus[a], et dispositis omnibus suis —, quia, ut scriptum est, *verus agricola omnem vitis verae palmitem fructum ferentem purgat, ut fructum plus afferat*[b], — oculorum corporalium lumine[c] aliquandiu est privatus, quatinus mentis oculis intentius quae superna sunt, ad quae toto desiderio anhelabat[d], contemplari valeret. Is autem studebat in suae probationis temptatione semper gratias agere, ymnis Dei et laudibus diebus ac noctibus vacare, fideli mente intellegens, quoniam qui humiliter flagella suscipiunt, post flagella sublimiter ad requiem suscipiuntur. Quod et in eo Dominus in presenti[e] volens ostendere, quasi pignus aeternae[f] lucis, antequam decederet[g], visum ei restituit; unde, sicut et[h] de amissione luminis, nomen Domini benedixit. Et non post longum spatium, sciens adesse diem sui transitus, per[i] missarum celebrationem[k] ac sacre communionis largitionem valefaciens et dans pacem[1] filiis suis, postquam per viginti et duos annos in clericali ordine[2], in episcopatu vero septuaginta quattuor[3] continentissime ac religiosissime fidelis servus [13. Ian.] et prudens Domino ministravit, nonagesimo[l] sexto aetatis suae anno Idus Ianua- [cf. 2. Tim. 4, 7.] rias, sancti certaminis cursu consummato, fide servata, cum multiplici bonorum operum fructu et animarum lucro, ut diu desideravit, anima caelos penetrans, terrae corpus reddidit, accipiens stolam albam, animae scilicet beatitudinem sempiternam, donec in resurrectione alteram accipiat stolam, beatam videlicet una cum anima resumpta glorificandi corporis immortalitatem.

[Γ m] Nam[n] quia patrum antiquorum vita, que usque ad septingentos et[o] octingentos, adhuc etiam et amplius protrahebatur[p] annos, propter peccata in nobis contracta est in[q] septuaginta, vel, si multum, in annis LXXX, ita ut septuagenarii longevi et octogenarii dicantur decrepiti, et quod amplius fuerit, in[r] iam silicerniis[s] occupet labor et dolor, de illius aetatis eiusque similium prolixitate [Ps. 91, 15.] canit psalmista: *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi:* quia cum eorum vita differtur, semper in melius fortitudo producitur, eisque per augmenta temporum crescunt etiam lucra meritorum. Bene autem patientes sunt, ut adnuntient, quia caelestia praedicantes tanto robustius adversa tolerant, quanto et per tolerantiam suam animarum commoda locupletius reportant. Sicut fecit sanctus Remigius triumphator in gentibus egregius, confessor offitio, martyr quoque studio, invictus certamine, palmam querens sanguine, beatus athleta Dei, quem etsi gladius persequentium non tetigit, dignitatem martyrii non amisit. Quem quia diu contigit in corpore vivere, necesse fuit etiam[t] longiora carnis et diaboli ac pravorum hominum temptamenta tolerare; quia enim, adiuvante se Domino, virtutem patientiae fortiter servare contendit, et in pace aecclesiae vixit et tamen martyrii palmam tenuit. Duo[u] quippe[v] sunt martyrii genera, unum in mente, aliud in mente

Cap. 23. 1. 2*a. b.* 3*b.* 4*a. b.* 5*a* (*ad l.* 19).

Cap. 23. a) diximus *pr. m.* 2*b.* b) affert *pr. m.* 2*b.* c) *om.* 1. d) anhelebat 5*a.* e) praesentis *pr. m.* 2*b.* f) l. aet. 1. g) decedecederet 5*a, corr.* h) *om.* 2*b.* i) *corr.* post 4*a et sic* 1. 4*b.* k) sollempnitatem 1. l) nonagesi *pr. m.* 4*a.* m) *nota eras.* 2*b*; *om.* 3*b.* n) *finem capitis om.* 5*a.* o) et o. *m. al. suppl.* 2*b.* p) protrahabatur 2*a.* q) annis *add.* 1. r) *om.* 4*b.* s) *ita* 2*a. b*; silicernus 4*a. b*; silicernis 1. 3*b.* t) l. e. 1. u) Γ *in marg.* 2*b.* v) enim (*om.* sunt) m. 1.

1) *Pacem dare pro osculari accipitur; cf. Ducange h. v.* 2) *Potius* 22 *annos natus episcopus creatus esse dicitur; v. supra c.* 3. *et infra c.* 33. 3) *Greg., Gl. conf. c.* 78. *scripsit:* qui *(scil. Remigius)*, ut ferunt, septuaginta aut eo amplius in episcopatu annos explevit. *Quattuor annos Hincmarus iam in opusculo* 55 *capitulorum a.* 870. *composito adiecerat (Opp. II,* 431*):* ut veraces nostratium historiae monstrant, LXXIV et eo amplius annos in episcopatu degens.

simul et actione: itaque martyr etiam sine ferro percutientium extitit. Mori
quippe a persequente martyrium in aperto opere est; ferre vero contumelias, odien-
tem diligere, illicita desideria in se mactare martyrium est in occulta[a] cogitatione.
Nam quia duo sunt martyrii genera, unum in occulto opere, aliud in publico,
testatur[b] veritas, quae Zebedei filios requirit, dicens: *Potestis bibere calicem, quem*
ego bibiturus sum? Cui cum protinus[c] responderent: *Possumus,* ilico Dominus re- Matth. 20, 22.
spondit[d], dicens: *Calicem quidem meum bibetis.* Quid enim per calicem, nisi dolo-
rem[e] passionis accipimus, de quo alias dicit: *Pater, si fieri potest, transeat a me* ib. 20, 23.
calix iste. Et Zebedei filii, id est Iacobus et Iohannes, non uterque per martirium ib. 26, 39.
occubuit, et tamen, quod uterque calicem biberet, audivit. Iohannes namque non
per martirium vitam finivit, sed[c] tamen martir extitit, quia passionem[f], quam non
suscepit[g] in corpore, servavit in[c] mente[h]. Sic et beatus Remigius hoc exemplo
sine ferro martir extitit, quia patientiam in animo veraciter custodivit[i] et in[k] se
illicita desideria occidit. Sicque[l] moribus et vita, verbo et exemplo viam salutis
humanae omnibus se audientibus et videntibus patenter ostendit, et consummato
feliciter cursu, ad sanctorum apostolorum ac[m] martyrum consortium[n] confessor
Domini pretiosus post mortem[o] corporis gloriose pervenit, sicut attestatur aposto-
lica illi conlata gratia, gens videlicet[p] Francica[q] ad fidem Christi per[r] eum con-
versa et baptismi gratia consecrata, martyrii[s] palma, longanimitas patientiae in
longevitate ipsius vitae, confessionis gloria, orthodoxe fidei predicatio et virtutum
tam in vita ipsius[t] corporis, quam et post obitum preclara ostensio[u].

INCIPIT[a] TRANSLATIO CORPORIS BEATI REMIGII REMORUM ARCHIEPISCOPI.

24.[b] Ceterum cum funus[c] sanctissimum[d] deferretur ad sepulturam versus
aecclesiam sanctorum[f] martyrum Timothei et Apollinaris[g. 1], secus aecclesiam sancti X[e]
Cristofori[h] martyris in loco, ubi ex tunc et nunc crux[i] est posita, et ubi[k] multa
miracula Deus postea[l] pro sancto Remigio ostendit, ita feretrum est aggravatum,
ut nullo modo quocumque ingenio vel a quantiscumque[m] hominibus posset moveri.
Et[n] stupentibus omnibus ac petentibus Dei omnipotentiam, ut dignaretur osten-
dere, in quo loco eiusdem sancti[o] sui corpus vellet reponi, designaverunt ad basi-
licam prefatorum[p] martirum, et feretrum[q] moveri non potuit; proposuerunt, ut
ferretur ad[r] aecclesiam sancti Nicasii, et moveri non potuit; proposuerunt, ut

Cap. 23. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. *Cap.* 24. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 23. a) occulto corde. Nam 1. b) v. t. 1. c) *om.* 1. d) (resp. *om.*) dixit 1. e) dolorum 2*b*. f) passiones 2*b*. g) non tulit corpore 1. h) *notas paragraphi asteriscique m. al. add.* 2*b*. i) servavit 1. k) in se *post* ill. d. 1; in se *om.* 2*b*. l) Sique 1; L. I. § ℞. Sicque beatus Remigius moribus 3*b*. m) et 1. n) consortio 2*b*. o) decessum 1. p) scilicet 1. q) *ita* 2*a*. *b*. 3*b* *(m. al.)*; Francia 3*b* *(pr. m.)*. 4*a*. *b*; Francorum 1. r) c. per eum 3*b*. s) p. m. 1. t) eius 1. u) Explicit vita beati Remigii archiepiscopi *subscr.* 4*b*.

Cap. 24. a) *praescr.* (℞ *add.* 3*b*) I. t. c. b. (beatissimi 3*b*) R. R. a. (quae celebratur Kl. Octobris. Lectio I. *add.* 3*b*; quae est Kalendis Octobris *add.* 4*b*) 3*b*. 4*b*; De translatione 1; In vigilia translationis (lectio prima *add.* 4*a*) 4*a*. 5*a*; *praescr. om.* 2*a* *(versu vacante) et* 2*b*. b) *om.* 1. c) fumus 2*b*, *corr.* d) beati Remigii *add.* 4*b*. e) *om.* (2*b*). 3*b*. f) sanctissimorum 1. g) Appollinaris 5*a*. h) Cristophori 1; Christofori 3*b*. 4*b*. i) xrux 5*a*. k) *om.* 1*a*. l) pro s. o. postea R. 1. m) quacumque hominum multitudine posset 1. n) (Et *om.*) st. autem o. petentibusque D. potentiam 1. o) e. viri sancti c. 1. p) predictorum 1. q) et moveri loco non p. 1. r) ad aeccl. *om.* 2*a*.

1) *Ea hodie non extat; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 39.

ferretur ad aecclesiam sanctorum Sixti[a] et Sinicii[b], et nec sic moveri potuit. Tandem coacti, quoniam parva[c] aecclesiola[d] erat in honore beati[e] martiris[f] Cristofori[1], sed nullum corpus nominati sancti[g] in ea iacebat, et in qua eique[h] circumiacentibus atriis ex antiquo erat cimiterium Remensis[i] aecclesiae, petierunt, ut Dominus declararet, si in eadem aecclesiola vellet[k] illud corpus sanctissimum poni. Et[l] sic tanta facilitate motum est feretrum, ut nullum onus portantes sentirent. Sepultum est autem illud[m] venerabile corpus in eadem aecclesiola[n], in loco, ubi altare est in honore sanctae Genovefae[o], quae familiarissima extitit beato Remigio. Quod manifestum est actum fuisse divina dispositione atque[p] ipsius voluntate, ut, sicut res suo[q] nomine[r] adquisite iuxta sacras leges episcopio[s] aecclesiae Remensis erant unitae, ita et que ipsius meritis erant de[t] cetero adquirende, Remensi[u] aecclesiae, in cuius iaceret territorio, unirentur[v]. Post cuius obitum cum lues inguinaria populum primae Germaniae devastaret, et omnes Remensis provinciae incole huius cladis terrerentur auditu, concurrit Remensium[w] populus ad sancti sepulchrum, congruum huius causae flagitare remedium. Accensis cereis lichnisque[x] non paucis, ymnis psalmisque caelestibus per[m] totam excubat[y] noctem. Mane autem facto, quid adhuc precatui desit[z], in tractatu rimatur; repperenunt etenim[a], revelante Deo, qui sanctum suum mirificari apud homines voluit, quem[b] apud se mirificatum habebat, qualiter, oratione premissa, adhuc maiori propugnaculo urbis propugnacula munirentur. Assumpta[c] igitur palla desuper[d] beati sepulchro, componunt eam in modum feretri; accensisque super cruces cereis atque super ceroferariis, dant voces in canticis, circumeunt urbem cum vicis. Nec pretereunt ullum hospicium, quem[e] non hac circuitione concludant. Quid plura? Non post multos dies fines huius[f] civitatis lues aggreditur memorata. Veruntamen usque ad eum locum accedens, quo beati pignus accessit, acsi constitutum[g] cerneret terminum, intro[h] ingredi ullo[i] modo non est ausa, sed etiam que in principio pervaserat huius virtutis repulsu[k] reliquit. Qui[l] beatissimus pontifex et in vita corporis et[m] post obitum, sicut infirmis sanitatum[n] gratiam dedit, sic et in pervasores sepissime ultor extitit. Erat enim haut procul a basilica campus[o] tellure fecundus, — tales anim incolae olcas vocant, — et hic datus basilice sancti fuerat; quem unus e civibus pervadit, despiciens hominem, qui eum loco sancto contulerat. Qui cum ab[p] episcopo ac loci preposito[2] crebro[q] conventus fuisset, ut que iniuste pervaserat redderet, parvi pendens verba que audiebat, pertinaci direpta defensabat intentione. Denique[r] causa extitit et non devotio[s], ut properaret ad sancti basilicam. Arguitur iterum a loci preposito[2] pro pervasione[t] campi; sed nichil

Greg. Gl. Conf. c. 78.

Cap. 24. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 24. a) Syxti 4*a*. 5*a*. b) Sinitii 3*b*. 4*b*; Sicinii 1; Si(nicii *m. al. in litura*) 2*b*. c) parvula 1. d) ecclesisiola *pr. m.* 2*b*. e) sancti 1. f) C. m. 2*a*. g) (s. *m. al. superscr.*) iac. in ea 2*b*. h) *eras.* 4*a*. i) ęccl. R. 1. k) se *add.* 1. l) Tunc manus admoventes tanta fac. fer. levaverunt, ut p. n. o. 1. m) *om.* 1. n) ęcclesia retro altare qui est in h. s. Genofeve quae 1. o) Genofefae 2*a*. 5*a*. p) a. i. v. *om.* 1. q) suo:, *ras.* s 2*b*. r) (no *postea suppl.*)mine 5*a*. s) episcopii 4*a*. t) erant decrete et adq. 1. u) Remensis 2*b*. v) uniretur 2*b*, *corr.* w) Remensis 1. x) lignisque 1. y) excubant 1. z) deesset 1. a) ergo 1. b) que 1. c) IIII *in marg.* 3*b*. d) de sepulchro b. antistitis comp. 1. e) quod 2*a*. f) c. h. 1. g) tum — Qui cum *m. s. XV. scr.* 3*b*. h) introgredi 1. 2*a* *(non 2b)*. i) nullo m. (*om.* non) 2*a*. k) rel. rep. 1. l) V *in marg.* 3*b*; *asteriscum m. al. in marg. scr.* 2*b*. m) *superscr.* 2*b*. n) d. gr. s. 1. o) tellus vel campus 1. p) *in* ab *m. antiqua redit* 3*b*. q) sepe 1. r) Causa ergo ext. 1. s) devotio::: 2*b*. t) perversione 5*a*.

1) *Ibi postea celeberrimum S. Remigii monasterium constructum est: cf. Longnon l. l. p.* 391.
2) *Greg.* abbate.

dignum atione respondit. Explicitisque[a] negotiis, ascenso equo, ad domum redire disponit[b]; sed obstat nisui eius sacerdotis iniuria. Nam sauciatus a sanguine, diruit in terram; obligatur lingua, quae locuta fuerat, campum tolli; clauduntur oculi, qui concupierant; manus contrahuntur, que apprehenderant. Tunc balbutiens et vix sermonem explicare valens, ait: 'Deferte me ad basilicam sancti[c] et quantumcumque super me auri est ad sepulchrum eius proicite. Peccavi enim auferendo[d] res eius'. Aspiciens autem dator campi hunc cum muneribus deferri, ait: 'Ne accipias, queso, sancte Dei, munera eius, quae numquam cupide accipere consuevisti; ne sis, deprecor, adiutor eius, qui, inflammante concupiscentia, rerum tuarum nequam possessor extitit'. Nec distulit sanctus[e] audire vocem pauperis sui. Nam homo ille licet dari iussisset[f] munera, ostendit sanctus Domini, se illa non acceptasse; unde rediens pervasor[g] domum, amisit spiritum, recepitque[h] aecclesia res suas. Greg. Gl. Conf. c. 78.

25. Sepulto siquidem, ut prediximus, corpore[a] beati Remigii in aecclesia sancti Cristofori[c], cum multa et stupenda miracula in eadem aecclesia per merita eius Domini[d] gratia fierent, ampliata et exaltata est ipsa[e] aecclesia. Et facta cripta retro altare, in qua transferretur corpus sanctissimum, effossum est de loco, in quo erat, ut in fossam factam in memorata cripta deponeretur[f]; sed nullo modo moveri[g] potuit. Superveniente autem nocte et pernoctantibus fratribus in ymnis et canticis, multis accensis luminaribus, circa[h] mediam noctem sopor in[i] omnes inruit. Et evigilantibus eis, Kalendas[k] Octobris[1] cum[l] sanctissimo corpore[m] sepulchrum inventum est angelicis manibus positum in fossa cripte retro altare facte[n]; tantaque evigilantes[o] odoris suavitate repleti sunt omnes qui adfuerunt, ut humana lingua hoc effari non valeat, et[p] sic per totam diem et[q] in crastina ipse[r] odor in eadem aecclesia[s] perseveravit. Ipsaque die translationis eius cum divinis laudibus sumpte sunt reliquiae a corpore[t] illius, de capillis videlicet eius et[u] casula ac[v] tunica ipsius[w], et involutum[x] est[y] corpus illius integrum, sed exsiccatum, de brandeo[2] rubeo. X[b] Oct. 1.

Processu denique temporis Pippinus[z] rex, Karoli Magni pater, volens episcopii Laudunensis villam que Anisiacus[b. 3] dicitur accipere[c] quasi sub censu, sicut et alias quasdam[d] fecerat, venit in ea manere. Ubi cum dormiret, venit ad eum sanctus Remigius, dicens: 'Tu, quid hic facis? Quare[e] intrasti in hanc villam, quam mihi homo te devotior dedit, quamque ego aecclesiae dominae meae, sanctae X[a]

Capp. 24. 25. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 24. a) Explicatisque 1. b) disposuit 1. c) *om.* 1. d) enim, quoniam res eius abstuli iniustę. Aspitiens 1. e) *om.* 4*a*. f) iussiset 2*b*; iussis et 2*a*. g) r. ad d. ille p. confestim a. sp. 1. h) que *om.* 5*a*.

Cap. 25. a) b. R. c. 1. b) *eras.* 3*b*; *om.* 2*b*. c) Cristophori 1. 4*a*; Christofori 3*b*. d) f. D. gr. 1. e) *superscr.* 2*b*. f) depo|retur *m. al. corr.* deportaretur 2*b*. g) p. m. 1. h) circa *pr. m.* 2*b*. i) s. omnibus inr. gravis. Et 1. k) Kalendis Octobribus 1. l) i. est sep. cum sanct. c. 1. m) corporis 2*b*. n) facta:::s *pr. m.* 2*b*. o) *om.* 1. p) atque per 1. q) *om.* 2*a*. r) idem 1. s) permansit eccl. 1. t) corporei 2*a*, *corr.*; a sancto i. c. 1. u) ac 1. 3*b*. v) sed et de t. 1. w) *om.* 1. 4*a*. x) involu:::tum 2*b*. y) *om.* 4*a*. z) Pipinus *semper* 4*b*. a) *om.* 2*b*. 3*b*. b) Asiniacus 2*b*. 4*b*. c) *om.* 1. d) (q. *om.*) f. tenere v. 1. e) Cur 4*a*.

1) *Ita Greg. Tur., Hist. Fr. VIII,* 22: Factum est autem, ut post dies paucos adesset festivitas beati Remedii, quae in initio mensis octavi caelebratur; *et Martyr. Hieronym. d.* 1. *Oct.:* Remus sancti Remedi *(cod. Wissenb.:* Remus civitate translatio corporis sancti Remedii episcopi et confessoris*); cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [128]. 2) *I. q. velum sericum; v. Ducange h. v.* 3) *Anizy-le-Château (arr. Laon): cf. Matton l. l. p.* 6.

Dei genetricis[a, 1], donavi[b]?' Et flagellavit eum satis duriter, ita ut postea livores in corpore eius parerent. Et cum disparuit beatus Remigius, Pippinus surrexit, ac correptus valida febre, quantotius ab ipsa villa recessit; de qua febre non parvo tempore laboravit. Et deinceps princeps regni usque ad moderna tempora ibi non mansit, sicut nec in Codiciaco[c] vel Luliaco[d], nisi Hludowicus rex Germaniae, quando super fratrem suum Karolum regnum eius invasit, in Luliaco mansit, et
859, Ian. 15. inde in[e] crastina turpiter ante ipsum fratrem suum fugiens, vix evasit[2].

X[a] 26. Nostra aetate colonus quidam ville Remensis episcopii quae Plumbea-fontana[b, 3] dicitur manebat iuxta fiscum regium qui Rosetus[4] vocatur et nec peculium nec messem vel pratum propter fiscalinorum[5] infestationem quiete habere valebat. Unde sepe iusticiam apud regios ministeriales peciit, quam obtinere non potuit. Tandem invenit sibi salubre consilium. Nam coxit panes[c] et carnes et accepit cervisam[d] in vasculis, prout potuit; quae omnia in vase quod vulgo benna[6] dicitur collocavit et carro superposuit, sicque iunctis bubus[e], cum candela in manu ad basilicam sancti[f] Remigii properavit. Quo perveniens, de pane et carne ac cervisa matricularios pavit, candelam ad sepulchrum sancti posuit et eius auxilium contra opprimentes se[g] fiscalinos expeciit. Pulverem quoque de pavimento aecclesiae, quantum valuit, collegit et in panno ligavit ac in predictam bennam misit et desuper linteum, sicut supra corpus mortui affectari solet, composuit et cum carro suo ad propria remeavit. Quicumque autem de obviantibus eum[h] interrogabant, quid in illo carro duceret, respondebat[i], se sanctum Remigium ducere; et admirabantur omnes in dicto et facto illius, putantes illum esse[k] amentem. Perveniens autem cum eodem carro in pratum suum, in quo pastores pascentes diversi generis animalia de fisco Roseto invenit, et invocato sancto Remigio, ut eum contra oppressores suos adiuvaret, ceperunt boves et vaccae cum maximis mugitibus invicem se cornibus impetere, hirci hircos, caprae capras cornibus impugnare, porci cum porcis confligere, vervices vero cum vervicibus se conlidere, pastores se fustibus et pugnis mutuo percutere. Et levato maximo turbine, pastores heiulantes animalia secundum genus suum cum maximo sonitu et strepitu ita coeperunt versus[l] Rosetum fugere, acsi maxima multitudo insequentium eos cum flagellis persequeretur. Quod videntes et audientes fiscalini, nimio terrore perculsi[m] non putaverunt, se vel una hora vivere posse. Unde correcti a presumptione[n] sua, ab afflictione pauperis sancti Remigii adeo cessaverunt, ut in postmodum sua isdem pauper homo pacifice et sine inquietudine possederit. Et quoniam iuxta fluvium Saram[o, 7] in loco lutoso manebat, maximam molestiam in suis habitaculis a serpentibus sustinebat. Qui accipiens pulverem, quem de pavimento aecclesiae sancti Remigii colligens secum detulit, per sua habitacula sparsit, et postea serpens in eis locis, in quibus pulvis sparsus fuerat, non apparuit. Quibus ostensis miraculis,

Capp. 25. 26. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 25. a) *ita* 2*b et pr. m.* 5*a*. b) donavi: 2*b*. c) Coditiaco 3*b*. d) Iul. 2*b*, *corr.* e) *om.* 2*b*.

Cap. 26. a) *fortasse eras.* 3*b*; *om.* 2*b*. b) Blumbea fontana 2*b*. c) carnes (et *pr. m. superscr.*) panes 2*b*. d) potum 4*b*. e) bobus 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. f) beati 3*b*. g) es 2*b*, *corr.* h) *post* eum 5 *litt. ras.* 2*b*. i) respondebant 5*a*, *corr.* k) a. e. 4*a*. l) adversus *pr. m.* 3*b*. m) percussi 3*b*. 4*a*. 5*a*. n) praesumpsione 4*a*. o) Aram 2*a*.

1) *Scil. Laudunensi eccl.* 2) *Cf. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reiches' I, p.* 444[2]. 3) *Plumbea-fontana villa ad Serre fl. sita (v. infra).* 4) *Rozoy-sur-Serre (dép. Aisne, arr. Laon).* 5) *De fiscalinis v. Waitz, 'VG.' IV,* 374[2]. 6) *I. e. fiscina.* 7) *La Serre fl.*

certo inditio colligere possumus, quia[a], si non hesitantes in fide, in tribulationibus nostris auxilium sancti Remigii ex corde petierimus, et ab angelorum sathanae, cf. 2. Cor. 12, 7. qui in serpente matrem humani generis allocutus deceperat, infestationibus et a pravorum hominum inprobitatibus eius meritis et intercessionibus liberabimur.

27. Tempore Hludowici imperatoris[a] duo fratres[b] Franci, forestarii[1] eius[c], X. invaserunt partem de silva, quam in saltu Vosage[d], ut supra ostendimus[2], sanctus Remigius in vita sua pretio[e] comparaverat intra fines eius, dicentes, quod plus pertineret[f] ipsa silva ad fiscum imperatoris, quam ad partem[g] sancti Remigii. Contradicentibus autem hominibus de[h] potestate[i] Remensis aecclesiae, unus eorum altercando venit ad porcos[k] suos, quos in eandem silvam ad pastionem[l] miserat, inter quos[m] lupum invenit. Quem[n], ascendens equum, velociter est insecutus, et volens eum percutere, equo expavescente, conlisit[o] caput ad unum[p] fustem de ipsa silva, ita ut cerebrum[q] illius[r] in terram[s] defluxerit, et mortuus est. Frater vero eius[t] concite pergens in partem[u] alteram, pervenit ad quandam petram et dixit: 'Omnibus notum sit, quia usque ad hanc petram est[v] ista[w] silva imperatoris'. Et percutiens eandem[x] petram dolatoria[3], quam portabat[y] in manu, exierunt ab illa particule in oculos eius, et excecatus est. Sicque ambo receperunt mercedem praesumptionis[z] et mendacii sui.

28. Quidam vir nobilis de territorio Nivernensi, obtentis[a] reliquiis beati Re- X.[b] migii, oratorium in eius honore in proprietate[c] sua aedificavit, ubi Dominus multas virtutes per merita ipsius[d] sancti sui ostendit. Cum autem, defuncto Hludowico[e] 840. imperatore, Aquitani[4] gentilicia mobilitate absque iugo principis[f], prout[g] quisque poterat, se efferre et[h] ad invicem impugnare ac per contiguos[i] pagos debaccare ceperunt, pauperes[k] homines substantiolas suas in aecclesiis reponere[l] studuerunt. Unde confisi opinione virtutum que ibi fiebant, ad salvandum[m] sua in eodem oratorio, quique poterant, certatim reposuerunt. Audientes autem predones idem[n] oratorium multis plurimorum opibus refertum, aggressi sunt eas diripere. Quorum unus obseratum ostium pede percussit, ut seram effringeret, et[o] mox eidem ostio pes eius adhesit, et resupinus praesumptor[g] in terram cecidit. Quod cernentes alii, aufugerunt. Ipse[p] autem miser, cruciatu cogente, cum maximo[g] heiulatu cepit[q] culpam suam fateri et cum lacrimis amarissimis[r] profiteri, quod, si Deus per merita sancti Remigii pedem[s] illius ab ipso[t] compede solveret, numquam ulterius

Capp. 26. 27. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 28. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 26. a) quasi non 3*b*.

Cap. 27. a) Pii *add.* 1. b) Fr. fr. e. for. 1. c) eius:: 2*b*. d) Vosagae 2*b*. 3*b*. 4*a*. *b*. e) *om.* 1. f) s. illa pert. ad 1. g) ad sanctum Remigium 1. h) de p. *om.* 1. i) sanctae *add.* 2*a*. k) s. p. 1. l) pastum 1. m) et *add.* 1. n) Qui *e corr.* 4*a*. *b*. o) con(lisit *m. al. in litura*) 2*b*. p) (u. *om.*) f. silvae ita 1. q) cele::::um *pr. m.* 2*b*. r) eius 1. s) t. (*corr.* terra) deflueret sicque m. 1. t) *m. al. superscr.* 2*b*. u) a. p. 1. v) est — *p.* 325, 5. familiae suae *om.* 2*b*, *folio exciso*. w) *om.* 1. x) ipsam 1. y) q. m. p. exil. 1. z) iniquitatis 1.

Cap. 28. a) obtensis 2*a*. b) *fortasse eras.* 3*b*. c) s. pr. 1. d) eius est ostendere dignatus. Cum 1. e) i. Hl. 1; Hl. impetrare (*m. al. corr.* imperatore) 4*a*. f) principium 4*a*, *corr.* g) *om.* 1. h) eff. invicemque propugnare 1. i) (con *superscr.*)tiguos 4*a*; suos p. bachare 1. k) vero *add.* 1. l) st. r. 1. m) sua salv. in ipso o. 1. n) o. idem (m. *om.*) plurimis o. esse r., eas ut diriperent aggressi sunt 1. o) sed m. (e. *om.*) 1. p) Ille vero m. 1. q) s. culp. cep. 1. r) pr. a. 1. s) R. eius p. ab 1. t) *m. al. corr.* ipsa 4*a*. *b*.

1) *De forestariis v. Waitz, 'VG. IV,* 146[2]. 2) *Supra p.* 309. 3) *I. q. dolabra; cf. Ducange h. v.* 4) *Aquitani iam ante mortem imperatoris rebus novis studere coeperant; cf. Ann. Bert. a.* 840.

de ipsa vel de alia aecclesia quicquam tolleret, vel tolli, quantum ex ipso esset, ullo modo consentiret. Caballum quoque suum cum sella et alia quae potuit ad[a] eandem aecclesiam donavit, sicque post[b] confessionem et[c] lacrimas atque[d] professionem et votum pes eius ab ostio cui inheserat est solutus. Veruntamen[e] postea de ipso arido pede claudus permansit, usque dum, computrescente[f] crure ac femore, post diutinum laborem mortuus[g] fuit.

Quando[h] tres fratres reges Hlotharius, Hludowicus[i] et Karolus regnum post[k]
843. patris sui obitum inter[l] se diviserunt[m], episcopium Remense, quod tenebat Folco[n] presbiter[1], Karolus inter homines suos[o] divisit; villam Luliacum Richuino in beneficium dedit[2]. Cum autem uxor illius[p] nomine Betta[q] in cubiculo[r] villae ipsius iaceret, venit ad eam sanctus Remigius, dicens: 'Non est iste[s] locus tuus ad iacendum; alterius meriti et officii debet esse, qui hanc[t] villam habere et[u] in hoc cubiculo[v] debet iacere. Surge quantocius[w] et hinc abscede'. Quod illa[x] parvi pendit, putans, se[y] visum inanem videre. Altera[z] vice venit ad eam sanctus Remigius et dixit ei: 'Cur hinc non abscessisti, sicut tibi precepi? Vide, ne[a] amplius[b] hic te inveniam'. Quod illa, ut prius, pro nihilo duxit. Tertio venit[c] ad eam sanctus Remigius et dixit: 'Nonne iam[d] semel et secundo tibi precepi, ut hinc absecederes[e]? Sed quia contempsisti hinc pergere, aliorum deportatione abscedes'. Et percussit illam virga, quam tenebat in manu. Quae, toto[f] corpore in maximum tumorem converso, quod vidit viro suo Richuino[g] et aliis quam[h] plurimis dixit, et per aliquantos dies severissime crutiata, vitam finivit. Cuius corpus vir eius in aecclesiam[i] sancti Remigii deportari eamque ibidem sepeliri fecit.

Γ[k] Mirantur quidam, quod cum vindicta[l] mortali illam de predicta villa expulit et[d] corpus eius in aecclesia sua[m] sepeliendum[n] recepit. Quod nemo mirabitur, si perpenderit, qua intentione sancti vindictas in delinquentes exerunt: videlicet ut, si se recognoverint, hic[o] recipiant[p] quod merentur, ne post mortem aeternis[q] suppliciis crucientur, — sicut in libro Regum legitur[r] de pro-
3. Reg. 13. pheta illo, qui inoboediens ori Domini extitit et a leone percussus interiit,

Cap. 28. 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*.

Cap. 28. a) p. eidem ęcclesiae 1. b) per 2*a*. c) lacrimasque 1; et lacrimis 2*a*, *corr*. d) a. pr. *om*. 1. e) Sed ipso pede arido perm. 1. f) putrescente cruore 2*a*, *corr*. g) l. vita (obiit *in litura*) 1. h) *c*. 29. *incip*. 4*a*; (I *om*., *spatio vacante*)gitur cum patris post obitum tres fratres r., id est Hl. 1. i) Hlodowicus 2*a*; Hludovicus 4*b*. k) p. p. s. o. *h*. *l*. *om*. 1 (*v*. *n*. h). l) inter — Remense *pr*. *m*. *in litura* 1. m) et *add*. 1. n) Fulco 4*b*. o) d. s. villamque L. 1. p) eius 1. q) *ita codd*.; Berta *edd*. r) in villa ipsa iaceret 1. s) l. t. iste 1. t) v. hanc 1. u) *pr*. *m*. *suppl*. 2*a*. v) c. quo quiescis debeat i. 1. w) citius 1. x) illi 4*a*. y) inane se v. 1; se v. inane 2*a*. z) Iterum autem ea dormiente, adest s. R.: 'Cur', ait, 'hinc 1. a) me *pr*. *m*. 5*a*. b) h. a. 1. c) veniens s. R. d. ad eam: 'Nonne 1. d) *om*. 1. e) abire? Quia vero c. facere, abscedes al. dep. Et v. q. m. t. p. i. 1. f) t. statim c. intumuit. Mane autem facto, v. suo 1. g) Ricuino 1. (5*a*). h) aliis multis visum quod vidit dixit atque per aliquos d. cr. severiter 1. i) s. R. ęccl. portari et sepeliri ibi fecit 1. k) *om*. 3*b*. l) vindictā *pr*. *m*. 5*a*. m) *om*. 4*a*. n) tumulandum (*e corr*. tumulandam) suscepit 1. o) hinc 2*a*, *corr*. p) q. m. r. 1. q) s. urantur aeternis, sicut 1. r) de pr. (illo *om*.) qui i. o. D. e. l. 1.

1) *Anno* 845. *Hincmarus archiepiscopus electus est,* cum Remensem ecclesiam Folco fere per novem annos sine ulla regulari Ebonis reclamatione tenuisset, et post eum Noto pene per annum et dimidium eandem sedem similiter sine ulla Ebonis repetitione tenuisset *(Hincmari ep. ad synodum Suession., Opera II, p. 272)*. 2) *Anno* 845. *Karolus Calvus cum alias possessiones fidelibus suis beneficio datas, tum 'Luliacum (*Iuliacum *male edd.), vel quicquid ex eodem episcopatu Richuinus habuit', Hincmaro archiepiscopo restituit, charta data, de qua v. 'N. Arch.' XX, p.* 562 *sq.*

et post ultionem[a] perceptam a leone corpus[b] illius intactum remansit[c]; — si autem hic se non correxerint, in quos[d] vindictae[e] procedunt, alii de flagellis illorum[f] emendentur et metuentes corrigantur, sicut scriptum est: *Pestilente flagellato sapientior erit parvulus.* Prov. 21, 11. Causantur[g] etiam aliqui[h], quoniam sanctus Remigius nunc in rerum suarum invasores et familiae suae oppressores[i] non vindicat, sicut praecedentibus[k] temporibus egerat, usurpantes psalmi versum: *Signa*, inquiunt[l], *non videmus, iam non est propheta, et nos non cognoscet amplius.* Ps. 73, 9. Sed non hinc causandum, verum dolendum atque[m] timendum est, quia impletur nostris[n], quod praedictum[o] est antiquis[p] temporibus; scriptum est enim in apocalypsi: *Factus est sol, ut[q] saccus cilicinus.* Apoc. 6, 12. In extremo quippe nostro tempore sol quasi cilicinus saccus ostenditur, quia fulgens vita predicantium ante reproborum oculos aspera et despecta probatur, et sanctorum miracula per contemptum peccantibus iusto iudicio subtrahuntur, sicut scriptum est: *Ne quando convertantur, et sanem eos;* Act. 28, 27. quatinus plenius obruantur suppliciis, qui nunc gaudent etiam in delictis. Veruntamen hic sanctus imitator Domini sui, qui non omnia vindicat, ut eius ostendatur patientia, nec omnia multa[r] dimittit, ut eius probetur providentia, licet non tam frequenter exerat in pernitiosos vindictam, non usquequaque inulta nostris temporibus deserit presumtorum piacula[s]. Nam[t] Blitgarius quidam nuper mansum[u] de thesauro aecclesiae in villa Tenoilo[1] pretio apud Bernehardum[v] custodem obtinuit, unde famulos sancti Remigii cum flagellis eiecit, conclamantibus eis sanctum Remigium, ut eos adiuvaret. Quibus isdem[w] Blitgarius cum[x] inrisione respondit: 'Modo parebit, qualiter vos sanctus Remigius adiuvabit; videte, quomodo in adiutorium vestrum venit'. Et inter haec[y] verba cum maximo clamore ingemuit et incredibiliter inflando intumuit, sicque medius crepuit et mortuus est. Quibus[z] auditis, divinam in nobis vindictam pertimescentes, blasphemiam in Deum et sanctos eius magnopere caveamus[a], studentes, ne aecclesiasticam familiam crudeliter tractemus, et[b] ne contra mala proximi pertrahamur ad retributionem mali vel ad livorem odii, ne ad temptamenta diaboli seducamur ad delectationem vel consensionem peccandi, ne contra flagella[c] summi[d] opificis proruamus in excessum murmurationis. Licet enim non[e] fiant nobis tam[f] frequentia ac reverenda per hunc servum[g] suum miracula, tamen certi esse[h] debemus, quia non subtrahuntur civitati[i] suae ac nobis civibus suis continua intercessionum eius auxilia[k], sicut de Hieremia[l] legimus: *Hic est*, inquid, *fratrum amator et populi Israhel; hic est, qui multum orat pro populo et universa sancta civitate Hierusalem*[m]. 2. Macc. 15, 14.

29.[a] Anno incarnationis dominicae DCCCLII[b], nuper adhuc ampliata ipsa aecclesia, cum de loco criptae prioris sepulchrum una cum beati Remigii corpore X. 852.

Capp. 28. 29. 1. 2*a*. *b* (*a l.* 5). 3*b*. 4*a*. *b* (*l.* 1—4. 24—26. 35. 36). 5*a*.

Cap. 28. a) perc. u. 1. b) i. c. 1; c. eius 2*a*. c) *om.* 3*b*, *versu exeunte.* d) quo 2*a*. e) pr. v. 1. f) eorum 1. g) Causantur — *l.* 24. mortuus est *om.* 4*b*. h) alii 1. i) *in* oppr. *redit* 2*b*; non v. oppr. 1. k) anterioribus 1. l) inquiens 1; inquit *pr. m.* 2*b*. m) et 1. n) nunc 1. o) est pr. 1; dictum est *pr. m.* 2*b*. p) longis 1. q) sicut 1. r) d. m. 1. s) *antisigma asteriscumque m. al. add.* 2*b*. t) *om.* 2*a*. u) mansurum *pr. m.* 2*b*. v) Benehardum 1. w) *ita h. l.* 4*a*; idem *rell.* x) B. inridendo resp. 1. y) v. h. 1. z) *paragraphi notam m. al. praemisit* 2*b*; *in* Quibus *redit* 4*b*. a) Finit *add.* 4*b*, *omisso capitis fine.* b) et — peccandi *om.* 4*a*. c) *om.* 2*a*. d) sumus *pr. m.* 2*b*. e) nobis t. fr. ac r. non fiant 1. f) tanta 2*a*. g) servu 1. h) d. e. 1. i) civitatis 2*b*. k) auxilium *pr. m.* 2*b*. l) Iheremia 1. m) Ierusalem 2*a*.

Cap. 29. a) L. III. *add.* 3*b*; *redit* 4*b*. b) (octingente *m. al. in litura*)simo quinquage(simo secundo *m. al. in litura*) 2*b*; octingentesimo quinqua|simo secundo 4*a*.

1) *Thenailles (dép. Aisne, arr. Vervins).*

translatum[a] est[1] in criptam[b] maiori[c] et pulchriori opere factam[d], ipsum[e] corpus sanctissimum, sicut et in anteriori[f] translatione, ab episcopis Remorum dioceseos integrum inventum[g] est et brandeo rubeo involutum. Et cum de ipso sepulchro in locello argenteo est transpositum, pars de ipso brandeo cum sudario, quod fuerat super caput eius, assumpta in scriniolo eburneo, secus altare sanctae Mariae in civitate honore debito veneratur. Locellum[h] autem argenteum cum corpore ipsius sancti sepulchro marmoreo, in quo ante iacuerat, superpositum fuit, et reliquiae, que ad caput illius extra sepulchrum reperte fuerant[i], in sepulchro, in quo iacue-
Oct. 1. rat, a prefatis episcopis fuerunt[i] positae Kl. Octob.; quo Kalendarum[k] die et altera eius translatio[l] ante plures annos fuerat celebrata[2]. Cum autem sanctissimum[m] corpus eius de sepulchro in predictum locellum[n] argenteum translatum fuit, Rado tunc subdiaconus aecclesiae Suessonicae, qui cum episcopo[o] suo Rothado[p, 3] illuc convenerat, iam per annum[q] integrum dolore dentium adeo die noctuque[r] vexabatur, ut sensum perdere pre[s] nimio dolore metueret. Qui[t], dum episcopi[u] in compositione sancti corporis intenderent[v], maxillam, in qua dolore[w] vexabatur, loco, in quo corpus[x] sanctum iacuerat, apposuit: et mox ab[y] ipso dolore liberatus[z], deinceps dentium dolorem non sensit, sicut post XXV annos[4] isdem[a] referre curavit. Et ipsa die in quodam oratorio, ubi memoria beati Remigii colitur, in pago Ribuario duo contracti sanati fuerunt[b]. Ex tempore siquidem primae ac secundae translationis, sicut et ante, multae et insignes virtutes in eodem loco per ipsius sancti merita ex diversis infirmitatibus sunt operatae[c]; quas habemus descriptas, sed hic propter[d] pluralitatem, et quia[e] sepius[f] ibidem ostenduntur, omisimus ponere[g].

Γ[a] 30. Quia[b] ex digestis virtutibus abundantissime claret, quam insigne[c] illum Dominus gloria et honore dignatus sit coronare et, ut erat in conspectu eius, mirabilem hominibus demonstrare; de quibus, fratres karissimi, brevi epylogo[d] quaedam commemoremus, ut contemplemur, qualiter hic beatissimus patronus ac protector noster sanctorum tam veteris quam novi testamenti patrum spiritu, scilicet diversitate operationum unius eiusdemque spiritus a diversis accepta, vivens in corpore plenus fuerit et post obitum consors miraculis claruit[e]. In eo namque, quod celitus prenuntiatus et ex nomine designatus[f] extitit, representatos nobis Ysaac[g] patriarcham et Iohannem Baptistam videmus. In eo, quod sanctificatus necdum natus et ab adolescentia in reclusione populi devitavit presentiam, item

Cap. 29. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*. 5*a*. *Cap.* 30. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*.

Cap. 29. a) est tr. 1. b) cripta 4*a*. (5*a*) *et pr. m.* 3*b*. c) maiore *pr. m.* 5*a*. d) fatam *pr. m.* 5*a*; facta 4*a*. e) autem *add.* 1. f) *ita* 1; anteriore *rell.*. g) est i. 1. h) Locello *pr. m.* 2*b*. i) fuerint 2*b*; sunt 1. k) Kalandarum 5*a*. l) ante pl. a. tr. 1. m) sanctum 1. n) a. l. mutaretur, Rado quidam subd. 1. o) suo ęp. 1. p) Rothardo 2*b et m. al.* 3*b*. q) i. a. 1. r) d. nocteque 2*a*; dię et nocte 1. s) m. pre n. d. 1. t) Cum ergo ępiscopi 1. u) episcopii 2*b*. v) intendebant 4*a*, *corr.* w) dolor erat loco 1. x) s. c. 1. y) mox de illo est liberatus dolore ipsumque deinceps ardorem caruit, ut post 1. z) liberat 2*a*. a) idem 1. b) sunt 1. c) actae, q. alibi descripsimus 1. d) pro pluralitate 1. e) *post* quia *ras.* se:: 2*b*. f) sepe i. semper alia fiunt om. p. 1. g) *desinit 5a, pagina non consumpta.*

Cap. 30. a) *om.* 3*b*. b) ergo *add.* 1. c) insigni 2*a*. d) *ita* 1. 2*a*. 3*b*. 4*a*. *b*; epilogo 2*b*. e) claruerit 1. f) e. d. 1. g) Isaac 2*b*. 4*a*.

2) *Hac occasione Hincmarus versus composuit, qui infra c.* 33. *leguntur.* 2) *V. supra* c. 25. 3) *Rothadus, postquam cum aliis episcopis Hincmarum a.* 845. *consecravit, libidini metropolitanae fortiter resistens ab adversario violento prostratus, sed a papa restitutus est.* 4) *Unde concludi licet, V. Remigii a.* 877/878. *compositam esse.*

Hieremiam[a] et Iohannem Baptistam. In eo, quod ab episcopis provinciae Re-
mensis et clero ac populo electus, et signis super eum divinitus ostensis, est ordi-
natus episcopus, Mathiam, qui ab apostolis et ceteris fidelibus electus[b] et oblatus[c] Act. 1, 26.
Domino, divina[d] est sorte ordinatus apostolus. In eo, quod inter amarissimos
huius seculi fluctus meritorum atque virtutum, orationum ac predicationum remi-
giis sanctam aecclesiam ad portum aeternae salutis gubernavit, Noe, qui arcam
presignantem aecclesiam in diluvio rexit[e]. In eo, quod splendida facta est eius
facies de presentia[f] Christi, Moysen. In eo, quod inter flammas et residua que
necdum ignis voraverat stetit et incendium se transire prohibuit, Aaron. In eo,
quod rebus insensibilibus maledicens, cultores[g] earum[h] dampnavit sterilitate[i], cf. 2. Reg. 1, 21.
David. In eo, quod tria milia virorum predicatione sua conversorum vigilia sancti[k]
pasche baptizavit et puellam a morte resuscitavit[l], beatum Petrum[m], qui in[n] sancto
pentecosten[o] tot milia Iudeorum ad fidem convertit et baptizari fecit et Dorcam[p] Act. 2, 41. ib. 9, 40.
a morte resuscitavit. In eo, quod ferocissimos barbaros a feritate sua mitigavit
et Remi ad baptizandum conclusit, quibus post sacrum baptisma panem caeli et
spiritalem potum dedit, Heliseum, qui hostes venientes in Samaria[q] conclusit, qui- 4. Reg. 6, 22.
bus cibum et potum dari precepit. In eo, quod parvissimos liquores superhabun-
dari fecit, Heliam[r] et item Heliseum[s]. In eo, quod regi Hludowico predixit pro-
phetico spiritu, quae sibi suisque posteris erant ventura, Esaiam[t], qui regi Eze-
chiae[u], quae illi ac suis erant[v] futura, predixit[w]. In eo, quod longe positus cor- Is. 98.
pore, presens spiritu, obitum regis cognovit, itidem Heliseum, cuius cor[x] presens erat, 4. Reg. 5, 26.
quando Naaman[y] in occursum Giezi[z] de curru[a] suo descendit. In eo, quod, revelante
sibi sancto[b] Spiritu, famem[c] secuturam prenoscens, providentiam[d], quomodo labora-
turo fame populo[e] subveniret, adhibuit, Ioseph. In eo, quod, ut[f] iustus iustificaretur,
adhuc corporalium lumen oculorum aliquandiu amisit et postea visum recepit, Tobiam;
sed et, — quia vitis vere palmes fructum ferens purgatus est, quo[g] fructum plus afferret, cf. Ioh. 15, 5.
cum oculorum mentis lumine, quod non amiserat, lumen[h] corporalium oculorum, quod
aliquandiu amiserat[h], recepit; in temptatione patiens et laudes referens, post tempta-
tionem autem probatus, lumine corporalium[i] oculorum recepto, sicut et in[k] amis-
sione, Dominum[l] benedixit[m], — Iob consideramus, qui patiens in temptatione
nomen Domini[m] benedixit, et post temptationem probatus, duplicia sua possedit. In cf. Iob 42, 10.
eo, quod, die sui recessus cognito, per missarum celebrationem filiis suis valefecit
et obiit, beatum Iohannem apostolum et euvangelistam. In eo, quod palla sepul-
chri sui cladem[n] inguinariam restincxit[o] ac reppulit, egregium Paulum, cuius Act. 19, 12.
sudario ac semicintiis sanabantur aegroti. In eo, quod zelo iustitiae et vivens in
corpore et post obitum in delinquentes vindictas exercuit[p], item Moysen, Fineen,
Iosue[q] et Heliam, Petrum Symonis[r] Magi, Annaniae et Saphirae[s] percussorem et
Paulum Elimae[t] Magi excecatorem. In eo, quod sanctissimum corpus illius prius ib. 13, 8.
in designata nutu[u] divino aecclesia sepultum et postea angelico ministerio de loco

Cap. 30. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*.

Cap. 30. a) Iheremiam 1. b) electos *pr. m.* 2*b*. c) D. o. 1. d) divine *pr. m.* 2*b*. e) erexit *pr. m.* 2*b*. f) Chr. pr. 1. g) cultorem *pr. m.* 2*b*. h) eorum 1. i) *om.* 1. k) *om.* 4*a*. l) suscitavit 2*a*. m) *m. al. superscr.* scil. repraesentatum videmus 2*b*. n) dię *add.* 1. o) *ita* 1. 2*b*; pentecoste *rell.* p) Dorcham 3*b*. q) Samariam 2*b*. r) Helyam 2*a*. 3*b*, *ut infra*. s) Helyseum 2*a*, *ut infra*. t) *ita* 1. 2*b* (*ubi* Esaiam — futura *m. al. suppl.*). 4*a*; Ysaiam *rell.* u) Hezechiae 2*a*. v) essent 1. w) *om.* 2*a*. x) corpore 3*b*. y) Neman 2*a*. *b*. z) Gyezi 4*b*. a) cursu 2*a*, *corr.* b) Sp. s. 2*a*. c) famen 2*b*. d) praevidentiam 4*a*. e) s. p. 1. f) *om.* 2*a*. 4*a et pr. m.* 3*b*. g) quos(?) *pr. m.* 2*b*. h) lumen — amiserat *m. al. suppl.* 2*b*. i) o. c. 2*b*. k) *om.* 4*a*. l) *om.* 1. m) benedixit — Domini *om.* 1. n) plagam 1. o) restinxit *corr.* restrinxit 4*b*. p) exeruit 3*b*. q) Yosuę 2*a*. r) Sim. 2*b*. 4*a*. s) Saffirae 1. t) Elymae 2*a*. u) ecclesiae n. d. 4*a*.

ad locum est deportatum, Abbacuc prophetam, qui manu angeli[a] de Iudaea super (Dan. 14, 35.) lacum Babilonis[b] est deportatus, indeque in Iudaeam revectus, et Moysen, qui a (Deut. 34, 6.) Domino angelico[c] utique ministerio fuit sepultus; cuius sepulchrum sicut nemo usque in presens novit[d], ita, cuiusmodi ordine sepulchrum istius sancti translatum fuerit, nemo cognoscit*.

X[a] 31. Videamus etiam, quomodo hic beatus pater et pastor noster, benedictionibus sibi a legislatore Deo datis, ipsius auxilio in seculi huius convalle lacrimarum ascensiones in corde suo disposuit et de virtute in virtutem[b] gratia Dei provectus excrevit, usquequo eum quem semper desideravit spiritu facie ad faciem (Ioh. 14, 2.) videre promeruit.[1] Idem namque Dominus in euvangelio dicit: *In domo Patris mei* (1. Cor. 15, 41. 42.) *mansiones multae sunt.* Quod quasi exponens, apostolus dicit: *Alia claritas solis, alia claritas lunae, alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum.* Quia in illa aeternae beatitudinis vita non dispari unusquisque iuxta dispar meritum locum disparem percipit, sed eiusdem disparilitatis dampna non sentit, quia tantum sibi, quantum perceperit, sufficit. Et catholica doctrina didicimus, quia distincte conversationes hominum singulorum agminum caelestium ordinibus congruunt et in eorum sortem per conversationis similitudinem deputantur. Nam sunt plerique, qui parva capiunt, sed tamen haec eadem parva pie adnuntiare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et beatus (cf. Luc. 12, 42.) Remigius, licet multiplex scientia Dei dono in eo esset, ut fidelis servus et prudens conservis suis in tempore mensuram tritici, id est pro captu audientium, (1. Cor. 3, 2.) ministravit, et secutus apostolum, prius barbaris *lac potum dedit, non escam;*[1] et (Mal. 2, 7.) teste Malachia quia sacerdos angelus Domini est, unde et sanctus Remigius sacerdos magnus angelorum consortium[c] meruit. Et sunt nonnulli, qui divinae largitatis munere referti[d] sacramentorum caelestium summa et capere prevalent et nuntiare. Quo ergo isti, nisi inter archangelorum[e] numerum deputantur? Et beatus Remigius sapientiam loquens inter perfectos, quando male sentientem hereticum de vero Dei filio in synodo catholicorum episcoporum convertit, in archangelorum numero meruit[f] deputari. Et sunt nonnulli, qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quo[g] igitur isti, nisi ad supernarum virtutum sortem[h] et numerum congruunt?[1] Et beatus Remigius et in corpore positus et post obitum, ut supra ostendimus, mira fecit, signa valenter operatus[i] est; ad supernarum igitur virtutum sortem[k] et numerum congruit. Et sunt nonnulli, qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant[l] eosque virtute orationis et vi accepte potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum, nisi inter potestatum[1] caelestium numerum sortiuntur? Et sanctus Remigius virtute orationis et vi acceptae potestatis, ut supra ostendimus, de obsessis corporibus malignos[m] spiritus effugavit; ergo inter potestatum[n] caelestium numerum sortem accepit. Et sunt nonnulli, qui,

*) Temporibus Chilperici — adeptus *locus ad Moderamnum reliquiasque S. Remigii spectans hic interpolatus est (ed. 'N. Arch.' XX, p. 567)* 3*b*.

Capp. 30. 31. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b*.

Cap. 30. a) angelica *pr. m.* 2*b*. b) Babylonis 3*b*. c) u. a. 1. d) *om.* 3*b*.

Cap. 31. a) *nota eras.* 1. 2*b*; *numerum om.* 3*b*. b) virtute 4*a*. c) m. c. 1. d) ferti *pr. m.* 2*b*. e) angelorum 2*a*. f) computari m. 2. g) et quo isti 1. h) sortem *post* et n. *pr. m. ponit* 2*b*. i) est o. 1. k) et s. numerumque c. 1. l) agunt *corr.* abigunt 1. m) sp. malos fugavit 1. n) c. p. 1.

1) *Cf. Coloss.* 1, 16: in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates.

acceptis virtutibus, etiam electorum hominum merita transcendunt, cumque et bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam[a], nisi inter principatuum numeros acceperunt? Et beatus Remigius huius Remorum civitatis archiepiscopus sanctis[b] fratribus, Vedasto scilicet a se ordinato in Atrabato[c. 1], Medardo in Viromandis, Lupo in[d] Suessionis, Genebaudo[e] in Lauduno et reliquis in subiectis sibi civitatibus electis fratribus, principatus[f], sortem suam inter principatuum numeros accepit. Et sunt nonnulli, qui sic in semet ipsis cunctis[g] vitiis omnibusque desideriis dominantur, ut ipso iure munditiae dii inter homines vocentur; unde et[h] ad Moysen dicitur: *Ecce! constitui te deum Pha-* Exod. 7, 1. *raonis.* Quo ergo isti, quorum comparatione ceteri homines, ut ita dixerim, servi sunt, nisi inter[i] numeros dominationum[k] currunt? Et beatus Remigius cunctis vitiis omnibusque desideriis in semet ipso dominatus, iure munditiae solus faciem Christi videre potuit, quando ad eum et ad regem Hludowicum ac reginam ceterosque astantes in oratorio sancti Petri, ut supra est demonstratum[l. 2], advenit, et, ut servo sibi subiecto, baptizando regi[m] potestative precepit, dicens: 'Depone colla, Sicamber[n]', et Pippinum[o] regem villam Anisiacum[3] de aecclesia Laudunensi auferre molientem flagellavit; inter principatuum[p] ergo numeros sortem suam accepit. Et sunt nonnulli, qui dum[a] sibimet ipsis vigilanti cura dominantur, dum se sollicita intentione discutiunt, divino timori semper inherentes, hoc in[q] munere virtutis accipiunt, ut iudicare recte et alios possint; quorum profecto mentibus dum divina contemplacio presto est, in his velut in throno suo Dominus presidens, aliorum facta examinat et cuncta mirabiliter de sede sua dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui[r] conditoris[s] sunt, vel quo nisi ad supernarum sedium numeros adscribuntur? Per quos dum sancta aecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Quod et per sanctum Remigium actum fuisse legimus, quando electum Dei Genebaudum episcopum de suis infirmis actibus iudicavit et post iuditium, cordi suo Domino presidente, ipsius iussione in ordine[t] episcopatus illum restituit. Constat igitur, beatum Remigium ad supernarum sedium numerum esse adscriptum. Et sunt nonnulli, qui tanta Dei ac proximi dilectione[u] pleni[v] sunt, ut Cherubim[w] iure nominentur; quia enim Cherubim plenitudo scientiae[4] dicitur, et Paulo docente, didicimus, quia *plenitudo* Rom. 13, 10. *legis caritas,* omnes, qui Dei et proximi caritate ceteris amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubim numeros perceperunt. Et qui[x] ea que superius de eo lecta sunt sollicita mente intendit, quam plenus caritate fuerit, patenter intellegit, quantaque scientia repletus extiterit, dictis et factis suis et testimonio sancti papae Ormisde[5] ex premissis advertit[y]. Igitur sanctus[z] Remigius meritorum suorum sortem inter Cherubim numeros percipere meruit. Et sunt nonnulli, qui supernae contemplationis amore facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nil iam in hoc mundo cupiunt, solo aeternitatis amore pascuntur;

Cap. 31. 1. 2*a. b.* 3*b.* 4*a. b.*

Cap. 31. a) *om.* 1. b) scs̄ 3*b.* c) trebato *pr. m.* 2*b.* d) (in *om.*) Suessonis 2*b.* e) Genebaudus *pr. m.* 3*b.* f) *om.* 4*a.* g) v. c. 1. h) Unde Moysi d. 1. i) in *add., sed eras.* 1. k) dominantium 2*a.* l) dominatum 4*a.* m) *superscr.* 3*b.* n) Siccamber 4*a.* o) Pipinum 1. 4*b.* p) principatum *pr. m.* 3*b.* q) im 4*a.* r) sunt sui c. 2*a.* s) conditori(s *m. rec. add.*) 2*b.* t) in e. i. r. o. 1. u) dilectioni *pr. m.* 2*b.* v) s. pl. 1. w) Cherubin 2*a.* x) quia, *ras.* a 1. y) avertit 1. z) R. s. 1.

1) *Cf. V. Vedastis infra edendam.* 2) *Supra c.* 14. 3) *V. supra c.* 25. 4) *Cf. Isid. Etym. VII,* 5, 22: Cherubin . . . scientiae multitudo. 5) *V. supra c.* 20.

terrena queque[a] abiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt; amant et ardent atque in ipso suo ardore requiescunt; amando ardent, loquendo et[b] alios accendunt, et quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi Seraphim[1] dixerim, quorum cor in ignem conversum lucet et urit, quia et mentium oculos ad superna inluminant et conpungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant? Quia ergo ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter Seraphim numerum sortem suae vocationis acceperunt? Qualiter autem beatus Remigius in amore[c] conditoris[d] arserit, loquendo et alios accenderit, gens integra Francorum cum rege ad catholicam fidem predicatione illius conversa testatur; qualiter vero terrena quaeque abiecerit, cuncta temporalia mente transcenderit, solo aeternitatis amore pastus, ad amorem sui conditoris inflammatus[e] extiterit, fidem faciunt verba, quibus[f] conditoris desiderio succensus, pene continue[g]
Ps. 41, 4. ore, semper autem corde[h] dicebat: *Fuerunt michi lacrimae meae panes die ac nocte.*
ib. 5, 3. ib. 16, 15. *Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam et parebo[i] ante faciem Dei? Satiabor, dum manifestabitur gloria eius.* Inter Seraphim ergo numerum sortem suae vocationis accepit, cum quibus[k] sancta[l] eiusdem viri apostolici anima una cum suis consortibus in celesti letatur gloria. Sed[m] tunc nimirum multo perfectius isdem et sui comparticipes letabuntur, cum, recepta carne immortali, receptis in eadem beatitudine conservis suis et fratribus cunctis, quos[n] adhuc in terris[o] certare conspiciunt, non habebunt ultra, quo intuitum cogitationis suae foras[p] vel ad modicum mittant, habentes secum intus Deum, de cuius visione[q] superna gaudeant, habentes[r] et proximos, quorum felicitati sempiternae congaudeant. Ubi illud primum et maximum Domini mandatum integrum perficietur, ad cuius per-
Matth. 22, 37. fectionem in hac vita iusti pro suis quique[s] viribus accinguntur: *Diliges dominum*
ib. v. 39. *Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et[t] in[u] tota mente tua; et diliges[p] proximum tuum, sicut[v] te ipsum:* quia quo vicinius presentem Domini vultum cernunt, eo se ardentius eius dilectioni totos inpendunt; quo proximos suos omnes esse[w] electos ac[x] Deo dilectos agnoscunt, quo corda illorum non minus quam sua sincero amore referta perspiciunt[y], eo illos ipsi non minus quam se ipsos amare delectantur[z]. Nam pro fideliter laborantibus in huius vitae agone sancti Dei orant eisque compatiuntur, sed et[a] pro eis, ut supra dictum est, qui propter bona[b] quidem opera ad electorum sortem[c] sunt preordinati, sed propter mala aliqua, quibus polluti de corpore exeunt, post mortem castigandi, pro qualitate operum penis excipiuntur et purgati ad beatorum perveniunt requiem. Pro his vero, qui iam corporibus exuti[d] sunt, aeternis suppliciis[e] traditi, quamvis in suae naturae bonitate misericordiam habeant, iam auctoris sui iustitiae coniuncti, tanta rectitudine constringuntur, ut[f] nulla ad reprobos compassione moveantur. Ipsi quippe[g] iudici concordant[h], cui inherent, et eis quos eripere non possunt nec ex misericordia condescendunt, quia tanto illos a se vident extraneos, quanto et ab eo quem diligunt auctore suo conspiciunt repulsos, et erecti iam per iustitiam iudicii, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur. Verum et ante retri-

Cap. 31. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b* (*ad l.* 17).

Cap. 31. a) a. q. 1. b) *om.* 1. c) sui *add.* 1. 2*b*. d) a. c. 1. e) e. i. 1. f) quae 1. g) continuo 2*a*. 4*a*. h) d. c. 1. i) apparebo 4*a*. k) quibusdam *pr. m.* 2*b*. l) e. v. s. 1. m) Sed — *p.* 335, 37. sempiternam *om.* 4*b*. n) quod 1. o) terra 1. p) *om.* 4*a*. q) s. v. 1. r) habentes — congaudeant *om.* 1. 2*b*. s) quisque 4*a*. t) et in t. m. t. *om.* 1. u) ex 4*a*. v) ut 1. w) Dei *add.* 1. x) ac D. d. *om.* 1. y) respic(t)iunt 1. 2*b*. z) delectatur *pr. m.* 2*b*. a) *superscr.* 2*b*. b) q. b. 1. c) sunt sortem 1. d) executi *pr. m.* 2*b*. e) supplicis 2*a*, *corr.* f) ut — moveantur *om.* 2*b*; nulla — moveantur *om.* 1. g) *om.* 1; quoque 4*a*. h) concordent 1.

1) *Cf. Isid. Etym. VII*, 5, 23: Seraphin . . . ardentes vel incendentes interpretantur.

butionem extremi iudicii iniusti in requie quosdam[a] iustos aspiciunt, ut eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam[b] de illorum bono[c] crucientur. Iusti[d] vero in tormentis semper intuentur[e] iniustos, ut hinc eorum gaudium[f] crescat, quia mala conspiciunt, quae misericorditer evaserunt, tantoque maiores ereptori suo gratias referunt, quanto vident in aliis, quid[g] ipsi perpeti, si essent relicti, potuerunt. Nec illam tantae beatitudinis claritatem apud iustorum animum fuscabit aspecta pena reproborum, quia ubi iam compassio miseriae non erit, minuere procul dubio beatorum letitiam non valebit, et quamvis eis sua gaudia[h] ad perfruendum plene sufficiant, mala tamen reproborum absque dubio semper aspiciunt, quia qui creatoris[i] sui claritatem vident, nihil in creatura agitur, quod videre non possint.

Sicut igitur, audita sanctorum gloria, audita reproborum miseria[k], auditis X[1]
huius sanctissimi patronis[m] nostri[n] meritis, auditis beneficiis, quae in[o] miraculorum patratione ac sanitatum largitione[p] credentes et[q] devoti homines ipsius patrociniis per donum gratie meruerunt, et nobis talia eius intercessione inpertiri desideramus, ita et, auditis ultionum vindictis, que peccantes ac rebelles ipsius[r] meritis per retributionem iustitiae sustinuerunt, in peccatis et[s], quod adhuc est gravius, in peccatorum pertinacia rebelles persistere timeamus, ne similibus aut gravioribus suppliciis obruamur, si, tantis ac talibus exemplis cognitis, nec beneficiis ad bene agendum provocamur, nec territi vindictis, a malis nos cohibemus[t]. Flagellorum enim vindictae nobis inlatae, si nos[u] a peccando revocant et ad penitentiam provocant, et post penitentiam nos crimina non remaculant, finis sunt nostrorum precedentium peccatorum; sin aliter, sunt[v] initium sequentium tormentorum. Cognoscentes ergo, hunc patronum ac[w] protectorem nostrum esse unum de[x] illis, de quibus scriptum est: *Hi[y] secuntur agnum, quocumque ierit,* timeamus in conspectu Dei et Apoc. 14, 4.
in oculis eius peccare; peccantes autem, non erubescamus peccata[z] nostra quae novit Deo et illi corde contrito et humiliato per lacrimas confiteri et indulgentiam cum dignis penitentiae fructibus postulare[a]. Nemo aliqua suorum numerositate vel enormitate scelerum confusus, de salute inpetranda diffidat et baratrum desperationis incidat iuxta illud Salomonis: *Impius, cum venerit[b] in profundum malorum,* Prov. 18, 3.
contemnit. Habemus enim confitentes peccata[c] nostra et petentes veniam de impetranda[d] indulgentia anchoram fidei ac spei, per Iohannem apostolum nobis deprompt am: *Si confiteamur,* inquid, *peccata nostra, fidelis et iustus est,* quin[e] Deus, *ut* 1. Ioh. 1, 9.
remittat nobis peccata nostra[f]. Et quia sine peccato in hac vita esse non possumus, prima salutis spes est confessio, ne quisquam se iustum putet et ante oculos[g] Dei erigat cervicem, deinde dilectio, *quia caritas operit[h] multitudinem peccato-* 1. Petr. 4, 8.
rum. Pulchre autem utrumque apostolus simul nobis insinuat, quod et rogare pro peccatis debeamus[i] et impetremus[k] de Dei indulgentia, cum rogamus. Ideo et fidelem dixit Dominum, ad remittenda[l] peccata fidem pollicitationis suae servantem, quia qui orare nos pro debitis et pro[f] peccatis docuit, paterna misericordia

Cap. 31. 1. 2*a*. *b* (*ad l.* 17). 3*b*. 4*a*.

Cap. 31. a) i. q. 1. b) et 4*a*. c) cr. b. 1; gaudio cr. 4*a*. d) Iustis *pr. m.* 2*b*. e) intuentes 2*b*. f) gloria 4*a*. g) quod 3*b*. h) ad p. g. 1. i) creatori suo 1. k) pena 1. l) *eras.* 1. 2*b*. m) *corr.* patroni 1 *et sic rell.* n) *om.* 3*b*, *versu exeunte.* o) *om.* 1. p) largitionem 3*b*. q) *m. al. suppl.* 3*b*. r) illius 1. s) et — *p.* 332, 22. prava opera *om.* 2*b*, *folio exciso.* t) emendamus 1. u) nobis 2*a*, *corr.* v) (sunt *pr. m. in litura*) inicia 1; i. sunt 4*a*. w) ac pr. *om.* 1. x) ex 1. y) I(n *ras.*)sequuntur 2*a*. z) n. p. (*om.* q. n.) D. humiliter corde c. (*om.* et — lacrimas) 1. a) petere 1. b) in pr. m. v. 1. c) n. p. 1. d) petenda 1. e) *eras.* 2*a*; *cf. supra p.* 281, 26. f) *om.* 1. g) D. o. 1. h) o. m. *bis scr.* 4*a*. i) debemus 2*a*, *corr.* k) impetraret 4*a*, *corr.* l) remittendum 1.

promisit[a] et veniam secuturam; iustum quoque eum asseverat, quia verae confessioni iuste dimittat[b]. Peccata nostra preterita in baptismatis perceptione nobis donata[c] sunt, et tamen post baptisma multa commisimus, sed lavari iterum[d] baptismatis aqua non possumus. Quia ergo et post baptisma inquinavimus vitam[e], baptizemus lacrimis conscientiam et, quasi cotidiano Iordanis baptismate, lacrimis nostre compunctionis ab omni vitiorum subripientium contagione purgemur iuxta eum, Ps. 6, 7. qui dicit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrimis meis*[f] *stratum meum rigabo.* Unde recte Iordanis 'rivus iudicii'[1] interpretatur, quia nimirum electi quique, quo[g] sollicitius suam conscientiam discutiendo examinant, eo latiores[h] ex intimo[i] cordis fonte lacrimarum fluvios fundunt, et quia minus perfectos se esse deprehendunt, cf. Ps. 136, 9. sordes suae fragilitatis undis penitentiae diluunt et parvulos cogitatus suos ad petram, videlicet Christum, allidunt omnesque sensus mentis ac corporis petra spi- 1. Cor. 10, 4. ritalis exercitii circumcidere student: *Petra,* inquid, *erat Christus;* cuius fide, spe et caritate non solum in baptismate, sed et in omni prorsus actione devota purificantur corda[k] bonorum. | In quo pietatis exercitio si nos viderit hic dominus[l] et patronus noster fideliter laborare, data intercessionis manu, cursum nostrum iuvabit, qualiter ad portum aeternae salutis pervenire possimus. Legit enim in lumine incircumscripto, cum beatissimis spiritibus glorie conditoris sui adsistens, quia libenter obliviscitur omnipotens Deus, quod nocentes fuimus, paratus est penitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. In die[m] quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenuntiare promisimus, sed quod promisimus minime servavimus. Ad exercenda prava opera, ad[n] concupiscendas mundi pompas dilapsi sumus; inquinati ergo post aquam salutis, renascamur ex lacrimis. Apud misericordem namque iudicem nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem revertitur, etiam postquam mentitur, quia omnipotens Deus dum libenter nostram paenitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc[o] quod erravimus abscondit*.

Ceterum[p] nemo fidelium de huius patronis[q] nostri meritorum in caelis virtute dubitet, cui adhuc mortali carne in terra degenti Dominus potestatem dedit ligandi et solvendi, mortuos suscitandi, omnem languorem et omnem[r] infirmitatem curandi. Ad cuius corporis sepulchrum, sicut multis indiciis frequenter est demonstratum, viventes[r] aegri veniunt et sanantur, periuri veniunt et a daemonio vexantur, demoniaci veniunt et liberantur. Quomodo ergo vivit illic[s], ubi[t] vivit, si in tot miraculis vivit hic, ubi corpus eius mortuum[u] iacet? Hunc ergo in causa nostri examinis, quam cum districto iudice habemus, patronum faciamus[v]; hunc in die tanti terroris illius[w] defensorem adhibeamus. Certe si apud quemquam magnum iudicem causa quelibet nostra esset die crastina ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, aliquem patronum[x] quereremus magnisque precibus ageremus, ut apud tantum iudicem nobis defensor veniret. Ecce! districtus iudex Iesus ven-

*) *Sequuntur loci ex Flodoardi hist. eccl. Rem. deprompti:* Nostris olim diebus — spiritum exalavit *(SS. XIII, p. 436, v. 45 — p. 437, v. 19).* In Vulfiniaco-rivo — cohibuere praesumptione *(ib. p. 437, v. 22—32), omissis verbis, quae ad Flodoardum scriptorem pertinent, 3b.*

Cap. 31. 1. 2*a*. *b* (*a l.* 22). 3*b*. 4*a*.

Cap. 31. a) m. v. s. pr. 1. b) dimittit 1. c) s. d. etiam t. 2*a*. d) a. baptismi i. 1. e) vita 1. f) *om.* 2*a*. 4*a*. g) qui 1. h) latiore 1. i) intimis 4*a*, *corr.* k) b. c. 1. l) domnus 4*a*; v. d. et hic n. p. 1. m) Inde 2*a*. n) *in* ad *redit* 2*b*. o) *om.* 3*b*. p) *asteriscum m. al. marg. adscr.* 2*b*. q) *ita* 4*c*; patroni n. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*; n. patroni 1. r) *om.* 1. s) ille 1. (2*b*). t) *m. al. superscr.* 2*b*. u) i. m. 1. v) *antisigma paragraphumque m. al. add.* 2*b*. w) *om.* 4*a*. x) *post* patronum 3 *litt. ras.* 2*b*.

1) *Cf. Hieron., De nom. Hebr. (Opp. III, p. 95):* Iordanis descensio ecrum . . . vel videns iudicium; *v. infra p.* 335, *n.*

turus est; tanti illius angelorum archangelorumque[a] concilii terror adhibetur. In illo conventu causa nostra discutitur; et tamen nos patronum modo quem presto habemus non querimus, quem tunc defensorem habeamus? Adest defensor noster beatus Remigius, rogari vult atque, ut ita dixerim, querit, ut queratur. Hunc ergo adiutorem nostrae orationis queramus, ut tunc protectorem nostri reatus inveniamus, quia, ne punire peccatores debeat, rogari vult et ipse qui iudicat. Unde et tam longo tempore comminatur iram, et tamen misericorditer exspectat. Sic[b] autem nos et misericordia eius refoveat, ut nullo modo neglegentes reddat; sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperationem non proruat; quia etsi praesumentes[c] metuimus et metuentes speramus, aeternum regnum citius adepturi sumus istius patris et patroni nostri meritis et Deo dignis orationibus. Curramus ergo velocissimis fidei pedibus, extensis mentium manibus, ad protectionem illius atque ad sacratissimum corpus eius fletibus insistamus. Promereri nos veniam, eius intercedentibus meritis, deprecemur, ut, quia nostris non possumus, eius meritis[d] apud Dominum veniam inpetremus; et qui velamen bonorum operum, quo peccata nostra tegamus, non habemus, eius meritis et intercessionibus, puris confessionibus et profusis lacrimis ante eius sanctam memoriam[e] procidentes nostra crimina diluamus et bonis operibus abstergamus. Sed et ubicumque in adiutorium nostrae salutis fideliter eum invocaverimus, non deerit ab exauditione, inherens Christo, sicut et alia eminentiora membra ipsius, qui[f] ubique presens est maiestate, quique, dum districtus iudex sustinet, et adhuc manum non[g] exerit in percussione. Dum a retributione ultionis intimae esse quaedam temporis securitas videtur, debemus malum quod sequitur, flammarum scilicet penas aeternas, intolerabiles atque continuas, pensare, pensantes gemere, gementes vitare, ea que commisimus peccata indesinenter aspicere, aspicientes flere, flentes abstergere. Crimina, in quibus delectabiliter diu iacuimus, non perfunctorie, sed cotidie[h] atque, si fieri potest, continue amarissimis lacrimis studeamus[i] abluere, elemosinis abstergere, sacris hostiis expiare. Haec est pacis petende nostra legatio, que regem ad discuciendum et iudicandum nos venientem placat. Nulla nos prosperitatis transitoriae laetitia dissolvat, nec mentis nostre oculos ea quae sunt transitoria obstruant, ne cecos ad ignem ducant.

Curandum quoque magnopere nobis est et cum magnis cotidie fletibus[k] cogi- X[l]
tandum, quam sevus, quam terribilis sua in[m] nos opera requirens in die exitus
nostri princeps huius mundi veniet, si etiam ad Deum carne morientem venit et cf. Ioh. 14,30.
in illo aliquid quesivit, in quo invenire nil potuit. Quid itaque nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid requirenti adversario et multa sua in nobis invenienti dicemus? nisi solum[n], quod nobis est certum refugium, solida spes, quoniam a peccatis, que post baptismum commisimus, lacrimis abluti, per confessionem et dignos penitentiae fructus expiati et meritis ac orationibus sanctorum Christo reconciliati atque per acceptionem corporis et sanguinis eius in fide recta permanentes, unum cum illo facti sumus, ipsi incorporati, in quo princeps huius mundi et suum aliquid requisivit et invenire minime[o] potuit; quoniam solus est inter mortuos liber, a quo nos et a peccati iam servitio veraci

Cap. 31. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*.

Cap. 31. a) que *om.* 2*a*. b) Si 1, *corr.* c) prae:::: sumentes, *ras.* sume 2*b*; *om.* 1; metuentes praesumimus et praesumentes sp. 4*a*. d) m. veniam a. D. (veniam *eras.*) i. 1. e) pr. m. 1. f) i. ubicumque qui est semper m. presens q. 1. g) in p. non e. 1. h) cotidiane 2*a*. i) *post* expiare *ponit* 4*a*. k) cotidię *iteratum, sed eras.* 1. l) *ita* 3*b*; *om.* 1. 2*b*. m) o. in n. 4*a*. n) *om.* 4*a*. o) non *pr. m.* 2*b*.

libertate solvimur[a], quia ei qui vere liber est per corporis et sanguinis eius acceptionem unimur. Sicut enim vere carnem corporis nostri Christus assumpsit, et vere homo ille qui ex Maria virgine natus est Iesus Dei[b] filius est, non quemadmodum[c] alii homines per gratiam, sed natura Filius ex substantia Patris, ita Ioh. 6, 56. vera est caro et verus est sanguis eius, quae[d] ad manducandum[e] et potandum[f] in mysterio sumimus, sicut ipse testatur. Et nos, qui vere sub mysterio carnem et sanguinem corporis sui[g] sumimus, per ea naturaliter unum[h] cum illo efficimur, in quibus manet post consecrationem similitudo panis et vini, ne quedam[i] sit horror cruoris, sed manet in eis gratia redemptionis. De naturali enim in nobis Christi ib. veritate ipse ait: *Caro mea vere est esca*[k], *et sanguis*[l] *meus vere est potus. Qui edit carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo.* De veritate carnis et sanguinis eius non relictus est ambigendi locus. Nunc enim et ipsius Domini professione[m] et fide nostra vere caro est et vere sanguis est, et hec accepta atque hausta id efficiunt, ut et nos in Christo et Christus in nobis sit. Est ergo in[n] nobis ipse per carnem, et sumus in eo, dum secum hoc quod nos sumus in Deo[o] est. Quoniam autem in eo per sacramentum communicate carnis et[p] sanguinis eius simus[q], ib. 14, 19. 20. ipse testatur, dicens: *Et hic mundus me*[r] *iam non videt. Vos autem me videbitis*[s], *quoniam*[t] *ego vivo, et vos vivetis, quoniam ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis;* ut cum ille in[u] Patre per naturam divinitatis est, nos contra in eo per corporalem eius nativitatem, et ille rursum[v] in nobis per sacramentorum inesse misterium creditur. Quam ib. 6, 57. autem naturalis[w] in nobis hec unitas sit, ipse ita[x] testatus est: *Qui edit carnem meam*[y] *et bibit*[z] *sanguinem meum*[a], *in me manet, et ego in eo;* non enim quis[b] in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectae autem huius unitatis sacramentum ipse docet, dicens: ib. v. 58. *Sicut misit*[c] *me vivus Pater, et ego vivo per*[d] *Patrem, et qui manducaverit me,* id est carnem meam, *et ipse vivet per me.* Vivit ergo per Patrem, et quomodo vivit per Patrem, eodem[e] modo nos per carnem eius vivimus. Omnis enim comparatio ad intellegentiae formam presumitur, ut id de quo agitur secundum propositum exemplum assequatur. Haec ergo vitae nostrae[f] causa est, quod in nobis carnalibus manentem per[g] carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, qua[h] vivit[i] ille per[k] Patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum vivimus, id est naturam[l] carnis suae adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se Patrem habeat, cum vivat ipse per Patrem? Per Patrem autem vivit, dum nativitas non alienam intulit diversamque naturam; dum quod est et ab eo est, nec tamen ab eo per aliquam incidentem naturae dissimilitudinem separatur; dum in[f] se per nativitatem habet Patrem in virtute naturae. Cui veraciter unimur per incarnationis suae mysterium, quod cotidie in catholica celebratur 4. Reg. 2, 8. aecclesia. Sicut prefiguratum legitur in sacra historia: 'Venit Helias ad Iordanem, et exutus pallio suo, percussit aquas ac divisit', venit Dominus ad fluvium mortis, quo genus humanum mergi consueverat, et exuens se ad tempus habitu carnis

Cap. 31. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*.

Cap. 31. a) solvimus 2*a*, *corr.* b) f. D. 1. c) quemammodum 2*a*. 4*a*. d) *ita* 3*b*. 4*a*; quem 1. 2*a*. *b*. e) man|dum *pr. m.* 2*b*. f) potantum 1. g) *om.* 4*a*; Domini *pro* c. s. 1. h) cum i. u. 2*a*. i) *ita* 1 (*pr. m.*). 2*b*; quidam *rell.* k) sca *pr. m.* 2*b*. l) vere s. m. 2*a*. m) promissione 1, *corr.* n) ipse in n. 1. o) Deum 2*b*. 3*b*. 4*a*. p) et s. *bis scr.* 3*b*. q) sumus 4*a*. r) *superscr.* 2*b*. s) videtis 2*a*. t) quia 1. u) in P. *om.* 4*a*. v) rursus 2*a*. w) in nobis nat. 2*a*. x) *m. al. superscr.* 2*b*. y) *om.* 1. z) sanguine b. 1. a) *om.* 2*b*. b) in eo quis 4*a*. c) me misit 1. d) propter 4*a* *cum Vulg.* e) eo 1. f) *m. al. suppl.* 2*b*. g) Chr. p. c. 1. h) quia 2*b*. i) p. P. v. i. 1. k) *m. rec. suppl.* 2*b*. l) n. s. c. 1; c. nostrae nat. 4*a*.

quem[a] assumpserat, mortem moriendo percussit ac vitae nobis iter resurgendo patefecit. Recte etenim[b] per Iordanem fluxus nostrae mortalitatis ac defectus exprimitur, quia et Iordanis Latine descensus[c, 1] eorum dicitur, et ipse fluvius in mare Mortuum influens, laudabiles suas ibi perdit aquas; transit autem Helias, diviso Iordane, per siccum, transiit et Heliseus, quia resurgens a[d] mortuis salvator fidelibus quoque suis spem resurgendi tribuit. Transito Iordane, Helias dedit optionem Heliseo postulandi que vellet, et Dominus, impleta resurrectionis gloria, plenius discipulorum sensibus inseruit, quod et antea promisit, quia *quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.* (Ioh. 14, 13.) Petiit Heliseus, ut fieret spiritus Heliae[e] duplex in se, (4. Reg. 2, 9.) et edocti a[f] Domino discipuli promissam spiritus gratiam accipere desiderabant, qua[g] non uni tantum genti Iudeae, quam ipse presens in carne docuit, sed et cunctis per orbem nationibus predicare sufficerent. Annon duplicem spiritus sui gratiam pollicebatur, cum ait: *Qui credit in me, opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet?* (Ioh. 14, 12.) Sermocinantibus Helia et Heliseo, subito currus et equi ignei rapuerunt Heliam quasi usque in caelum. Qui profecto currus (4. Reg. 2, 11.) et equi angelicae sunt intellegendae virtutes, de quibus scriptum est: *Currus Dei X milibus multiplex, milia letantium; Dominus in illis;* (Ps. 67, 18.) et iterum: *Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem.* (ib. 103, 4.) Horum namque Helias subsidio, utpote homo purus, quo a terra tolli posset, egebat, et Dominus cum apostolis loquens, subito, videntibus illis, elevatus[h] est, etsi non angelico fultus auxilio, angelico[i] tamen comitatus obsequio, vereque est assumptus in caelum, angelis quoque id ipsum attestantibus, qui illis dixerunt: *Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in caelum.* (Act. 1, 11.) Sublevatus ad caelum Helias, dimisit Heliseo pallium quo erat indutus; (4. Reg. 2, 13.) ascendens in caelum Dominus, sacramenta humanitatis assumpte discipulis, immo omni[k] aecclesiae, quibus sanctificaretur in virtute dilectionis ac calefieret, reliquid[l]. Assumens Heliseus pallium Heliae, percussit eo aquas Iordanis, et ubi invocavit Deum Heliae, divise sunt, et transiit[m]. Assumpserunt apostoli, assumpsit[n] instituta per eos omnis aecclesia sacramenta[o] sui redemptoris, quibus spiritaliter erudita, abluta et consecrata[p], ipsa quoque, invocato[q] nomine Dei patris, impetum mortis[r] superare, eiusque obstaculo contempto, ad vitam transire didicit sempiternam, iuxta quod Dominus in euangelio dicit: *Sicut,* inquiens, *Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis*[s], *ut omnis qui credit in ipsum*[t] *non pereat, sed habeat vitam aeternam;* (Ioh. 3, 14. 15.) quoniam qui credens in Christum passionis suae sacramenta credendo, confitendo, sinceriter imitando[u] fideliter sumit, salvatur in perpetuum ab omni morte, quam peccando in anima pariter et carne[v] contraxit, et non solum perditionem evadet penarum, sed et vitam percipiet sempiternam. Ad[w] quam beatae et gloriosae semper virginis et genetricis suae Mariae dominae nostrae ac istius[x] patronis[y] nostri beati[z] Remigii meritis et intercessionibus in fide recta et bonis operibus nos perseverantes et per acceptionem corporis

Cap. 31. 1. 2*a*. *b*. 3*b*. 4*a*. *b* (*a l.* 37).

Cap. 31. a) quam 2*a*. b) enim 1. c) descens 4*a*. d) a m. *om*. 3*b*. e) Haeliae 2*b*, *ut infra*. f) d. a D. 1. g) *corr*. quia 3*b et sic* 1. h) est el. 1. i) t. a. 1. k) *om*. 2*b*. l) relinquit *corr*. reliquit 2*a*. m) transit 2*b*. n) assit omnis inst. per eos ęccl. 1. o) sui r. sacr. 1. p) consecreta 2*b*. q) in *add*. 3*b*. r) s. m. 1. s) *om*. 4*a*. t) ipso 4*a*. u) imitendo 2*a*, *corr*.; immitando 2*b*. v) carnem 2*b*. w) *in* ad *redit* 4*b*. x) *om*. 4*b*. y) *ita* 1; patroni *rell*. z) beatissimi 4*a*.

1) *Iordanis nomen recte ex verbo descendere derivatur; cf. Herzog, 'Real-Encyklopädie' XI, p.* 736[2].

et sanguinis sui unum secum effectos perducere dignetur et per eadem humilitatis eius sacramenta usque ad contemplandam divinitatis eiusdem[a] gloriam, quam ipse
Ioh. 14, 21. fidelibus servis suis fideli pietate pollicetur, dicens: *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum, — me ipsum manifestabo,* inquit, id est, non qualem me omnes conspicere, qualem etiam invidi crucifigere[b], sed qualem in decore[c] suo regem seculorum soli videre possunt oculi mundi[d] sanctorum, talem me ad rependendam[e] vicem dilectionis his qui me diligunt ostendam, — pertingere faciat Christus[f] Iesus deus et dominus, conditor et redemptor atque ab omni morte et[g] corruptione salvator noster, in[h] qua cum Deo patre et[i] Spiritu sancto coaeternus et[i] consubstantialis ac coaequalis vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen[k].

32.[a] Exemplar[b] testamenti[1] a beato Remigio conditi, in quo lector attendat, quia solidorum quantitas[c] numero XL denariorum computatur, sicut tunc solidi agebantur, et in Francorum lege Salica continetur et generaliter in[d] solutione usque ad tempora[e] magni Karoli perduravit, velut in eius capitulis invenitur[2].

In[f] nomine Patris et Filii et Spiritus sancti gloria Deo. ☧[g] *Amen.*

Ego Remigius episcopus civitatis Remorum sacerdotii[3] compos testamentum meum condidi iure pretorio atque id codicellorum vice valere precepi fieri[h]: iuris aliquid videbitur defuisse? Quandoque ego Remigius episcopus de hac luce transiero, tu mihi heres esto, sancta et venerabilis aecclesia catholica urbis Remorum, et tu, fili fratris[i] mei, Lupe episcope[4], quem precipuo[k] semper amore[l] dilexi, et tu, nepos meus Agricola presbyter, qui michi obsequio tuo a puericia placuisti, in omni substantia mea, que mea sorte obvenit, antequam moriar[m], preter id quod unicuique donavero, legavero darive iussero, vel unumquemque vestrum[n] voluero habere precipuum. Tu, sancta heres mea[o] Remensis aecclesia, colonos, quos in Portensi[5] habeo territorio vel de paterna maternaque substantia, vel quos cum fratre meo sanctae memoriae Principio episcopo[6] commutavi vel donatos habeo, possidebis, Dagaredum, Profuturum, Prudentium, Tennaicum[p], Maurilionem, Baudoleifum, Provinciolum[q]; Niviatenam[r], Lautam, Suffroniam colonas. Amo-

Cap. 31. 1. 2*a*. *b* (*ad l.* 5). 3*b*. 4*a*. *b*. *Cap.* 32. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1. 2.

Cap. 31. a) eius 3*b*. b) *desinit* 2*b*, *folio exciso*. c) s. d. 1. d) s. m. 1. e) repetendam *pr. m. corr.* repend. 1. f) I. Chr. 4*a*. *b*. g) ac 2*a*. 3*b*. h) (in *om.*) qui 4*a*. i) *om.* 1. k) *subscr.* Explicit vita sancti Remigii 2*a*; Explicit 4*b*; *desinunt* 4*a*. *b*.

Cap. 32. a) *om.* 3*a*. *b*. *T* 1. b) Exemplar — conditi *om.* 2*a*, *versu primo vacante*; Exemplar — invenitur *om.* *T* 2 (*habet* *T* 1). c) n. q. 1, *corr.* d) in s. *om.* 2*a*. e) tempus (*om.* m.) 1. f) *praescr.* Testamentum quod fecit sanctus Remigius 2*a*; In — Amen *om.* *T* 1 (*non* *T* 2). g) *ita* 1. 3*a*; ☧ 3*b*; *chrismon om.* 2*a*. *T*. h) quatinus si *add.* 3*c* (*non* 3*a*. *b*. *b**. *b***). i) fratres 3*a*, *corr.* k) praecipio 3*a*, *corr.* l) d. a. 1. m) decedam 1. n) u. vol. ex vobis h. 1. o) sancta *iterat* 2*a*. p) Temnaicum *T*. q) Provintiolum 3*a*. *b*. r) Niviateram 3*a*; Naviatenam *T*.

1) *Testamentum S. Remigii ab Hincmaro ipso ad suam vitae enarrationem stabiliendam confictum alter falsarius saec. XI. med. amplissimis interpolationibus auxit, auctumque impostores Remenses codicibus et V. Remigii Vaticano, Reg. Christ. n.* 561, *saec. XI, (T* 1*) et Flodoardi, Hist. Rem. eccl. I,* 18. *vel* 19, *(T* 2*) inseruerunt. Additamenta interpolati collecta libro Hincmari subieci.* 2) *Haec Hincmarus adnotavit, ut testamentum genuinum esse crederetur. Solidi autem ibi legati utrum XL an XII denarios caperent, scire nemo poterat nisi falsarius ipse; cf. 'N. Arch.' XX, p.* 553. 3) *Haec elocutio a forma testamentorum aliena est, multaque alia auctor commisit menda non ferenda, quae castigavi l. l. p.* 540 *sqq.* 4) *Lupum episcopum Suessionum filium fratris Remigii fuisse, Hincmarus supra p.* 260. *contenderat.* 5) *Château-Porcien pagi illius caput est; cf. Longnon, 'Atlas. Texte expl.' II, p.* 119. 6) *Principium Suessionum episcopum, fratrem Remigii, Hincmarus supra p.* 260. *citavit.*

rinum quoque servum tuo dominio*[a] *vindicabis nec non*[b] *agros quos possideo in solo Portensi** cum*[c] *pratis, pascuis, silvis ad te*[d] *testamenti huius autoritate revocabis***. Futuro episcopo successori meo amphibalum*[1] *album paschalem relinquo; stragola columbina duo, vela*[e] *tria, que sunt ad hostia diebus festis triclinii, cellae et culinae. Vas argenteum† X et VIII librarum inter te, heres mea, et diocesim tuam aecclesiam Lugdunensem*[f, 2]*, factis patenis atque*[g] *calicibus*[h] *ad ministerium sacrosanctum, prout volui, Deo*[i] *annuente, distribui. Aliud†† argenteum vas, quod mihi domnus*[k] *illustris memoriae Hludowicus*[l] *rex*[m]*, quem*[n] *de*[o] *sacro baptismatis fonte suscepi*[3]*, donare dignatus est, ut de eo facerem, quod ipse*[p] *voluissem, tibi, heredi meae aecclesiae supra memoratae, iubeo turibulum*[q] *et imaginatum*[4] *calicem fabricari†††. Quod faciam*[r] *per me, si habuero spatium vite; si*[s] *ante clausero*[t] *ultimum diem, tu, fili fratris mei, Lupe episcope, species*[5] *antedictas tui ordinis memor efficies*[u]*. Compresbiteris*[v] *meis et diaconibus, qui sunt Remis, viginti et*[w] *V solidos aequaliter dividendos in commune dimitto. Vitis plantam super vineam meam ad Subnem*[6] *positam simili modo communiter possidebunt cum*[x] *Melanio vinitore, quem do in loco aecclesiastici*[y, 7] *hominis Alborichi, ut*[z] *Alborichus*[a] *libertate plenissima perfruatur. Subdiaconibus solidos duos*†, lectoribus solidos duos, ostiariis et iunioribus solidos duos iubeo dari. Pauperibus**† in matricola positis, ante fores aecclesie exspectantibus stipem, duo solidi, unde se reficiant, inferentur***†. De*[b] *Vaculiaco Fruminium*[c]*, Dagaleifum*[d]*, Dagaredum, Ductionem, Baudoricum, Uddulfum*[e]*, Vinofeifam*[f] *liberos esse precipio. Tennaredus, qui de ingenua nascitur*[g] *matre, statu libertatis utatur. Tu vero, fili fratris mei, Lupe episcope, tuo dominio vindicabis Nifastem et matrem suam Mutam, vineam quoque, quam Enias*[h] *vinitor colit. Eniam et Monulfum, eius filium iuniorem, iubeo libertate perfungi*[i]*. Melloricum*[k] *porcarium et Pascasiolam*[l]*, coniugem suam, Vernirianum cum filiis suis, excepto Widragasio*[m]*, cui tribuo*[n] *libertatem, tuo iuri deputabis. Servum meum de Cesurnico*[o, 8] *tuum esse precipio. Agrorum partem ad te*[p]*, quam frater*[q] *meus Principius*[r] *episcopus tenuit, cum silvis, pratis, pascuis revocabis. Servum meum, quem Mellovicus*[s] *tenuit, Viteredum*[t] *derelinquo. Teneursolum, Capalinum et uxorem suam Teudorosevam*[u] *tuo iuri dominioque transcribo; Teudoniria*[v] *quoque ex mea preceptione sit libera. Edoreifam, quae homini tuo sociata fuit, et eius cognationem*[w] *retinebis. Uxorem Aregildi*[x] *et cognationem suam ingenuos esse iubeo. Partem meam de prato*[y]*, quod Lugduni*[z] *iuxta vos habeo, ad imitatem moncium posito,*

Cap. 32. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1. 2.

Cap. 32. a) domino 3*a*. b) nec non villas agrosque quos *T*. c) omnibus *add*. *T*. d) *om*. 2*a*. e) vel atria 3*b*. f) Laudun. 3*a*. g) et 1. h) calicis *T* 1. i) Domino (1). k) et *add*. 1. l) Hlodowicus 3*a*. m) *om*. 3*a*. *b*. n) ut predixi *add*. *T*. o) in 1. p) *om*. 1. *T* 1. q) turribulum 2*a*; turriculum 3*a*. *b*. *T* 2. r) q. per me agam, si sp. v. h. 1. s) autem *add*. 1. t) u. d. cl. 1. u) efficias *T*. v) Cumpr. *T* 1. w) *om*. 3*a*. x) co 1. y) ecclesiastico 1, *corr*. z) et 3*b*. a) Albovicus *T* 1. b) iam dicto *add*. *T*. c) Fruminium *T*. d) Degaleifum 3*a*. *T* 1. e) Udulfum *T*. f) Vinofeistam 1. g) m. n. 2*a*. h) Eneias *T* 1; Eneas *T* 2: *item infra*. i) perfrui 2*a*. k) Melloficum *T*. l) Paschasiolam 1; Pascastolam 3*a*; Pascasidam *T*. m) Widagasio 1, *corr*.; Wdragasio *T* 1. n) tribui *T* 2. o) Cersurnico *T* 1. p) p. ante *T* 1. q) m. fr. 1. r) Precipius 3*a*, *corr*. s) Mellovecus 1. t) tibi *add*. *T*. u) Teudoresevam 3*a*. *b*; Teodorosevam *T* 1; Teodorosenam *T* 2. v) Teodonivia *T*. w) cognotionem 3*b*. x) Arigilli *T*. y) patro 1. z) Lauduni 3*a*.

1) *Est birrus villosus: v. Ducange h. v.* 2) *Ita Lugdunum Clavatum aevo Karolingico appellabatur; cf. 'N. Arch.' XX, p.* 551. 3) *Id Hincmarus solus testatus est supra p.* 297. 4) *I. e. calicem operis caelati. Suysk.* 5) *I. q. res vel quaevis suppellex pretiosior; cf. Ducange h. v.* 6) *Suippe affluens Aisne fl.* 7) *Homo ecclesiasticus aevo Karolingico primum commemoratur; cf. 'N. Arch.' XX, p.* 551. 8) *Cerny-en-Laonnois (cant. Craonne); cf. Matton l. l. p.* 53.

et que Iovia sunt pratella, quae tenui, ad te revocabis. Tibi autem, nepos meus Agricola*[a] *presbiter, qui*[b] *intra domesticos parietes*[c] *meos exegisti*[d] *pueritiam tuam, trado atque transcribo Merumvastem servum et*[e] *uxorem suam Meratenam*[f] *et eorum filium nomine Marcovicum; eius fratrem Medovicum iubeo esse liberum. Amantium*[g] *et uxorem suam Daero*[h] *tibimet derelinquo; eorum filiam esse*[i] *precipio liberam Dasovindam. Alaricum servum tuae deputo portioni; cuius uxorem, quam redemi et manu misi, commendo ingenuam defendendam. Bebrimodum et uxorem suam Moram*[k] *tuo dominio vindicabis*[l]*; eorum filius Monacharius gratulabitur beneficio libertatis. Mellaricum et uxorem suam Placidiam ad tuum dominium*[m] *revocabis; Medaridus, eorum filius, sit libertus. Vineam, quam Mellaricus Lugduni*[n] *facit, tibi dono*[o]. *Brittobaude*[p] *servum nec non etiam*[q] *Gibericum, vineam, quam*[r] *Bebrimodus facit, tibi eatenus derelinquo*[s], *ut diebus festis et omnibus dominicis sacris altaribus mea*[t] *offeratur*[u] *oblatio, atque annua convivia Remensibus presbiteris*[v] *et diaconibus prebeantur. Delegoque nepoti meo Pretextato Moderato*[w], *Tottionem*[x], *Marcovicum*[y], *Innocentium servum, quem accepi a Profuturo originario*[1] *meo, coclearia quattuor de maioribus, acitabulum*[z], *lacernam*[a], *quam mihi tribunus Friaredus*[b] *dedit, et argenteam cabutam*[c, 2] *figuratam; filiolo*[d] *illius Parorio*[e] *acitabulum et tria coclearia et casulam*[f], *cuius fimbrias commutavi. Remigiae coclearia tria, que meo sunt nomine titulata, mantele*[g, 3] *ipsius*[h] *quod habeo feriale transcribo; hichinaculum*[4] *quoque dono illi*[i], *de quo Gundebado*[k] *dixi. Delegoque benedictae filiae meae Helariae diaconae ancillam nomine Nocam et vitium pedaturam*[5], *que suae iungitur vineae*[l], *quam Cattusio*[m] *facit, dono et partem meam de Talpusciaco transcribo pro obsequiis, que mihi indesinenter impendit. Aetio*[n], *nepoti meo, partem de Cesurnico, que mihi sorte divisionis obvenit, cum omni iure, quod tenui atque possedi; Ambrosium quoque puerum ad ius illius*[o] *dominiumque transmitto. Vitalem colonum liberum esse iubeo et familiam*[p] *suam*[o] *ad nepotem meum Agathimerum*[q] *pertinere; cui vineam dono, quam posui Vindonisse*[6] *et meo labore constitui, sub ea conditione, ut a patribus*[r] *suis omnibus diebus festis ac dominicis pro commemoratione mea sacris altaribus offeratur*[s] *oblatio, et Lugdunensibus*[t] *presbiteris atque diaconibus annua convivia, concedente Domino, praebeantur*[u]. *Dono aecclesie Lugdunensi** solidos*[v] *X et VIII, quos presbiteri et diaconi inter*[w] *se aequali divisione distribuant*[x]. *Partem meam de Setia*[y] *ex integro ad se revocet aecclesia Lugdunensis***. Commendo sanctitati tuae, fili fratris mei, Lupe epi-*

Cap. 32. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1. 2.

Cap. 32. a) Agrigola 3*b*. b) contra *m. al. corr.* qui intra 3*a*. c) parentes *T* 1. d) exeisti 2*a*. e) uxoremque 1. f) Meratinam 2*a*. g) Amancium 1. h) *om. T*. i) pr. e. 1. k) Moriam *T*. l) vend. 3*a*. m) r. d. 1. n) Lugduno 1; Lauduni 3*a*. o) do 3*a*. p) Brittobaudem *T* 1; Britobaudem *T* 2; Bratobaudem 3*a*. q) *om. T* 1. r) *pr. m. om.* 3*a*. s) derelindo 2*a*. t) inde *add. T*. u) obl. off. 1. v) presbiter 2*a*. w) Moderatum 3*b*. *T*. x) Totionem 1. y) Marcuicum 2*a*. z) accitabulum *T*. a) lucernam 3*b*. *T* 1. 2 (*codd.* 1). b) Feriaredus 2*a*. c) canbutam 3*a*; cambutam *T* 1. d) fiolo 1. e) parvulo *T* 1. 2 (*codd.* 1. 3). f) casullam 2*a*. 3*b*; casululam 1. g) mantile 3*a* (*pr. m.*). *T*. h) *expectes* ipsi *vel* ipsum; illi 3*b**. *b***. i) tibi *T* 1. k) Gundebaudo *T* 1; Gundobaudo *m. al. corr.* Gundobado 3*a*; Gondebodo *T* 2. l) vineneae 3*b*. m) Catusio 3*a* (*pr. m.*). *T*. n) Etio 1. o) eius 2*a*. p) filiam 1. q) Agithimerum *pr. m.* 3*a*; Agitonerum *T*. r) partibus *T* 2. s) obl. off. 1. t) Laud. 3*a*, *semper*. u) tribuantur 1. v) que *add. T*. w) aequaliter inter se dividant. Partem 1. x) distribunt *pr. m.* 2*a*. y) Secia 3*a*. *b*.

1) *I. q. vernaculus.* Originalis condicionis *Hincmarus in ep. ad clerum et plebem Bellovacensem (Migne* 126, *p.* 259*) meminit.* 2) *Vulgo cambuta, baculum incurvatum episcoporum; cf. Ducange h. v.* 3) *Mappa, qua diebus festis mensa tegebatur.* 4) *Vocabulum e Gr.* ἐχῖνος *derivatum vas quoddam significat.* 5) *Agri modus.* 6) *Vendresse-et-Troyon (cant. Craonne); cf. Poquet,* '*Congrès archéologique de France.* 28[e] *Session*', *Paris.* 1862, *p.* 124.

scope, quos libertos esse precipio, Cattusionem*[a] *et Auliatenam, coniugem suam, Nonnionem*[b]*, qui meam vineam*[c] *facit, Sunnoveifam*[d]*, quam captivam redemi, bonis parentibus natam, et eius filium*[e] *Leuberedum*[f]*, Mellaridum*[g] *et Mellatenam, Vasantem*[h] *coquum, Cesariam, Dagarasevam*[i] *et Baudorosevam*[k]*, Leonis neptem, et Marcoleifum, filium Totnonis*[l]*: hos totos, fili fratris mei, Lupe episcope, sacerdotali autoritate liberos defensabis. Tibi autem*[m]*, heredi meae*[n] *aecclesiae, Flavianum*[o] *et uxorem suam Sparagildem dono; eorum filiolam parvulam Flavarasevam*[p] *liberam esse constitui. Fedamiam, uxorem Melani, et eorum parvulam Remenses presbiteri et diaconi possidebunt. Cispiciolum colonum liberum esse precipio et ad nepotem meum Aetium*[q] *eius familiam pertinere, ad utrumque, id est ad Aetium*[r] *et Agathimerum*[s]*, pervenire*[t] *colonicam Passiacum*[1]*. Pronepti*[u] *meae Pretextatae*[v] *dono Modorosevam*[w]*. Profuturo Leudocharium*[x] *puerum trado: Profuturae*[y] *dari iubeo Leudoveram. Lugdunensibus*[z] *subdiaconibus, lectoribus, hostiariis et iunioribus quattuor solidos derelinquo. Pauperibus in matricula positis solidus dabitur ad eorum refectionem. Delegoque** VIII*[a] *solidos aecclesiae Sissionum*[b] *pro commemoratione nominis*[c] *mei***, Catalaunensi aecclesiae*[+] *solidos VI*[d]*, Mosomagensi*[2] *solidos V, Vongensi*[e. 3] *agrum apud officinam molinarum, quae ibi est constituta, Catarigensi*[4] *aecclesiae solidos IIII; totidemque Portensi pro commemoratione mei nominis inferentur*[++]*. Ursi archidiaconi familiaribus usus*[f] *obsequiis, dono ei domitextilis*[5] *casulam subtilem et*[g] *aliam pleniorem, duo saga delicata, tappete quod habeo in lecto et tunicam quam tempore transitus mei reliquero*[h] *meliorem. Heredes mei, Lupe episcope et Agricola presbiter, porcos meos inter vos equaliter dividetis. Friaredus, quem, ne*[i] *occideretur, quattuordecim solidis comparavi, duos concessos*[k] *habeat; duodecim det ad basilicae*[l] *domnorum martyrum Timothei et Apollinaris*[m] *cameram faciendam. Hec ita do, ita lego*[n]*, ita testor. Ceteri omnes exheredes estote, sunt tote*[o]*. Huic autem testamento meo dolus malus abest*[6] *aberitque: in quo si qua litura vel caraxatura fuerit inventa, facta est me presente, dum a me relegitur et emendatur*[+++].

Actum[p] *Remis die et consule suprascripto*[q. 7]*, intercedentibus et mediis signatoribus.*

☧[r]. *Remigius episcopus testamentum meum relegi, signavi, subscripsi et in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Deo adiuvante*[s]*, compleri*[*+].

Cap. 32. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1. 2.

Cap. 32. a) Catusionem *T*. b) Nonnicnem 3*a*. *b*; Nonnienem 2*a*. c) f. v. 1. d) Sonnoveifam 1; Sunnoveisam 2*a*. e) filiam 3*a*, *corr*. f) Leudeberum *T* 1. g) Mellaredum 3*b*. h) Vasantem *ead. m. corr*. Vasantam 3*a*, *et sic* (2*a*. 3*b*). *T* 2 (*codd*. 1). i) Dagaresevam 1; Dagaremseam *T* 1. k) Baelorosevam 2*a*, *corr*. l) Totonnis 1; Totononis 2*a*. m) *om*. *T* 1. n) eccl. m. *T*. o) Flavinum 1, *corr*. p) Flavaresevam 1; Flavaraseū 2*a*. q) etiam *corr*. Etium 1; Ętium et eius *T* 1; etiam eius *vel* et vim eius *codd*. *T* 2. r) Etium 1. s) Agatimerum *T*. t) pertinere 1, *corr*. u) Pronepte 1. v) Protextate *T* 1; Protexitate *codd. nonnulli* *T* 2. w) Odorosevam *T* 1. 2 (*codd*. 1. 3). x) Leudecarium *T*. y) Profuturo *T* 1. 2 (*codd*. 1). z) Lugdon. *T* 1. a) decem *T*. b) *ita* 1. 3*a*. *b*; Suessonicae *T*; Suessionum *rell*. c) m. n. 1. d) octo *T*. e) Vungensi 3*a*, *corr*. f) *om*. *T* 2; o. u. 1. g) e *pr. m*. 3*a*. h) relinquero *T* 1. i) non 2*a*, *corr*. k) concessus 2*a*, *corr*. l) basilicam 1. m) Apollonaris 3*b*. n) legendo *T* 1. o) suntote 2*a*, *quod requiritur; cum vero* sint tote *in Abbonis testamento apud Pardessus, Dipl. II,* 370, sint toti *in Berthramni test., ib. I,* 198, *legatur, locum emendare nolui*. p) Peractum *T*. q) supradicto *T*. r) *ita* 1. 3*b*; *om*. 2*a*. 3*a*; *crucem exhibet* *T*. s) iuvante 1.

1) *Passiacus vel potius Pacciacus (cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 164*) hodie appellatur Paissy (cant. Craonne).* 2) *Mouzon (dép. Ardennes).* 3) *Voncq (cant. Attigny, dép. Ardennes).* 4) *Intellegitur Castricensis pagus dioec. Remensis, hodie decanatus Mézières; cf. Longnon, 'Atlas. Texte expl.' II, p.* 119. 5) *Germ. 'von Hausleinwand'.* 6) *Immo adest, clausulaque eiusmodi in genuinis testamentis non deprehenditur: cf. 'N. Arch.' XX, p.* 544. 7) *Ea minime superscripta sunt.*

v̄c[a] *Pappolus interfui et subscripsi.*
v̄c *Rusticolus*[b] *interfui et signavi*[c].
v̄c *Eulodius*[d. 1] *interfui et signavi*[e].
v̄c *Eutropius*[f] *interfui et signavi.*
v̄c *Eusebius interfui et signavi*[g].
v̄c *Dauveus interfui et signavi.*

Post conditum testamentum, immo signatum, occurrit sensibus meis, ut basilice domnorum martyrum Timothei[h] *et Apollinaris missorium argenteum VI librarum ibi deputem, ut ex eo sedes futura meorum ossuum componatur*[i].

33.[a] Isti[b] versus sunt scripti in scrinio corporis sancti Remigii, in linea[c] superiori per circuitum*:

Hic[d] *famulus Hincmar*[e] *domini sacra membra locavit*[f],
Dulcis Remigii ductus amore pio,
Qui prius est[g] *sanctus*[2], *mundo quam matre creatus,*
Et magnus dictus celitus ore Dei.
Bis denos binosque gerens feliciter annos,
Sorte Dei sumpsit pontificale decus.
Sexaginta simul bis septem[3] *manserat annis*
Istius urbis honor presul et orbis amor.
Vitam defunctis, reddens quoque lumina cecis,
Egerat et vivens plurima mira satis.
Nam domuit fera corda animo pius, ore profusus
Sicambre gentis, regia sceptra sacrans.
Nonaginta quidem sex cum[h] *compleverit*[i] *annos,*
Splendida lux nostras deseruit tenebras.
Idus iam plenas cum Ianus mensis haberet,
Emeritus miles premia digna capit.

Isti sequentes[g] versus sunt scripti in scrinio corporis sancti Remigii, in linea inferiori per circuitum:

Isdem Hincmarus primus hac sede sacerdos
Post triginta loco constitit[k] *et numero;*
Qui sextus decimus[4], *sub hac radiante lucerna*
Remigio, Remis munia[l] *cara dedit.*

*) ut cognoscere lector potest *add.* 3b** *(non 3b*).*

Cap. 32. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1. 2. *Cap.* 33. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1.

Cap. 32. a) v̄c *semper om.* 2*a*. b) Eusticolus *errore miniatoris* 2*a*; Eulodius, Eusebius, Rusticolus, Eutropius *nomina transponit T*. c) subscripsi 1. *T* 1 (*non T* 2). d) Euledius *T* 1. e) subscripsi 1. *T*. f) Eutrepius 1. g) subscripsi *T*. h) Tymothei 2*a*. i) *desinit T* 2.

Cap. 33. a) 34. 2*a*; *om. rell.; carmina ed. Ludovicus Traube, MG. Poetae III*, 2, *p.* 413. b) *pro verbis* Isti — circuitum *lemma e laterculo depromptum praemisit T* 1. c) linia *pr. m.* 3*a*, *ut infra.* d) H *om., spatio relicto,* 1. e) Hincmar⁰ 1. f) locavi 2*a*. g) *om.* 1. h) *superscr.* 3*b*. i) compleverat 3*a* (*pr. m.*). *b* (*m. al.*). k) constituit 2*a*. l) munera 1.

1) *Eulogius 'vir praepotens' Remigio villam Sparnacum vendiderat; cf. supra c.* 17. 2) *V. supra c.* 1; ipse utique beatum Remigium non solum ante baptismum, sed etiam ante nativitatem eiusdem gratiae munere perfudit. 3) *V. supra p.* 318. 4) *Hincmarus inter episcopos Remenses tricesimus primus et post Remigium erat sextus decimus.*

Annis septenis[1], *quinis ac mensibus egit*
Pastoris curam, hec recolenda patrans
Octingenteno quinquagenoque secundo,
Quod[a] *Deus est anno virgine natus homo,* 852, Oct. 1.
Tertius[2] *et Karolus regni componeret actus,*
Octimber primam cum daret atque diem,
Ac ter centenos[b] *octavus tangeret annus*[3],
Hic iustus Domini quo petit astra poli.
Ter centum fuerant tres et deni quater anni[3],
Quo vitae Francos gurgite lavit ovans.
Ipsius is precibus caelesti[c] *in sede locetur,*
*Quem terris coluit verus amator. Amen**.

*) Ab incarnatione Domini usque ad transitum sancti Martini anni quadringenti quadraginta tres, ab incarnatione Domini usque ad baptismum Francorum anni quingenti quadraginta duo, ab incarnatione Domini usque ad transitum Chlodovei anni quingenti quinquaginta sex[4], ab incarnatione Domini usque ad transitum sancti Remigii anni quingenti septuaginta quinque computantur, (et ita numerus iste, domino nostro Iesu Christo annuente, benigne disponitur *add.* 3*b***; Explicit vita atque obitus beatissimi Remigii Remorum archiepiscopi *subscr.* 3*b*) *add.* 3*b*. *b**. *b***.

APPENDIX.

I. ADDITAMENTA AMPLIORIS TESTAMENTI S. REMIGII.

ad p. 337.

v. 1. *) cum omnibus, quos intestatos reliquero, *add. T.*

v. 2. **) Tudiniacum[5] scilicet et Balatorium[a] sive Plerinacum[6] et Vacculiatum[b], vel quaecumque[c] in eodem solo Portensi qualibet auctoritate possedi, integre *add. T.*

ib. ***) Simili modo, heres mea, quaecumque tibi a propinquis et amicis meis in quocumque solo et territorio collata[d] sunt, sicuti disposuero, in ptochiis, cenobiis, martiriis, diaconiis, xenodochiis, omnibus matriculis sub tua ditione degentibus, ordinationem meam futuri successores mei, ordinis sui memores, sicut ego predecessorum meorum, ita quoque inconvulse et absque ulla refragatione servabunt. Ex quibus Celtus, quam per manum meam Celsa, sobrina[5] mea, tibi tradidit, et Huldriciaca villa, quam Huldericus[e] comes, ei[f] loco, ubi ossa mea sancti fratres et coepiscopi dioceseos tuae ponenda elegerint, in tegumentis deserviant, sitque locus ille successoribus meis, Remorum episcopis, peculiariter proprius; et in alimoniis ibidem Deo militantium Vicus ex proprio

Cap. 33. 1. 2*a*. 3*a*. *b*. *T* 1. *App. I.* *T* 1. 2.

Cap. 33. a) *ita* 1. 3*a*; Quo *rell.* b) centenus *Traube.* c) in s. c. 1.
App. I. a) Balatonum *T* 1. b) Vaculiatum *T* 1. c) quacumque *T* 1. d) collocata *T* 1. e) Hildericus *T* 1. f) et *T* 1. 2.

1) *Anno* 845, *die* 3. *Maii Hincmarus archiepiscopus consecratus est.* 2) *Karolum Martellum primum Hincmarus numeravit regem, monente Suyskeno.* 3) *Si haec ratio constaret, Remigius a.* 544. *mortuus, annoque* 509. *Chlodovechus baptizatus esset: at a.* 535. *Flavius episcopus Remensis concilio Arvernensi intererat (Concilia ed. Maassen I, p.* 70*).* 4) *Ratio omnino non constat.* 5) *V. supra c.* 7. 6) *Pargny-les-Rethel; cf. Bouchet l. l. p.* 109.

ad p. 337, *v.* 2.

in Portensi et Villaris quoque ex episcopio in Remensi deserviant. Blandibatius[1] villa in Portensi, quam a coheredibus meis Benedicto et Hilario datis pretiis emi de thesauro ecclesiae, et Albiniacus[2] ex episcopio in alimoniis clericorum Remensis ecclesiae communiter deputentur. Quibus etiam Berna[3] ex episcopio, quae peculiaris praedecessoribus meis esse solebat, cum duabus villis, quas Ludowicus[a], a me sacro baptismatis fonte susceptus, amore nominis mei Piscofesheim[4] sua lingua vocatis, mihi tradidit, sive cum Coslo et Gleni[3] vel omnibus silvis, pratis, pascuis, quaecumque per diversos ministros in Vosago infra, circum et extra, tam ultra quam citra Renum pretio dato comparavi, picem annuatim ministret cunctisque locis regularibus tam a me quam ab antecessoribus meis ordinatis sive in futuro ab episcopis successoribus meis ordinandis pro necessitate locorum ad vascula vinaria componenda annuatim distribuat. Crusciniacum[5] vero et Faram[6] sive villas, quas sanctissima virgo Christi Genovefa a rege christianissimo Hludowico pro compendio itineris sui, cum Remensem[b] ecclesiam sepissime visitare soleret, adipisci promeruit alimoniisque ibidem Deo famulantium deputavit, sicut ab ea ordinatum est, ita confirmo[c], ut Crusciniacus futuri episcopi successoris mei obsequiis et sartatectis principalis ecclesiae deputetur; Faram vero eidem episcopo et sartatectis ecclesiae, ubi iacuero, perpetualiter servire iubeo. Spernacus[d] villa, quam datis quinque milia libras[d] argenti ab Eulogio[3] comparavi, tua, sanctissima heres mea, non extraneorum heredum meorum esse cernitur, eo quod, cum criminis accusatione regiae maiestatis idem teneretur obnoxius et se minime purgare posset, non solum ne occideretur, dato iam dicto pretio de thesauris suis, sed ne pecunia eius publicaretur, una tecum obtinui, et ideo, ut prefata Spernacus perpetualiter tibi ad restituendum thesaurum stipendiisque tui pontificis deserviat, liberali sanctione firmavi. Duodeciacus vero, sicut a Ludowaldo[7] nobilissimae indolis puero confirmatum est, tibi, heres mea, perpetualiter famuletur. Villas, quas mihi domnus illustrisque memoriae Hludowicus rex, quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cum adhuc paganus Deum ignoraret, ad proprium tradidit, locis pauperioribus deputavi, ne forte, cum esset infidelis, cupidum[8] terrenarum rerum me arbitrari posset et non potius suae salutem animae quam exteriora ab ipso bona requirere; quod et admiratus, intercedere me pro quibuscumque necessitatem patientibus et fidelis et ante fidem benigne liberaliterque concessit. Et quia ex omnibus episcopis Galliarum pro fide et convocatione Francorum potissimum me laborare cognovit, dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu eius virtusque divina, quae[e] per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem prefatae gentis Francorum operari fecit, ut non solum ablata omnibus ecclesiis regni Franco-

App. I. *T* 1. 2.

App. I. a) Ludomicus *T* 2 (*codd.* 1*a.b*); Ludomirus *T* 1 *et* *T* 2 (*cod.* 1*c*). b) Remensam *T* 1. c) ita *iterat* *T* 1. d) *ita* *T* 1 *et* *T* 2 (*codd.* 1). e) qua *T* 1.

1) *Blombay (arr. Rocroi, dép. Ardennes).* 2) *Aubigny (arr. Rocroi, dép. Ardennes).* 3) *V. supra c.* 17. 4) *Bischmischheim prope Saarbrücken; cf. Thilloy p.* 68. 5) *Crugny (cant. Fismes): cf. Bouchet p.* 113. 6) *Fère-en-Tardenois (arr. Château-Thierry); cf. Bouchet l. l.* 7) *V. supra c.* 20. 8) *Cf. V. Remigii c.* 16: quas ipse per diversas aecclesias tradidit, ne Franci eum rerum temporalium cupidum esse et ob id ad christianitatem eos vocasse putarent.

ad p. 337, *v.* 2.

rum restitueret, sed etiam de proprio gratuita bonitate plurimas ditaret ecclesias. Neque prius de regno eius, quantum passus est pedis, ecclesiae Remorum iungere volui, donec, ut hoc omnibus ecclesiis adimpleret, obtinui; sed neque post eius baptismum nisi Codiciacum et Luliacum, super quibus iam dictus puer sanctissimus et unanimus mihi Hludowaldus[1] et incolae loci illius, multiplicibus exeniis gravati, obnixe deprecantes, quod regi debebant ecclesiae meae solvendum, me petere compulerunt. Quod idem piissimus rex et gratanter accipiens, promptissima voluntate largitus est, usibusque[a] tuis, sanctissima heres mea, iuxta eiusdem piissimi datoris preceptum episcopali auctoritate firmavi. Res etiam, quas sepe dictus rex piissimusque princeps tibi in Septimania et Aquitania concessit, et eas, quas in Provincia Benedictus[2] quidam, cuius filiam mihi ab Alarico missam gratia sancti Spiritus per impositionem manus meae peccatricis non solum a diabolicae fraudis vinculo, sed ab inferis revocavit, ad usum luminis tui et loci, ubi corpus meum iacuerit, continuatim deservire precipio villasque in Austria sive Toringa. *add. T.* Hincm. V. Rem. c. 17.

v. 5. †) triginta et aliud *add. T.*

v. 7. ††) Illud quoque vas aureum decem librarum, q. m. sepe nominatus d. illustrisque *T.*

v. 10. †††) et epigrammata, quae Lugduni in argenteo ipse dictavi, in hoc quoque conscribi volo. *add. T.*

v. 16. *†) duodecim, l., o. et i. solidos octo i. *T.*

v. 17. **†) duodecim *add. T.*

v. 18. ***†) quibus Corcellum villam dudum deservire precepi. Aliis pauperibus tribus, ubi fratres cotidie pedes lavare debent, quibus etiam Balatoforon, quod dicitur xenodochion, ad hoc ministerium statui, solidus unus dabitur. Viduis XL in porticu ecclesiae alimoniam prestolantibus, quibus de decimis villarum Colmisciaco[3], Tassiaco[4], Nova-villa stipendia ministrabantur, superaddo de villa Huldriciaca superius memorata eis in perpetuum stipendia inferri[b] et III solidos et denarios IIII dari iubeo. Ecclesiae sancti Victoris ad portam Suessonicam solidos II; ecclesiae[c] sancti Martini[d] ad portam Collatitiam solidos duos; ecclesiae sancti[d] Hilarii ad portam Martis solidos II; ecclesiae sanctorum Crispini et Crispiniani ad portam Trevericam solidos II; ecclesiae sancti Petri infra urbem, quae Curtis-dominica dicitur, solidos duos; ecclesiae, quam in honore omnium martirum supra criptam Remorum aedificavi, cum per auxilium virtutis Dei ab igne daemonis pene iam totam urbem concrematam[5] eripui, solidos II; ecclesiae, quam pro eodem signo virtutis Dei in honore sancti Martini et omnium confessorum infra urbem edificavi, solidos II; diaconiae infra urbem, quae dicitur Ad-apostolos, solidos II; titulo sancti Mauricii in via Caesarea solidos II; ecclesiae Iovinianae tituli beati Agricolae, ubi ipse vir christianissimus Iovinus[6] et sanctus martir Nicasius cum plurimis

App. I. *T* 1. 2.

App. I. a) visibusque *T* 1. b) inferre *T* 1. c) ecclesiam *T* 1. d) M. — sancti *om. T* 1.

1) *Potius Chrotechildis regina teste Hincmaro, V. Rem. c.* 17. 2) *V. supra c.* 9. *Hincmarus autem progeniei gloriam Benedicto minime attribuit.* 3) *Chaumuzy (cant. Ville-en-Tardenois, arr. Reims); cf. Guérard l. l. p.* 135. 4) *Taissy (dép. Marne); cf. Guérard p.* 141. 5) *V. supra c.* 8. 6) *V. Flod., Hist. Rem. eccl. I,* 6.

ad p. 337, *v.* 18.

societatis suae[a] Christi martiribus requiescunt, ubi etiam quinque confessores, proximi antecessores[1] domni Nicasii, cum sanctissima virgine et martire Eutropia conditi sunt, solidos III; eidem quoque ecclesiae proprium quod fuerat Iovini in solo Suessonico cum ecclesia beati Michahelis[2] rebus prioribus superaddidi. Ecclesiae sanctorum martirum Timothei et Apollinaris, ubi etiam, Domino dante, si fratribus ac filiis meis episcopis dioceseos nostrae visum fuerit, ossa mea ponere[3] disposui, solidos IIII; ecclesiae sancti Iohannis, ubi virtus Christi, me orante, filiam Benedicti suscitavit[4], solidos II; ecclesiae sancti Sixti, ubi cum tribus successoribus[b] suis requiescit[5], solidos III, cui etiam de proprio meo Plebeias[6] supra[c] Matronam adiunxi; ecclesiae sancti Martini in eodem solo sanctae Remensis ecclesiae positae solidos II; ecclesiae sancti Cristophori solidos II; ecclesiae sancti Germani, quam ipse in solo Remensi aedificavi, solidos II; ecclesiae sanctorum martirum Cosme et Damiani in prefatae matris solo positae solidos II; matriculae sanctae Mariae, quae dicitur xenodochion, ubi duodecim pauperes stipem expectant, solidus dabitur. Quam denique matriculam loco, ubicumque fratribus meis et filiis ossa mea ponere placuerit, perseverare precipio, et ut die noctuque pro peccatis atque criminibus meis Dominum deprecentur, de proprio hereditatis meae iure rebus, quas antecessores mei in eorum stipendiis Domino dederunt, superaddo etiam villam Scladronam et villam Sancti Stephani[7], et quicquid in villa Herimundi[8] mihi per successionem evenit; quod vero pretio ibidem comparavi, ecclesiae sancti Quintini martiris iam diu delegavi. *add. T.*

ad p. 338.

v. 1. *) Labrinacum[9] tibi, ubi ossa genitricis meae posui, cum prefixis[d] terminis deputavi. *add. T.*

v. 29. **) ex villis, quas mihi sanctae recordationis prefatus rex Hludowicus dedit duas, Anisiacum[10] *add. T.*

v. 31. ***) et Lauscitam[11], quam mihi filia[e] carissima et soror mea virgoque, ut credo, Christi sanctissima Genovefa in usibus pauperum Christi tibi dandam ad integrum delegavit. *add. T.*

ad p. 339.

v. 1. *) ex prefatis villis *add. T.*

v. 14. **) ex dato prefati principis Salvonarias[12] supra Moram et *add. T.*

v. 15. ***) nam Sablonarias[12] supra Matronam heredibus meis deputavi, *add. T.*

ib. †) ex dato sepe dicti filii mei Gellonos[11] supra Matronam et solidos X; ecclesiae sancti Memmii Fascinarias[11] ex donis prefati[f] principis et *add. T.*

App. I. *T* 1. 2.

App. I. a) tuae *T* 1. b) *superscr. T* 1. c) super *T* 1. d) premissis *T* 1. e) c. f. *T* 2. f) prescripti *T* 2.

1) *Eos in ecclesia Ioviniana (postea S. Nicasii) requiescere Flod. I,* 5. *minime commemoravit.* 2) *Monasterium Saint-Michel, dioec. Laudunensis (cant. Hirson), saec. demum X. conditum est.* 3) *V. supra p.* 340, *l.* 8. 4) *V. supra c.* 9. 5) *Flod., Hist. Rem. eccl. I,* 3. 5. *huius rei non meminit.* 6) *Locus fictus.* 7) *Saint-Etienne-sur-Suippe (cant. Bourgogne, arr. Reims); cf. Guérard p.* 141. 8) *Hermonville (cant. Fismes, arr. Reims); cf. Guérard p.* 137. 9) *Lavergny (comm. Parfondru, dép. Aisne); cf. Matton p.* 152. 10) *V. supra c.* 25. 11) *Haec loca ficta videntur esse; cf. 'N. Arch.' XX, p.* 556. 12) *Animadvertas, quanta liberalitate Remigius ecclesiae Suessionensi locum fictum* Salvonarias supra Moram *legaverit, villam* Sablonarias supra Matronam, *i. e. Sablonnière (comm. Montreuil-aux-Lions, dép. Aisne; cf. Matton p.* 242*), heredibus suis reservans.*

ad p. 339.

v. 18. ††) Ecclesiae Atrabatensi, cui, Domino annuente, Vedastum fratrem meum karissimum episcopum consecravi [1], ex dono iam dicti principis villas duas in alimoniis clericorum deputavi [a], Orcos [2] videlicet et Sabucetum; quibus etiam pro memoria nominis mei solidos XX dari iubeo. *add. T.*

v. 26. †††) Neque ei duo priora testamenta, primum quod ante XIIII et alterum quod ante septem condidi annos, obsistere, obviare aut ullatenus nocere poterunt, eo quod, quicquid in ipsis continebatur, in presentia fratrum meorum hic inserta et quae deerant adiuncta, insuper et quae Dominus mihi largiri in postmodum dignatus est superaddita noscuntur; sed inconvulsum et incontaminatum presens hoc quod condidi testamentum, a fratribus meis successoribus, videlicet Remorum episcopis, conservatum, a regibus quoque Francorum, filiis scilicet meis karissimis, quos per baptismum, Iesu Christi dono et gratia Spiritus sancti cooperante, Domino consecravi, ubique defensum atque protectum, contra omnia et in omnibus inviolabilem perpetuamque semper [b] obtineat firmitatem. Et si quis in ordine clericali a presbitero usque ad tonsum contradicere aut obviare ei presumpserit, correptus a successore meo satisfacere neglexerit, convocatis ex vicinioribus locis Remorum dioceseos tribus episcopis, deponatur a gradu. Si vero, quod non opto nec cupio, sed neque spero, successor quilibet mihi in hac sede Remorum episcopus [c], execrabili cupiditate ductus, res prefatas, sicut a [d] me auctore domino meo Iesu Christo ad illius honorem et eius pauperum consolationem ordinatae sunt, aliorsum distrahere, immutare, commutare seu quolibet optentu in usus laicorum beneficii gratia dare aut a quolibet datas favere aut consentire presumpserit, convocatis totius dioceseos Remorum episcopis presbiterisque ac diaconibus nec non et ex [e] filiis meis karissimis Francis religiosis quam plurimis, reatus sui penam privatione [f] episcopatus persolvat, et nequaquam ultra recuperationem gradus amissi in hoc seculo promerebitur. Quicumque vero ex laico habitu a nobis statuta parvi pendens sibique favens, quae pauperibus ecclesiae attributa sunt, abuti aut usurpare quolibet obtentu praesumpserit, pari simul perpetuaque [g] dampnatione alienator, petitor [h], dator, acceptor, pervasor anathematis vinculo ab ecclesia catholica seiungantur, donec valeant [i], Deo miserante, condigne satisfactionis [k] emendatione indulgentiam promereri. Sin autem in hoc perseverare cuiuscumque donationis [l] occasione quilibet delegerit, spes ei praesentis ac futurae restitutionis a successore meo, Remorum scilicet episcopo, omnimodis auferatur. Generi tantummodo regio, quod ad honorem sanctae ecclesiae et defensionem pauperum una cum fratribus meis et coepiscopis omnibus Germaniae, Galliae atque Neustriae in regie maiestatis culmen perpetuo regnaturum statuens elegi [3], baptizavi, a fonte sacro suscepi donoque septiformis Spiritus consignavi, et per eiusdem sacri chrismatis unctionem ordinato in regem, parcens statuo, ut, si aliquando genus illud regium per

App. I. *T* 1. 2.

App. I. a) III *add.* *T* 1. b) super *T* 1. 2 (*codd.* 1). c) epis *T* 1. d) a me *pr. m. superscr.* *T* 1. e) *om.* *T* 1. f) sui *add.* *T* 2. g) que *om.* *T* 1. h) *pr. m. superscr.* *T* 1. i) valeat *T* 1, *corr.* k) satisfactiones *T* 1. l) dampnationis *T* 1.

1) *V. supra p.* 329. 2) *Orcum pallidum clericis Atrebatensibus in alimonium dedit falsarius malignus.* 3) *Ius eligendi regis Gervasius archiepiscopus Remensis sibi primus vindicavit a.* 1059; *cf. 'N. Arch.' XX, p.* 558.

ad p. 339, *v.* 26.

benedictionem meam toties Domino consecratum, mala pro bonis reddens, ecclesiarum Dei pervasor, destructor, depopulator gravis aut contrarius existere voluerit, convocatis Remorum dioceseos episcopis, primum moneatur; deinde[a] urbs prefata, adiuncta sibi sorore, ecclesia scilicet Trevirensi[1], iterum conveniatur. Tertio vero, archiepiscopis tantummodo Galliarum tribus aut quattuor convocatis, princeps ille, quicumque fuerit, moneatur, ita ut usque ad septimam monitionem, si prius satisfacere renuerit, paternae pietatis longanimitate differatur. Tandemque ei, si, postpositis omnibus prefatis benedictionibus, incorrigibilis contumatiae spiritum non deposuerit, et se per omnia Deo subdi nolens, benedictionibus ecclesiae participare noluerit, elogium[b, 2] segregationis a corpore Christi ab omnibus ei porrigatur, quod per prophetam et regem David longe ante, eodem qui in episcopis est dictante sancto Spiritu, noscitur decantatum, quia: *Persequutus est,* inquit, *hominem inopem et mendicum et conpunctum corde, et non est recordatus facere misericordiam. Et dilexit maledictionem, et veniet ei, et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo*[c]*;* totumque ei, quod in persona Iudae traditoris Christi et malignorum episcoporum ecclesia[d] decantare solet, per singulas ei decantetur ecclesias, quia Dominus dicit: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis; et quamdiu his non fecistis, nec mihi fecistis.* Et ideo, quod probatur in capite, in menbris intelligendum esse non dubitetur; unum tantummodo[e] ibi verbum per interpositionem commutetur: *Fiant dies eius*[f] *pauci, et principatum eius accipiat alter.* Quod utique si successores mei, Remorum scilicet archiepiscopi, operari, sicut a me ordinatum est, neglexerint, in se, quicquid in principibus resecandum fuerat, maledictionibus depravari repperiant: *Ut fiant dies eorum pauci, et*[g] *episcopatum eorum accipiat alter.* Si vero dominus meus Iesus Christus vocem orationis meae, quam cotidie pro genere illo in conspectu divinae maiestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit, ut, sicut a me accepit[3], ita in dispositione regni et ordinatione sanctae Dei ecclesiae perseveret, benedictionibus, quas Spiritus sanctus per manum meam peccatricem super capud eius infudit, plurimae super capud illius per eundem Spiritum sanctum superaddantur, et ex ipso reges et imperatores procedant, qui in presenti iuxta voluntatem Domini ad augmentum sanctae[h] suae ecclesiae, virtute eiusdem in iudicio et iustitia confirmati et corroborati, regnum obtinere atque augere cotidie valeant et in domo David, hoc est in caelesti Hierusalem, cum Domino in aeternum regnaturi, sublimari mereantur. Amen. *add. T.*

(Ps. 108, 16–18. — Matth. 25, 40. 45. — Ps. 108, 8.)

v. 29. *†) †Vedastus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Genebaudus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Medardus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

App. I. *T* 1. 2.

App. I. a) ecclesia *add. T* 2. b) eulogium *T* 1. c) ea *T* 1. d) ecclesiam *T* 1. e) v. t. i. *T* 1. f) *om. T* 1. g) *om. T* 2. h) suae sanctae *T* 1.

1) *Archiepiscopus Trevirensis Remensi hic postponitur, dum Hincmaro teste uterque eiusdem est ordinis; cf. 'N. Arch.' l. l.* 2) *I. q. nota.* 3) *Chlodovechus igitur regnum a Remigio episcopo acceperat! Haec sane arrogantia non leviter admiranda est.*

ad p. 339, v. 29.

† . . . . [a. 1] Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque[b] subscripsi.

† . . . . [a. 1] Cui pater meus Remigius maledixit, malexi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Lupus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Benedictus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Eulogius[2] episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Agricola presbiter. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Teudericus presbiter. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi.

†Celsinus presbiter[3]. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. *add. T.*

II. EPISTULA MONACHORUM S. REMIGII AD FRATRES CASINENSES.

Servum illum Dei vel 'benedictum', qui energumenam Tolosanam teste antiquiore biographo[4] sanare non valuisset, sanatam postea a Remigio, Hincmarus contenderat S. Benedictum fuisse monachorum patrem, ideoque huius gloriam deminuerat, ut augeret sanctum suum. Quod cum nefas auctor amplioris testamenti ferre non posset, Benedictum voluit fuisse laicum, patrem puellae sanatae[5], eaque interpretatione Casinenses monachi contenti esse poterant. Monachi autem S. Remigii Remenses livore pleni, cum apud Hincmarum[6] legerent, S. Benedicti litteras a parentibus puellae allatas esse, has ipsas, quibus defectionem suam confessus esset, finxerunt cumque sodalibus Casinensibus amicissime communicaverunt, adicientes, patrem puellae fuisse comitem quendam Fresoniae. Id factum est iam paene 500 *annis post mortem S. Benedicti, i. e. saec. XI. med., saeculoque post Petrus diaconus Casinensis inter scripta patroni epistulam illam 'ad Remigium Rhemensem archiepiscopum' attulit[7]. Quam saepe editam ex Annalibus eccl. Baronii a.* 507, *n.* 4. 5. *iteravit Suyskenus[8]: litterae autem Remensium, quibus ea inserta est, integrae nondum prodierunt, cum codex adhibitus olim Musei Bollandiani* (3c) *priorem tantum partem contineat. Praeter hunc codices plenos 3b et 3b* adhibui; Vaticanum n.* 3542. *Suyskenus citavit.*

EPISTOLA[a] FRATRUM REMENSIS CENOBII AD FRATRES MONASTERII[b] IN MONTE CASSINO CONSTITUTI.

Exigui ac permodici regularis vitae sectatores, fratres, qui sunt Remis constituti in monasterio beati et gloriosi confessoris Christi Remigii archiepiscopi, sanctis ac Deo

App. I. *T* 1. 2. *App. II.* *3b. b*. c.*

App. I. a) *nomen deest, spatio relicto, T.* b) et signavi *T* 1.
App. II. a) *ita 3b. b**; Exemplar epistole beati Benedicti abbatis ad sanctum Remigium presulem *errore manifesto 3c.* b) fr. qui sunt in Monte Casino c. *3b**.

1) *Nomina falsario defecerunt.* 2) *Eulodium v. c. etiam Hincmarus testem produxit.* 3) *Sanctus Remensis, de quo v. Flod., Hist. Rem. eccl. I,* 10. 4) *Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 66. 5) *V. supra p.* 343. 6) *V. Rem. c.* 9. 7) *De viris illustribus Casinensis archisterii c.* 1 *(Muratori, Script. rer. Ital. VI, p.* 10*).* 8) *AA. SS. Oct. I, p.* 73.

dignissimis fratribus Cassini, summae divinitatis normali rubrica indefatigatis humeris cluentibus[a], sanctarum munuscula precum. Miramur admodum, fratres gloriosi, quod, emensis annorum curriculis iam pene quingentis, ex quo pretiosus Deo et hominibus communis pater noster sanctus Benedictus mundum hunc nequam devicit atque sempiternae iocunditatis delicias intravit, epistolam illam memorabilem transscribere neglexistis et hactenus, ut nuper conperimus, incognitam habetis, quam ille sancti paraclyti familiarissimus sinergus conposuit, superni nectaris rore respersit ac[b] sancto patrono nostro Remigio summe humilitatis indiculo direxit. Quapropter sanctae caritati[c] vestrae[d] diutius eiusdem exemplar epistolae non ferentes deesse, non eisdem per omnia verbis, eiusdem tamen rationis vestigiis innitentes, plena devotione caraxavimus ac tanti patris titulis inserendam transmisimus.

Occasionem autem eiusdem epistolae in primis placuit prelibare, quasi ne[e] aliquo, quod absit, tanti auctoris thema interrumpatur, quod omnium theosophorum iudicio ipsi Tulliano stilo iure meritoque praefertur. Contigit namque eodem tempore, quo idem inconparabilis pater sole fulgidius Cassini miraculis choruscavit, ut antiquus humani generis inimicus in Fresoniae partibus nobilissimam puellam, cuiusdam comitis filiam, pervaderet eamque toto malignitatis suae vigore vexaret. Cumque pervasor iniquus solita obstinantia diutius hoc ageret, parentes puellae, quia nobiles erant, eam per diversa sanctorum martyrum loca ferre decreverunt, quatinus eorum patrociniis pius ac misericors Dominus tam infestum de fragili vasculo predonem excluderet. Transactoque iam quinquennio, quod spe illa nequicquam[f] laborare ceperunt, tandem Romana menia visitarunt. Ibi denique cum aliquandiu per monasteria sanctorum inutiliter conarentur, multorum ibidem relatu compertum illis est de sanctissimo monachorum patre atque signifero Benedicto. Quid multis immorandum? Romanis menibus ocius dorsa dedentes[g], spe non cassanda Cassino sub omni agilitate redarum subeunt udisque luminibus arreptitiam illam sancti patris obtutibus sistunt, et ut solitas pro eius ereptione preces[h] omnipotenti Domino sternere dignaretur, ad solum usque fusi humiliter flagitarunt. Quos cum pater venerandus omni benignitatis dulcedine suscepisset, iussit eis omnia monastice[i] devotionis solatia exhibere et ad triduum usque demorari. Per ipsum namque triduum vir Domini instantissime se precibus occupavit, quatinus illi captivae succurreret et a maligno liberaret. Peracto autem triduo illo, more sibi insolito praedonem infestissimum resistere videns, laeta mente atque hilari facie egrediens, nil contristatus contra Dominum, hospitibus suis haec verba consolando intulit: 'Nolo vos ignorare, filioli, quia, peccatis meis obnitentibus, nequaquam dignus sum obtinere, quo vestrae necessitati inpraesentiarum valeam consulere; sed quia michi in memet ipso plura deesse conspicio neque ad extremam usque adhuc manum[1] me unguetenus pervenisse pervideo, perfectum et inerratum vobis suggero consilium, ut ad effectum vestrae voluntatis citius, Deo comitante, possitis convolare. Habeo, ni fallor, apud Remensem Galliarum urbem adhuc superviventem fratrem meum Remigium, huiusce aetatis sacerdotum carbunculum. Ad quem oportet vos gnaviter[k] properare, meis gratificati apicibus, quatinus ille sacerdotalibus orationibus vestris procul dubio apud Dominum satisfaciat necessitatibus; imparem quippe me ad haec optinenda censeo per omnia'. Haec postquam paucis peroravit, semet ipsum intra

App. II. 3*b*. *b**. *c* (*cf. n.* d).

App. II. a) clientibus 3*b*. *b**. b) a 3*b**. c) caritatis 3*c*. d) *reliqua desunt, duobus foliis perditis,* 3*c*. e) *ita scripsi*; in *codd.* f) nequaquam 3*b**. g) *ita* 3*b*; dendentes 3*b**, *corr.* h) *suppl.* 3*b**; *om.* 3*b*. i) ice *m. rec. in ras.* 3*b**. k) graviter 3*b*, *corr.*

1) *Cf. Cic., Brut.* 33: Manus extrema non accessit eius operibus.

cellae secretum quasi dimidiae spacio horae recepit atque in modum pitatioli haec verba beato conscripsit Remigio[a].

Dominico[b] sacerdoti Remigio frater et conservus in Christo Iesu, cenobialis vitae institutor, Benedictus aeternae benedictionis munus. Sanctissimo tuo congratulans profectui, sacerdos regis summi, quia summi capitis membra sumus, quod michi deesse sentio in me, tutum[c], laus Deo! possidere me credo in te. Ecce! quod mea peccata fieri prohibuerunt, tuae auctoritatis sacerdotalia supplere habent merita, et desinant amodo circa me rumores hominum, cum apud te constet omnium esse perfectionem[d] virtutum. Hanc captivam et ab antiquo hoste obsessam tuae delego celsitudini, quatinus pro eius liberatione sacram hostiam offerre Deo debeas et meam parvitatem victoria ipsa non minimum laetifices. Vale, sacerdotum Christi limpidissime calcule.

Cumque, signatis isdem litteris, hospitibus valefaceret, proprium nuntium cum illis in Galliam destinavit, qui beato Remigio tantae humilitatis munus obtulisset. Qui cum Remensium urbem intrarent, et sanctus Dei pontifex tanti patris apices pervidisset, lacrimis uberrimis[e] perfusus, in haec verba prosiluit: 'Gratias tibi, Christe, redemptor clementissime, qui nostra tempora tanta sublimasti gloria, ut in speciali famulo tuo Benedicto tota te per orbem magnificet ecclesia'. Surgens autem[f] continuo gloriosus archimandrita Remigius, episcopali se infula more solito trabeavit, atque oblaturus Deo sacrificium, ecclesiam concitus intravit. Cumque miserabilis illa parentum solatio in ecclesiam adducta venisset, versipellis vafer ille per os puellae haec verba invitus protulit: 'O sacerdos Christi Remigi, noli adversus Benedictum gloriari, quia non propter tuum imperium, sed propter eius humilitatem exire cogor'. His dictis, liberata est mulier, et omnes qui audierunt dederunt gloriam Deo.

App. II. 3b. b*.

App. II. a) Dominico sacerdoti, ut supra habetur, sed hic recitabitur *add.* 3b*. *Epistula enim Benedicti cum iis quae subsequuntur in capite posita est* 3b. b*. b) *praescr.* Epistola beati Benedicti ad beatum patrem (p. *om.* 3b*) Remigium 3b. b*. c) *scr.* totum. d) esse *repet., sed delet.* 3b*. e) *om.* 3b. f) c. a. 3b*.

VITA
FRIDOLINI CONFESSORIS SECKINGENSIS
AUCTORE BALTHERO.

Seckinga monasterium a. 1806. *exauctoratum, ad fiscum regium*[1] *stirpis Karolingicae pertinebat, idque 'paterna fidelitate' sibi commissum Karolus III. rex Rihgardae coniugi a.* 878. *in usum et fructum una cum Turegensi concessit, ea condicione, ut post eius obitum utrumque 'ad regiam redeat potestatem perpetualiter potestative possidendum'*[2]. *Abbatia, quae saec. X. Ungarorum incursiones passa est annoque* 965. *cum Ottone I. imperatore res quasdam commutavit monasterio Einsidlensi tradendas*[3], *cultui triplici postea adhaesit, scilicet sanctae crucis sanctorumque Hilarii Fridolinique, iisque ipsis Henricus episcopus Constantiensis altaria post incendium renovata a.* 1360. *consecravit, scilicet maius 'in honorem sanctae crucis et sancti Hilarii episcopi, patroni ecclesiae seu monasterii', contiguum autem 'in honorem sancti Fridolini confessoris, fundatoris monasterii'*[4]. *Constat autem, eam primo S. Crucis tulisse nomen, sanctosque Hilarium Fridolinumque postea accessisse, cumque Ekkehardus IV. 'Secchingensem sanctae Crucis locum'*[5] *falsariusque saec. XII, — eo enim charta Rudolfi ducis Suevorum nomine scripta videtur esse, — 'monasterium S. Hilarii'*[6] *commemoraverit, anno autem* 1272. *'Seconis sancti Fridolini' castellum nominatum sit*[7], *huius cultum sequitur saec. XIII. ita invaluisse, ut antiquiores fere oblitteraverit. Advocatiam 'Sechingensis ecclesiae' imperator c. a.* 1173. *Alberto comiti de Habisburc concesserat*[8].

Baltherus Vitae Fridolini, quam Nokero magistro suo dicavit, auctor in monasterio S. Galli studiis vacaverat, inopia autem cogente, occidentalis Galliae magistros inter gyrovagos mendicando adiit, indeque post quattuor annos rediens, in monasterio Helera

1) *De eo v. Waitz, 'VG.' IV, p.* 153[2]. 2) *Chartam ediderunt Grandidier, 'Histoire de l'église de Strasbourg'* (1778), *tom. II, 'Pièces justif.' p. CCLXVI; Escher et Schweizer, 'UB. der Stadt und Landschaft Zürich', Turegi* 1888, *I, p.* 56. 3) *Traditionem Ottonis I. (MG. Dipl. I, p.* 392*) eius successor a.* 975. *confirmavit; cf. Dipl. II, p.* 136. *Locus in charta Karoli regis* Seckinga, *in documentis Ottonianis* Seckchinga *vel* Seccinga *vocatur, dum anno* 1173. Secanense coenobium *(SS. III,* 148*) saeculoque insequente* Seconis *('UB. der Stadt und Landschaft Zürich' I, p.* 326*; SS. XVII, p.* 192. 242*) nomen scribitur.* 4) *Cf. Aloys Schulte, 'Gilg Tschudi, Glarus und Säckingen' ('Jahrb. f. Schweiz. Gesch.' Turegi* 1893, *p.* 139*).* 5) *Casus S. Galli cap.* 3, *SS. II, p.* 110*; cf. Meyer v. Knonau, 'Nochmals zur Frage des St. Fridolin' ('Anzeiger f. Schweiz. Gesch.'* 1889, *p.* 377—381*).* 6) *'Züricher UB.' I, p.* 118. 7) *Cf. Ann. Colmar. minores a.* 1272, *SS. XVII, p.* 192. *Oppidum tunc igne concrematum est, quod Fridolinus, ut antea, non tuitus esset; cf. Chron. Colmar. l. l. p.* 242. 8) *Cf. Ottonis Frising. Cont. Sanbl., SS. XX,* 314*; Schulte l. l. p.* 118.

ad Mosellam sito, quod eiusdem originis ac Seckingense fuisse asseruit, patronorum communium Hilarii Fridolinique Vitas repperit: hancque recordatus monasterio proprio deesse, tempore incursionis paganorum inde ablatam, cum codex repertus ad deportandum sibi minime commodaretur, neque incaustum neque membrana adessent, legens memoria tenuit, domumque reversus, 'partim verba cum materia, partim materiam absque verborum constructione' litteris mandavit. Heleram (hodie Eller) locum monasterium numquam occupabat, neque fluminis nomen emendari licet, cum duobus locis Musella[1] *scripta sit: tota autem utriusque codicis historia et deperditi, quem a multis etiam superstitibus visum esse affirmavit, et reperti, cui partem quandam in fine defuisse asseruit*[2], *docilem Hincmari falsarii discipulum habet auctorem, Vitaeque Remigii codicem ad familiam 3 pertinentem Fridolini biographus legisse videtur, cum miraculum simile illi, quod ibi de Moderamno enarratum est, c. 23. rettulerit. Quamquam fonte antiquiore se muniverat Baltherus, tamen invidos veritus est dicturos, 'se nullatenus esse veritatis auctorem, sed cuiusdam excogitatae rei falsum compilatorem', arbitrioque Nokeri commisit, utrum liber flammarum incendio delendus an conservandus esset. Et sane eum necesse erat quam saepissime affirmare*[3], *vera esse ea quae enarraverat, nam bona fama minime fruebatur is:* qui, *inquit,* me totius auctorem falsitatis esse denegare non valeo, *et postea:* reor, quod quilibet veritatis amator, meae qualitatem pravitatis intendens, ob id dicat esse apocryphum. *Quod cum ipse ingenue confessus sit, non est, quod negemus, Baltherum notum fuisse tunc temporis nebulonem, eoque pravae qualitatis nomine certe non usus est, nisi is cui conveniebat. Itaque iis assentiri nequeo, qui contenderunt, nomen et ipsum scriptoris esse fictum*[4]. *Biographus cum nonnullos superesse affirmaverit, qui Ungarorum incursiones viderant*[5], *ipse auctor vult esse saec. X. ex. vel XI. in. Itaque Nokerus ille, cui liber inscriptus est, non alius intellegendus est nisi Notkerus Labeo celeberrimus S. Galli magister, quem ex a.* 1001. *profitendi existimant officio functum esse*[6].

Sane eo tempore Fridolinus in illa regione innotuit, eiusque nomen a Notkero Balbulo († 912) *praetermissum die* 6. *Martii Martyrologiis codicum Sangallensium n.* 339: Fridolinus abbas et confessor *et n.* 342: Fridolinus confessor *illatum est*[7], *iique exarati esse creduntur saec. X: aetas autem codicum Sangallensium superior magis existimatur quam inferior. 'Beati Fridelini vitam' c. saec. XI. med. Petrus Damiani citavit*[8] *eaque quae de sancto illo rettulit pleraque in Fridolinum Seckingensem conveniunt: nonnulla autem differunt et potissimum id, quod e quinque Hilarii ecclesiis a sancto conditis praecipuam in Gallinaria insula posuit neque in illa Rheni limphis circumdata insula Seckingensi. Unde concluserunt, a Baltheriana diversam fuisse Vitam adhibitam, hanc ipsam opinati a Petro visam esse*[9]; *is autem contrarium affirmans:* vita, *inquit,* in

1) *Cf. Prooemium et c.* 19. *De Russella (Germ. Rossel) et monasterio S. Naboris (hodie St. Avold) cogitaverunt Mone et Meyer v. Knonau.* 2) *Vita c.* 22. 3) *Cf. Prooemium et c.* 22. 4) Balthere *nomen Germanicum saec. VIII. servus Laureshamensis (SS. XXI, p.* 351*) anachoretaque Tininghamensis (Ann. Lindisfarn. a.* 756, *SS. XIX, p.* 505*) tulerunt, et hic eidem qui Fridolino sacer est diei* 6. *Martii attribuitur a Turgoto scriptore c. a.* 1100. *et in codice quodam Martyrologii Usuardiani Anglico (AA. SS. Mart. I, p.* 448*); utroque vero fonte vix uti poterat biographus Simeone vetustior Seckingensis, ideoque non est, quod credamus eum a sancto illo Anglosaxonico nomen mutuatum esse, id quod Albertus Burckhardt, 'Basler Jahrbuch'* 1889, *et Meyer v. Knonau l. l. p.* 377. *statuerant.* 5) *Cf. Prooemium et c.* 32: Wenilo, qui adhuc vivus est. 6) *Cf. Meyer v. Knonau, 'Allgem. Deutsche Biogr.' XXIV, p.* 39. 7) *Cf. Heer, 'St. Fridolin', Turegi* 1889, *p.* 41; *Meyer v. Knonau, 'Anzeiger' l. l. p.* 380. 8) *Sermo de translatione S. Hilarii episcopi Pictaviensis, Petri Damiani Opp. Romae* 1606, *tom. II, p.* 6. 9) *Ita Meyer v. Knonau, 'Anzeiger' p.* 391; *sed recte Heer l. l. p.* 44.

qua haec referri perhibetur historia, in manus nostras nequaquam devenit, *unde fraternam tantum relationem secutus est. Haec minus accurata esse poterat, aut Petrus noster memoria parum vigebat: certe ei notior Seckingensi Gallinaria insula occurrebat, ubi Hilarium in Vita*[1] *legerat miraculum quoddam perfecisse. Vita igitur, de qua audierat, Baltheri liber fuisse potest, eumque veri simile est compositum esse saec. XI. in.*

Fridolini historiam Baltherus confinxit, ut abbatiam Seckingensem ius proprietatis ab imperatore comparasse demonstraret. Aliis enim asserentibus, locum sibi hereditario iure convenire[2], *ipse contendit*[3], *eum ad regalem potestatem antiquitus spectantem a Chlodovecho 'imperatore' 'per chartam suae manus obstipulatione firmatam' Fridolino 'in proprium donum' traditum esse. Quo facto, a fraude cessavit, miraculaque insequentia, deficiente codice Helerensi, 'quorundam in eadem insula degentium relatione' se comperisse asseruit. Eius autem tempore monasterium Seckingense iam erat duplex, et clericis et sanctimonialibus ibidem degentibus.*

Sermone biographus utitur rustico[4], *id quod ipse non semel testatus est, vel potius duro, et quamquam grammaticae minus peritus vel tironum menda non evitavit, homo ut erat ventosus, prolixis verborum ambagibus lectorem decipere temptavit. Codices perpauci neque satis antiqui aetatem tulerunt, idque eo fortasse evenit, quod monasterium a.* 1272. *et* 1360. *incendium passum est. Libri meliores* 1. 2*a praeter V. Fridolini eam Hilarii Pictaviensis continent, textum scilicet interpolationibus editionis vulgatae*[5] *inquinatum, virtutesque a Fortunato descriptas eiusdem sancti et miracula ibidem subsequuntur, quae post Nortmannorum incursiones composita sunt*[6], *et sermo diversus ab eo, de quo supra egi. Responsoria, quae biographus ipse addiderat, in* 1 *Vitam praecedunt, in* 2*a.b eam excipiunt. Ad iura monasterii defendenda in altera codicum classi miraculum c.* 29. *insertum est, quo quomodo Landolfus Ursoque fratres Glarensem provinciam monachis Seckingensibus concessissent enarratur, idque ante Vitam etiam in* 1 *m. s. XIV. suppletum est. Locus ad conditum monasterium spectans, qui m. s. XV. in* 1, *m. s. XVI. in. in* 2*b exaratus est, ius proprietatis a Chlodovecho 'imperatore' monasterio Seckingensi concessum probare poterat, scilicet hic:* Anno[7] ab incarnacione Domini 490. quinto locus et monasterium Secon. fundatum est a fundatore sancto Fridolino, quod postea confirmatum est a rege Clodoveo[8] imperatore et donatum iure proprietario possidendum.

1) *Codex Caroliruhensis archivi n.* 361, *olim Seckingensis, saec. XIII (non XII), formae magnae, fol.* 48, *continet*

fol. 1—12'. *V. Hilarii auct. Fortunato cum Miraculis posterioribus, initio mutilam a verbis* cautum esse *(Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 2, 17*)*,

fol. 12'. 14. *Sermonem legendum in Hilarii festivitate (inc.* Quoniam dilectissimi*)*,

fol. 13. 15'. *Epistulam Hilarii ad Abram filiam*,

fol. 16—18. *Hymnos de Hilario*,

fol. 18—19'. *eosque de Fridolino*,

fol. 19'—31'. *Hymnos, lectiones, homilias, partim postea addita*,

fol. 31'—32. *m. s. XIV. exaratam prosam de Hilario et interpolationem V. Fridolini c.* 29,

1) *Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 5. 2) *V. Fridolini c.* 26. 3) *Ib. c.* 22. *Verum auctoris consilium detexit Rettberg, 'Kirchengeschichte' II, p.* 35. 4) *Cf. Prooemium:* praeter solam verborum constructionem, quam rustico nimis stilo scripsisse me profiteor, *et c.* 22. 5) *Lectiones vulg. exhibent: Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 6, 39. 7, 10. 6) *Ea Bollandiani nuper ediderunt, Catal. Bruxell. II,* 419; *Anal. Boll. VIII,* 186. 7) *Haec in superiore fol.* 33. *marg. leguntur in* 1, *fol.* 137. *in* 2*b, ubi haec praemissa sunt:* Item festum sancti Fridolini semper celebratur sexta die Marcii. 8) Clodolveo 1; Cleodoveo 2*b*.

fol. 32'. *Sermonem in S. Gallum,*
fol. 33. *Responsoria de S. Fridolino,*
fol. 33—45'. *V. Fridolini,*
fol. 45'—46. Secundum Matheum. In illo tempore respondens Symon Petrus *et q. s.*

2a) *Codex, qui* editioni principi[1] *subest, sine loco et anno saec. XV. vulgatae, post V. Fridolini responsoria (inc.* Historia de sancto Fridolino. Ad vesperas capitulum), *deinde ad Hilarium spectantia scripta continebat, scilicet Vitam cum miraculis, sermonem epistulamque, ut supra, responsoria (inc.* Historia de sancto Hilario ad vesperas capitulum*).*

2b) *Codex* Basileensis *bibliothecae universitatis E II,* 4, *olim monasterii 'Vallis beatae Margarethae in Basilea minori', saec. XV, fol.* 138—151, *V. Fridolini continet, quam evangelium secundum Matthaeum, ut in* 1, *et responsoria de Fridolino, ut in* 2a, *subsequuntur.*

2c) *Codex* Sangallensis *deperditus, quo* Colgan, *Acta sanctorum Hiberniae* 1645, *I, p.* 481 *sqq., usus est.*

Exemplar, ex quo omnes libri pendent, pro autographo haberi non potest; erat enim non paucis mendis inquinatum, immo complura ei verba deerant, e. gr. c. 22. *Cum autem auctor ipse professus sit, se linguae latinae minus gnarum fuisse, coniecturis modice vacandum erat. Libros ipse contuli praeter Colgani editionem, quae cum mihi praesto non esset, ad Monianam confugiens, inde lectiones variantes* 2c *excerpsi, suppressis peculiaribus: liber enim deterrimus a propinquis suis interpolatis quam saepissime recedit, e quibus optimus est, quem Mone non habuerat, liber* 2a.

Vitam post principem Colganique editionem ediderunt

Henschenius *et* Papebrochius, *Acta sanctorum, Mart. I, p.* 433—441, *codicibus deficientibus, decessoris textum iterantes, cuius menda coniectura tollere conati sunt, meliusque*

Mone, *'Quellensammlung der badischen Landesgeschichte', Caroliruhae* 1848, *tom. I, p.* 4—17, *ad libros* 1. 2*b. c. Versio Germanica, quam idem p.* 99—111. *adiecit, saec. XV, ut Vita latina, iam impressa, e codice interpolato alterius classis pendet, cuius in textum locus ad conditum monasterium spectans illatus erat.*

Miraculum alteri classi (c. 29*) insertum etiam in codicibus nonnullis Legendae aureae legitur*[2], *quos enumeravit Mone. Vitae brevis, quam* Goldastus, *Rerum Alamannicarum scriptores, Francofurti* 1661, *p.* 254 *sq., edidit, idem maximam partem efficit notumque erat auctori hymni de S. Fridolino (inc.* Sancto Dei famulo*), quem edidit Gallus Morel, 'Lateinische Hymnen des Mittelalters' (*1868*), p.* 232.

B. Krusch.

1) *Exemplaria vidi bibliothecae publicae Claronensis regiaeque Monacensis.* 2) *In editione Th. Graesse id frustra quaesivi.*

INCIPIT[a] PROLOGUS DE[b] VITA SANCTI FRIDOLINI CONFESSORIS AD NOKERUM.

NOKERO[1] DOCTRINA[c] SOPHIE FAMOSISSIMO MERITORUMQUE SANCTITATE BEATISSIMO BALTHERUS INFIMUS SERVORUM DEI SERVULUS.

(1).[d] Iam[e] dudum vero, ut vos optime nostis, dum in monasterio Sancti Galli iuxta vestros ceterorumque pedes magistrorum scolastica vacare disciplina desisterem, et cum hoc multo magis paupertatis miseria cogente, quam copia magistratus defitiente michi contigisset in dampnum, — nam inde fons infertur sapientie, per cunctas tocius Europe provincias derivatus, omnibus huc usque Dei nutu suavissimo se potabilem dulcorabat gustu, — bonum michi visum est, ut huiusmodi, ceu dictum est, felici solatio destitutus, occidentalis Gallie magistros, licet socius girovagorum[2] in mendicando, verecundia penitus posthabita, aggrederer. Sperans autem anxius et flebilis, in utriusque mestitia famis aliquantulam ibi refectionem me inventurum, — unius scilicet, qua caro paululum ad tempus afflicta, dum iterum affluentia deliciarum sufficienter utitur, cito fit, ut de his fastidium trahat, quibus paulo ante nimis[f] inhiabat; alterius vero, qua[g] mens sitibunda, quanto plus internarum suavitate deliciarum fruitur, tanto magis ad earundem[h] dulcedinem non fastidio, sed amore coartatur, — hanc rem ego taliter aggressus, cum peregrinando fines Gallie prolongans, etiam cursum adusque confinia Hispanie[i] ob amorem circuissem discipline, licet parum in hoc profecerim, et ibi per quatuor moratus annos, tunc demum decernerem patriam patrieque familiaritatem revisere, contigit, in redeundo quoddam monasterium Helera[3] nuncupatum, iuxta Muselle cuiusdam fluvii litus situm, causa orationis adirem, quod et sanctum Fridolinum ibidem in honore[k] sancti Hylarii construxisse per eiusdem loci fratrum relatione[k] didiceram. Ibi vero, huius rei ordine comperto, aliquantulum lecior effectus sum in tantum, ut me prorsus obliviscerer illuc exulem venisse, quia non ut advena eorundem fratrum pio solatio congratulabar, sed ceu quilibet bone qualitatis indigena, qui in domo sui domini sedula inter alios familiaritate utitur. Tunc pater et provisor eiusdem monasterii, ut per mee certitudinem professionis compererat, hereditarium esse me servum horum sanctorum, de quibus supra dictum est, videlicet Hylarii et Fridolini, attulit meam in presentiam utriusque virtutes, proprio separatim[l] volumini inscriptas. Quas ubi videns gavisus sum et adhuc caucius, apertis voluminibus, inspitiebam, recordabar[m], in Sechoniensi[n] monasterio, ad quod ego servili iure me pertinere non erubesco, unius[o], scilicet sancti Hylarii[p], virtutes in quodam volumine scriptas adesse, alterius vero, id est sancti Fridolini, vitam deesse; nam inde liber ipse, in quo eiusdem sancti vita habebatur scripta, ablatus

Cap. 1. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 1. a) *praescriptio, spatio vacuo relicto, deerat, postea suppleta* 1. b) in vitam 2*a.* c) *corr.* doctrine 1, *et sic* 2*a. b.* d) *numeri des. codd.* e) Tam 2*b.* f) minus 2*b. c (non* 2*a).* g) quia 2*a. b. c.* h) carundinem 2*b.* i) Hyspanie 2*a. b.* k) *ita* 1. 2*a. b.* l) seperatim 2*a.* m) recordabor 2*a. c.* n) *ita* 2*a*; Sechoniensis 1; Seckoniensis 2*b*; Sechanis (*om.* mon.) 2*c.* o) unus 2*b.* p) Hil. 2*a*, *ut infra.*

1) Nogkerum magistrum artis theorice non pigrum, *scil. Labeonem, inter columnas ecclesiae S. Galli enumeravit Conradus de Fabaria; cf. SS. II, p.* 166. 2) *Gyrovagi levissimum sunt monachorum genus teste Benedicto, Regula monachorum c.* 1 *(ed. Woelfflin).* 3) *Eller locum ad Mosellam fl. situm, qui in chartis a.* 1097. 1179. Elra *vocatur ('Mittelrhein. UB.' I,* 449. *II,* 75*), monasterium numquam occupavit; vereor autem, ne propter solam nominis similitudinem vico Helerae Hilarii attribuerit monasterium auctor mendax.*

est, quando idem prefatum monasterium a paganorum[1] iam olim incursione vastatum est. Adhuc etiam supersunt multi, qui eundem librum, antequam ita, ceu dixi, perderetur, non solum viderunt, sed etiam sepius legerunt, sicque verum esse profitentur, veluti modo per me narratur. Ergo postquam unus ex hiis prenominatis libellulis, quem in predicto deesse non dubitabam, mee peticioni mecum ad deportandum omnino denegatus est, et incaustum seu membrana non affuit, quatenus per me scriberetur, cito sedens recitavi et hoc quod legebam memoriter retinui, partim verba cum materia, partim materiam absque verborum constructione, ut, mea reversione peracta, eadem que inibi legeram gesta per me commendarentur aliorum memorie scripta. Hunc vero prefatum librum diligentius[a] inchoans legere, inveniebam titulum sancto Fridoldo[b], non Fridolino inscriptum; indeque michi procul dubio incertum erat, utrum de nostro patrono hec scripta essent, an de alio quodam, qui Fridoldus, non Fridolinus[c] nuncuparetur, nisi quod postea michi in altera monstratum est paginula, qualiter idem sanctus de quadam Gallie civitate, Pictavis nominata, reliquias sancti Hylarii in parva capsella in Alemannie[d] quandam insulam, undique limphis circumdatam, deportasset, ibique Suevorum[e] fidei se commendans, quoddam monasterium sub honore sancti Hylarii in eadem insula Reni fluminis construxisset, in quo adhuc ipsa predicta, ut vos nostis, pendet capsella. Quod vero totum, sicut tibi per has litteras, o pater, est manifestum, — quia sine testimonio et alicuius bone qualitatis viri certa auctoritate, cui credendum esset, de me tantummodo dictum et scriptum esse videtur, qui me tocius auctorem falsitatis esse denegare non valeo, quamvis in huius opusculi[f] rescriptione de materia geste rei nichil fallaciter adderem vel demerem preter solam verborum constructionem, quam rustico nimis stilo scripsisse me profiteor, malens tamen in hoc meam rusticitatem blasphemari, quam rei veritatem nesciri, — reor, quod quilibet veritatis amator, mee qualitatem pravitatis intendens, ob id dicat esse apocrifum et magistrorum dampnatione hoc exemplar refutandum, quia nullius aliunde fulciatur imperio, sed tantum meo, veluti libet, scriptitetur arbitrio; insuper et alium, invidie facibus[g] tetra quasi fuligine obfuscatum, minime dubito[h] dicturum, me nullatenus esse veritatis auctorem, sed cuiusdam excogitate rei falsum compilatorem. Quocirca, o piissime pater et doctor, me tue commendans invicte fidei, precor, quatinus tuo certissimo indagante comprobetur arbitrio, utrum iste presens libellus una cum cantilena responsoriorum[i. 2], que per musicam artem in festivitate sancti Fridolini canenda composui, flammarum incendio sit delendus, an ad Dei servitium posthac reservandus; michi nam melius placet tua mitissima redargui correctione, quam aliorum invidiosa confundi stomachatione[3].

Perpetuum tibi opto vale.

INCIPIT VITA[a] SANCTI FRIDOLINI CONFESSORIS.

(2). Beatus Fridolinus ab extremis partibus inferioris Scottie oriundus esse non ambigitur, que videlicet regio apud ipsos Scottigenas Hybernia nuncupata, ad usque

Capp. 1. 2. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 1. a) *ita* 1. 2*a. b.* b) Fridoli:: *corr.* Fridoldo 1; Fridoluo (*om.* non Fr.) 2*c.* c) Fridul. *corr.* Fridol. 1. d) Alemanie 2*a*; Alimannie 2*b.* e) Schuevorum 2*b*; *om.* 2*c.* f) opusculo 1, *corr.* g) faucibus 2*a. c.* h) dubio 1, *corr.* i) responsiorum 1; *om.* 2*c.*
Cap. 2. a) legenda 2*a*; *praescr. om.* 2*b.*

1) *'Secchingensem sanctae Crucis locum' Ungari a.* 926. *invaserant (cf. Ekkehardi IV. Casus S. Galli cap.* 3, *SS. II, p.* 110*), immo saepius (v. infra c.* 32*).* 2) *Responsoria in* 1 *Vitam praecedunt, in* 2*a. b eam subsequuntur.* 3) *I. q. taedium.*

Occeanum protendit sue amplitudinis confinia. Parentum eciam generositate adeo eminebat preclarus, quatinus quique potentiores eiusdem regni gratularentur in talis cognati affinitatem annumerari; nam et hoc eis haut inmerito magni videbatur honoris fuisse, dum se sub eius meritis tocius boni provectum non dubitarent promereri posse. Huiusque[a] generositatis sublimitatem non inerti bonorum operum studio ob hoc precipue sollers studiosius in sese curabat ornare, ne illut psalmigraphi ipse sive dicendo sive mentaliter Ps. 29, 10. eructuando depromeret: *Que utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem*[b]*?* quia nec tantum gloriabatur de huiusmodi ponpatice cognationis parentela, quantum de illa Matth. 12, 50. adoptiva celesti[c] electorumque genealogia, de qua in euvangelio legitur: *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse meus frater et soror et mater est.* Opum vero divitiarumque secularium habundantia fere pre cunctis in eodem regno degentibus famosus affluebat et tam nimie largitatis exhibitione se hilarem atque letum in omnibus ostendebat, ut non solum ditiores suis preciosis muneribus semper arriderent, sed pauperes quoque nimium gratulabunda fronte suis cottidie elemosinis applauderent; nam utrisque quod conveniebat largus congruenter erogabat. Illorum vero nimiam cupiditatem, quam suas facultates observando minime posset extinguere, studuit vel preciosa dando, ne ultra modum in eum exestuaret[d], aliquantulum placabiliorem reddere; istorum autem laudandam pauperiem, que ad mundane prosperitatis beatitudinem non adeo inhianter ardebat[e], ne in adversitatum querimoniis omnino deficeret, misericorditer sustentabat, et ita se cf. 2. Cor. 9, 7. hylarem datorem, quem[f] secundum scripturam Deus diligit, preferens, omnibus omnia cf. 1. Cor. 9, 19. factus est, ut omnes lucrifaceret.

(3). Studiis litterarum philosophieque delectabilibus archivis, postquam ab uberibus amate nutricis et a cunabulis flebilibus more infantum seiunctus est, sic acute inherebat, ut non dulcius materno lacte tenere fragilitatis etatem fulciret, quam ad sophie mamillas suspensus, superno rore mentis vivacitatem obdulcaret; quia sui laudabilis sensus tenorem captiosis argumentosisque sophisticorum sillogisticorumque proloquiorum assercionibus implicare prorsus spernebat, ne, dum in aliquo Pythagorice[a] Platoniceque sapientie postumus heres inconvenienter videretur summe sapientie sibi contubernalem amiciciam offen-Eccli. 1, 1. disse, probaretur, sicut scriptum est: *Omnis sapientia a domino Deo est.*

(4). Tunc sancti Spiritus gratia celitus afflatus, se totum maluit sub offitio clericatus Deo fidelem famulum exhibere, quam sub huius seculi negociis constitutus, diabolo per laicale ius vellet inservire, et huiusmodi aciem mentis de terrenis ad celestia suspen-Iac. 4, 4. dens, sibi hunc versum[a] proponit in exemplum: *Amicus huius seculi inimicus Dei constituetur:* sic ergo ob amorem celestis vite secularium incertitudinem postponeret, et spreto tocius mundi flore, ceu sedulus minister, offitio Dei vacaret. Aggressus est omnes fere civitates sue patrie et multa circumquaque loca circuire, ea scilicet ratione, ut sanctam ecclesiam in hiis partibus, a gentilitatis ritu segregatam, sue predicationis offitio firmiter stabiliret Deo. Et hoc utique non credendum est, quod huiusmodi ministerii[b] sacramentum aliqua presumptuose[c] vel illicite protervitatis audacitate[d] sibi usurpasset, sed illud multo magis, quod sub pontificum testimonio omnisque cleri attestatione nec non tocius circumiecte plebis acclamatione per Dei gratiam electus, sibi a Domino commendata cf. Matth. 25. duplicaret talenta; nam ille, procul dubio unus de illis fidelibus servis, qui a proprio domino peregre proficiscente peccuniam sub lucro reportandam acceperunt, satis fidelis

Capp. 2—4. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 2. a) huius:: (*ras.* &?) *corr.* huiusque 1. b) correptione *corr.* corruptionem 1. c) *m. al. corr.* celestique electorum 1, *et sic* 2*a. b. c.* d) exestuarent 2*a. b. c.* e) ardebant 2*a. b. c.* f) que 2*a.*

Cap. 3. a) Pitagorice 1.

Cap. 4. a) p. versiculum 2*a. b. c.* b) misterii 2*a*; ministri 2*c.* c) *ita* 1. 2*a*; praesumptuosa 2*c*; presumpcione 2*b.* d) audacōe (= audacione) 2*b.*

servus extitit, dum a domino suo, scilicet a Christo, potius optandas peccunie cum usura reportate[a] gratiarum actiones vellet audire, quam indecentem et horrendam nequam illius servi abiectionem sustinere, qui sine lucro alicuius boni presumebat reportare peccuniam domini sui.

(5). Tunc cum desiderabili clericatus honore pro suo libitu sublimatus et huiusmodi predicationis, ceu superius dictum est, offitio in tantum glorificatus, ut inter omnes Scottorum[a] principes non solummodo velut aliquis venerabilis clericus et sacerdos diligeretur, sed ceu pontifex summo honore episcopali carus et dulcis haberetur, visum est ei bonum et utile, ut tocius seculi florem omnino sperneret ob Dei nominis amorem, illud oblivioni tradens minime, quod in euvangelio scriptum est: *Nisi quis renuntiaverit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.* Luc. 14, 33. Ergo unaqueque proprie facultatis possessionisque[b] bona non tantum proximis sive cognatis ordinatim sapienterque distribuens, sed et multis aliis nimia paupertate duriter afflictis erogans[c], videlicet viduis, orphanis, ecclesiasticis hominibus, sub uniuscuiusque ordinis honore degentibus, ceterisque, quorum in infinitum protenditur numerus[d], implebat hoc, quod per psalmigraphum dictum est: Ps. 111, 9. *Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in seculum seculi.*

(6). Hoc totum cum ita per ordinem, ut dictum est, perageretur, instructus[a] est tante dignitatis vir celesti missatico, quatenus mente perseverabili paternitatis affinitatem et familiaritatem cognationis patrieque nativam voluptuosamque dulcedinem pro Dei nomine non pigresceret postponere. Et hoc non aliter ei accidisse probatur, nisi velut quondam Abrahe patriarche[b] celitus indictum est, ut exiret de terra sua et de cf. Gen. 12, 1. cognatione. Tunc igitur tante fidelitatis miles constans immobilisque sub hac celesti iussione perseverabat, nil remoratus, quin hoc fiducialiter adimplendum, omnibus derelictis, insisteret, quod summa celsitudo sibi subiunxisset, licet, in quas partes huius mundi suum iter a Deo prefinitum disponeretur, prorsus ignoraret. Sed tamen, eo ita inopinate sui itineris cursum arripiente, qualis ibi vel quantus audiretur flentium strepitus, nec[c] lingue[d] motu seu stili acumine valet quis alteri referre. Nam ibi diversitas plebis plangebat, se amisisse inpensionem diversi muneris; ecclesiastici vero ordinis in eodem regno vigens universalitas[e] non tantum sue conversationis flebat absentiam, quantum desiderande sue predicationis dolebat abesse instantiam, quia sancta ecclesia, in hiis partibus ad Dei servicium stabilita, ab eo veluti a quadam firmissima regebatur tunc temporis columpna. Clerus uniuscuiusque episcopatus quantum qualemque honorem vel famulatum ei subpeditaret, non est necesse loquendum, dum ipsi pontifices vix totis viribus sufficerent, ut ad eius vite tramitem vel in minimis adtingerent. Ipse primatus etiam tocius Scottie eius precipue desiderabat consilium salubre, ne sine suo consultu in hiis, que seculariter sub iudiciali iure eveniebant corrigenda, offenderetur maiestas divina. Quis dubitat, vel a quo interrogatur, quomodo aut qualiter a diligendis in Deo pauperibus, scilicet orphanis, viduis, et de ceteris utriusque sexus plebibus maximeque de suis amplectendis parentibus suum ceptum iter tardando differre doluerit? Nam hec[f] multitudo, maxime pauperum, cum eum diucius flendo sequeretur, interdum, fixo ad terram sustentationis baculo, ipseque desuper innixus[g] et constanti animo, ne propter hortamina vel illorum blandimenta reverteretur, corroboratus, non cessavit blandis mitibusque verbis eos consolari et semina celestis vite sparsim salubriterque largiri; interdum etiam, arrepto

Capp. 4—6. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 4. a) reportare 2*a. b*; *om.* 2*c*.

Cap. 5. a) Scotorum *h. l.* 2*a*. b) *ita* 1. 2*a. b*; bona possessionisque 2*c*; bona possessionisque bona *Mone*. c) *post* erogans *vocabulum eras.* 1. d) numerum 1.

Cap. 6. a) appellatus *pr. m.* 1. b) *om.* 2*a. b*; p. c. *om.* 2*c*. c) ne *codd.* d) ligue 1. e) *ita* 1. 2*a*; universalitatis 2*b*; universitas 2*c*. f) hic 2*b*. g) innixius 2*b*.

sui itineris tramite, suadebat eis, ne suum quod in Dei nomine inchoaverat iter[a] amplius impedirent, dicens: 'O amicissimi mei, non solum consanguinei, sed concives dulcesque nutricii, nonne vobis iam, ut reor, notum est, quia me nulla secularis vite pompa retrahere permittitur ab illo peregrinandi exilio, quod ad perficiendum[b] michi celitus est commissum? Quare[c] me inpeditis, quem totus mundus, si solus Deus[d] resistit, impedire non sufficit?'

(7). Ita et ita vicarium alterne vicissitudinis amorem dando pervenerunt ad mare quoddam, quod spatiatur inter confinia inferioris Scottie, de qua superius mentio fiebat, et superioris, de qua modo loquendum non est. Illuc eisdem, ceu dictum est, pervenientibus et inepta tam longi itineris lassitudine fatigatis semetque aliquantulum requiescendo sublevare desiderantibus placuit, ut causa caritatis cum eo saltem pernoctando sequentis diei indutias optinerent et tunc ad ultimum, si fieri posset, salubrius omen quodam modo illum ad propria revocandi se expectasse gratularentur. Nam hoc solummodo ipsis suis comitibus ad huiusmodi fidei fidutiam remansit, ut quem antea tocius mundi voluptuosa blandities nequiverat sibi subdere, vel eum maris undosa periculositas cogeret cedere. Tunc hii vero imminentis spatium noctis tali spe perducentes, vix procul dubio ad sequentis diei optandam perveniebant auroram, hoc maxime dolentes, quod tocius sue gentis universalitas eum quasi postuma superstes adeo plangeret, ut nullum[a] post suam abscessionem sue qualitati consimilem speraret[b] se posse promereri. Interim autem cum iam ab orientali plaga solis clarior ortus nocturne caliginis tenebrositatem propelleret et sui radii splendore totum mundum illustrando mortalibus undiquesecus solitum lumen effusum ministraret, hoc solummodo deprecabantur, ut aut cito in patriam remeandi regressum acceleraret, aut si hoc nullatenus fieri posset, saltim eis revertentibus gratiam sue benedictionis non denegaret. Illis vero talia efflagitantibus, ab oratione, qua per tocius transacte iam noctis spatium vacaverat, surgebat, et euvangelice profunditatem disputationis ingressus, quomodo filius Dei, videlicet de virgine[c] Maria natus, incarnaretur[d], et quare laboriosam huius mundi voraginem intraret, scilicet propter nostra peccata, seu quid pro nobis pateretur, utique turpissimam mortem, in crucis patibulo suspensus, tercia die sine corruptione resurrecturus, narrabat. Tunc illi, accepta sue largiflue benedictionis gratia, sueque salubris licentie impetrato commeatu, carpebant lugubre in patriam redeundi iter. Sed tamen, huiusmodi cepto itineris tramite, aliquantulum a longe substiterunt, quatenus procellosum sui navigii negocium per investigabiles undosi pelagi semitas vel procul inspitientes probarent, atque hunc tamdiu intueri desiderabant, donec in tantum predictus vir ab eorum oculis proficiscens elongaretur et aerios tractus marinosque sulcos ab illis protenderet[e], ut inde ipsorum intuitus, quodam modo quasi obstrusus, ulterius eum prospitiendo sequi non sufficeret. Et ita utrique, iste de mari, illi de ipsius maris littore, sursum elevatis dextris, ultimum vale mutuo dantes, ab invicem separantur; illi dolentes ad patrie familiaritatem, iste gaudens ad exilii fatigationem.

(8). Interea vero cum per Dei gratiam, posthabito maris periculo, desiderabili portu littoree securitatis iam letabundus frueretur, receptus est digne in cuiusdam bone qualitatis viri hospitium, ibique paucis diebus, suis lassabundis artubus concessa repausatione, demorabatur ac de ipsius gentis conversatione sollerter inquirebat, quo statu vel quali morum consuetudine se contineret, aut si, spreto gentilitatis ritu, Deum celi colerent.

Capp. 6—8. 1. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 6. a) *om.* 2*a*. *c*. b) *ita* 1. 2*a*. *b*; (ad *om.*) proficiscendum 2*c*. c) *distinctio est in* 1. 2*a*. d) *ita* 1. 2*a*. *b*; non *temere add. Mone ex* 2*c*.

Cap. 7. a) nullam? 1, *corr.* b) sperare 1. 2*a*. *b*. c) *ita* 1. 2*a*. *b*. d) incarneretur 2*b*. e) protenderetur 1, *corr.*

Tunc vero ut ipsius sui hospitis aliorumque quorundam relatu compererat, quosdam eorum Deum celi rite adorare ac colere, quosdam etiam ydolatriis paganico cultu nefandissime inservire, eligebat timore nudus et imperterritus, caritate vestitus, barbarice plebi spargere semina fidei.

(9). Inde suum beatum arripiens iter, postquam Gallie fines circuiendo lustraverat et ubique sanctam katholice fidei Trinitatem in credencium cordibus plantaverat, accidit, eum inter alia loca Pictavensium[a] urbem aggressum esse, ibique per longum tempus in castris sancti Hylarii demoratum fuisse, non ob aliam causam, nisi ut, Deo concedente, ipsiusque sancti Hylarii suffragantibus meritis, aliquantulam sanctissimi sui corporis parciunculam ad sue consolationem peregrinationis acciperet: parciunculam dico, non meritorum diminutione, sed diminuta corporee quantitatis abscisione[b]. Dum ergo ibi per multarum assiduitates vigiliarum in sua sancta oratione una cum casta parsimonia vacaret, ut hoc quod ardenter desiderabat sibi a Deo concederetur, revelatum est ei quadam nocte per visionem, quasi ipse sanctus Hylarius sibi visibiliter appareret[1], dicens: 'Frater, exaudita est oratio tua, et ego, in quantum michi facultas[c] suppetit, per merita atque suffragia sancte Marie Dei genitricis semper virginis omniumque sanctorum interventione tuam in conspectu divine maiestatis orationem adiuvare non desisto, quia ipse Deus elegit te, ut suum in hoc loco restaurares servicium et mei corpusculi artus in huius ecclesiole[d] secretiori parte collocare non tardares; hoc enim tibi ad magnum servatum est a Deo premium'. Tunc vero huius felicitate revelationis consolatus, salubriter a dulci sompno evigilans nimiumque gratulabundus de lectuli stramine surgens, ecclesiam intrabat et gratiarum actiones, ut dignum fuit, Deo sanctoque Hylario non destitit die noctuque per longum tempus agere. Nam quod antea diu per indefessam precaminum ieiuniorumque instantiam supplex curavit postulare, tunc id[e] ipsum celitus sibi a Deo concessum gavisus est impetrasse, non hoc suis deputans meritis, sed Dei gratie omnipotentis.

(10). Ergo cum huiusmodi laudibus, ut dictum est, non parvum per spacium ad Deum contemplativa tantummodo vacatione plus solito intentus immineret[a] ac per afflictionem incredibilis abstinentie carnem ultra mensuram macerando consumeret, quidam autem eiusdem loci fratres, bone qualitatis viri, suamque nimie dilectionis amore fraternitatem venerantes, interrogaverunt eum, quid cause hoc esset, quod ultra, quam humana sustinere posset natura, se affligendo mortificaret. Illis caute sciscitantibus talia, dum nec vellet nec etiam posset rem predictam celare, indicavit eis per omnia, quid ibi desideraverit, quidque inde celitus ei acciderit. Illi vero nullo modo suis resistentes precibus minimeque renitentes, quod divinitus ei promissum et concessum est, inquirebant, quomodo seu[b] quando hoc fieri post Dei nutum deberet. Ille econtra respondens, dixit, se nichil seu de restauratione ecclesie sive de sacratissimi translatione corporis facturum absque consultu licentiaque pontificis atque regis adiutorio, scilicet Clodovei[c], qui tunc temporis longe lateque imperialem obtinebat potestatem.

(11). Inde post paululum, occasione ad episcopatum[a] eundi recepta, congregavit

Capp. 8—11. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 9. a) Pictaviensium 2*a*. b) *ita* 1. 2*a. b*; abscessione 2*c*; abscissione *Boll.* c) facilius 2*b*. d) ecclesioli 2*b*. e) ad 2*a. b*.
Cap. 10. a) imineret 1. b) ceu *corr.* seu 1. c) Clodonei 2*a*, *et sic deinceps*.
Cap. 11. a) *ita* 2*a. b. c*; episcatum 1.

1) *Teste Petro Damiani, Opp. II, p. 5, Fredeleno monasterii S. Hilarii Pictaviensi abbati sanctus 'per visionem manifestus apparuit' eique mandavit, ut ope Chlodovechi regis monasterium restauraret locumque congruum provideret, quo corpus, facta translatione, collocarent.*

suos[a] in unum familiarissimos sibique amantissimos, ut una cum eorum unanimi consilio illuc pergeret, ibique quod[b] ei loquendum aut consiliandum esset, communiter cum eis hoc totum perageret. Illuc vero ubi perventum est, ipse episcopus totusque clerus eum digne receptum ita ut fratrem virumque sanctum sponte meritoque diligebant[c]; nam ab eodem pontifice ceterisque Pictavensium[d] urbis habitatoribus in tantum sua sancta amabatur oratio, ut eundem locum, scilicet monasterium sancti Hylarii, in quo morabatur, pro sue predicationis amore non cessarent frequentare. Hec igitur, que paulo superius habentur scripta, cum a predicto viro ceterisque suis familiaribus amicis episcopo intimarentur[e], eique compertum esset, qualiter per revelationem huic Dei electo contigisset, coadunatis de tocius cleri ordine maioribus natu senioribusque quam plurimis, in eadem urbe degentibus, pergebat ad illum predictum locum, ubi sanctus Hylarius corporaliter requiescebat, ibique sancto eidem viro, ab omnibus in abbatem electo, cuncta que ad illum locum pertinere videbantur commendabat, huiusmodi dicens: 'Frater et domine, omnia, que tibi per divinam revelationem iniuncta iussaque sint[f] agenda, seu in restaurando[g] ecclesiam sive in transferendo sacrum nostri patroni corpusculum, differre seu tardare diutius noli; nam me totamque meam, si placet, possessionem promptus tibi sum in adiutorium dare'.

(12). Interea dum idem sanctus vir potestatem illum locum regendi diutissime reluctaretur accipere multisque excusationibus, quod longum nimis est enarrare, se temptaret inde subtrahere, atque hoc illi nullo modo concederetur, rogavit pontificem, ut cum eo pariter regis clementiam[1] [adiret[a]], ne talis res absque suo inchoaretur auxilio. In hoc autem ut consenserat episcopus sancte[b] sue peticioni, deposuit baculum peregrinationis, accipiens, licet coactus[c], virgam correctionis, non ad sui tantum honoris augmentationem, sed multo magis ad aliorum, Deo concedente, meliorationem. Tunc vero pariter episcopus et abbas, condicto itinere arrepto, pervenerunt ad prefatum regem Clodoveum; episcopus, ut decuit, equester, abbas autem, ut eius mos fuit, pedester. Quod et statim nuntiatum est regi, videlicet eundem presulem una cum predicto abbate illuc venisse. Tunc rex de pontificis adventu letus nimisque lecior effectus[d] est, quia talis viri faciem, cuius sanctitas in eius presentia tam sepe divulgabatur, promeruit videre. Ipse autem cicius ab imperiali surgens throno, cum ei obviam, nimia stipatus multitudine, cursum acceleraret, amplexu convenit honorabili, dignoque simul cum episcopo receptus est honore; statimque, cum per aliquantulam moram simul familiari fruerentur colloquio, prandii deliciis vacare decreverunt. Ibi ergo, ceu regalis est consuetudinis[e], quam plurimis principibus ad mensam sedentibus, accidit per huius sancti viri merita quoddam miraculum, quod modo non est pretereundum.

(13). Rex vero cum inter prandendum quoddam vas lapideum vitrei coloris, auro gemmisque fabrili arte mirabiliter ornatum, iuberet afferri plenum mero, contigit autem, ut ipse prior idem vasculum acciperet, posteaque[a] huic sancto abbati, licet vinum bibere nollet, preberet ad bibendum, et de suis manibus, nescio quo casu, caderet in mensam, de mensaque scampno per quatuor divideretur partes. Hoc facto, unus de pincernis, quantocius potuit, illuc currens, collegit ipsas in unum parciunculas deditque regi. Rex

Cap. 11—13. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 11. a) in s. 2*a*. b) *ita* 1. 2*a. b*. c) diligebat 2*a. c*. d) Pictaviensium 2*a*; Pictaviensis 2*c*. e) intimaretur 1. f) *ita* 1. 2*a. c*; sunt 2*b*. g) (re *pr. m. suppl.*)staurando 1.

Cap. 12. a) *ita* 2*c*; *om.* 1. 2*a. b*. b) *ita* 1. 2*a. b*. c) choactus 1. d) efectus 1. e) consuetudo 2*a. b. c*.

Cap. 13. a) que *om.* 2*a. b. c*.

1) *Item Fredelenus abbas una cum episcopo Pictaviensi Chlodovechum adiit.*

autem aliquantulum inde contristatus, magis propter recumbencium inspectionem quam vasculi perdicionem, letabunda tamen fronte dixit ad abbatem: 'Domine, causa tui amoris in nichilum redactum est hoc vas, quia tibi per me nisi[a] adhiberetur, nullo modo de meis manibus cadens perderetur. Scias ergo, quid Deus inde per te fatiat ad sui nominis laudem et honorem, et ut quidam de istis recumbentibus, qui adhuc, spreta sancte Trinitatis fide, paganico ritu ydolatriis inserviunt, hoc cernentes, in Deum omnipotentem nobiscum credere non tardent'. Taliter ille sanctus vir coactus et admonitus altaque suspiria pro sue carnis fragilitate corde tenus extorquens, sed nimium in Dei misericordia more solito confidens, recepit easdem quatuor parciunculas, et sicut ipsa docuit fractura, coniunxit in priorem statum fragmenta, atque vas idem ita iunctum manibus amplectens, parvum ad momentum, innixus cernuo vultu brachiis super mensam, orabat ad Deum; completaque cicius oratione, reddidit[b] regi vas ita perfectum et reintegratum, ut ab aliquo nec ipsius signum sive[c] liniamentum fracture agnosci posset. Qualis laus et honor a cunctis hoc videntibus, non solum a christianis, sed etiam ab ipsis paganis, quorum magna cohors inibi aderat, Deo persolveretur, non est necesse loquendum. In eadem vero hora, rege ceterisque de prandio surgentibus Deoque gratias, ut dignum erat, reddentibus, omnes, qui gentili errore decepti illic adesse cognoscebantur, sancte Trinitatis fidem confitentes sacra baptismatis unda ab episcopo baptizabantur.

(14). Hiis[a] ita, ut dictum est, peractis, rex letus et ovans ad cubiculum, episcopus abbasque Deum laudantes pergebant ad hospicium. Illi vero cum illic pernoctantes sequentis indutias expectarent diei oblationesque missarum, rege astante, celebrassent, petebat idem abbas regem, ut sibi una cum episcopo locus familiariter secum loquendi non denegaretur. Hoc postquam a rege sibi, prout petebat, concessum est, per totum indicavit ei, quomodo seu qualiter divinitus sibi revelatum est sive de predicti restauratione loci vel de sanctissimi translatione corporis sancti Hylarii. Hoc totum audiens[b] intenta mente rex et omnino huius sancti viri locutionem celesti sale illitam intelligens, nec non episcopi bona voluntate in hoc percognita, reddebat ab intimis Deo gratias precordiis, insuper promittens, quatinus sibi spontanea voluntate concederet, quicquid in auro vel argento seu preciosis rebus aliis ad hoc peragendum desideraret. Huiusmodi autem licentia, divino nutu preordinante, letificatus, nimie donariis[1] peccunie ad predictam rem perficiendam[c] ab eodem rege suisque fidelibus honeste ditatus, repedavit simul cum pontifice, illam maxime curam gestens[d], ut[e] prefinitum opus perageret, quantocius, Deo opitulante, valeret.

(15). Igitur cum, episcopo post divinam concessionem ultra vires auxiliante nec non et ceteris in eadem urbe manentibus, ipsius restauratio ecclesie una cum sanctissimi translatione corpusculi perageretur, ac sibi reliquias eiusdem sancti Hylarii, quas antea nimium ardenter optabat, separatim[a] idem sanctus vir Fridolinus eligeret, in unam caute religandas capsellam, accidit[b] autem, ut, hoc toto peracto, duo presbiteri[c] de ultramarinis partibus, videlicet sui cognati, ad episcopum venirent eiusdem civitatis. Qui ab eo interrogati, unde aut quare venissent, cuiusque professionis essent, responderunt, se de Nordimbria[d] Anglorum quadam regione[e] suumque proximum[f] nomine Fridolinum querere

Capp. 13--15. 1. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 13. a) n:: *pr. m.* 1; *om.* 2*c*. b) que *add.* 2*a*. *b*. c) sine 2*a*.

Cap. 14. a) Hic 1. b) audens 2*b*; *om.* 2*c*. c) perficiendum 1, *corr.* d) *ita* 1. 2*a*. *b*; gestiens 2*c*; gerens *Mone cum Boll.* e) in 1.

Cap. 15. a) seperatim 2*a*. b) *distinctio hic est* 1. 2*a*. c) prespiteri 1. d) Nordumbria 2*c*. e) venire *add.* 2*c*. f) cognatum *add.* 2*c*.

1) *Legatis 'magnifica regiae liberalitatis munera contulit' rex teste Petro Damiani.*

atque se, licet indignos, sacerdotali frui ministerio. Quos denique honorifice susceptos per suum transmisit eos nuntium ad sui quem querebant affinis hospicium. Quem vero ut optabili visu cernentes agnoverunt, pre lugubri gaudio minime appellare potuerunt; nam hoc fieri solet sepe, quando amicus quilibet amabilis et diu quesitus cum[a] ad ultimum sub extrema desperatione vix invenitur, ut de pectore leto inevitabilis extorqueatur luctus pre gaudio. Ille autem cum eos diu inspitiens agnoverit suos esse cognatos et a certo illorum relatu compererit[b], sui amoris causa eos illuc venisse, ita paternis, ut decuit, amplexibus eosdem diligens, suam recepit in mansionem cauteque per omnia interrogavit, quod seu quale negotium inter sue principes regionis haberetur. Inter hec autem et alia multa, que utrimque narrabantur, diu sacro in invicem utebantur colloquio.

(16). Postquam vero idem vir sanctus cum eis letus cenaverat suoque lecto se in eadem nocte commendaverat, signaculo sancte crucis munitus, apparuit ei sanctus Hylarius, altera iam vice eum sic alloquens: 'Frater Fridoline, cur tardas implere, quod Deo michique promisisti, quando corporis mei partem quandam tecum hinc ad deportandum separare promeruisti? Ergo noli diucius deinceps hic morari, quia tuis nepotibus a Deo conceditur, quatinus post tuam abscessionem hunc locum ad Dei non cessent procurare[a] servicium'. Tunc cum idem Dei[b] vir Fridolinus sollerter, prout ei licitum est, interrogaret, ubi eum ire iuberet, responsum est ei datum, ut ad quandam insulam Alemannie[c. 1] Reni cuiusdam fluminis undique lymphis circumdatam sui cursum itineris accelerare non differret, illicque Suevorum[d] fidei se commendaret.

(17). Interim, dum ab[a] hac sacra visione stupefactus evigilasset, venit nuncius episcopi, dicens, eum inremediabili per omnia menbra percussum esse paralysi. Illuc vero, sumptis suis secum nepotibus, cicius adveniens, invenit eum cunctis artubus corporis ita debilitatum, ut nullus[b] in eo sentiretur motus preter vitalem quem adhuc a precordiis aliquantulum trahebat flatum. Tunc ille sanctus abbas in certo solitoque confidens medicamine, scilicet in Dei clementia, prostravit se ad orationem, peractaque oratione, cum anxia sudoris effusione mirabilique fletuum lacrimatione humefactus surgeret, erigebat se cum eo pariter episcopus, in nullo se dicens menbro aliquid mali[c] sentire vel habere. Ergo cum talis ibi Dei gratia tam patenter visibiliterque[d] ostenderetur, uterque eorum, episcopus et abbas[e], una cum ceteris qui ad funus illic preparandum aderant Deum laudabant.

(18). Iam tunc mane facto, cum eidem episcopo per omnia patefaceret, qualiter in eadem nocte per visionem ei revelatus est sanctus Hylarius, precipiens, ut ad insinuatum locum nil remoratus suum acceleraret inde gressum, in tantum predictus pontifex de tali stupefactus visione doluit, ut nec[a] vitam post eius abcessionem optinere curaret; nam non solum ille, sed et totus clerus tociusque regni principatus suam in tantum paterni-

Capp. 15—18. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 15. a) cum *abundat.* b) *ita* 1. 2*a*; comperit 2*b*; reperit 2*c*; repererit *Mone.*

Cap. 16. a) *ita* 2*c*; procurari *rell.* b) *corr.* vir Dei 1, *et sic* 2*a. b.* c) Alemanie 2*a. b.* d) Suorum 2*c*; *eadem verba supra c.* 1. *leguntur.*

Cap. 17. a) adhuc s. 2*b.* b) nullum 1. c) *ita* 2*c*; male *rell.* d) invisibiliterque (que *om.* 2*c*) 2*a. c.* e) que *add.* 1.

Cap. 18. a) ne 2*b.*

1) *Cf. Sermonem Petri Damiani l. l. p.* 6: His itaque peractis, beatus Hilarius sanctum Fredelinum per visionem admonuit, ut Scotigenam quendam sibi cognatione propinquum in coenobii regimine substitueret, ipse vero ad Gallinariam insulam in honorem eiusdem beati Hilarii aedificaturus ecclesiam properaret. *Gallinariam insulam a serpentibus liberaverat Hilarius, ex Ariminensi synodo rediens; cf. Fortun., V. Hilarii I, c.* 10.

tatem abesse plangebant, ut nec sue proprie regionis incole tantum doluissent, quando talem patronum ab eis abscedere vidissent. Quid plura? Quem proprii dulcedo regni seu iocundissima parentum affinitas vel delectabilis paterne hereditatis possessio subtrahere non valebat, nisi hoc perageret, quod per divinam sibi maiestatem iniunctum est, quomodo quibusve blandiciis illum locum[a] locique eiusdem habitatores, inter quos exul morabatur, obtinere valerent, quin hoc adimpleret[b], quod minime dubitabat, Deo iubente, peragendum fore? Ille vero, per orationis sanctitatem apud Deum sanctumque Hylarium licentia comeatuque proficiscendi sumpto, cum pacis oscula daret pontifici ceterisque suis amicis, in eorum certam sibique promissam commendans fidem suos dulcissimos de quibus superius dictum est nepotes, quos divina coactus iussione non solum humiles[c] exules, sed sua carentes paternitate relinquebat orphanos, ita tocius urbis[d] Pictavensium[e] plebe circumdatus est, ut eorum clamori constipationique[f] renitens, vix ab eis se eluctaretur[g], ut arriperet gressum inde pergendi.

(19). Taliter etenim arrepto itinere, portans secum reliquias sancti Hylarii, primum aggressus prefatum regem, omnia que sibi divinitus acciderant propalavit ei, ab eoque potestatem accepit, quatenus, ubicumque prenominatam inveniret[a] insulam, adhuc tamen sibi[b] prorsus insciam, cuncta que vellet in Dei nomine licenter illic ageret. Huiusmodi potestate accepta nimieque gratia consolationis impetrata, letus a rege discessit. Indeque pergens, venit ad quoddam flumen Musella nuncupatum, ibique, in ipsius ripa fluvii quodam monasterio sub honore sancti Hylarii constructo, diucius, quam ut hoc monasterium, de quo in proemio huius libelli supra dictum est [1], perageretur, noluit morari. Indeque progrediens, inter quedam concava moncium convallia in quodam monte Vasago nuncupato construxit ecclesiam similiter in eiusdem sancti honore. Qua vero illic perfecta, quandam adiit urbem, que apud Latinos Argentina vocitatur, in qua etiam sub eiusdem sancti honore edificavit ecclesiam [2]. Ab eadem autem dum pergeret civitate, per monasteria regni Burgundiorum[c] suum direxit iter in quandam regionem Recia vocatam causa Curiensem episcopatum[d] adeundi. Ibidem vero, in illa urbe Curia dicta, cum interim moraretur, donec illic ecclesiam sancto Hylario [3] in servicium construxisset et caucius ab[e] ipsius urbis habitatoribus inquireret, si alicubi scirent[f] aliquam insulam alveo Reni circumfusam et ab humanis habitationibus adhuc inusitatam et incultam, responderunt, aliam se nescire absque cultura, scilicet humane usitationis, preter unam solummodo, quam sibi adhuc non bene notam profitebantur esse; sed tamen illi, ubi esset eadem insula, et per quam viam illuc venire deberet[g], insinuabant.

(20). Illuc postquam per innumerabiles tam longi itineris fatigationes ad ultimum vix errabundus venit, in tantum letus effectus est, ut omnino oblivisceretur, se[a] antea quicquam molestie perpessum fuisse. Statim igitur, optabili cicius incessu dum ingrede-

Capp. 18—20. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 18. a) *ita* 1. 2*a. b.* b) adimplerent 1, *corr.* c) *om.* 2*a. b.* d) orbis 1, *corr.* e) Pictaviensium 2*a.* f) constipationeque 1, *corr.*; condi passionique 2*c.* g) reluctaretur 2*a. b. c.*

Cap. 19. a) invenerit 2*b.* b) p. sibi 2*b.* c) Burgundionum 2*c.* d) *ita* 1. 2*a. b*; episcopum 2*c* (?); 'zu dem Bischof von Kure' *Versio Germ.* e) ad 1 *(pr. m.).* 2*a. b.* f) sci(re *m. al. in ras.*)nt 1. g) debet *pr. m.* 1.

Cap. 20. a) sed *pr. m.* 1.

1) *Supra c.* 1. *Helera vocatur monasterium.* 2) *Argentorati S. Hilarii ecclesia minime erat.* 3) *Quartae S. Hilarii ecclesiae Curiensis rudera adhuc extant (cf. Friedrich, 'Kirchengeschichte' II, 427), et quattuor etiam Fredelenus in eius honorem monasteria construxerat praeter illam in insula Gallinaria sitam ecclesiam; cf. Sermonem Petri Damiani l. l.*

retur eandem insulam absque circumiecte plebis interrogatione causa id tantum investigandi, si locus illic ad ecclesiam edificandam oportunus inveniretur, cives absque mora et eiusdem loci incole circumquaque commanentes, dum eum viderent in eodem loco quasi ociosum huc illucque vagantem, currebant illuc nimia ira commoti, sciscitantes ab eo, cur tam inconsulte eandem esset ausus insulam ingredi, ibique[a], quasi insidiator peccorum, luporum more vagari; illumque preter ullius[b] impensionis excusationem duriter flagellis cesum expulerunt.

(21). Illis taliter contra prefatum sanctum virum magna infestatione non semel, sed sepissime reluctantibus nullamque sibi spem illic requiescendi permittentibus, iterum adiit[a] regem ab eoque eundem locum, a quo paulo ante fugitivus comite vita vix evasit, in proprium donum per cartam sue manus obstipulatione firmatam accepit imperpetuum sibi suisque posteris possidendum; nam ad regalem potestatem ab antiquis temporibus ipse locus pertinere non ambigebatur. Cum tali dono nec non alterius gloria honoris ab imperatore predicto, qui eum multum diligebat, huiusmodi[b] fulciretur[c], fecit eum per suos missos ad eandem redire insulam, ea ratione, ut si aliquis contra hanc imperialem vellet quicquam agere traditionem, aut huic sancto viro Fridolino eundem presumeret contradicere locum, capite sine ullius excusationis dilatione plecteretur.

(22). Hucusque, o lector sollers, me scias hunc libellum non me[a] fallaciter excogitasse, sed tantummodo rescripsisse, nec de meo aliquid additum esse preter rusticam solummodo verborum constructionem[1], quam me profiteor non ob aliam causam construxisse, nisi quia idem liber, in quo huius sancti gesta habebantur scripta, iam olim paganorum incursione in eadem perditus insula, michi, dum in Gallia peregrinus essem, manifestabatur aut idem aut eiusdem exemplar. Hoc autem pro certo michi minime notum est, si idem esset; sed hoc procul dubio me scire affirmo, quia dum michi denegaretur mecum inde ad deportandum ille liber, nec instrumenta scribendi haberem, quatinus per me scriberetur, omnia mecum et [materiam[2] legens retinui et] materie inventam assertionem[b], sicut in proemio huius libri vel libelluli dictum est. Cetera vero que post hec secuntur scias quorundam in eadem predicta[c] degencium veridica me comperisse relatione. Nam ita, dum inde caucius inquirerem, profitebantur, ut quedam de istis sequentibus miraculis, que in illo prefato non inveni libro, — nam pars eius quedam in fine defuit, — suis oculis vidissent, ideoque inde non dubitarent, quin vera essent; quedam autem affirmant per antecedencium certam narrationem patrum veraciter se scire.

INCIPIT EXCEPTIO DE MIRACULIS SANCTI FRIDOLINI[a].

(23). Postquam vero predictus vir sanctus Fridolinus hanc superius memoratam a rege, ut iam dictum est, in proprium donum acceperat insulam et illam, ut semper

Capp. 20—23. 1. 2*a. b. c.*
Cap. 20. a) illicque 2*a. b. c.* b) illius 2*b. c* *(non* 2*a).*
Cap. 21. a) aduc 2*a*; adhuc 2*c.* b) *ita* 1. 2*a. b. c*; *om. Mone cum Boll.* c) fulsciretur 1.
Cap. 22. a) me *abundat.* b) asert. 1. c) insula *add. Boll.; om. codd.*
Cap. 23. a) liber secundus *add.* 2*c.*

1) *Similia supra c.* 1. *leguntur.* 2) *Haec verba addidi, collatis prooemii verbis hisce:* hoc quod legeram memoriter retinui; partim verba cum materia, partim materiam absque verborum constructione, *dum Mone post* omnia *haec inserit:* recitavi diligenter et reportavi multa verba et sententias, *coniectura non bona, afferens Versionem germanicam:* 'do uberlas ich es alssament mit grossem flyss und truge mit mir vil der worten dannan und den

optabat, securus intraverat, accidit, ut quandam capsellam reliquiis sancti Hylarii plenam, quam suis humeris omni tempore pendentem solitus erat gestare, suspenderet in cuiusdam arboris ramum[1], donec aliquantulum suis lassabundis artubus concederet inevitabilem soporis requiem; antea enim tam longi lassitudine itineris et[a] eundem tunc circumeundo locum causa hoc tantum experiendi, ubi decenter ecclesiam edificare posset, nimis fatigatus esset[b]. Interim, dum, parum alleviatis, prout humana tantum indiguit natura, menbris, assurgeret ad sacre solitam dignitatem orationis, nimis stupefactus, aliquantulum retorsit gressum, quia nimiam molem eiusdem arboris, in qua predicta suspendebatur capsella, videbat terra tenus inclinatam omnesque ramos ab imo stipite usque ad summum admirabatur, quasi conglobatim, Deo se humiliasse, ipsa tamen arbore non eradicata, sed lenti more viminis deorsum flexa. Quamquam ut quilibet nimio fasce gravatus succumbit ad ultimum inde superatus, nonne miranda res, quod vir sanctus, nulla carnis fortitudine fultus, tam diu id gestaverat, quod ipsius arboris magnum robur nullo modo sustinere valebat? Hoc ut ille Dei electus vidit, indubitanter se sciebat ibi permansurum, Deoque gratias agens, eadem[c] recepta capsella, letus inde hospicium querendo discessit. Adhuc supersunt multi, qui eundem illius arboris stipitem viderant sepissime.

(24). Inde dum egens hospitio una cum discipulis suis intraret cuiusdam bone qualitatis viri domum Wachere[a] nuncupati, obviam ei venit ipsius predicti[b] hominis uxor, non solum interrogans, quid vellet, sed furibunda nimium mente eum increpando sic alloquitur: 'Miror, frater, cur, ceteris in hac villa mansionibus pretermissis, me tantummodo aggredereris[c], dum videas nostra edificia prorsus igne consumpta preter hanc domunculam, in qua meus senior et ego vix habitando requiemus[d]; nec in hoc contentus es, ut solus pergas, sed, aliorum, — unde tu vel illi[e] sint, nescio, — congregata multitudine, vagaris circumquaque, minime sciens, que famis angustia nos hoc anno constringit[f]'. Illa huiusmodi sermocinante illoque pacienter hoc auscultante[g], venit eius predictus maritus, et aliquid[h] levigata sue uxoris iracundia, pio eum recepit amore, quia nimie dignitatem sanctitatis in eo florere cognoverat, atque in tantum eum statim dilexit, quatinus suam filiam, quam eadem nocte sua coniux[i] peperit, in crastinum rogaret baptizare et de eiusdem sacri baptismatis fonte levare. Hoc facto, cum sua coniux[i] multum irasceretur, eo quod talis vir peregrinus ac pannosus sibi in compatrem eligeretur, ampliavit adhuc eius iracundiam[k], condonans huic sancto viro magnam hereditatis possessionisque partem. Sed tamen postea, ut eidem predicte femine huius sancti viri laudanda pietas innotuerat[l], commendavit ei suam quam de sacro levaverat baptismate filiam, ut sanctis studiis litterarum ab eo imbuta divinoque sacrata velamine, deinceps in predicta insula in Dei permaneret servitio. Hec, ut fertur, prima in eodem loco sanctimonialis habebatur, cuius pater et mater cetérique parentes magnum eidem sancto viro prestiterunt adiutorium.

Capp. 23. 24. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 23. a) *ita* 1. 2*a. b*; ut *Boll.* b) *ita* 1. 2*a. b. c.* c) eademque 2*b*, *corr.*

Cap. 24. a) Wacheri 2*c*. b) *ita* 1. 2*a. b.* c) agrederis 2*b. c.* d) *ita codd.* e) ille 2*b*, *corr.* f) constrinxit 2*b*. g) ascultante 2*b*. h) aliqđ 1; aliquit 2*b*. i) coniunx 2*a. b.* k) vir suus *add. Boll.*; 'der husswirt' *Versio Germ.* l) innotaverat 2*b*.

sin und die materie, als da vor geschrieben stat in der vorrede dises buchlins': *huic vero codex melior nostris minime subest, auctorque vel ipse lacunam ex prooemio supplesse videtur.*

1) *Simile miraculum, quod Moderamno episcopo Redonensi contigerat, codicibus* 3 *V. Remigii ab Hincmaro conscriptae additum est (v. 'N. Arch.' XX, p.* 567*); reliquiae autem ibi elevantur, dum hic arbor earum mole inclinatur. Conferas sis cum Balthero verba haec:* memoratas in ramo ilicis venerabiliter suspendit reliquias.

(25). Inde vero pergens, dum quendam balneis utentem adiret ea causa, ut aliquid[a] in adiutorium sibi impenderet ad Dei servitium, et hoc omnino se acturum denegaret, contigit, illo iam abscedente, ut de eisdem balneis predictus vir exire non posset, antequam illum[b] revocaret[c] eique[d] quandam sue partem hereditatis donaret, insuper interrogans[e] eum, quid adhuc vellet, ut ei donaret.

(26). Interea post aliquantum[a] temporis spacium, predicto rege defuncto, cum idem sanctus vir Fridolinus prefatam adhuc nemorosam insulam ad planiciem redigeret[b], radicitus[c] abscisa arboree densitatis silva nec non spinarum inepta spissitudine, prout ei congruum fuit, deposita, contigit, ut idem sibi rebelles existerent, a quibus antea talem ac tantam iniuriam, ceu superius dictum est[1], in regis presentia planxerat se sustinere non posse. Nam hoc procul dubio se acturos promiserunt, ut nullo modo ausus esset talis vir peregrinus et exul in eundem ingredi[d] locum, quem hereditario iure[e] firmaverunt ad se pertinere. Tunc huiusmodi minis infestationibusque sepius illi ingestis, condictum est inter eorum communes amicos, uti, in[f] unum utrisque[g] convenientibus, inde quod bonum esset et utile diiudicaretur; id ipsumque iudicium fieri prefinitum est in illa ripa, ubi modo maior pars eiusdem fluminis inundando eandem affluit[h] insulam. Nam tunc temporis totum id flumen, videlicet Renus nuncupatum, non ibi, sed de altera parte sui cursum alvei optinebat, nec ulla pars eius inde nisi raro derivabatur illuc, tunc scilicet, quando de Alpinis iugis nivales effusiones, per fervide calorem estatis liquescentes, per concava montium convallia in eundem intrassent fluvium; sed tamen non in tantam concreverat inundationem umquam eo tempore, ut diu necesse esset inibi navigio frui.

(27). Taliter idem Dei electus, ne tali spe privaretur, angustiatus, nullam preter in Deum fidutiam habens, die noctuque non destitit divinam sibi placare maiestatem, quatinus in condicto die, cunctis ad tale iudicium confluentibus, sue magnitudinis omnipotentia[a] ostenderetur invicta et gloriosa. Tunc vespere quodam, quia subsequenti die crastina illud predictum impleri debuit iudicium, solus eandem egressus est insulam, licet nimium tristis, tamen in Dei multum misericordia confidens, et paulo superius, ubi illud predictum flumen aliquantulum latius liberiusque, quasi quodam flexu[b] insinuatum, contra eundem spatiatur locum, inmersit eidem aque per adiutorium sui cuiusdam amici quasdam abietes[c], sicuti adhuc ibi apparent, ita dicens: 'Ipse Deus, qui cuncta creavit bona in celo et in terra, convertat hanc aquam contra suos inimicos, ne deinceps tam proterviter, ut ante fecerunt, possint ad hunc locum destruendum transire'. Hocque[d] facto, reversus, totam illam noctem pervigil orando perducebat. Mane autem facto, iam imminente condicti iudicii hora, dum foras de cellula egrederetur, vidit mirandam rem, scilicet totum ipsius fluminis alveum in alteram conversum[e] ripam, que priori die in tantum sicca apparebat, ut nec alicuius pes transeuntis humectaretur. Insuper quoque suos audivit inimicos de altera parte non solum Deum laudantes, sed etiam ad se clamantes, ut pro eis oraret, ne inde divinam incurrerent vindictam.

Capp. 25—27. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 25. a) aliqt 1. b) *om.* 2*a. b. c.* c) sanctum *add. Boll.* d) que *om.* 2*b.* e) eum i. 2*a. b.*

Cap. 26. a) aliquantulum 2*b. c (non* 2*a).* b) redigere 1. c) radicibus 1. 2*a. b.* d) l. i. 2*b.* e) *om.* 2*a. b.* f) *superscr.* 1. g) utriusque 1 *(pr. m.).* 2*a. b.* h) afluit 1.

Cap. 27. a) (omni *om.*) potencia 2*a. b. c.* b) visum *add., sed delet.* 2*b.* c) abietis 2*b*, *corr.* d) *ita* 1. 2*a. b.* e) conversam 1, *corr.*

1) *Supra c.* 21.

(28). Inde vero laudes Deo omnipotenti persolvens, cum absque ullius contradictione ecclesiam in eodem construeret loco sub honore sancti Hylarii illicque canonicam sanctimonialium vitam construeret, habuit secum quendam magne ferocitatis discipulum, quem etiam ipse de sacra baptismatis unda levaverat; qui vero postquam eidem congregationi disposuit carceralem construere anxietatem, hoc totum, quod per diem operabatur, id ipsum per noctem celitus destruebatur. Sed tamen suus magister tante mansuetudinis erat, ut quando pueri, sicut mos est parvulorum, conscenderant arborum ramos causa colligendi poma, iuxta stipitem stans, observaret[a] eorum descensum, quatinus suo blandius impositi dorso, nullatenus ruinam timerent; eisque tunc suum predictum fugientibus discipulum ita dixit: 'Fugite, o miseri, fugite, ne ille veniat, qui vos absque misericordia dampnet'.

(29). Iste vero tante sanctitatis vir[a] cum feliciter in Deo per multos vixisset annos, et in eadem coadunata sanctimonialium congregatione insula, multe per eum, divina largiente gratia, ostenderentur virtutes, huius lucis metam cunctis mortalibus sub communi
conditione inevitabiliter transeundo beatissimo II. Non. Mart.[1] finivit obitu, imperpetuum Mart. 6.
cum Christo victurus in celis, quo semper in hac degens luce summo tocius desiderii nisu[b] non cessabat de virtute proficiens in virtutem anhelare*. Modo veniamus ad alia quedam sua miracula, que post eius sacratissimum acciderant obitum.

*) *Miraculum, quod subsequitur in 2a. b. c, ante V. Fridolini (fol. 31'. 32) m. s. XIV. suppletum est in* 1:

ITEM[c] MIRACULUM.

Beatus igitur[d] Fridolinus cum construeret claustrum sanctimonialium in Secanis, erant duo fratres germani, qui nobilitate et diviciis in Clarona[2] prepollebant, unus nominatus Urso, alter vero Landolfus[e]; e quibus Urso, videns sancti Fridolini sanctitatem, partem illarum possessionum, que sibi erant, cum pleno consensu fratris sui claustro Secanis donavit et donacionem suam instrumentis debito modo vallatis confirmavit. Hac elemosina premissa, Urso diem clausit extremum; post cuius obitum frater eius Landolfus possessiones singulas a fratre donatas cenobio prefato sibi contra iusticiam usurpavit. Cum autem sanctus Fridolinus multo tempore coram iudicibus resisteret nec ad plenum ius consequendum proficeret, dictum est ei, quod, si finem sue litis habere cuperet, donatorem possessionum illarum iudicio litis presentaret, ut sic veritas testis illius donacionem factam rite ac legitimam comprobaret. Quam sentenciam beatus[f] Fridolinus acceptavit rogavitque lantgravium, cuius nomen[g] Baldeberch, ut diem certum super premissis sibi et adversario et locum iudicii assignaret. Quibus obtentis, venit beatus Fridolinus in Claronam, et stans supra sepulcrum Ursonis, aperto sepulcro, ipsum ex nomine vocans, confisus de Christi potencia, suscitavit, et apprehendens eum per manum suam, duxit eum inde ad sex miliaria in villam que dicitur Ranwilre[h, 3], ubi predictum lantgravium iudicio presidentem

Capp. 28. 29. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 28. a) observare 2*a*.

Cap. 29. a) erat *add.* 2*a. b. c.* b) visu 2*a.* c) *ita* 2*a. b. c*; Miraculum de sancto Fridolino *praescr.* 1. d) *om.* 1. e) Landolffus 2*b.* f) *ita* 1. 2*a. b.* g) erat *add. Mone.* h) *ita* 1; Banwilre 2*a*; Ranckwilre 2*b*; Ganwilre 2*c*.

1) Fridolinus (abbas et) confessor *eodem die Martyrologiis Sangall. n.* 339. *et* 342. *saec. X. illatus est, desideratur vero apud Notkerum; cf. Meyer v. Knonau l. l. p.* 378. 2) *Glarum provinciam monasterium Seckingense olim possidebat (cf. Aloys Schulte l. l. p.* 3), *cui possessioni interpolator iuris titulum praetendit.* 3) *Rankweil villa in provincia Vorarlberg prope Feldkirch sita c.* 7 *milia geographica a Glaro oppido distat.*

(30). Quidam[a] homo inremediabili miserabiliter debilitatus paralysi[b], a primis infantie annis vitam absque vite officiis per multos ducebat annos. Cui semper in adiacente extincti corporis funere sola tantum superstes anima, ceu vix palpitans, vigebat, et in premortui tota massa cadaveris quasi soli vivere cognoscebantur oculi ac velut ipsi vigiles mortuorum probantur artuum esse custodes. Lingua namque primum, nullius volubilitate motus excussa, vocem aere nullatenus ictu proferre valebat, nam ab ima[c] pectorali fistula vox sui tractum sonitus palato ad verba denegabat proferenda. Manuum digitalis connexio per naturam marcida flaccens viciatam corpori debitum non prebebat servicium, neque languidam menbrorum structuram pes pedali carens incessu sustentabat, dum ita tocius massa fabrice torperet, ut nullus quasi in ea motus vigeret. Interea vero, eo misero huiusmodi debilitato, affuit sancti Fridolini festivitas. Illuc ergo ad suam basilicam undique[d] sexus innumerabili populorum caterva pro sua inpetranda clementia properante, allatus est idem paralyticus a suis parentibus in eandem ecclesiam. Ibi vero omnibus ad sacra missarum sollempnia astantibus, idem predictus vir, cum supra sepulcrum eiusdem sancti prostratus iaceret, ita, Deo concedente suffragantibusque sancti Fridolini meritis, diu optate redditus est sanitati, ut lingue[e] ministerio, manuum tactu, pedum gressu totiusque statu corporis in eadem hora frueretur. Hoc inclito multiplicique miraculo ita, ut dictum est, peracto, que laus cleri tociusque plebis illic esset[f], non eget narratione.

(31). Aliud[a] insuper quoddam miraculum, quod ab eo factum scimus, preterire non[b] audemus. Nam quodam tempore, cum abbatissa quedam, cuiusdam regis filia, in eodem una cum suo patre maneret loco, contigit, ut regale in quo erant palacium incenderetur, ipseque rex, collectis suis illuc vernaculis ceteraque plebe vulgari[c], eiusdem ignis incendium festinarent extinguere, ne ecclesia, que prope illic erat, concremaretur. Tunc ipsa eius predicta filia, eiusdem loci rectrix, currens ad ecclesiam, prostravit se supra sepulcrum sancti Fridolini, hoc procul dubio obtestans et firmans, ne inde abscederet, licet omnino in cinerem consummata vitam finiret. Tunc ipsa ecclesia pene tota incensa, ita ut omnes inde

---

et adversarium[a] presentem et magnam hostium multitudinem invenit. Ibi Urso suscitatus dicit fratri suo Landolfo[b] coram omnibus: 'Frater, cur meam[c] animam spoliasti rapiendo possessionem, que ad me pertinebat?' Respondit: 'Optime frater, tuam partem tibi restituo, insuper meam partem ad idem cenobium Secanis superaddo'. Hoc peracto, sanctus Fridolinus defunctum illum ad sepulcrum, unde eum duxerat, reduxit. In testimonium rei geste conscripti sunt ibidem versus isti:

Predia[d] *pro domino dant fratres hic Fridolino.*
Tempora post multa negat alter, fratre sepulto.
Suscitat hunc dignus testem ducitque benignus.
Turba timore tremit, sanctus sua iura redemit.

Beatus autem Fridolinus post multa virtutum insignia ac preclara gesta dormivit in Domino pridie Nonas Marcii.

Capp. 30. 31. 1. 2*a. b. c.*

Cap. 30. a) *praescr.* Item miraculum 2*a. b. c.* b) 1 *m. al. in ras.* 1. c) una 2*a. b. c.* d) utriusque *coniecit Mone ex Versione Germ.:* 'die lute, wip und man'. e) sanitati *iterant* 1. 2*a. b, delevit Mone;* ut 1. *s. om.* 2*c.* f) esse 2*a. b. c.*

Cap. 31. a) *praescr.* Item aliud miraculum (m. *om.* 2*a*) 2*a. b. c.* b) *m. al. suppl.* 2*b.* c) ut *add.* 2*a. b. c.*

Cap. 29. *Nota.* a) suum *add.* 1. b) *om.* 1. c) cur spoliasti parte possessionum *Leg. aur.* d) Predio 2*b.*

fugiendo abscederent, prorsus desperantes eam extinguere posse, visus est regi ceterisque, quod[a] ipse sanctus Fridolinus cum sacerdotali infula vestitus venisse omnemque totius inflammationem incendii de tecto basilice[1] sic abstersisse, ut nec aliqua fuliginis obfuscatio ibi appareret. Talibus ergo ac multis aliis miraculis per sua merita celitus ostensis, videlicet in cecis, surdis, mutis, claudis, languorum varietate oppressis, possumus et aliud miraculum enarrare, quod sepissime[b] scimus evenisse.

(32). Igitur quondam[a] paganorum incursio[b], ut sepe accidit, eundem invasit locum, omnibusque inde fugientibus, sancti Fridolini sarcofagum una cum suo sanctissimo corpusculo solum remansisse dimiserunt. Ac post paululum, dum spacium respirandi, viribus resumptis, eis concederetur, suus quidam proprius servulus nomine Wenilo, qui adhuc vivus est, mortis periculo se ipsum pro domini sui amore non dubitavit opponere, tale verbum, non rusticorum more, sed alicuius bone qualitatis viri fidutia roboratus, huiusmodi[c] proferens: 'Diucius vivere non curo[d], si meum seniorem a paganis incensu cremari video'. Hac spe[e] confortatus, recurrens intravit ecclesiam, osculansque sepulcrum eius, terra tenus prostratus, sic alloquitur eum: 'Domine, domine Fridoline, per omnipotentem Deum[f] te deprecor, ut aut me tuum servum disponas a supervenientibus statim Ungaris[g] tecum hic concremari, aut concedas te mecum hinc deportari'. Hoc dicto, sustulit inde quendam lapidem, quo loculus fuit obtectus, tante scilicet quantitatis, ut sex hominibus sufficeret inde levare tantum pondus. Tuncque[h] eodem detecto mausoleo, suis imposuit humeris illud in quo tam sacrum pignus iacuit feretrum atque tam sacro onustus fasce pervenit ad ceteros, minime sentiens oneris pondus, quia ab illo quem portabat procul dubio portabatur. Tunc clerici simul cum sanctimonialibus illuc obviam ei properantes, receperunt eum nimis gratulabundi, Deum suaque sancta merita laudantes. Inde dum eum quam plures de clericis nobilibusque laicis ad quoddam castellum portare temptarent, tanti ponderis effectus est, ut nec vel unius pedis passum transire possent. Hoc diutissime cum vicissim multis accedentibus, temptassent, ad ultimum perpauci[i] de suis clericis suisque sanctimonialibus accedentes, portabant eum ita leviter, quatinus eis videretur, se quasi nichil gravedinis sentire. Et hoc non solum tunc semel accidisse probatur, sed adhuc etiam, quandocumque, paganis in hoc regnum adventantibus, foras de ecclesia portatur[k], contigit[l], ut ipsis suis vectoribus interdum se in tantum levem faciat, ut nichil ponderis se profiteantur sentire, interdum se tam gravem reddat, ut ulterius eo gravati pondere minime queant abire.

Capp. 31. 32. 1. 2*a*. *b*. *c*.

Cap. 31. a) quod *abundat*. b) certissime *coni. Mone contra Versionem Germ.:* 'dicke'.

Cap. 32. a) quandam 1; quidam 2*c*. b) incurso 2*a*; in cursus 2*c*. c) *ita* 1. 2*a*. *b*. *c*; b. *om. Boll.* d) credo 1, *corr.* e) sepe *pr. m.* 1. f) *om.* 2*a*. *b*. g) unigaris(?) *m. al. corr.* iungaris 1 *et sic* 2*b*; migaris 2*a*; paganis interfici aut concedas 2*c*; 'heyden und ungeloubigen luten' *Versio Germ.* h) que *om.* 2*b*. i) prepauci 2*b*. k) portaretur 2*a*. *b*. *c*. l) *ita* 1. 2*a*. *b*. *c*; contingit *Boll.*

1) *Simile Vedastis miraculum eius biographi enarrant; v. infra.*

VITA MELANII EPISCOPI REDONICI.

Melanius episcopus ecclesiae Redonicae concilio Aurelianensi I. a. 511. *intererat*[1] *unaque cum episcopis Turonensi Andegavensique ad duos Brittanorum presbyteros inter a.* 515. *et* 520. *litteras dedit*[2]. *Anno autem* 549. *inter eos qui actis concilii Aurelianensis V. subscripserunt Fybidiolus*[3] *episcopus Redonicus et Abrincatinus deprehenditur Egidius*[4], *huiusque successor Paternus, antequam electus est, visum habuit, quasi cum aliis duobus episcopis defunctis se ipsum ordinasset Melanius*[5]. *Is in urbe Redonica sepultus, basilica admirandae altitudinis honoratus est, cui postea monasterium accrevit, ex ipso sancto appellatum, anno autem* 1845. *S. Mariae dicatum*[6]. *Ecclesia cum quondam ignem conciperet, pallam lineam sepulchrum tegentem mirabiliter servatam esse testatur Gregorius, Gl. Conf. c.* 54. *Melanii inter sanctos relati et natale suscepti episcopatus et depositio Martyrologio Hieronymiano adscripta sunt, scilicet die* 6. *Ianuarii:* In civitate Redonis nat. sancti Melani episcopi[7], *die* 6. *Novembris:* Redonis civitate Galliae depositio Melani[8] episcopi.

Biographus sanctum concilio Aurelianensi I. interfuisse canonumque ibi statutorum imprimis auctorem fuisse ex Adnotatione de synodis compertum habuit. Quam cum Woldemarus Lippert non ante saec. VIII. compositam esse perspiceret, Vitam Melanii scriptori coaetaneo a Bollando attributam potius saec. IX. exortam esse contendit[9], *hancque eius opinionem argumentis novis confirmare possum. Praefationem enim biographus ex Vitis Vedastis exscripsit, scilicet exordium ex vetustiore, c.* 2. *vero ex ea quae Alcuinum habet auctorem. Potest igitur esse scriptor saec. IX. aut posterior neque vero antiquior. Eo teste probus Melanius exteriorum ecclesiae Redonicae rerum sollicitudine haud parva affectus erat. Camliciagum villam ab Eusebio aut rege aut duce ignoto accepit, Aspasia filia deprecante, quippe quae energumena ab ipso sanata esset. Locus a.* 830. *ad monasterium S. Melanii Redonicum pertinebat*[10], *cui beneficium ecclesiae ibi sitae paroecialis saec. XVI. etiamtunc conveniebat*[11]. *Quare conici licet, ipsi monasterio biographum monachum adscriptum fuisse. Locum qui dicitur 'Platio' sanctus 'ex parentum proprietate'*[12] *possedit: ibi nutritus ecclesiam manibus propriis construxit, ibi etiam defunctus est. Attamen Placitum vel Plaz a.* 837. *a Ludowico Pio*[13] *iterumque a.* 857. *ab Erispoe*[14] *prin-*

1) *Cf. Maassen, Concilia I, p.* 9. 2) *Cf. Duchesne, 'Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours' p.* 85. 3) *Maassen l. l. p.* 110. 4) *Ib. p.* 111. 5) *Fortun., V. Paterni c.* 16. 6) *Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 308. 7) *Ita recensio prior; in posteriore locus interpolatus est hoc modo:* In civitate Redonis nativitas et ordinatio et transitus sancti Meliani episcopi ibidem caelebratur; *cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [6]. 8) Menelai *male cod. Eptern.; cf. AA. SS. l. l. p.* [140]. 9) *Cf. 'N. Arch.' XIV, p.* 50 *sqq.* 10) *Cf. de Courson, 'Cartulaire de l'abbaye de Redon' p.* 353. 11) *Ib. p.* 476. 12) *Vitae locum infra praetermissum hic exscripsi:* dum beatus Melanius de Redonico pago ad oratorium suum pergeret, quod dicitur Platio, ex parentum proprietate, venit in Marciagum castrum, quod in montis celsitudine situm est super rivulum Aue nomine. 13) *Cf. de Courson l. l. p.* 357; *Sickel, Acta Karol. II, p.* 193. 14) *Cf. de Courson l. l. p.* 371.

cipe Britanniae monasterio S. Salvatoris Rotonensi, rogante Conwoione primo abbate, traditum erat, ibique praesente abbate homines pii donationes huic monasterio offerebant[1]. *Biographus igitur ius proprietatis Melanio adiudicans, in alienum invasit suoque monasterio Redonico consuluit, neque dubitandum est, quin eo ipso consilio Vitam conscripserit. Haec igitur suspecta fidem omnino nullam meretur, satisque visum est initium finemque publici iuris facere.*

Codices in binas classes distinguuntur.

1) *Codex Caroliruhanus n. LXXXIV, olim Augiae divitis, saec. XI, fol.* 165—169, *quae ita ordinanda sunt* 165. 167. 166. 169. 168, *Vitam continet, cuius verba nonnulla humore detrita legi nequeunt.*

2a) *Codex Rothomagensis U* 67, *saec. XI, fol.* 45—47′.

2b) *Codex Parisiensis n.* 16736, *olim S. Martini a Campis* 1. 5. *saec. XII, fol.* 29′—31.

2c) *Codex Parisiensis n.* 17003, *olim Fuliensium* 58. 1, *saec. XIII, fol.* 36—38[2].

Libri 1 *et* 2 *in priore Vitae parte plerumque inter se conveniunt, locis autem ubi disparantur ex Vitis Vedastis haud raro intellegitur, altera classe hiante, priorem anteponendam esse, licet ne huic quidem ubique credendum esset*[3]. *In posteriore parte, ubi sermo in utrisque omnino diversus deprehenditur, quaestio ita intricata erat, ut solvi non posset; nam etsi* 1 *non semel deficere videtur, tamen quibus uni alterive codici potior habenda esset fides, locos singulos dii soli discernere poterant. Qua re iterum iterumque perpensa, inde a c.* 5. *utrumque textum, paginis e latere sibi oppositis, edere malui. Contuli* 1. *ex altera vero classe solum* 2a, *quocum* 2b. c *fere ad verbum conveniunt.*

Bollandus, Acta sanctorum, Antverpiae 1643, *Ian. tom. I. p.* 328—333, *ad apographon Sirmondi aliudque exemplar Britannicum textum pessime interpolatum*[4] *edidit, paucas in notis afferens lectiones codicis S. Mariae de Ripatorio classis* 2.

Quare qui nunc sunt socii Bollandiani in Catalogo codicum hagiographicorum bibliothecae Parisiensis I. p. 71—77. *novam editionem paraverunt, Parisiensibus libris classis* 2 *usi. Postquam autem in codice Parisiensi n.* 5666. *saec. XII. aliam recensionem tumido sermone conscriptam repperverunt, hanc in altero eiusdem Catalogi tomo p.* 531—541. *publici iuris fecerunt, statuentes eam praecedente esse antiquiorem. Sed erraverunt, cum prior textus ex fontibus approbetur genuinus:*

Adn. de synodis: 18. item Aurelianensis, in qua patres XXXI statuerunt canones, quorum auctor maxime Melanius Redonensis episcopus extitit.

Vita I. Sinodum vero in Aurelianense civitate XXXII episcoporum congregavit, qui canones statuerunt, quorum auctor maxime sanctus Melanius praedicator Redonensis episcopus extitit, sicut etiam in prefatione eiusdem concilii hactenus habetur insertum.

Vita II. Sub eadem denique tempestate congregata synodo XXXII praesulum in Aurelianensi urbe, eum sibi in primatem praefecerunt. Inibi quoque de publicae rei commodo diversa discutientes, canones quosdam statuerunt, in quorum serie reperiuntur multa atque idonea a beato viro relata, quae legentibus suggerunt salubrem animi pastum.

Verba igitur Adnotationis quorum — extitit *solus auctor prior servavit, ipsum*

1) *'In insula Plaz' a.* 854. 860. 861. *traditiones Rotonenses datae sunt; cf. de Courson l. l. p.* 370. 127. 166. 2) *V. Melanii praeterea in codicibus Parisiensibus s. XII (n.* 13089*), s. XIII (n.* 1773. 5291. 5292. 5341*), s. XIV (n.* 5319*), s. XV (n.* 14650*), extat.* 3) *Cf. c.* 3. et in villa quae vocatur Placio nutritus] *recte* 2; in palatio nutritus 1. 4) *Ex eodem frustula decerpserat Andreas du Chesne, Hist. Franc. script. coaet., Parisiis* 1636, *tom. I, p.* 533.

unde ea deprompserat citans documentum; in posteriore autem recensione immutata ea leguntur. Hanc praeterea codex Rothomagensis U 3, saec. XI, exhibet, incipiens mutilus a verbis: ab eo incolomitatem *(c. 8); cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 610.

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI MELANII EPISCOPI.

V. Vedast. auct. Ion.

(1)[b]. Dum[c] sanctorum patrum priscorum veneranda memoria in omnipotentis Dei laudem[d] venerabiliter[e] est[f] colenda, et eorum honorabilis vita ad exemplum fidelium fideliter est[g] proferenda, quam[h] reus in divinis voluminibus ascribitur, qui non studuerit dare gratis, quod ipse gratis accepit? (cf. Matth. 10, 8.) Quicquid enim aecclesiae proficit et auditores imbuit eosque ad exemplum provocat bonum, non est silendum, sed potius praedicandum. Unde ait psalmista[1]: *Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem*[i] *tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi*[i] *misericordiam tuam*[g] *et veritatem tuam a concilio multo*[k].

V. Vedast. auct. Alc. c. 1.

(2). Postquam ergo dominus noster Iesus Christus mundum sua passsione redemit et apostolos suos praedicare misit successoresque eorum ad praedicandum elegit, qui ab aeterno sole illuminati, divina adiuvante gratia, caecos ignorantiae tenebris vere[a] fidei fulgore Christi[b. 2] illuminarent et longa[c] divini verbi esuriae fatigatam epulis aeternae vitae familiam redemptoris satiarent, de[d] eorum numero sanctus Dei sacerdos Melanius Redonensis episcopus et[e] praedicator egregius his in regionibus ob multorum salutem, Dominum ut[e] praedicaret[f], exortus est. Fuit igitur praedictus[g] episcopus nobilis genere, sed nobilior fide; saeculi dignitate inter suos clarus, sed divinorum munerum gratia precipuus. Huius viri infantia, sacris quidem miraculorum praesagiis apparentibus, fulgebat. Summis sacerdotibus etiam per divinam providentiam commissus, sacris litteris et divinis erudiebatur disciplinis. (cf. Luc. 2, 40.) Crescente vero aetate, gratiae[h] atque providentiae erga illum[i] honorisque[k] effectus cottidie crescebat.

(3). Erat enim de Venetensi paroechia ex progenie oriundus ex[a] nobilissimis parentibus et[b] in villa quae vocatur Platio[3] nutritus. Fuit autem forma praecipuus, corpore castus, mente devotus, affabilis colloquio, amabilis aspectu, prudentia egregius, temperantia clarus, zelo Dei et amore[c] fervidus, perpetuaeque virginitatis erat integerrimus[d] custos. In scripturis sacris doctrinisque[e] canonicis pene

Capp. 1—3. 1. 2*a*.

Cap. 1. a) *praescr.* VIII. Id. Ianr. Incipit prologus in vita sancti Melanii episcopi 2*a*; Incipit prologus in vita beati Melanii episcopi, cuius est sollemnitas octavo Idus Ianuarii 2*b. c.* b) *numeri des. codd.* c) *ita* 2*a. b. c cum V. Ved.;* Cum 1. d) laude 2*a. b. c.* e) venerabiter 1, *corr.* f) sit 2*a. b. c.* g) *om.* 2*a. b. c.* h) quisque in d. v. reus ascr. 2*a. b. c.* i) veritatem — abscondi *om.* 2*a. b. c.* k) Explicit prologus. Incipit vita *add.* 2*a. b. c.*

Cap. 2. a) vero (fidei *om.*) 2*a. b. c.* b) *om.* 2*a. b. c.* c) longam — esuriem 2*a. b. c.* d) de e. n. *om.* 2*a. b. c.* e) et — ut *om.* 2*a.* f) praedicare exorsus 2*a.* g) igitur ipse sanctus episc. 2*a.* h) gratiaae 1; gr. atque *om.* 2*a.* i) *ita* 2*a*; caelum 1. k) que *postea add.* 1; honorisque *om* 2*a.*

Cap. 3. a) *om.* 2*a.* b) *ita* 2*a*; (et *om.*) in palatio nutritus 1. c) proximi *add.* 2*a*; *om.* 1 *cum Bollando.* d) admonitus 2*a.* e) sacris ad legendum doctus simulque canonicis 2*a.*

1) *Ps.* 39, 11. 2) *V. Vedast. auct. Alcuino:* fulgore et glorioso Christi nomine inlustrarent. 3) *Placitum (ita charta a.* 838. *vel* 849; *cf. de Courson l. l. p.* 47) *vel Plaz (ita chartae pleraeque) locus ibi situs erat, ubi nunc est Brain vicus (cant. Redon, dép. Ille-et-Vilaine), cuius regio quaedam nomen Placet adhuc servavit; cf. de Courson l. l. p.* 746. *De eius situ rogantem me certiorem fecit P. Parfouru archivarius Redonicus.*

cunctos[a] praecellebat in[b] parroechia quam regendam susceperat habitantes[c]. In tantum vero erat aptissimus omnibus[d] senioribus et coaequalibus et subiectis, ut eloquentia sua placeret omnibus sibi colloquentibus, ita ut merentibus laeticiam redderet, scelera[e] gerentibus disciplinam.

(4). In tantum[a] fama eius crevit, ut etiam Chlodoveus[b] rex Francorum[c] eum sibi familiarem faceret et consilio eius libenter oboediret. Suisque[d] iussionibus parens, multas construxit aecclesias desertasque restauravit et monasteria fabricavit; pauperes vero eius consilio alebat, Dei servos honorabat. Iusticiam in populis[e] suis monitis exercebat et cultum divinum amplificabat. S i n o d u m v e r o in Aurelianense[f] c i v i t a t e XXXII e p i s c o p o r u m c o n g r e g a v i t, q u i[g] canones statuerunt, quorum auctor maxime sanctus Melanius praedicator[h] Redonensis[i] episcopus extitit, sicut etiam[h] in prefatione[1] eiusdem concilii[k] hactenus[h] habetur[l] insertum. Quanta enim et qualia capitula ibidem sunt[m] statuta canonica, in eodem concilio[k] conscripta reperiuntur, quae etiam utilia omnibus scire volentibus et necessaria esse perspicuum est. — Adn. de syn.

1.

(5). Denique Eusebius rex veniens in Venonicum[a.2] cum suo exercitu, pertendit usque ad Camliciagum[b.3] villam, et ibi multos oculos hominum erui iussit et manus abscidi. In ipsa nocte aegrotare coepit variis languoribus, in tantum ut unice[c] vitam finire putaret, quia medici[d] adiutorium ei prebere non poterant. Et filia eius Haspasia post triduum a daemone correpta, coepit volutari spumans. Auditaque Eusebius crudelissimus dux fama beati Melanii, qualiter Deum diligeret, cum magna diligentia iussit illum venire ad se et in loco qui dicitur Prima[5] villa hospicium ei preparari iussit. Venit beatus Melanius de oratorio suo quod dicitur Platio, quod ibi manibus propriis

2.

(5). Denique Eusebius rex crudelissimus veniens de Venonica civitate cum suo exercitu, pertendit usque ad Cambliciacum[3] villam, ubi castrum situm est qui vocatur Marciacus[4] super rivulum Ava nomine. Hinc veniens, multos oculos hominum erui iussit et manus abscidi. In ipsa ergo nocte aegrotare coepit variis languoribus, ita ut medici de vita eius desperarent. Similiter autem et filia ipsius Aspasia nomine post triduum arrepta a daemonio, coepit volutare spumans. Audiens itaque Eusebius dux[e] famam beati Melanii, qualiter Dominum[f] diligeret, cum magna diligentia iussit illum venire ad se et in loco qui vocatur Prima[5] villa hospitium ei praeparari iussit. Veniens vero beatus Me-

Capp. 3—5. 1. 2*a*.

Cap. 3. a) victis 2*a*. b) (in *om.*) parroechiam 2*a*. c) habitantibus 2*a*. d) (om. *om.*) seniorum et coaequalium ac subiectorum 2*a*. e) sceleratis d. 2*a*.

Cap. 4. a) enim *add.* 2*a*. b) Clod. 1. c) Franch. 1. d) Suis ergo iuss. 2*a*. e) populo 2*a*. f) Aurelianensem civitatem 2*a*. g) ibi *add.* 2*a*. h) *om.* 2*a*. i) ep. R. 2*a*. k) cons. *m. al. corr.* conc. 1. l) habet *m. al. corr.* habetur 1. m) sint statu canonico 2*a*.

Cap. 5. a) in Veno vicu (*m. al. corr.* vicum) 1. b) *m. al. corr.* Camliciacum 1. c) *ita scripsi;* unici *m. al. del.* 1. d) ::medici 1. e) *ita An. Boll.;* rex 2*a*. f) *ita An. Boll.;* q. eum Dominus 2*a*.

1) *Adnotationem de synodis non ante saec. VIII. compositam ed. Lippert, 'N. Arch.' XIV, p.* 28. 2) *Le Vannetais.* 3) *Comblessac, cant. Maure, dép. Ille-et-Vilaine.* 4) *Marsac vicus (comm. Carentoir, dép. Morbihan; cf. Longnon, 'Atlas hist.' I, p.* 29; *d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 271) *c.* $4^1/_2$ *chiliom. ab Aff rivo distat.* 5) *Prim, Prin, locus in charta a.* 1051—1060. *commemoratur (comm. Bains cant. Redon, dép. Ille-et-Vilaine); cf. de Courson l. l. p.* 746.

1.

fabricavit in laudem Dei, cum paucis de suis monachis ad lectum iam dicti Eusebii et stetit super eum. Qui dum domno antistiti fuisset confessus propria delicta, et qualiter ei infirmitas corporis accidisset, et de filia sua Haspasia nomine nuntiasset, vir Dei plenus gratia, cognita Dei virtute, dedit ei paenitentiam et dixit illi: 'Infirmitas haec non est ad mortem'. Et unxit eum oleo suo benedicto tribus vicibus cum trina divina invocatione, et statim sanus surrexit et retulit gratias Deo, qui per famulum suum beatum Melanium sanitatem illi concessit. Postquam autem pervenit ad locum, ubi puella a daemonio torquebatur, emittens vocem magnam daemon per os puellae dixit: 'Quid me persequeris, vir Dei Melani? Iam de alia me eiecisti et nunc me hinc eicere vis?' Ait ei vir beatus Melanius: 'Exi ab ea, cruenta bestia, et vade si[militer][c] in mare, ut non habeas potestatem hominem torquere'. Et sana facta est puella et venit ad patrem suum gaudens et deprecabatur eum, ut ipsam villam Camliciagum[d] beato Melanio confirmasset. Et statim pater puellae per anulum suum ei concessit ad discipulos suos alendos, benedixitque eis et ad Redonis civitatem revertitur.

(6). Aliarum siquidem magnarum virtutum miracula nonnulla pro magnitudine operis hic inserere distulimus; sed in alia scedula de multis saltim pauca congessimus. Quod ob recordationem memorati pontificis ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui dat servis

2.

lanius de oratorio suo qui dicitur Platio, quem manibus propriis fabricavit, ad iam dictum regem, hospitio receptus est cum suis clericis et quibusdam discipulis. Ipse vero dux[a] altera die fuit[b] confessus propria delicta ad sanctum Dei antistitem, et qualiter ei infirmitas corporis accidisset, enarravit, et filiae eius similiter Aspasiae nomine. Vir autem Domini plenus gratia Dei et virtute dedit ei paenitentiam pro commisso scelere et dixit ei: 'Infirmitas haec non est ad mortem'. Unxit autem eum de suo sancto oleo tres vices cum trina invocatione divina. Qui statim sanus factus est et gratias reddidit Deo, qui per famulum suum beatum Melanium sanitatem illi concessit. Perveniens vero beatus antistes ad locum, ubi puella a daemonio torquebatur, coepit daemon per os puellae clamare et dicere: 'Quid me persequeris, vir Dei Melani? Iam de alia me eiecisti et nunc me hinc iterum vis eicere?' Tunc ait ei vir beatus: 'Exi ab ea, cruenta bestia, et vade in abyssum, ubi habitatio hominum non est'. Statim autem sana effecta est puella et venit ad patrem suum gaudens, deprecabaturque eum, ut ipsam villam Cambliciacum beato Melanio confirmaret. Ipse vero rex statim ei concessit villam per anulum suum firmatam, videntibus optimatibus suis, ad discipulos suos alendos. Licentia itaque accepta a rege, sanctus antistes ad suam sedem revertitur Redonis civitate.

(6). Alia ergo siquidem magnorum miraculorum vel virtutum hic annotare distulimus, ne in fastidium veniant legentibus; sed ob recordationem memorati pontificis ad laudem et gloriam omnipotentis[a] Dei, qui dat servis suis

Capp. 5. 6. 1. 2*a*.

Cap. 5. a) *ita An. Boll.*; rex 2*a*. b) *ita An. Boll.*; c. est 2*a*. c) si . . . . . . *(haec perierunt)* in mare 1. d) *m. al. corr.* Camliciacum 1.

Cap. 6. a) omnipotenti Deo 2*a*.

1.

suis virtutem et potestatem signa faciendi, egimus. Haec itaque omnia fideliter atque, ut gesta sunt vel concepta vel dicta, devotissimis animis qui noveratis recognoscite, qui ignorabatis agnoscite, et gloriosas sancti Melanii in saecula aeterna virtutes mentis oculis contuentes, unusquisque pro viribus eum imitari[a], prout is[b] dederit, animos praeparate et, ut beatus Melanius throno caelesti usque in diem Domini collocatus, sacerdotibus, ministris, clero nobisque omnibus et ei qui instinctu vestro ista composuit patrocinetur, flexis poplitibus et mente devota indesinenter orate.

2.

virtutem et fortitudinem, pauca de multis conscripsimus. Haec itaque omnia fideliter, ut gesta sunt vel scripta, devotis animis credite et qui non noveratis diligenter agnoscite, et gloriam iam praefati sancti in saecula aeterna mentis oculis contuentes, unusquisque, prout potuerit, et eum imitari Dominus dederit, animas praeparate et, ut nobis et vobis felix iste et beatus patrocinetur et adiuvet, mente devota indesinenter orate.

1.

(7). Igitur sanctus Melanius obitum suum longe ante praenoscens, discipulis suis diem exitus sui annuntiavit, absolutionemque petens, eos benedixit et verbis divinis instruens, qualiter agere deberent, perdocuit. Qui, cursu vitae suae peracto feliciter, in die qua praedixerat migravit ad Dominum in loco qui Platio vocatur, ubi aecclesiam manibus propriis construxit. Et[b] ad eius transitum beatus Albinus[1], Victor[2] et Launus[3] nec non et sanctus Marsus[4], qui per eius virtutem a serpente fuerat liberatus, per visionem angelicam convenerunt ad corpus eius custodiendum et navigando per Vicynoniam[5] reversi sunt ad Redonis usque civitatem, quam feliciter gubernavit, ubi XII tenebantur in carcere. Qui cum, audito eius adventu, ut sui misereretur[e] orarent, divisa est turris media contra meridiem, et liberati sunt qui tenebantur in carcere. Et divulgabantur verba haec per diversas provintias. Pervenit vir Dei Melanius cum magna iocunditate cum sociis

2.

(7). Igitur sanctissimus Melanius obitum suum longe ante praenoscens discipulis suis annuntiavit, absolutionemque petens, eos benedixit et verbis divinis instruens eos[a], in die qua praedixerat, peracto feliciter cursu, migravit ad Christum in oratorio suo quod Platio vocatur, quem ipse manibus propriis construxit. Beatus autem Albinus[1] atque Victor[2] et sanctus Launus[c, 3] necnon et sanctus Marsus[4], qui a serpente fuerat liberatus, per visionem angelicam convenerunt in ipsa nocte ad corpus eius custodiendum. Facto autem die, posuerunt eum[d] in navim et navigando per Vicenoniam[5] cum magno apparatu et psallentium choro dirigunt usque ad Redonensem urbem, quam feliciter gubernavit. Audientes autem hoc XII vincti, qui tenebantur in carcerem, quod sanctus Melanius per illuc navigaret, ut eis misereretur, orare coeperunt. Statim autem in ipsa hora divisa est turris quae est contra meridiem in duas partes a summo usque deorsum, et liberati sunt per ipsius

Cap. 6. 7. 1. 2*a*.

Cap. 6. a) imitamini *m. al. in ras.* 1. b) his 1.

Cap. 7. a) *om.* 2*a*. b) *vix legi potest* 1. c) Lautonus *An. Boll.* d) p. corpus eius in *An. Boll.* e) miseretur 1, *corr.*

1) *Albini episcopi Andegavensis vitam a Fortunato conscriptam v. Auct. antiq. IV, 2, p.* 27. 2) *Episcopus Cenomanensis.* 3) *Lautonem episcopum Constantinum, de quo v. Auct. antiq. IV, 2, p.* 121, *intellexit Bollandus.* 4) *De eo nihil constat.* 5) *Vilaine fl.*

1.

suis iam dictis usque in locum, ubi nunc est adoratus, sepultusque est cum magno honore a discipulis suis in loco iuxta praedictam urbem, in qua modo requiescit, ubi eius meritis et orationibus multa praestantur beneficia hominibus usque in presentem diem. Sunt namque eius meritis multa ostensa miracula, quae ad gloriam nominis sui divina virtus ad tumulum praedicti sancti pontificis ad oculos et aures viventium venire permisit. Quo in loco ab omnibus colitur et magnifice laudatur nomen domini Iesu Christi, cui[b] est cum aeterno Patre et Spiritu sancto virtus et honor et gloria et imperium et laus et potestas per[c] infinita secula seculorum. Amen.

2.

intercessionem. Divulgabatur autem haec virtus per universas provincias. Pervenit vero vir beatus cum magno[a] tripudio usque ad locum, ubi nunc adoratur, sepultusque est a sociis suis iam dictis vel a discipulis iuxta praedictam urbem, ubi modo requiescit, et ubi eius meritis et orationibus multa praestantur beneficia usque in hodiernum diem. Quo in loco colitur Deus, et magnifice laudatur nomen domini nostri Iesu Christi, cui est cum aeterno Patre et Spiritu sancto virtus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT VITA SANCTI MELANII EPISCOPI.

Capp. 7. 1. 2*a*.

Cap. 7. a) magna laetitia *An. Boll.* b) cuius 1. c) p. i. *perierunt* 1.

VITA IUNIANI CONFESSORIS COMMODOLIACENSIS.

Iunianus, monente Gregorio, Gl. Conf. c. 101, *intra Lemovicinae urbis territorium reclusus multis miraculis claruit vivus neque post mortem defecit, quare sepulchrum eius ab aegrotis frequentabatur. Eius Vita saec. IX. vel postea ab homine ieiuno composita fide caret neque memorabilia continet praeter ea, quae de Ruriciis episcopis Lemovicinis enarrata sunt dubia. Miracula trita praetermittens, eam ad duos codices edidi, scilicet*

1) *Parisiensem, 'Nouv. acq.' n.* 2261, *olim Cluniacensem n.* 112, *saec. XI/XII, fol.* 147'—149, *et*

2) *Parisiensem n.* 5365 *(Reg.* 3594[b]*), olim Lemovicinum n.* 204, *saec. XII, fol.* 103—104', *qui quamvis corruptus nonnullas bonae notae exhibet lectiones.*

Libri 1 *apographo parum diligenter exarato usi sunt van der Moere et van Hecke, Acta sanctorum, Octobris t. VII, Pars II, p.* 848—851.

B. Krusch.

INCIPIT VITA SANCTI IUNIANI MONACHI[a] ET CONFESSORIS.

(1).[b] Quotiens ad[c] narrandas[1] virtutes sanctorum cuiuslibet mens insonare voluerit, primitus de toto cordis adnisu eorum habitatorem debet obnoxia et humili prece deposcere, ut qui illis contulit virtutum[d] abundantiam vel triumphum, nobis[e] famulis suis ad eas narrandum[f] vires tribuat, unde fidelium corda ad imitandum[g] eorum opera validius accendantur, cum constet, quod ad amorem caelestis patriae non minus exemplis bonorum operum[h] quam praedicationis verbo[i] animae audientium excitentur. Ideoque dum de[k] sancti viri Iuniani vita vel conversatione nobis sermo exoritur, primum omnium, qualiter vel quibus[l] rebus eius conversio ad Dei omnipotentis noticiam coepit excrescere, ponatur exordium. V. Hilarionis.

(2). Cum valde in Galliarum vel Aquitanicae[a] provintiae terminis seva sub Gothorum Alarico principe Arriana[b] heresis sectaretur, et Francorum gens eo tempore gentilitatis teneretur errore, praedicante sancto Remigio Remensis[c] urbis episcopo[d], Clodoveus rex Francorum cum[e] multa gentilium turba[f] supersticiosa ac funesta[g] ad baptismi[h] gratiam convolavit. Qui mox cunctam gentem Francorum ad baptismatis partem[i] exortare[k] coepit[2], ut sub leve[l] iugum Christi fortia colla dulci onere religarent[m]; qui mox[n], cum[o] sacerdotibus[3], Christi praeeunte gratia, inito consilio, ut gens[p] heretica a christianorum repelleretur dominatu, bellum cum supradicto rege[q] Alarico in Pictavorum terminis[r] indidit; moxque divino fultus auxilio, Arrianorum interfectum[s] principem, cum suis satellitibus a Galliarum atque Aquitanorum finibus eius superstitionis abstulit dogma et cunctos unius verae fidei christianae ac[t] catholicae religionis instituit disciplinis. cf. Matth. 11, 30.

(3). Sub eo fere tempore vir nobilis Amandus nomine, inlustris ortus natalibus, euangelii non surdus auditor, relictis omnibus, in loco[a] vastae solitudinis, in agro cuiusdam viri[b] nobilissimi sanctae memoriae Ruricii pontificis, cuius nominis vocabulum Commodoliacus[c, 4] dicitur, sibi haud grande tuguriolum[d], in quo[e] remotiorem vitam duceret, visus est construxisse. Sed cum[f] in eodem loco vitam virtutibus[g] plenam duceret, ibi[h] a pastoribus repperitur[i]. Mox ut ad[k] praedicti agri dominum eius fama se intulit, pro oportunitate praedicti[l] viri cellulam parvulam ei construi iussit; in qua cum solitariam vitam duceret, antiqui hostis certamina[m], ut fertur, non modica toleravit.

Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 1. a) m. et *om.* 2. b) *numeros om. codd.* c) *ita* 1 *cum Hier.*; admirandas 2. d) virtutis 2. e) humillimis *add.* 2. f) enarrandum 2. g) imitanda 2. h) *om.* 2. i) verbis 2. k) (de *om.*) s. v. I. vitam vel conversationem nobiscum s. 2. l) qualis 2.

Cap. 2. a) Aquitanie pr. Guisigothorum Alarico 2. b) Arriane h. secta teneretur et 2. c) Rhemensis urbis *m. s. XVI. in litura scr.* 2. d) episcopio *pr. m.* 2. e) post 2. f) *om.* 2. g) sacrilegia *add.* 2. h) bapti:::smi, *ras.* sti 1. i) purificationem 2. k) *ita* 2; exhortari 1. l) levi iugo Chr. c. f. d. honere 2. m) delegarent 1; religarentur 2. n) illico 2. o) cunctis *add.* 2. p) gentem hereticam ad chr. compelleret dominatum 2. q) rex? *m. rec. corr.* rege 1; A. r. 2. r) terminos 2. s) *ita* 2; interfecto principe 1. t) *om.* 1.

Cap. 3. a) *om.* 1. b) nobilis v. 2. c) Comodoliacus 2. d) tugurium 2. e) qua 1. f) *m. rec. suppl.* 1. g) virtutum (*om.* pl.) 2. h) a p. ibi 2. i) repertus 2. k) d *pr. m. suppl.* 1; M. vita pr. viri d. 2. l) predictoque viro 2. m) ut f. c. 2.

1) *In exordio V. Hilarionis auct. Hieronymo (AA. SS. Oct. IX, 43) biographus expilavit.* 2) *Cf. L. h. Fr. c.* 15: coepit eos cohortare. 3) Proceribus *L. h. Fr. c.* 17. 4) *Monasterio ibi condito S. Iuniani nomen inditum est, hodie S. Junien (dép. Haute-Vienne).*

(4). Tunc praedictus religiosus puer Iunianus, relictis parentibus, hoc mundo[a] carere cupiens, ut ab aeternae patriae hereditate minime privaretur, et[b] praedicti viri Amandi institutis se[c] Christi noticiae commendare cupiens, eius fores pulsare, ut sibi aperiret[d], cepit. Ad quas[e] fores cum cognovisset eum esse, vir Dei aestimans, ne inlusio aut temptatio diabolica adfuisset, aliquandiu se sub silentio[f] dedit, nec tamen mox ei patefecit ingressum, donec probaret, cuius rei causa predictus venerabilis puer ad eius cellulam accessisset. Sed agnitione comperta, mox eum cum gaudio suscepit ac viam salutis ostendit. Qui Iunianus tanta[g] humilitate tantaque sanctitate, opitulante Domini misericordia, excrevisse[h] noscitur, ut non solum magistri imitator existeret, sed etiam amore[i] divino succensus, magistri vitam virtutemque transcenderet[k]. Igitur iisdem[l] diebus, cum huius[m] Amandi obitus appropinquaret[n], felici excessu migravit ad Dominum; multos tamen, ut fertur, suo salvavit exemplo.

(5). Post cuius obitum praedictus[a] venerabilis vir Iunianus in eius cellula[b] longo spatio temporis solitariam vitam duxit. — — — — — — — — — — —

(6). Quidam autem[a] eodem tempore inlustris ortus natalibus, vir nobilis Ruricius, qui alio nomine Proculus vocabatur, rerum ditatus affluentiis, dum in superbiae fastu fuisset elatus, non inmerito, Dei omnipotentis dispensante iudicio, ei[b] traditur; qui se in superbiam primus extulerat, humiliatus sensit[c], quantum tumidus amisisset. Sed cum per medicos ac etiam, quod gravius est, per maleficos[d] ac praecantatores a suis fidelibus, etiam et a propriis vernaculis duceretur[e] partemque substantiae suae per tales consumpsisset, qui etiam, dum sanitati eum vellent restituere, gravius persequentes, dum ab eo unum vellent[f] eicere, mox, ut fertur, legio in eum ingressa est daemonum. Sed cum a pluribus acrius exagitaretur, quid etiam sui agerent, ad se reversi cogitare[g] coeperunt, scilicet[h] ut eum ad sancti viri Iuniani cellulam[i] perducerent, ut qui ante a medicis curari non poterat, sancti viri orationibus sanaretur.

(7). Salubri igitur consilio[a] inito, ad hominem Dei pergitur. Hoc tantum a[b] viro Dei hortabatur[c], ut[d] ieiuniis et orationibus ac vigiliis insisteret et elemosinas de sua substantia largas pauperibus erogaret, quia hoc genus demonum aliter non potest eici[e], iuxta quod etiam, domini nostri Iesu[f] Christi sententiam prolatam[g], confirmabat. Sed cum ipse multas offerret pecunias, ut a tanto hoste mereretur curari, hoc sanctus vir protulit in responsis, quod non erat iustum, qui sua propter Deum sponte reliquerat, ut alienis opibus ditaretur; sed quod sibi offerebatur, hoc in pauperum substantiam[h] erogaret, quia ipse eum potens erat a tanto hoste eripere, qui ex egrediente de monumento homine legionem[i] pepulerat et in porcos ire permiserat. Sed cum diutius[k] fuisset oratum, et pro eius sanitate

cf. Eccli. 34, 24.
cf. Luc. 8,27sqq.

Capp. 4—7. 1. 2.

Cap. 4. a) modo 1. b) *om.* 2. c) se in Chr. noticia 2. d) aperiretur 1. e) cuius fores coegit vir D. 2. f) (si *m. rec. suppl.*)lentio 1. g) tante humilitatis tanteque sanctitatis 2. h) n. e. 2. i) d. a. 2. k) succenderet 1; Cumque multis virtutibus polleret quodam *add.*, *sed del.* 2. l) isdem 2. m) eiusdem 2. n) propinquaret 2.

Cap. 5. a) v. pr. 2. b) c. per longa spacia 2.

Cap. 6. a) Augitus 2. b) eius tr. dominatu: et qui se 2. c) disceret 2. d) per maleficis ac precantatoribus suis a finibus 2. e) doceret viis partemque 2. f) volunt 2. g) excogitare 2. h) *om.* 2. i) quomodocumque *add.* 2.

Cap. 7. a) ig. reperto consilio ad h. 2. b) *ita* 2; viru(?) *m. al. corr.* vir 1. c) hortabantur 1, *corr.* d) *inde textus pars periit, littera initiali excisa,* 2. e) vinci 1. f) Ih̄ 1. g) latum fuisset affirm 2. h) tationibus erogaret 2. i) legionem in porcos i 2. k) *inde textus integer est* 2.

multis ieiuniis et vigiliis Dominum deprecaretur, eius meritis sanitati[a] pristinae restituitur, et ita, divina praestante misericordia, tam sanus redditur, ut iam in eo ex[b] ipsa malignorum spirituum turba ad imperium praedicti Dei famuli nullus[c] praesumeret ad eius corpusculum habere regressum. Sed corpore ac[d] mente a[e] praedicti sancti viri Iuniani oratione vel correctione ita est sanitati redditus, ut post discessum patruelis sui, sanctae memoriae domni Ruricii[1] quondam praesulis, Lemovicae[f] urbis institueretur episcopus.

(8). Ac post etiam praedictus[a] vir Dei, multis pollens virtutibus, per quadraginta annorum spatia in supradicto[b] loco duxit solitariam vitam. Sed quis nostrum narrare possit[c] per singula, quanta ibidem contra antiquum hostem habuisset[d] certamina? Sed cum post tot labores iam misericors dominus noster Iesus Christus eum ab huius erumpnosae vitae periculis vellet in paradisi sedibus collocare ac inter sanctorum angelorum numerum sociare, post tot temporum spatia, quibus hic[e] laboriosam duxit in saeculo vitam, spiritum[f] exalavit extremum.

(9). Sed non inmemor antedictus vir Ruricius seu Proculus, quanta[a] erga se praedicti viri sancti fuisset consecutus beneficia[b], basilicam iussit[c] fabricari, ubi sancta membra beatissimi Iuniani visus[d] est collocasse. In quo etiam loco, vel ubi antea conversatio[e] eius fuit, cum[f] ex fide aliquid[g] petitur, tanta ibidem misericordia omnipotentis virtutum dignatur[h] conferre praesidia, ut multi[i] aegri ex diversis infirmitatibus ad praedictum virum Iunianum[k] venientes, sani facti discedant.

(10). Sed nos pauca de huius[a] virtutibus transcurrenda[b] disseruimus, ut tanti viri memoriam[c] posteris traderemus, ut qui multos sua sanavit virtute et suo aedificavit exemplo, suis nunc orationibus[d] plebis huius ita custos esse dignetur, ut et hic eius suffragiis ab omnibus malis simus liberi et in aeterna beatitudine eius mereamur meritis adaequari, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria, qui tantam gloriam[e] praestat sanctis suis, qui cum aeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen[f].

EXPLICIT VITA SANCTI IUNIANI MONACHI[g] ET CONFESSORIS.

Capp. 7—10. 1. 2.

Cap. 7. a) pr. s. 2. b) *om.* 2. c) nullum ulterius ad eius corp. pres. h. 2. d) et 2. e) per — orationem vel correctionem 2. f) Lemovicene 2.

Cap. 3. a) vir D. pr. 2. b) supradictum locum 2. c) potest 2. d) habuerit 2. e) *om.* 2. f) extr. exal. sp. 2.

Cap. 9. a) tanta e. se pr. s. v. fuisse (c. *om.*) 2. b) ei *add.* 2. c) studuit fabricare 2. d) *ita recte* 2 *(post* est 4 *litt. ras.)*; l. collocarentur 1. e) f. c. e. 2. f) si 2. g) *om.* 2. h) dignat(ur *m. al. in rasura maiore)* 1; c. dign. 2. i) multi:, *ras.* s 1. k) virum Dei ven. 2.

Cap. 10. a) eius 2. b) transcurrendum censuimus 2. c) memoria trad. 2. d) plebi sue orat. ita 2. e) beatitudinem 2. f) *sequitur Greg. in Gl. Conf. c.* 101, *inscriptum* De miraculis sancti Iuniani monachi et confessoris 1. g) m. et *om.* 2.

1) *De Ruriciis in Auct. antiq. VIII, p. LXII sqq., egi. Senior c. a.* 485—507. *sedi Lemovicinae praeerat, iunior a.* 535—549. *actis conciliorum subscripsit: utriusque epitaphium condens Fortunatus, Carm. IV,* 5, *illum avum neque patruelem, hunc nepotem appellavit.*

VITA
AVITI CONFESSORIS AURELIANENSIS.

Chlodomeris rex cum Sigismundum cum uxore filiisque captum in territorium Aurelianense duxisset, cumque iterum Burgundiones aggressurus, captivos interficere deliberasset, ne id faceret, Avitus abbas dissuadebat: si, *inquit,* eos occideris, tu ipse in manibus inimicorum traditus, simili sorte peribis[1]. *Cum vero audire nollet familiamque regalem occideret, ipse anno post* (524) *apud Viserontiam cecidit. Avitus ille Gregorio*[2] *teste erat abbas 'Carnoteni pagi, quem Pertensem vocant', sepulchrum autem eius apud Aurelianensem urbem extabat, ibique ecclesia*[3] *a fidelibus christianis constructa est, quam seminarium magnum Aurelianense hodie occupat*[4]. *Unde 'confessor Aurelianensis' in laterculo capitum libri in Gl. Conf. appellatur*[5] *et 'abba in Aurelianis civitate' in L. H. Fr. c.* 20. *Die* 17. *Iunii colitur, fastis illatus vel vetustis codicis Epternacensis Martyr. Hieronymiani:* Aurelianis Aviti presbyteri[6].

E quattuor quae extant Vitis cum A et B fabulam eandem exhibeant neque inter se differant nisi sermone, primum quaerendum est, utra recensio prior extiterit. Res facile decidi potest, comparatis utriusque Vitae locis his:

A.	*B.*
Accidit quadam nocte, ut ipse famulans singulariter, semper ut consueverat abbatem thoro deponere, accipiens cingulum clavesque conligans, capiti cauta manu supposuit, onusque relictum, seque in Secalauniae locis abditissimis conlocavit.	Nocte quadam accidit, ut, cum abbatem pro more singulariter ei serviendo in lecto collocasset, cellarii claves cingulo innexas capitio eius clamculo subponeret. Domno itaque abbate atque aliis iam soporis oppressione gravatis, ab monasterii habitatione digrediens, Sigaloniae abditissimis sese contulit locis.
solitudines beatus expetiit latitandum.	solitudines, ut sese occultaret, expetiit.
Nec multum post vir beatus certaminis sui finem obtinuit inponendum sanctumque ad caelos direxit spiritum.	Non multo temporis spatio peracto, servus Dei Avitus, agonis sui digne cursu expleto, caelesti remunerari meruit palma.
pollicitans *(pro* pollicitat*)*, ut si incolomis — remearet.	pollicitat, ut si — rediret prospere.

1) *Cf. Greg., H. Fr. III,* 6. *V,* 18. 2) *Gl. Conf. c.* 97. 3) *'Basilicae S. Aviti abbatis' Gregorius etiam in H. Fr. VIII,* 2, *meminit.* 4) *Cf. Longnon, 'Géographie de la Gaule' p.* 344. 5) *Cf. SS. rer. Merov. I, p.* 747. 6) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [79].

Syntaxis igitur auctoris A mendis iis inquinata est, quae apud scriptores Gallicos saec. IX. haud raro deprehenduntur, scilicet ut *c. ind.*, expetere, obtinere *c. gerund., acc. abs.* (onus relictum), *participium pro verbo finito, elocutioque qua utitur* incolomis remeare *scriptoribus vetustioribus familiaris est. Alter vero B, grammatica melius instructus, sermone utitur tolerabili mendaque ea quae notavi omnia sustulit. Vitam igitur primigeniam patet esse A, B autem recensionem posteriorem.*

Auctor A ad probandum, se saec. VI. med. degisse, testimonia duo afferens, e miraculis, quae ab Avito patrata esse enarravit, unum ex caeco sanato cognovisse voluit, alterum ex Leobino episcopo Carnoteno saec. VI. med. Attamen de Childeberto Francorum rege scribens: qui Gallias suo imperio coercebat, *suis ipsis verbis mendacii convincitur, nam ille partem*[1] *tantum Galliarum possedit, eaque regnum*[2] *ipsius appellatur; imperio autem suo Gallias coercebat rex Francorum nullus ante Karolum M. imperatorem. Fabula, quam falsarius sibi excogitavit, admodum ieiuna ad historiam Francicam spectans nihil continet praeter Childeberti I. expeditionem Hispanicam. 'Insidias' autem 'multas', quas regem in itinere perpessum esse contendit, teste Gregorio, H. Fr. III,* 10, *potius Chlotchildis, soror Childeberti, propter quam a.* 531. *in Hispanias profectus est*[3], *ab Amalrico viro suo patiebatur, ideoque ea quae adiunxit, scilicet regem per Aviti nomen liberatum, cum in patriam incolumis rediisset, basilicam super sancti sepulchrum aedificasse, eamque Waddonis proceris sollertia exornatam esse, per se iudicantur. Waddo autem vir illustris Childeberti extremis regni annis a consiliis regiis erat*[4], *idemque fortasse est, qui Rigunthem reginam maior domus constitutus a.* 584. *in Hispanias comitabatur*[5].

Vita Aviti saec. IX. med. ab auctoribus Martyrologiorum et expilata et citata est, scilicet a Hrabano[6] *(a.* 840—854*) et Floro*[7] († 859/860). *Eam igitur non multo post Karolum M. imperatorem creatum compositam esse necesse est, auctoremque tribus saeculis post sanctum degentem sane opus erat, testimoniis aequalium fictis, auctoritatem suam aliquo modo confirmare.*

Vitam A a L. Surio, De probatis sanctorum historiis (1572) *III, p.* 682—686, *sermone immutato, editam integram non admisi, sed frustula proferre satis habui, collata cum codicibus A* 1a. *c.* 2.

A 1*a) Codex Monacensis n.* 18546$_2$, *saec. XI, fol.* 162—168'.

A 1*b) Codex Vindobonensis n.* 430 *(olim Salisb. n.* 404*), saec. XI, fol.* 147—152.

A 1*c) Codex Trevirensis bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. loc.* 455 *(antea n.* 964*), legendarii S. Maximini volumen menses Iunium Iuliumque comprehendens.*

A 2*) Codex Parisiensis n.* 15436, *saec. XI, fol.* 176. 177. 186—186',

Liber A 1a *textum continet rasuris correcturisque depravatum, cuius persimilis est A* 1b, *iique cum A* 1c *faciunt classem unam, A* 2 *vero ex altero exemplari pendet, sed abbreviatus capita duo omisit, ad funus sancti spectantia.*

Recensiones posteriores, quae mihi edendae non erant, iam breviter examinandae sunt. B, de qua supra monui, adhuc inedita non multo post priorem, idque labente saec. IX. composita esse mihi videtur, asservata in codice Parisiensi n. 3789 *(Colb.* 675, *Regius* 3863*), saec. XI, fol.* 105'—114 *(praescr.* Incipit vita sancti ac beatissimi Aviti confessoris atque abbatis Miciacensis monasterii*); C, quam codex Parisiensis n.* 12606 *(olim Floriacensis n.* 143, *deinde S. Germani a Pratis n.* 627, *postea n.* 499*), saec. XIII. in.*,

1) *Cf. Greg., H. Fr. III,* 1. 2) *Ib. III,* 12. *IV,* 20. 3) *Cf. Chronica Caesaraugustana, Auct. antiq. XI,* 1, *p.* 223. 4) *Fortun., V. Germani c.* 59. 5) *Greg., H. Fr. VI,* 45. 6) *Cf. Canisius, Lect. antiquae* (1604) *VI, p.* 719. 7) *Cf. AA. SS. Mart. II, p. XXII:* Cuius vitae descriptio inter cetera virtutum suarum miracula astipulatur mortuum suscitasse.

fol. 54—55 *(praescr.* Incipit vita sancti Aviti confessoris*) continet, item inedita, initio subsequitur textum B:*

B.

Cum miraculorum gesta servi Dei Aviti in brevitatis volumine conprehendens elucidanda dignum esse duxerim, videtur primum nativitatis eius modum tractari debere, ut mirabile principii mysterium subsequentium fidem faciat expositioni virtutum. Fuit namque huius memorabilis viri religiosa genitrix ab oppidi Viridunensis (Dunensis *c.*) partibus orta. Quibus causa inopiae derelictis, Aurelianem expetiit urbem, quatinus paupertatis suae sarcinam relevare posset; audierat enim urbis praedictae locum circumadiacentium partium fertilitate fecundum. Quo in loco aliquantisper morata, cuiusdam viri sortitur coniugium non causa exercendae voluptatis, sed magis desiderio sobolis procreandae ac necessitatis gratia relevandae. Quibus felici utentibus consortio felix nascitur puer. Cui fonte baptismatis renato Avitus nomen imponitur.

C.

Beati Aviti vitam scripturus, primum genus nativitatis illius intimare disposui, qualiter post in ceteris diutius immorari liceat. Cuius genitrix ab oppido Viridunensi causa inopie digrediens, Aurelianam urbem expetiit, ut illic quoquo modo paupertatis sarcinam deponere posset; audierat enim, predictam urbem multarum circa se regionum emppolum esse. Ubi cum aliquantisper moraretur, cuiusdam viri ruralis sortitur coniugium non causa exsercende voluptatis, sed magis desiderio sobolis procreande ac necessitatem inopie relevande. Quibus felix nascitur puer. Quo fonte baptismatis renato, Avitus quasi dirivativo vocabulo ab avo nomen illi imponitur.

desinit vero cum A in his verbis: Nec multo post vir beatus Avitus certaminis sui finem obtinuit imponendumque sanctum ad celos direxit spiritum. Explicit vita sancti Aviti confessoris, *omittens omnia, quae post mortem sancti gesta in A. B enarrata sunt.*

Denique quae agmen claudit recensio D omnia fere continet, quae saec. XI/XII. de Avito conscripta extabant. Auctor textum B expilavit, in quem admisit locos Gregorii Turon.[1]*, V. Carileffi interpolatae, Maximini, Leobini*[2]*, plerumque ad verbum exscriptos. Is Aviti, Carileffi socii, primordia cum huius biographo posteriore in monasterio Menatensi posuit neque in Miciacensi, ut reliqui biographi. Quamquam Godefridus Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae* 1701, *Iun. III, p.* 351—360, *recensionum et A habuit codices S. Maximini Trevirensis (= A* 1*c) Ultraiectinumque S. Salvatoris et C unum Vaticanum bibliothecae reginae Christinae n.* 721, *tamen hanc compilationem edere maluit, transmissam a Iohanne de S. Martino religioso Foliantino. Credidit enim eam esse auctoris coaevi, quia in prologo praemisso scripta sunt haec:* E quibus unum virtutis gloria praedicandum supernae pietatis dignatio huic mundo nostro attribuit aevo nomine Avitum. *Ex hoc testimonio hodie concludimus, prologum esse falsarii: cum autem quos vidi huius recensionis codices eo careant, scilicet Cenomanensis n.* 217, *saec. XII. ex., fol.* 13'—17', *et Parisiensis*[3] *n.* 5280, *saec. XII/XIII, fol.* 256'—261, *fortasse compilatori ipsi fraudem imputari non licet.*

B. Krusch.

1) *Cf. SS. rer. Merov. I, p.* 810, *n.* 6. 2) *Cf. Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 75 *sqq.* 3) *His accedere videtur codex Vaticanus reginae Christinae n.* 621, *s. XI, incipiens:* Cum preclara miraculorum; *cf. 'Arch.' XII, p.* 300.

INCIPIT VITA SANCTI AVITI CONFESSORIS[a.1].

(1).[b] Igitur Avitus infra Aurelianorum[c] menia plebeio sanguine cretus[d] exiguis parentibus (Aen. II, 74.); Virdonensis[e] namque oppidi genitrix oriunda refulsit, ingenuitatis tamen genus et[f] meritum vindicabat. Illam ad predictam urbem conditio egestatis et inopiae causa convexerat. Illic[g] cuidam[h] Belsicole[2] viro adnectitur puella coniugio. Horum Avitus sobolis[i] digna[k] conceditur, salus maxima populis condonatur. — — —

(2). Cumque aetatis infantiae rudimenta transisset[a], ad Miciacensis[b.3] monasterii congregationem devotus ilico convolavit, depositaque coma, monachi professionem suscepit. — — — Sed cum[c] visibilem hominem Dei omnes[d] manifestis indiciis esse[e] conspiciunt[f], invito[g] cellarium tradiderunt. — — —

(3). Accidit quadam[a] nocte, ut ipse famulans singulariter, semper ut consueverat abbatem thoro deponere, accipiens cingulum clavesque conligans, capiti cauta manu supposuit[b], onusque relictum[c], seque[d] in Secalauniae[e.4] locis abditissimis conlocavit. Vilibus contextam[f] virgultis cellulam[g] sibi construxerat[h], quae[i] decem aut amplius fere a monasterio milibus aberat; ibique se[k] multis diebus Dei famulus occultavit. — — —

(4). Nec[a] multum post vir sanctissimus Maximinus[b], qui tunc[c] temporis abbatiae[d] fungebatur officio, sibi debitos[e] migravit ad caelos, sanctumque cadaver Ligerico[f] in littore monachi[g] tumulantes, ad inquirendum beatum Avitum omnis[h] turba perrexit, ipsumque repertum, suboles[i] protrahunt et tandem ad monasterium precibus futurum revocant genitorem et sibi abbatem, pontifice[k] iubente, constituunt. — — —

(5). Hic[a] terrenarum sublimia[b] vitans, sublatus[c] nocte, uno[d] tantum comite pubeque[e] contentus[f], vastas Pertici[g.5] solitudines beatus expetiit[h] latitandum[i]. Erat namque heremi locus nemorosa[k] fronde contectus, satis abditissimus silve,

Capp. 1—5. *A* 1*a. c.* 2.

Cap. 1. a) quae est XV. Kl. Iulii *add. A* 2; Christi *add. A* 1*c*; *praescr.* Incipit vita sancti ac beatissimi Aviti presbiteri, cuius depositio XV. Kl. Iul. colitur *A* 1*a. b.* b) *numeri des. codd.* c) urbem et *add. A* 2. d) *ita A* 2; creatus *A* 1*a (pr. m.). b. c.* e) Viridunensisque o. *A* 2. f) *om. A*2. g) Illam *A* 1*c*. h) *ita A* 1*c.* 2; *om. A* 1*a*. i) soboles *A* 1*c.* 2. k) *om. A* 1*c*.
Cap. 2. a) transissent *A* 2. b) Mictiac. *A* 1*a*; Micc. *A* 1*c*. c) cum *om. A* 1*c*; Sed cum (aperte eum *m. al. in ras.*) hominem *A* 1*a*; Sed ubi h. *A* 2. d) e *pro* omnes *A* 2. e) *om. A* 2. f) eique *add. A* 1*c*. g) i. cellarum *A* 1*c*; invitum cellario *A* 2.
Cap. 3. a) A. die qu. ut *A* 1*a. c.* b) supponit *A* 1*a. c.* c) est *add. A* 1*c*. d) *ita A* 1*c*; se(se *m. al. in ras.*) *A* 1*a*; que *om. A* 2. e) Secalione *A* 2. f) contexta *A* 1*c*. g) sibi c. *A* 1*a*. h) contexerat *A* 1*a. c.* i) *om. A* 1*a. c.* k) m. d. se *A* 2.
Cap. 4. a) Ne *A* 1*c*. b) Maximus *A* 1*a*. c) eiusdem tempore *A* 2. d) abbatis *A* 1*c*. e) debito *A* 1*a*. f) *ita A* 2; Luere in l. *A* 1*c*; conditum *pro* L. in l. *A* 1*a*. g) *ita A* 1*c*; m. tumula(ntes *m. al. add.*) *A* 1*a*; m. t. *om. A* 2. h) p. o. t. *A* 1*a*. i) omnes *m. al. in ras. A* 1*a*; s. *om. A* 1*c*. k) p. i. *om. A* 2.
Cap. 5. a) *om. A* 2. b) sublimit(atem *m. al. add.*) *A* 1*a*. c) sublata *A* 2. d) unum *corr.* unu *A* 2. e) pueroque *A* 1*c*. f) ad *add. A* 1*a. c.* g) Pertice s. *A* 1*c*; vertices solitudinis *A* 1*a*. h) expetit *A* 1*a. c.* i) latitandus *A* 1*a*. k) nemorasa *pr. m. A* 1*a*.

1) *Ita Gregorius, Script. rer. Merov. I, p.* 747. 2) *Belsa regio hodie appellatur 'la Beauce'.* 3) *Hodie Saint-Hilaire Saint Mesmin (Loiret); cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 347. 4) *Regio quae hodie appellatur 'la Sologne'.* 5) *Hodie 'le Perche', regio Carnotena; cf. Longnon l. l. p.* 155.

Picciaco[a][1] fundo, quod manus[b] olim prisca construxerat, ederisque conplexa horrebant culmina diruta silentio. — — —

(6). — — — Sanctusque[a] Avitus tam precibus quam paterna pietate commotus, at ubi super oculos caecati[b] parvuli signum salutis inpressit, mox assumpto lumine, ab origene denegatum presentem meruit cernere mundum. Quam virtutem ab[c] ipso qui caecus fuerat nuper claris oculis referente cognovimus. — — —

(7). — — — Quam rem[2] a sancto beatoque Leobino Carnotinae[a] civitatis episcopo devulgatum[b] comperimus, sicut ipse a resuscitato[c] se edoctum[d] fuisse testabatur. — — —

(8). Nec[a] multum[b] post[c] vir[d] beatus certaminis sui finem obtinuit inponendum sanctumque[e] ad caelos[f] direxit spiritum*.

(9). Cumque[a] eius transitum Aurelianorum ac[b] Dunensium[3] caterva sensisset, pro[c] obtinendo corpus pariter in bella consurgunt. Plebs vero Dunensium abbatis sui corpus cupiebat suo privilegio[d] vindicare. Deinde Aurelianorum assertio[e] monachum sibi ex Miciacense[f] monasterio intendebat ac sibi[g] mortuum iustissime Aurelianorum finibus reformandum. Sed dum monasterium, ubi vir Dei[h] recesserat[i], a[k] Dunensibus vicinior habebatur, omnes illic gressu velociori[l] concurrunt ac defunctum iniusto ordine Castrenses invadunt et sublatum ad constructam basilicam anticipant deponendum; sed nec segnes Aurelianorum phalanges, qui tardius illic arma commoverant, adfuerunt et ante fores templi clipeis loricisque[m] contecti cum sanctum cadaver venientibus[n] prelia parant aulamque[o] sepulchri celeris[p] posterga defensant. At ubi predonum ex silvis secura coepit turba procedere, conspiciunt armatas a longe acies optata limina[q] velocius occupasse. Tunc mente turbati diffidunt votum a loco optinere se posse, hisque submotis, in mediis laribus[r] onus sacrum inviti deponunt, telisque congestis[s], Castris castra constituunt. Statuitur thesaurum[t] inter tela medium[u], preliorum fit intentio de caelis, de[v] presidio.

(10). Et[a] ne presens causa, qui cunctorum saepius vitam contulerat hominum, mortis periculum generaret, vir insignis ac summa ducis[b] preditus potestate adfuit,

*) Excessit ergo e vivis temporalibus XV. Kl. Iulii, florente et vivente eius doctrina in mundo, *add.* *A* 2.

Capp. 5–8. *A* 1*a.c.* 2. *Capp.* 9. 10. *A* 1*a.c.*

Cap. 5. a) Picea(rum *m. al. in ras.*) *A* 1*a*. b) o. m. *A* 1*a.c.*

Cap. 6. a) S. autem A. *A* 1*c*. b) caeci *A* 1*a*. c) ab i. *om.* *A* 2.

Cap. 7. a) Carnatine *A* 1*c*. b) divulg. fuisse comp. *A* 1*a.c.* c) suscitato *A* 2. d) doctum *A* 1*a.c.*

Cap. 8. a) Nam *A* 1*c*. b) multo *A* 1*a.c.* c) tempore *add.* *A* 1*a* (*non* *A* 1*c*). d) beatus Avitus cert. *A* 2. e) que *om.* *A* 1*a.c.* f) caelum *A* 2.

Cap. 9. a) Cumque — consilia dissipavit (*c.* 10) *om.* *A* 2. b) aut *A* 1*a*. c) :obtinend: *m. al. corr.* propter obtinendum *A* 1*a*. d) privileio *pr. m.* *A* 1*a*. e) assertitio *A* 1*c*. f) Micciacinensi *A* 1*c*. g) se *A* 1*c*. h) *om.* *A* 1*c*. i) rece:serat *pr. m.* *A* 1*a*. k) a: *A* 1*a*; ac *A* 1*c*. l) velociore *A* 1*c*. m) (loricis *om.*)que *A* 1*a*. n) *ita* *A* 1*c*; :::ientibus *pr. m.* *A* 1*a*. o) que *om.* *A* 1*a*. p) clerici *A* 1*a*. q) :imina *pr. m.* *A* 1*a*. r) *ita* *A* 1*c*; latronibus *A* 1*a*. s) congesti *A* 1*a*; in *add.* *A* 1*c*. t) thesaur: *m. al. corr.* thesaurus *A* 1*a*, *et sic* *A* 1*c*. u) medi: *m. al. corr.* media *A* 1*a*, *et sic* *A* 1*c*. v) *ita* *A* 1*c*; ::presidi: *m. al. corr.* adesset presidium *A* 1*a*.

Cap. 10. a) et ne *eras.* *A* 1*a*. b) fiducie *A* 1*c*.

1) Nunc Cella sancti vocitatur Aviti, *V. Carileffi. Locus videtur esse is qui hodie appellatur Saint-Avit (Loir-et-Cher, arr. Vendôme); cf. Longnon l. l. p.* 331. 2) *Resuscitationem defuncti per Avitum patratam.* 3) *Châteaudun (Eure-et-Loir).*

Deo imperante, Eleusius[a] et iurgantium lites rector deificus utrasque conpescuit atque armigerorum[b] seva consilia dissipavit. Post[c] haec corpus salutiferum ad[d] Aurelianensem[e] urbem iubet[f] publicum deferre[g] per agerem[h]. Tunc Dunensium[i] turba amaris fletibus spargunt[k] voces in auras, deprecantes, ut cuius membra, vi[l] faciente, non fuerant consecuti[m], vel ipsius reliquias valeant adipisci. Nec potuerunt beneficia denegari[n], quod[o] lacrimis dolentes[p] cernebant salubria postulare. Tunc summi qui advenerant[q] sacerdotes[r] trementes audent contingere corpus et[r] reliquiarum magnum poscentibus conferunt munus.

(11). Igitur[a] inde progressi sacerdotes, corpus in sublimia tollunt, — — — defunctum perferunt ad sepulchrum, ibique sanctum in locum centum ab urbe gressibus continentem[b] formidanter cum summa reverentia magni pontifices[c] tumulant defensorem. Cui titulo superponitur vilissima[d] ligni memoria; interim tamen membra venerabantur ab universa seculi terra.

(12). Eodem tempore rex inclitus Childebertus[a] Francorum[b] princeps, qui Gallias[c] suo imperio coercebat, commotum exercitum, ipse ad obediendam[d] sibi Spaniam decreverat properandum[1]. Audita[e] tanti viri fama, et quod sepulchrum ipsius[f] exiguis fuerat[g] de[h] parietibus circumseptum, caelesti regi sub integra devotione pollicitans, ut si incolomis ad regni sui solium ipsius sancti Aviti[i] intercessionibus remearet, inmensam aedem[k] super[l] sepulchrum ipsius[m] preciperet[n] suis cultibus construendam. Qui ab adversariis in itinere multas perpessus insidias[o, 2], ac quotiens[p] de inminentibus periculis per Aviti nomen fuerat liberatus, sospitem ac triumphantem regio[q] recepit auctorem. Tunc in supradicto[r] loco egregiam fabricam excelsis titulis, ut spoponderat, fastigavit[s], ac, velut margarita[t] aureis conclusa[u] locellis, proceris sui Waddonis[v, 3] sollertia decoravit, cuius[w] operis partem[x] non credimus deesse mercedem.

(13). — — — Vir sanctus coniungitur Aniano, et turba[a] Aurelianorum circumsepta virtutibus, servatur in medio[b]. Sub quorum patrocinio nos divina Trinitas custodire et conservare dignetur, cui[c] est honor et[d] gloria in[e] secula seculorum. Amen[f].

Cap. 10. *A* 1*a.c.* 2. *Cap.* 11. *A* 1*a.c.* *Capp.* 12. 13. *A* 1*a.c.* 2.

Cap. 10. a) Leusus *A* 1*c*; Lesus *A* 1*a*. b) armigerum *pr. m. A* 1*a*. c) *in* Post *redit A* 2. d) aut *A* 1*c*. e) Aurelianorum *A* 1*a*. f) Eleusius nomine quidam insignis *add. A* 2. g) differre *A* 2. h) ag::: *m. al. corr.* agrum *A* 1*a*; agrum *A* 1*c*. 2. i) Dunensis *A* 2. k) aspargunt *A* 2. l) vim *A* 2. m) consecut: *pr. m. A* 1*a*. n) denegare *A* 2. o) *expectes* quos. p) *ita A* 1*c*. 2; cernentes dolebant *A* 1*a*. q) aderant *A* 2. r) *om. A* 1*c*.

Cap. 11. a) *Cap.* 11 (Igitur — terra) *om. A* 2. b) distantem *A* 1*c*. c) pontificis *A* 1*c*. d) vilissimi *A* 1*c*.

Cap. 12. a) i. Hiltebertus *A* 1*c*; Hildipertus i. *A* 1*a. b*. b) Fancorum *A* 1*c*. c) Galliam *A* 1*c*. d) *ita A* 1*a. b*; optinendam Hispaniam *A* 2; subiciendam sibi Hispaniam *A* 1*c*. e) vero *add. A* 2; Et aud. t. *A* 1*c*. f) eius *A* 1*c*. g) fuerit *A* 2. h) *om. A* 1*a. c*. i) *om. A* 1*a*. k) eidem *A* 1*a*; *om. A* 1*c*. l) *bis scr. A* 2. m) fabricam *add. A* 1*c*. n) preceperit *A* 2. o) inisidias *A* 2, *corr.* p) quoties *A* 1*a*. q) regem *A* 1*a*. r) supradictum locum *A* 1*c*. s) fabricavit *A* 2. t) margaritam *A* 1*a. c*. u) conclusis *m. al. corr.* conclusā *A* 1*a*; conclusam *A* 1*c*. v) *ita A* 1*a*; Watdoni *A* 1*c*; Waddoni *A* 2. w) Cui:, *ras.* s *A* 1*a*. x) parti *A* 1*c*.

Cap. 13. a) urbs *A* 2. b) medium *A* 2. c) cuius *A* 2. d) h., virtus, potestas in saeculorum saecula. Amen *desinit A* 2. e) *om. A* 1*c*. f) *subscr.* Explicit vita sancti Aviti presbyteri *A* 1*a*.

1) *A.* 531; *v. supra p.* 381. 2) *Greg., H. Fr. III,* 10, *de Childeberti expeditione Hispanica referens, haec scripsit: (Chlotchildis)* multas insidias ab Amalarico — — patiebatur. 3) *De eo v. supra p.* 381.

VITA
CARILEFFI ABBATIS ANISOLENSIS.

Anisolam vel Anninsolam monasterium ad rivum eiusdem nominis (hodie Anille) in dioecesi Cenomanica situm, quo, ut sacerdotali erudiretur regula, Merovechus, Chilperici regis filius rebellis, a. 576. *missus est*[1], *Carileffus vel potius Charilefus condidisse videtur, id quod ex privilegiis regum Francorum concludi licet, quorum inde ex a.* 693. *exemplaria ad nos pervenerunt*[2]. *Immunitatem autem a regibus posterioribus saepe confirmatam Gunthramnus monasterio iam concesserat, plenissimaque libertate etiam Karolingico aevo illud florebat, postquam et mundiburdium regale et ius eligendi abbatis liberum a Pippino a.* 752. *impetravit. Corpus patroni, quod etiamtum latebat, paulo post inventum*[3] *videtur esse, ideoque monasterium, quod saec. IX. ipsius sancti nomen accepit*[4] *hodieque Saint-Calais (dép. Sarthe) vocatur, omnia possidere videbatur, quae secundissima ei accidere poterant. At episcopi Cenomanici prosperitate eius non eodem modo laetati, pingui praedae inhiabant, imperatoremque ambientes, ut sibi monasterium traderet, Franco per paucos annos iure beneficiali illud accepit eodemque modo*[5] *Aldricus (a.* 832—856*), successor eius, isque post Ludowici mortem, amisso*[6] *beneficio, iam proprietatis iure episcopatui illud subicere agitabat. Monachi libertatem periclitantem contra eum successoremque Rotbertum acerrime defendentes, evicerunt, ut in concilio Bonoili a.* 855. *et in iudicio Karoli regis Vermeriae a.* 863. *habito regia possessio declararetur monasterium, episcopali reiecto dominio. Eo in certamine tam Anisolenses quam Cenomanici ad historiam scribendam confugiebant utilitatis causa, ut arma sibi praepararent victricia.*

Monachi enim, quibus privilegia quae habebant genuina parum prodesse viderentur, demonstrare nitentes, locum, ubi monasterium situm erat, ad fiscum regium iam inde antiquitus pertinuisse regisque munificentia eum sibi concessum esse, Vitam patroni confingendam curabant, eaque disertis verbis confirmabatur, locum priscis temporibus Casam Gaiani appellatum, ubi antiqua superfuisset maceria, tugurio constructo, a Carileffo occupatum

1) *Greg., H. Fr. V,* 14: monasterium Cinnomannicum qui vocatur Anninsola dirigitur, ubi sacerdotali erudiretur regula. 2) *Ea edidit J. Havet, 'Les chartes de Saint-Calais' ('Questions Mérovingiennes' IV, p.* 67 *sqq.).* 3) *Eius in charta Pippini a.* 760. *prima mentio fit his verbis:* de monasterio Anisola, qui est in pago Cenomannico, ubi sanctus Charilefus in corpore requiescit. 4) *'Monasterium sancti Charilefi, quod dicitur Anisola', primum appellatum est in charta Ludowici Pii a.* 825. 5) *Cf. Iudicium Vermeriense (Havet l. l. p.* 96*):* veraciter testati sunt, ipsum monasterium praescripto Haldrico non restitutionis, sed beneficii iure largitum. *Restitutionis igitur charta Ludowici (Gesta Aldrici ed. Baluzius, Miscellanea* 1680, *III, p.* 96*) falsa est, neque video, quomodo eam defendere potuerit J. Havet b. m., 'Bibl. de l'école des chartes' LIV, p.* 626 *sqq. Cf. Mühlbacher, Reg. n.* 951. 6) *Cf. Gesta Aldrici, SS. XV, p.* 326.

esse, regemque Childebertum sancto venationem regiam perturbanti primo iratum, sed mox conversum, quicquid in regione illa, Madvalensi scilicet, asello suo uno die circumiret, ad monasterium construendum dono dedisse. Praeterea Childeberti nomine privilegium cessionis immunitatisque pia fraude ipsi conscripserunt, aliasque chartas regias, quibus insequentibus abbatibus illud confirmaretur[1]. *Cenomanici eodem studio laudabili in documentis fingendis laborantes, ut locus probaretur suus et proprius, calliditate sane admiranda contenderunt, de ecclesia quadam, quam Turibius episcopus Cenomanicus 'in rebus senioris et matris ecclesiae' construxisset, maceriam illam superfuisse, eiusque successorem Innocentem post Childeberti cessionem Carileffum graviter increpando adiisse, quod absque ipsius permissu monasterium faceret, itaque sanctum ad saniorem mentem reversum, se monachosque resque suas omnes ecclesiae Cenomanicae eiusque pontifici tradidisse, ut sub eius mundiburdio vel defensione manerent, denique monasterium perfectum eidem ecclesiae 'perpetualiter ad possidendum', iubente et hortante rege, datum esse. Documenta ad hanc rem spectantia, scilicet Carileffi cessionem, Innocentis precariam, Childeberti confirmationem, data omnia a.* 14/15. *eiusdem regis, in Actus pontificum Cenomanis in urbe degentium integra admiserunt*[2], *alias quoque chartas de eadem re in archivo ecclesiae suae asservari affirmantes. Fraus ingeniose excogitata non successit, atque a.* 863. *a Karolo rege constitutum est, 'ut instrumenta Cenomanicae ecclesiae, quae inutilia et falsa probata erant, intra quartum decimum diem in suam exhiberentur praesentiam penitusque abolirentur'*[3].

Biographus congregationi S. Carileffi minime adscriptus erat, sed peregrino ei refugium dederant monachi, ipseque hospites suos deprecatus est, ut sui memores esse dignarentur Deumque precibus exorarent, ut ab aemulorum insidiis liberaretur[4]. *Cum de sancto omnino nihil compertum haberet, eum aequalem sociumque fecit Aviti, quare quae in huius Vita leguntur, ea etiam illi attribuere poterat, scilicet itinera ad Aurelianos locumque Piciacum facta: tenuitatem autem materiae prolixis sermonibus velavit, quos sancto suo aliisque adscripsit. Non multo post collegam, quem saec. IX. ineunte V. Aviti composuisse supra ostendi*[5], *ad Vitam conscribendam aggressus est, nam Actus pontificum Cenom. inter a.* 850—856. *conficti sunt*[6], *eodemque fere tempore Hrabanus*[7] *(a.* 840—854*) utraque Vita usus est et Aviti et Carileffi.*

Quamquam auctor Homerum[8] *citavit, barbaries domestica ex tenui eruditionis superficie ubique perlucet, interque menda grammatica, quibus sermo incultus inquinatus est, vel accusativi absoluti deprehenduntur. Vitam rudem A interpolator B expoliens longo verborum ambitu circumscripsit, eaque retractatio hucusque anteposita est, quin immo Siviardo abbati Anisolensi saec. VIII. Mabillonius eam attribuerat. Auctor quidem, si*

1) *Chartas spurias ed. Havet l. l. p.* 60 *sqq.* 2) *Mabillon, Vetera Analecta* (1723), *p.* 247 *sqq.* 3) *Havet l. l. p.* 96. 4) *Cf. finem Vitae:* Sanctam etiam congregationem, quae ad beatissimi sacerdotis Carileffi reliquias excubant, quasi prostratus eorum sanctis vestigiis suppliciter deprecor, ut mei memores esse dignentur et suis me precibus omnipotenti Domino commendare non desinant, quatenus et hic ab emulorum insidiis merear liberari et in divino examine meorum consequi veniam valeam delictorum. 5) *V. p.* 381. 6) *V. Havet, 'Questions Mérovingiennes' VII ('Bibliothèque de l'école des chartes' LIV, p.* 682*).* 7) *Hrabani Martyrologium d.* 1. *Iulii, ed. Canisius, Lect. antiq.* (1604) *VI, p.* 722. *Notkerus, qui eum sequitur, miraculum adiecit ex Vita depromptum (Canisius l. l. p.* 869*). Sancti etiam Usuardus meminit eodem die:* Aninsulae in monasterio (*corr.* in pago Cinomannico) sancti Carilefi presbiteri *(ed. Bouillart p.* 109*), Ado vero die* 8. *Iunii (Surius VII, p.* 1139*).* 8) Cuius etiamsi Homerus ab inferis surgeret, non valeret cuncta eius merita explicare. *Attamen hanc litterarum peritiam ex Sulp. Sev., V. Mart. c.* 26, *pendere manifestum est.*

ei credere fas esset, ipsius Carileffi aevo[1] *floruisset Vitamque iussione 'sacrorum episcoporum' scripsisset, et plura quam primigenius scriptor enarravit ad historiam politicam spectantia, Vitamque Aviti et ipse adhibuit; ea vero quae adiecit minime cohaerent, ideoque vel Sollerius ea reprobavit*[2]. *Vitam A vetustiorem esse etiam eo intellegitur, quod auctor Actuum pontificum Cenom. hanc expilavit, neque illam:*

A.	*B.*
maceria diruta repperiunt [*Cenom.:* inveni quandam partem antiquarum maceriarum].	repperit parietes vetusti aedificii.
tugurium construxerunt [*Cenom.:* quoddam tugurium faciens].	cellulam habitationis sibi contexit.
quantum una die cum suo asello circuire possit [*Cenom.:* quantum in una die circuire cum asello meo valerem].	quam diurno itinere sedens asello posset obambire.

Attamen recensio B non multo post priorem composita est, cum codices adhuc supersint saec. X. exarati[3], *eaque ipsa denuo retractata est, ne tertia deesset Vita C.*[4]

Etsi iam permultas Vitas ad fundos vindicandos fictas esse demonstravimus, tamen de actione ipsa, fontibus deficientibus, nisi divinando nihil eruere nobis contigit. In causa autem monasterii Carileffi acta ipsa magna ex parte supersunt, atque etiam alteram partem audire licet, cum non solum advocatus loci, sed etiam adversarius per sanctum falsarii facti sint. Haec sane Vita ad fraudes hagiographicas discernendas maximi momenti est, ideoque plura ex recensione A exscripsi, quam ieiuna materia exigere videbatur; miracula vero ab auctore ipso addita praetermisi, cum omnino nihil ad rem faciant. Codices, quos ipse descripsi, sunt:

1) *Bruxellensis n.* 7984, *saec. X, olim Weissenburgensis, deinde Molshemensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis (P. ms.* 20*), fol.* 114′—125′, *ubi nomen* Areleffus *semper scriptum est, ut apud Hrabanum,*

2) *Bruxellensis n.* 8550—1, *saec. XI, item in Museo Bollandianorum antea asservatus ibique notatus † Ms.* 47, *fol.* 78—91.

Unica quae extat Vitae primigeniae editio a Surio, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1573, *tom. IV, p.* 34—41, *parata, pristinam libelli faciem minime exhibet, cum editor pervetustis codicibus usus, quorum unus videtur fuisse Carthu-*

1) *Cf. Praefationem:* Unum enim e pluribus Christi fortissimis proeliatoribus Dominus nostro ecclesiae attribuit aevo Charilephum. 2) *Carileffus eo teste tunc natus, cum Childebertus Ultrogodam, Chlotharius Radegundem in matrimonium duxit, prima stipendia in monasterio Menatensi fecit, unde Ligerim transiens ad Aurelianos pervenit; Avitus quoque apud Menatenses cellarii functus officio ea gessit, quae in Miciacensi monasterio gesserat ad eius Vitam A.* 3) *Vitam B incipientem* Constat veterum *continent codices Parisienses n.* 3851 *A, saec. X/XI, n.* 17363, *saec. X, Romanus bibliothecae Christinae reginae n.* 318, *saec. X. in. Huic praeterea V. Merovei confessoris Coriacensis (dioec. Redonensis) adhuc inedita inest, quae cura O. Holder-Egger v. c. descripta penes nos est. Mirus ille sanctus, qui Carileffo ita assimulari cupiebat, ut huius Vitam exscribere posset biographus, Coriaci coria conficiebat, id quod hic procul dubio melius quam alibi successit; coria autem illa Coriacensia e tenebris eruere noluimus, licet ad historiam Merovingicam illustrandam Vitam alicuius momenti esse contendisset L. Bethmann b. m. ('Arch.' XII, 274).* 4) *Recensionis C incipientis* Quia largiente *codices supersunt Carnoteni n.* 507. *saec. XI, n.* 501. *saec. XII, Parisienses n.* 5280. *saec. XII/XIII, n.* 5296. *saec. XIII.*

siae Coloniensis, suo more sermonem immutaverit. Eius successores vix saniore usi iudicio recensionem B ediderunt, et Mabillonius, *Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis* 1668, *Saec. I, p.* 642—654, *et* Sollerius, *Acta sanctorum, Antverpiae* 1719, *Iulii tom. I, p.* 90—102*: tertia vero adhuc inedita restat.*

B. Krusch.

INCIPIT VITA SANCTI CARILEFFI SACERDOTIS ET ABBATIS[a].

(1).[b] Vitam beatissimi Carileffi[c] sacerdotis Anisole[d] coenobii narraturus, sanctum invoco[1] testem Spiritum actuum eius et comitem, cuius[e] ille praesidio tamquam quisquilias domus[f] labiles[g] huius vite despexit divitias, et sub leni redemptoris iugo animi colla[h] submittens, per caelestem tramitem vitae cursum praepetit[i], inpolluto calle, mundanas transegit inlecebras. Non me de illius falsa dicturum operibus, sed ea tantum exsequenda disposui, quae aut in antiquis repperi scripta voluminibus aut ab incolis[k] loci illius, in quo sanctus vir conversatus est, ab ipso fuissent facta didicerim, quia non fallendi esse cupio artifex, quamvis per ingenii[l] inopiam narrator[m] videar esse angustus. V. Epiph. § 4.

(2). Igitur vir[a] vitae venerabilis Carileffus ex provincia Aquitaniae pago Arvernico ortus parentibus non inprobis[b] et credentibus Christo, ibique[c] in[d. 2] crepundiis lactantis[e] infantiae ablactatus est et nutritus. Ib. § 8. Qui cum adoleri[f] coepisset, totum se in amore superni iudicis, in quantum fas fuerat[g], videbatur constringi atque a coaetaneorum suorum insolentiis et vaniloquiis declinare. — — — Cuius propinqui cum eum inspicerent ab omnibus iocis[h] et mundanis desideriis alienum, nutu eum[i] Dei religiosis monachis[3] nutriendum tradiderunt ad sacra misteria inbuendum. — — —

(3). Qui cum pro tantarum gratiarum cumulo a cunctis diligeretur et in magno honore ac reverentia ab omnibus haberetur, metuens vir sanctus, ne sagitta diaboli vulneratus, in laqueum elationis incurreret, peregrinam cogitabat vitam arripere, ut dispiceretur[a] ab omnibus et mereretur gloriam civium supernorum. Quodam vero die, accitis[b] quosdam ex fratribus, quos in amore divinitatis constantes esse cognoverat, talibus eos alloquiis coepit affari[4]: — — — Post haec, facta oratione, cum fletu[c] Abrahae patriarchae normiferi[d] per iter incognitum gradientes, cf. Gen. 12. comite Christo profecti sunt. Cuius votis se beatissimus Avitus, in quo sapientia se velut in diversorio domus incluserat, socium dedit, et ut inchoata pervigili corde deberent perficere, animavit. — — — Euntes autem pervenerunt post aliquot[e] dies ad Ligeris[f] fluvium; quo transmeato[g], ad occidentales partes eundi faciem firmaverunt, sollerter inquirentes, si forte inveniri possint patres, quorum exemplo

Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 1. a) *praescr.* I. v. sancti Areleffi s. et a., cuius depositio Kl. Iul. celebratur 1; I. v. sanctissimi Carileffi presbyteri et confessoris 2. b) *numeri des. codd.* c) Areleff. *semper* 1; Carileph. *semper* 2. d) Anisone 1; Anisule 2. e) cius 1. f) domos 2. g) leveles *corr.* laveles 2. h) cellas (u *superscr.*) 2. i) praepeti 1. k) incolos 2, *corr.* l) ingenti (?) 2. m) narratur 2.
Cap. 2. a) *om.* 1. b) inprobus 2. c) ubique 2. d) in increpudiis 1; intrepidus 2. e) lactentis 1. f) adoleveri 1. g) *ita* 2; *om.* 1. h) i. et *om.* 1. i) enim 1 *(pr. m.)*. 2.
Cap. 3. a) desp. 2. b) sanctis *pro* a. q. ex 2. c) flectu 2. d) norma ferri 2. e) aliquos 2. f) Alligeris *corr.* ad L. 2. g) transmeato(s *ras.*) 2. h) ubique 2,

1) *Initium ex V. Epiphanii auct. Ennodio, Auct. antiq. VII,* 85, *depromptum est.* 2) *Sunt verba Ennodii, V. Epiphanii* § 8. 3) *Menatensibus B.* 4) *Ad peregrinandum ab eo commoniti paratos se declaraverunt.*

cf. Ps. 26, 13. per melioris vitae tramitem ad terram viventium, ubi se[a] propheta David esse obtaverat, proximare valerent. Tunc, praecurrente fama, audierunt de beatissimi Maximini[b] Aurilianensis[c] urbis praesulis[1] sanctitate et labore atque virtutibus. Cum magno[d] aestu desiderii ad eius sunt conati properare coenobium, quod sibi ipse in sua aecclesiae parrochia construxerat, ubi carnem macerans, sedule Domino serviebat et in multis fulgebat miraculis. — — — Tunc ab ipso sancto viro sacerdotii honus[e] susceperunt, et protinus egressi, ut spiritali[f] semen in corda sererent credentium, abierunt.

(4). Euntes autem pervenerunt ad heremum densae[a] solitudinis, in loco[b] qui Pitiacus[c, 2] dicebatur et nunc Cella sancti vocitatur Aviti, ibique in multis ieiuniis
cf. Exod. 17, 6. et orationibus[d] perseverantes latuerunt. Ubi Moysaico ritu sanctus Carileffus, facta
cf. Ioh. 7, 38. oratione, aquam vivam invenit, ut daretur intellegi, quod flumina de ventre[e] eius, id est doctrina sancti Spiritus, secundum veritatis voce egrederentur, et corda audientium rigarentur. Super quem fontem sanctus vir ad laudem Dei summi oratorium fecit, et usque[f] nunc fons sancti[g] Carileffi vocatur. In quo loco dum demorarentur et in Dei famulatu fortiter coartarentur[h], coepit de sanctis eorum meritis longe lateque ita fama crebrescere, ut ab hominibus frequentarentur.

cf. Matth. 3. (5). Quod[a] cum sacerdos Domini Carileffus cognovisset, more Iohannico[b] solitariam vitam appeti desiderans, vale dicens sancto Avito, cum germano suo Daumero[3] et conmilitone suo Gallo[c] ad partes Cenomanicae[d] perrexit, et singula loca solitudinum[e] circuiens, ubi secretius demorari possit, inquirebat. Sed Dominus, qui voluntatem timentium se facere consuevit, perduxit eos ad locum solitudinis sibi bene placitum, ubi Casa Gaiani priscis dicebatur temporibus, super fluvium qui vocatur Anisola, ubi multi[f] fontes frigidas aquas ebulliunt. A[g] quarum frigiditate fluvius ipse vocabulum sumpsit, quoniam 'anio'[h, 4] 'tremo' intellegitur; idcirco Anisola dicitur, hoc est tremoris insula adque[i] frigoris. Hinc est, quod volucres anetes[k, 5] nuncupantur, quia semper in aquis desiderant commorari. Erat enim locus ille valde solitarius et nemorosus. — — — Ubi dum cum omni adnisu vepres succiderent, repente nutu Dei maceria[l, 6] diruta repperiunt, quae ob nimia[m] vetustate spinis et sentibus obvelata[n] serpentium erat hospitio[o] et habitatio bestiarum. Quae cognita aedificia, coeperunt vehementer athletae Dei a quibus tege-

Capp. 3—5. 1. 2.

Cap. 3. a) ubique 2. b) Maximi 1. c) Aurél. 2. d) *om.* 1. e) *ita* 2; onus 1. f) *ita* 1. 2.

Cap. 4. a) densem 2. b) locum 2. c) Pitiatus 2. d) orationes *corr.* orationis 2. e) devenire 2. f) *superscr.* 2. g) sancte 2. h) coarterentur 1.

Cap. 5. a) Quo 2. b) Iohannis 1. c) Callo 2, *corr.* d) Cennomannice *corr.* Cenom. 2 e) solitudinem 2. f) *ita* 1 *cum Surio*; montes multi fr. 2. g) *eras.* 2. h) animo 2. i) *corr.* aque 1. k) anites 2. l) macerea *pr. m.* 2. m) nimiam vetustatem 2. n) *ita* 2; avellata 1. o) hospitia 2.

1) *Potius abbatis Miciacensis; cf. V. Aviti, supra p.* 383. 2) *Cf. V. Aviti, supra p.* 384. 3) *Pro Daumero Galloque abbatibus Anisolensibus privilegia Childeberti et Chilperici regum Francorum nomine conficta sunt; cf. Havet l. l. p.* 64. 65. 4) *I. e. ango.* 5) *I. e. anates.* 6) *Hanc maceriam in episcopali fundo posuit malignus Cenomanorum historicus (Mabillon l. l. p.* 247*)*: ubi domnus Turibius eiusdem parrochiae pontifex X. dudum in rebus senioris et matris civitatis ecclesiae, cui praesidebat, ecclesiam in honore sancti Petri principis apostolorum fecerat, quae tamen destructa propter imminentes necessitates fuerat, sed adhuc de ipsis maceriis aliqua pars ipsi erat.

bantur spinas[a] evellere et cum Davitico carmine gratias referre altissimo, qui eis ad inhabitandum[b] domicilium demonstrasset[c]. *cf. Ps. 68, 36.* Ubi, perendinationis[d] diebus emensis[e], cum vilibus[1] sibi virgultis tugurium construxerunt et indigene[f] caelestis[g] patriae corticibus suum domicilium arborum operuerunt, ibique missarum solemnia et singularum orarum Domino reddebant officia. — — —

(6). Quo ergo ordine ad hominum notitiam pervenerint[a] eius merita, exsequamur. Erat enim tunc in eadem solitudine[b] taurus, qui silvaticus[c] dicebatur, mirae magnitudinis miraeque[d] ferocitatis, quem vulgo a bovis dirivatione bubalum[e. 2] vocant[f]. Hic diebus singulis, deposita[g] ferocitate, ad sanctum Dei[h] Carileffum venire consueverat, et quasi benedictionem postulans, summisso capite accedebat ad eum, stans inmobilis[i], donec illius manibus palparetur. Cuius caput collumque servus Dei adtrectans, fratribus depromsit praesagium, dicens: 'Cuiusdam potentis hominis taurus iste portat indicium, qui ad nos cum magna indignatione venturus est[k]; sed dispensatione[l] Dei coactus, cum omni erit mansuetudine recessurus'. Quod postea probavit eventus.

(7). Per idem tempus Francorum rex Childebertus[a] nomine cum robustissima mana augustali[b] more ad partes Cenomanice[c] urbis veniens, ibique aliquanto tempore est[d] demoratus. Cui nuntiatum est de praedicti bubali[e] magnitudine et ferocitate, qui non solum quod capi[f] non possit, sed quasi volatu pinnigero ab oculis videntium aufugeret. Quod rex velocissimus[d] audiens, cum omni venandi apparatu ingressus est heremum, solerter inquirens, ubi bubalus latitaretur. Ad cuius strepitu, id est clangore bucinum, canum latratibus, hominum ululatibus commotum animal, ad sanctum Dei Carileffum quasi ad portum refugii fugiens, tremens ac palpitans, huc illucque turbis[g] oculis aspectabat. Quem[h] venatores exsequentes velociter invenerunt post Christi famulum stantem et palpitantem[i]. Qui timore perculsi, non sunt ausi prope accedere, sed protinus veloci cursu revertentes ad regem, ei quae viderant cum magno pavore nuntiaverunt. Quod rex audiens, versus in furore, ut illuc duci deberetur, his qui viderant imperavit. Ubi cum pervenissent et ostendissent ei servum Domini et bubalum post eum stantem, indignatus rex, dixit ad eum: 'Qui estis, vos homines, aut unde huc venistis, vel cuius hic auctoritate commoramini et venationem[k] regiam praesumitis perturbari?' Tunc sacerdos Domini Carileffus praeceptorum Domini non inmemor, qui ait: *In vestra patientia adquiritis animas vestras,* *Luc. 21, 19.* cum omni humilitate properans regi, dixit ad eum: 'Nos, o[d] domine rex, ex Aquitaniae[l] huc partibus ad peregrinandum venimus, ut caelestis patriae digni[m] fieri mereamur; abrenuntiavimus[n] divitias[o] instabilis vitae, ut ad infinitae vitae gloriam pervenire possimus'. Haec rex audiens, cum ingenti indignatione comminatus est eis, dicens: 'Sub omni hinc celeritate recedite et alibi moramini, ne deinceps a nostris hic[p] reperire[q] possitis hominibus et sevissimis rumpamini verberibus baculorum'. Cui sanctus Carileffus constanter[r]

Capp. 5—7. 1. 2.

Cap. 5. a) spinis 2. b) habitandum 2. c) demontrasset 2. d) *ita* 1; per ordinationi 2. e) *ita* 2; et menses 1. f) *ita* 2; indigne 1. g) caeleste 2.

Cap. 6. a) pervenirent 1; pervenerunt 2. b) solitudinem 2. c) salv. *pr. m.* 1. d) miroque 2. e) *m. al. corr.* bubulum 1. f) vocat 2. g) deposito 2. h) *om.* 2. i) mobilis 2. k) erat *m. al. corr.* erit 2. l) dispensationem 2.

Cap. 7. a) Hild. 1. b) *ita* 2; angusta limore 1. c) Cenomannice ubis 2. d) *om.* 1. e) pubali *pr. m.* 1. f) capio 2, *corr.* g) *ita pro* torvis 1. 2. h) Quam 2. i) palpantem 2. k) venetionem 2, *corr.* l) Equitanie *pr. m.* 2. m) : : digni, *ras.* in 1. n) abreuntiamus 2. o) *ita* 1 *(pr. m.).* 2. p) hinc 2. q) *ita pr. m.* 1; repperire 2. r) *om.* 2.

1) *Ita V. Aviti c.* 3. 2) *Cf. Isid. Origg. XII,* 1, 33.

respondit: 'Non est necesse nobis de hac re tibi respondere, clementissime rex; sed ex paucis vitibus a Christo nobis in hoc loco ostensis modicum vini liquoris expresso[a], ecce! in parvulo vase habetur. Petimus, ut pro benedictione cum his omnibus qui tecum sunt sumas, et sic ad tuum palatium cum laetitia revertaris'. Cuius rex verba dispiciens[b], regirans[c] equum, cum fremitu dixit ad eum: 'Hoc facite, quod precepi; mihi meisque non est necesse vestrae rusticitatis musto praelibari'.

(8). Haec dicens, ut fortissimus equi[a] parator abiit; sed dominus Deus, qui servi sui merita decreverat manifestare, gradienti regi obstitit, ne possit ire iter quo cupiebat. Nam subito in itinere equus regis obriguit et via[b] qua gradiebatur quasi praecipitium oscitans refugiebat. Tunc cepit eum rex fortiter ad ambulandum inpellere et virgis cedere, calcaribus cruentare. Quem cum vidisset rex ire non posse, fatigatus cede nimia equi, mirari cepit, cur ei[c] talia contigissent[d], quod nec cupido[e] iter potuisset conficere nec reverti valeret, quo venerat. Tunc unus ex comitibus eius divina, credo, inspiratione dixit ad regem: 'Superni regis[f] sunt famuli hi quibus comminatus es, praecellentissime rex, qui, ut reor, etiam[g] (cf. Ios. 10,13.) si soli dixerint: "Sta", et stabit[h] et cursum suum sine eorum inperio non praesumit implere'. Cui rex: 'Vade', inquit, 'concitus ad hominem Dei, si fortasse deprecari poteris, ut vel ad[i] sua nos[k] vestigia repedari permittat'. Tunc veloci cursu, ut ei preceptum fuerat, reversus comis[l] venit[m] ad virum Dei, et prostratus pedibus eius, quae regi contigerant indicavit. At ille Deo gratias retulit et clementer, ut rex ad eum reverteretur, praecepit[1].

(9). Qua rex[a] promulgatione audita, equus, qui ante conpulsus verberibus, cruentatus calcaribus, iter quod rex cupiebat ire non poterat, ad sanctum cum[b] velocitate qua consuetus[c] fuerat regrediebatur. Quo[d] cum rex pervenisset ac[e] Dei famulum a longe vidisset, descendit equo quo sedebat et cursu concito curvatoque corpore ad sanctum virum cucurrit, eiusque prostratus vestigiis, transgressorem se et impium, quod sancto Dei contradicere presumsisset, cum lacrimis clamitabat. Quem Christi servulus Carileffus amplexans[f], erexit a[g] tellure, atque deosculans, monuit, dicens: — — — His admonitionibus affatus clementissimus, rex stabat attonitus[h]; quasi Deum in pectore eius[i] cognoscens, pollicebatur se tam sacratissima preconia, adiutus ipsius precibus, implere[k]. Post haec deosculabatur manus sacerdotis, subnixe postulans, ut ei[l] pro benedictione de vino quod prius promiserat poculum tribueretur. Quod cum vir sanctus adportari iussisset, manu sua vas vitreum pleno vino gratuita voluntate obtulit regi. Quod ille[m] cum hilaritate suscipiens, bibit totum quod erat in calice. Post haec bibentibus qui aderant, deprecabatur eos sacerdos magnus, ut ternis adhuc quaternisque vicibus biberent ad satietatem, quia de pleno semper inpertiret[n], quem non obprimit in largiendi voluntate paupertas; dicebat enim: 'Numquam animum divitem deserit

Capp. 7—9. 1. 2.

Cap. 7. a) *ita codd.* b) desp. 2. c) regi gerans *pr. m.* 1.

Cap. 8. a) aequ. *constanter* 2. b) viam 2. c) cur italia 2. d) contigisset 2, *corr.* e) *ita* 1 (*pro* cupitum); ne cupidum 2. f) regi 1. g) si etiam 2. h) statuit 2. i) a 2. k) *om.* 2. l) *ita* 1; comes 2. m) *om.* 1.

Cap. 9. a) re 2. b) Dei *pro* cum 2. c) secutus 2. d) Quod 2. e) et 2. f) *ita* 2; amplexus 1. g) ad 2. h) admonitus 2, *corr.* i) *om.* 1. k) inpleturum 2. l) *om.* 2. m) ille cum *m. al. suppl.* 2. n) imperciet 2.

1) *Animadvertas, quomodo regi monachus constanter praecipiat vel imperet.*

possibilitas, nec sequitur abundantia hominem mente mendicum'. Sic factum est, ut copiosa multitudo quae cum rege fuerat ad satietatem sumeret, et vinum in vase non minueretur. — — —

(10). Postquam autem biberunt omnes et satiati sunt, prostratus iterum rex sancti viri pedibus, subnixe deprecabatur eum, dicens: 'Video, quia homo Dei es et ipsius huc missus es voluntate; deprecor te, ut digneris nostrae supplicationis munus suscipere et de Madoalinsis[a. 1] finibus fisci[b] nostri, ubi monasterium construere valeas, quantum tibi est bene placitum eligas, ut, congregatam[c] catervam fidelium, solitudo haec in domum vertatur orationis, et ubi brutorum animalium fuit habitatio, ad laudem redemptoris mundi fiat ospitium angelorum, quatenus et tibi de constructione et[d] doctrina apud caelestem iudicem magna maneat merces, et meorum atque Francorum populorum fiat expiatio delictorum'. His flagitationibus regis vir sanctus Carileffus constrictus[e], non amplius se suscepturum recusavit[f], nisi quantum una die cum asello circuire possit, pro susceptione peregrinorum. Quo munere accepto[2], benedixit regi omnibusque sodalibus eius, et ut cum hylaritate[g] ad suum reverteretur palatium, imperavit. Reversus rex protinus cum magna exultatione omnia quae ei contigerant Vultrogodae reginae per ordinem intimavit. Cui illa: 'Necesse est', inquit, 'domine mi[h] rex, ut velociter operando custodias cuncta quae a Christi[i] famulo didicisti'. — — —

(11). Dum haec gererentur[a], pervenit ad aures Vultrogodae reginae de beatissimi Carileffi[b] sanctitate et abstinentia atque humilitate, et quod esset prophetiae spiritu[c] plenus. Misit ad eum quosdam ex iudicibus, reverenter expostulans, ut ad se eam venire[d] permitteret, quatenus ab eo benediceretur et cunctis[e] Madualinsis[f] finibus illius monasterio condonaret. Quorum supplicationem cum vir sanctus audisset[g], metuens, ne discipulorum mentes stimularentur in aliquo, his qui missi fuerunt[h] mellifluo affatu[i] respondit: 'Ite, dulcissimi filii, et renuntiate reginae, quia possessiones in terra monachus non debet habere[3]. Benedictionem vero[k], quam[l] illa fideliter quasi a servis Dei deposcit, a sedibus[m] supernis suscipiet. Credo enim in omnipotentis Dei misericordiam[n], qui me indignum ad hunc locum perducere dignatus[o] est et multorum fratrum quamvis inutilem patrem constituit, quod ad huius coenobii claustra femineus sexus in futurum nequeat habere accessum'. Quod ita est usque in hodiernum diem. Qui regredientes ad reginam, re-

Capp. 9—11. 1. 2.

Cap. 10. a) Ma[d]valensis 2. b) f. n. *om.* 2. c) congregata caterva 2. d) et d. *om.* 1. e) constrtictus(?) 1, *corr.*; constrinctus 2. f) recusat 2. g) *ita* 2; claritate 1. h) *om.* 2. i) Christo 2; a Chr. f. *versu exeunte om.* 1.

Cap. 11. a) gerentur 2. b) episcopi *add.* 1. c) spiritum 2. d) veniri 2. e) cunctos 2. f) Madlialensis 2. g) audiret 2. h) fuerant 2. i) affatur 2. k) *om.* 1. l) quem 2. m) sedilibus 1. n) misericordia 2. o) est d. 2.

1) *Locus in nummo Merowingico* Matovall *vocatus hodie ignotus est; cf. Havet l. l. p.* 10. 2) *Id auctor Cenomanicus concessit, sed Carileffi nomine haec verba adiecit:* Dum hoc agens et ecclesiam facere coepi, quodam die domnus Innocens ipsius parrochiae pontifex ad me veniens me valde increpavit, quare hoc absque eius consilio vel permissu facere auderem sive in rebus, in quibus antecessores sui olim ecclesiam sub eorum iure et dominatione fecerunt, talia facerem: *statimque se suaque omnia episcopis Cenomanicis tradidit sanctus.* 3) *Cunctos Madualenses fines facile recusare poterat sanctus, postquam eam quam monasterium possidebat partem accepit; si etiam hanc recusavisset, magis eius admiranda fuisset modestia.*

nuntiaverunt ei, quae a sancto viro illis fuerant iniuncta. At illa ut prudentissima mulier, Deo gratias de percepta benedictione[a] agens, conticuit. — — —

(12). Inter haec, flentibus fratribus atque psallentibus, sacerdos Domini[a], corpore Christi suscepto, gaudens et exultans emisit spiritum. Ad cuius sancti corporis excubias tantae populorum turbae confluxerant, quantae ad enarrandum lingua non sufficit. Nam in tanta multitudine[b], ut ita dicam, pene totius provintiae nemo fuit, qui illius beneficiis non deberet. Quae enim ibi fuerunt lacrimae, quanti planctus, silebo, ne post annosa[c] curricula novellum dolorem scriptor in-
Iul. 1. cutiam. Cuius sanctum corpusculum die Kalendarum Iuliarum in basilica, quam ipse Domino construxerat, post altaris confinia posuerunt, ubi quid[d] vivens gesserit, usque hodie ossa mortua testantur[e, 1].

Cap. 11. 12. 1. 2.

Cap. 11. a) benedictiones, *exp.* s 2.

Cap. 12. a) Carilephus *add., sed delet.* 2. b) multitudinę 2. c) annos acurricula 2; annos accurricula 1. d) qu:d 1; qui[d] 2. e) testabuntur 2.

VITA LEONARDI CONFESSORIS NOBILIACENSIS.

Leonardus patronus Nobiliacensis vel potius quod ipsius hodie nomen fert oppidi cum per multa saecula memorabile nihil egisset, ex saeculo XI. in. miraculis clarescere coepit[2], *eiusque rei fama non solum loco profuisse videtur, sed etiam Iordano ecclesiae praeposito, quippe qui a.* 1021. *ecclesiae Lemovicinae episcopus electus sit*[3]. *Is igitur episcopus res a sancto suo gestas cognoscere cupiens, Fulbertum episcopum Carnotenum (a.* 1007—1028*) per Hildegarium quendam adiit, ut eius Vitam, si reperiri posset, sibi mitteret*[4]. *Unde colligi licet, librum in bibliothecis neque ecclesiae Lemovicinae neque S. Leonardi a.* 1021—1028. *asservatum fuisse, atque veri non dissimile est, eum tunc omnino non extitisse.*

Biographus licet Leonardum a Remigio ex sacro fonte susceptum esse a testibus veridicis accepisse voluerit, tamen vel pientissimos sancti cultores de aequalitate sua minime persuasit. Qui dum saec. VII. vel VIII. eum attribuunt, saniores critici synodum Wilhelmo Magno duce Aquitaniae († 1030) *vivente celebratam in miraculis Vitae subiectis descriptam esse animadvertentes*[5], *multo magis regressi sunt, scilicet in annos*

1) *In codicibus miracula subsequuntur, quae apud Surium l. l. p.* 41. *leguntur contractiora.* 2) *Ademarus, Hist. II,* 56 *(SS. IV, p.* 142*):* Ea tempestate (*c.* 1010—1020) sanctus Leonardus confessor in Lemovicino et sanctus Antoninus martyr in Cadurcino miraculis coruscabant, et undique populi eo confluebant. 3) *Ademarus l. l. II,* 57: elegit in episcopatus honore Iordanum praepositum ecclesiae sancti Leonardi. 4) *Epistula Hildegarii ad Fulbertum (Migne, Patrol. lat. CXLI, p.* 273*):* Iordanus etiam Lemovicensis episcopus, cui olim suffragium praestitisti apud archiepiscopum Bituricensem, plurima te salute impertiens, rogat suppliciter, ut mittas ei Vitam sancti Leonardi in episcopatu suo quiescentis, ut aiunt; sicubi reperire poteris, pulchre dicas hoc feneratum esse. 5) *Cf. Leo-*

mortem ducis subsequentes [1]. *Itaque quantum asello suo circuiret neque amplius Leonardus, ut Carileffus, a rege accipere circuitumque lapidibus determinandum curare poterat, ut Remigius Hincmarianus, neque mirum est, quod auctori saec. XI. fontes saec. IX. praesto fuerunt.*

Inter absurda, quae a se ipso ficta biographus sermone rhythmico (Germ. 'reimprosa') de Leonardo enarravit, cardo rerum facile animadvertitur, locus scilicet, quem postea ecclesia oppidumque Leonardi occupabant, olim silvester salaque regali munitus, iam 'sub regali decreto' vel 'sub chartulari praecepto' sancto a rege dono datus, unde ut a nobilissimo rege donatus Nobiliacus appellatus esset. Ecclesia si in fisco regio constructa erat, immunitas ei conveniebat, eaque oppido S. Leonardi a regibus Francorum ex a. 1103. privilegiis confirmata est [2].

Ex hac et inutili et recentiore tempore composita Vita ea quae G. H. Pertz b. m. a. 1821. ex codice Mellicensi (2a) [3] *excerpserat edere mihi visum est, collata cum libris, qui postea manu versati sunt, 1a. b. 2b. 3.*

1a) Codex Monacensis n. 22244 (Windb. 44), legendarii Windbergensis volumen V, saec. XII, fol. 162—165'.

1b) Codex Parisiensis n. 5365 (olim Lemov. 204, deinde Reg. 3594 b), saec. XII, fol. 114—117, ante V. Leonardi prologum exhibet: Incipit prologus in vita sancti Leonardi. Sanctorum laudanda memoria quociescumque recitatur — —. Nunc igitur que de beato Leonardo facta vel dicta a senioribus secundum antiquitatem percepimus, in memoriam posterum ad aedificationem fidei exemplaque *(vocabulum abscis.)* tradere non timemus. Explicit prologus, *eundemque in codice monasterii Fuliensium Parisiensis reppererant Bollandiani.*

1c) Codex Rothomagensis U 2, saec. XII, fol. 144'—147', quem locis nonnullis inspexi [4].

2a) Codex Mellicensis R 13, saec. XII. in.

2b) Codex Bruxellensis n. 18650, olim S. Laurentii Leodiensis, saec. XII, fol. 54—63, quem W. Arndt b. m. contulit.

3) Codex Monacensis n. 18625 (Teg. 625), saec. XII, fol. 100—105', mutilus est, quaternione exciso.

4) Codices Trevirensis seminarii R n. I, 12, legendarii S. Maximini volumen Novembrem mensem continens, fol. 49'—53, et

5) Coloniensis archivii n. 171, antea bibliothecae Wallrafianae VI, 13, saec. XV, fol. 189—192', ut deteriores adhibiti non sunt, quamquam vel eos olim contuleram.

Codices quos enumeravi praeter 5 coniuncta cum Vita vel praescriptione disiuncta (ita 1a) exhibent Leonardi miracula, incipientia: Praeterea post transitum sancti Leonardi, *iisque in 1b. c. 4 subscripta sunt haec:* Explicit vita sancti Leonardi (confessoris *add.* 1b). *Singuli autem libri ad eundem finem minime perveniunt, desinentes:*

1a: quod optabat hospicium *(Arbellot p. 293),*
1b: alteram ad sanctum Leonardum *(ib. p. 294),*
1c: fiunt hilares et laeti *(ib. p. 290),*

nardi miracula: Factum est autem quodam tempore, vivente magno Willelmo duce Aquitaniae, cum plurimis videretur dubium, utrum capud sancti Iohannis haberetur apud Angeriacum, precepit ipse comes et dux Willelmus magnam synodum congregari.

1) *'Histoire littéraire de la France' (1746) VII, p. 340.* 2) *Terra exempta, scilicet hodierna S. Leonardi paroecia, nomen 'la franchise' fert; cf. Arbellot p. 258. 266.* 3) *Cf. 'Archiv' III, p. 312.* 4) *Cf. 'N. Arch.' XVIII, p. 609.*

3 *post sex versus propter defectum,*
4: ullis effundere verbis.

Plenum igitur textum ex libris quos vidi solus 1b continet, cum plerique librarii multo ante finem patientiam ruperint.

Postquam Surius, *De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1575, *tom. VI, p.* 116—121, *Leonardi Vitam una cum miraculis (ad verba* compedibus in terram decidentibus abscessit; *Arbellot p.* 293*) ex codicibus 'pressius' descripsit,*

Arbellot, 'Vie de Saint Léonard', Parisiis 1863, *p.* 277—289, *textum Vitae integrum ad novem codices*[1] *bene restituit, addens miracula selecta, eaque quae edidit fide fere inexsuperabili omnia credidit sancti cultor indefessus*[2].

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI LEONARDI[b] CONFESSORIS.[c].

(1).[d] Beatus igitur Leonardus temporibus Anastasii imperatoris in provincia[e] Galliarum claris parentibus extitit natus. Conlaterales[3] vero Clodovei regis Franciae[f] parentes eius erant et inter satellites palatii primatum militiae post regem habebant. Ipse autem rex[g] Clodoveus[h] in primordio suae aetatis secundum morem gentilium fuit[i] paganus, sed per praedicationem sancti Remigii Remensium[k] archiepiscopi[l] ad fidem Christi conversus, factus est christianus. Qui denique[m] secundum verba testium veridicorum puerum Leonardum suscepit de sacro[n] fonte ob parentum nobilium carissimum amorem.

(2). Puer[a] autem Leonardus postquam evasit incrementa puerilia[b], adolescens factus, iuxta consuetudinem parentelae regali[c] noluit implicari militia[d], sed Spiritu[e] divino tactus, potius voluit sequi[f] archipontificis[g] Remigii vestigia. Cuius salutaria monita[h] non ut surdus auditor intendebat, verum[i] ut[k] prudens et[l] futurus seminator in secretarium cordis audita reponebat. Nam sicut[m] praedictus pontifex beatus Remigius olim Francigenis suaserat[n] regibus, ut tale[o] pro Dei[p] honore sanctirent[q] edictum[r], quatinus quotienscumque[s] intrarent aut secus[t] transirent civitatem Remensium[u], quicumque in vinculis seu in carceribus fuissent detenti, confestim sine ullo[v] impedimento dimitterentur[w] liberi, — quod usque hodie conservatur[x]; si quando quippe rex Galliae[y] ad praedictam urbem divertit[z], omnes ex carceribus absoluti exeunt et ad reddendas gratias obviam ei prosiliunt, — ad imitationem ergo[a] boni[b] magistri Remigii[c] Leonardus bonus discipulus hoc ipsum

Cap. 1. 2. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 1. a) *om.* 1*a*; *m. s. XIV. praescr.* Vita sancti L. abbatis 3; *prologum praemisit* 1*b* (*v. supra p.* 395). b) abbatis et *add.* 2*b*. c) *om.* 1*b*. d) *numeri des. codd.* e) provinciis 1*b*. f) Francorum 2*b*. g) C. rex 1*b*. h) Chlod. 2*b*. i) p. f. 3. k) Remorum 2*b*. l) archipontificis (*v. c.* 2, *n.* g) 3. m) *om.* 2*b*. n) *om.* 2*a*.

Cap. 2. a) Verum 2*a*. b) pueria 3. c) n. r. 2*b*. d) militiae 3. e) d. p. t. S. 2*b*. f) s. *post* a. R. 1*b*. g) archiepiscopi 3. h) monitis 2*b*. i) virum 3. k) ut pr. *om.* 2*b*. l) *om.* 1*b*. m) sic 2*a*. n) r. s. 3. o) *ita* 1*b*. 3; talem 1*a*; tali *rell.* p) *om.* 2*a*; amore vel *add.* 3. q) *ita* 1*a*. *b*; scancirent *pr. m.* 3; sancirent *rell.* r) edictum — transirent *om.* 2*a*; ut *add.* 1*b*. s) cumque *om.* 3. t) tr. s. 2*b*. u) ut *add.* 2*a*. v) *om.* 2*a*. w) dimittebantur 1*a*. x) observatur 1*a*. y) Franciae 2*b*. z) divertitur 1*b*. *c*. a) *ita* 1*b*. 2*b*; vero *rell.* b) beatissimi 3. c) similiter *add.* 1*b*.

1) *Codicem Lemovicinum a.* 1522. *exaratum cum Parisiensibus, saec. XII. n.* 5290. 5345. 5365 *(nobis* 1*b)*. 5564, *saec. XIII. n.* 5134. 5348, *saec. XIV. n.* 5336. 5597, *contulit.* 2) *Alteram eiusdem auctoris dissertationem, quae inscribitur 'Vie de saint Léonard ermite et quelques-uns de ses miracles', Rothomagi* 1875, *non vidi.* 3) *I. e. affines.*

expetiit a rege humillimis precibus, quatinus omnes qui in ergastulorum custodia detinerentur, si eos[a] ipse voluisset[b] visitare, omnino solverentur. Quam[c] rem a rege cum benivolentia impetravit, et ubicumque incarceratos esse audiebat, non piger ad eorum[d] absolutionem totis viribùs concurrebat. Sciebat enim scriptum[e] illud[f] verbum[g] euangelicum: *In carcere eram*[h], *et venistis*[i] *ad me; quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* — — — Matth. 25, 36. 40.

(3). Interea dum vir[a] Dei beatus Leonardus pervigil meditaretur in lege Domini die ac nocte, divulgabatur opinio eius apud universos multiplici sermone. Ps. 1, 2. Quapropter rex Franciae[b] ipsum ad se accersiri per[c] honorabiles legatos iussit[d], cui et dixit: 'Leonarde, homo Dei, deprecor te, ut nusquam discedens in palatio meo[e] mecum maneas, quousque infulam pontificalem, sicut dignus es, a me suscipias'. Erat[f] enim iam clericus humilis et mansuetus[f]. Cui sanctus Leonardus respondit: 'Si secundum iura parentum meorum regibus Franciae militare voluissem, obtime scio, bone rex, quia in tua aula inter mediocres non fuissem. — — Magis volo esse[g] in domo Dei abiectus, quam habitare in principum huius mundi domibus'.

(4). — — Devenit[a] Aurelianum, — — cognovit per sancti[b] Spiritus revelationem, se[c] non ibidem amplius commaneri[d], sed potius[e] versus Aquitaniam proficisci[f] regionem — — — —. Prosequitur iter initum[g]; tandem intravit[h] quandam silvam, cui vocabulum est Pavum[1]. Quae denique silva satis erat habundans et[i] plena ferarum, propistereaque[k] reges Galliae atque etiam[l] duces Aquitaniae[m] consueverant in ea ire[n] venatum. In praefata vero silva regalis habebatur sala[2], causa venationis antiquitus praeparata; non longe quidem distabat[o] a civitate Lemovica, sed fere decem intererant miliaria. Veniebat igitur rex[3] singulis annis cum suis iuvenibus et, sicut fertur, saepius comitabatur secum[p] uxor eius. — — —

(5). Ad[4] haec denique[a] beati viri verba catholicus[b] rex respondit: 'Sacratissimae voluntati tuae, homo Dei et[c] amice religionis, habundanter satisfacere possum, quia sub cartulari praecepto tradam[d] tibi istud nemus totum'. Cui beatus Leonardus: 'Non totum', inquid, 'serenissime rex, accipiam, sed partem, postquam exinde[e] tuam sentio largiendi[f] voluntatem'; et adiecit: 'Quantumcumque igitur ex hac silva cum meo[g] asello peragrare potero[h], tantum et non amplius[5] a tua

Capp. 2—5. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 2. a) i. eos 3. b) vellet 1*b*. c) Qua re — impetrata, u. 2*b*. d) a. e. 2*b*. e) *om.* 2*a*. f) istud 1*a*. 2*a*. g) e. v. 1*b*. 3. h) fui 2*b*. i) ad me v. 1*a*. 2*a*.

Cap. 3. a) D. v. 2*a*; v. D. b. L. *om.* 2*b*. b) Francorum 2*b*. c) p. h. l. *post* iussit 3. d) fecerat 2*a*. e) *om.* 1*b*. f) Erat — mansuetus *om.* 3. g) e. a. in d. D. 1*b*; a. e. in d. D. 1*a*.

Cap. 4. a) ad *add.* 3. b) S. s. 3. c) sit 3. d) commanere 3. e) p. v. A. (Aquitanicam 1*a*; Equitanicam 3) 1*a*. *b*. 3; v. A. (Equitaniam 2*a*) potius 2*a*. *b*. f) proficissi 1*a*. g) *ita* 1*a*. *b*. 3; suum 2*a*. *b*. h) in *add.* 3. i) ab 3. k) et propterea 3. l) *om.* 3. m) Aequit. 2*a*; Equit. 3: *item infra.* n) iri 1*b*. o) distans 2*b*. p) *om.* 1*b*.

Cap. 5. a) d. b. v. v. *om.* 2*b*. b) r. c. 2*b*. c) et a. r. *om.* 2*a*. d) dabo, *m. al. superscr.* vel tradam 2*b*. e) exinde etiam l. t. s. promptam esse vol. 2*b*. f) *om.* 1*b*. g) *om.* 3. h) potuero 1*b*.

1) *'La foret de Pauvain' vertit Arbellot l. l. p.* 21. 2) *I. q. domus; v. Ducange h. v.* 3) *Nomina et regis et reginae silentio praetermissa sunt.* 4) *Leonardus cum reginae in partus discrimine positae subvenisset, aurum argentumque, quo eum rex remunerari voluit, recusavit nihilque sibi desiderari dixit, nisi quod 'in aliqua solitudine silvarum, contemptis mundi divitiis, soli Christo famularetur'. Qua modestia quantum lucratus sit, ex insequentibus colligi licet.* 5) *Ex V. Carileffi c.* 10: non amplius se suscepturum recusavit, nisi quantum una die cum asello circuire possit.

celsitudine mihi concedi exopto'. Quod rex sub regali[a] decreto adimplevit, et quicquid ipse circuitione sui[b] aselli comprehendisset, sicut idem vir sanctus expetierat, lapideis terminis[1] concludi praecepit. Non expedit igitur[c] litteris conscribere[d], quantum telluris ipse[e] una nocte equitando[f] valuit concludere; satis quippe habetur[g] adhuc[h] in recordatione[i], quidquid[k] comprehensum sit ex beati[l] viri circuitione.

(6). Postquam autem haec omnia gesta sunt, remansit sanctus Leonardus in eodem loco, quem ei[a] rex praebuerat, videlicet in ipsa[b] nemoris[c] solitudine. Ubi etiam construxit oratorium in honore sancte Dei genitricis Mariae; in sinistro quidem oratorii[d] latere collocavit ad[e] memoriam beati Remigii alterum altare. — — — Adgregavit praeterea secum[f] duos monachos vita et moribus religiosos. — — —

(7). Sed quoniam sua[a] ecclesia fere uno miliario distabat a flumine Vingenna[b·2], videbatur[c] suis monachis esse[d] difficile ad hauriendam aquam ire cottidie. Currit quippe Vingenna[b] in decliva[e] convalle; oratorium vero positum[f] est in monticuli vertice. — — — Confestim[3] puteus recepit aquam indeficientem, quae incolis potum praestat[g] usque in diem[h] praesentem. Appellavit praeterea sanctus Leonardus eundem[i] locum Nobiliacum[4], eo quod a nobilissimo[5] rege sibi[k] esset condonatum[l]. — — —

(8). Extendebatur etenim[a] nomen sanctitatis eius per totam Aquitaniam nec minus[b] per omnem Britanniam[c], transgrediens eciam usque ad[d] Germaniam. — — — Multi[e] vero de longinquis[f] regionibus, ex ergastulis aut ex vinculis liberati per ipsum, requirebant, in quo loco beatus[g] Leonardus haberet hospitium. — — — Quam plures vero ibi remanebant et in morem famulorum servitutis[a] obsequia promittebant[h]. Sed vir Dei magis studebat[i] illis servire, distribuens eis partem ex[k] spatiosa latitudine silvae, quatinus consuescerent vivere[l] potius ex agricultura, quam saecularibus[m] rapinis inhiantes, inreciarentur iterum reclusione obscura. — — —

(9). Praeterea tam mirifica viri[a] sancti magnalia dum saepius et[b] saepius audiuntur in Francia, multi ex[c] eius genealogia[d], alii vero olim ex eiusdem[e] familia, vendentes praedia ceteramque possessionem, cum uxoribus ac[f] filiis per-

Capp. 5—9. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 5. a) regulari praecepto 2*a*. b) a. s. comprehendit 2*b*. c) *om.* 2*a*. *b*. d) conscribere — valuit *om.* 2*a*. e) ipsa nocte 1*b*. f) *om.* 2*b*. g) habet 2*a*. h) *om.* 1*b*. 2*b*. i) recordationem 1*b*. k) quid 3. l) eius *pro* b. v. 2*b*.
Cap. 6. a) r. ei 3. b) ipsius 2*b*. c) s. n. 3. d) l. o. 2*b*. e) in b. R. m. 2*b*. f) d. m. secum 3.
Cap. 7. a) ipsua 1*b*; e. s. 2*b*. b) *ita* 1*b*; Vincenna 3; Vinzenna (1*a*). 2*a*; Wizenna 2*b*. c) videbat 2*a*. d) *om.* 1*b*; d. e. 3. e) cliva 2*b*. f) *ita* 1*a*. *b*; sitùm 2*b*. 3. g) parat 3. h) *ita* 1*a*. *b*; pr. d. 2*a*. *b*. 3. i) ipsum 3. k) habebat *pro* s. e. 2*a*. l) condonatus 3.
Cap. 8. a) *om.* 3. b) etiam *add.* 2*b*. c) Brittanniam 1*b*. 3 *(e corr.)*. d) *om.* 2*b*. e) Multis 1*b*. f) loginquis 1*a*. g) sanctus 3; *om.* 2*b*. h) promittebat 3. i) studeat 3. k) et spaciosam latitudinem 2*b*. l) p. v. 2*b*. m) *om.* 1*b*.
Cap. 9. a) s. v. 1*b*. 3. b) et s. *om.* 1*b*. c) *om.* 2*a*. d) genelogia 3. e) eius 2*b*. f) *ita* 1*a*. *b*; et *rell.*

1) *Cf. V. Remigii auctore Hincmaro c.* 17. 2) *La Vienne fl.* 3) *Postquam scrobem in speciem putei fieri iussit, Leonardus oravit, ut Vincenna fl. sursum conscendens eo sese infunderet.* 4) *Hodie Saint-Léonard (dép. Haute-Vienne).* 5) *Nobiliacus, rectius Novilliacus, ex nomine proprio 'Novellius' originem potius traxit; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Rech. sur l'origine de la propriété foncière' p.* 291.

venerunt[a] usque ad sancti viri habitationem. — — — Igitur post[b] salutaria verba[c] mellifluae praedicationis partitus[d] est inter eos septem portiones suae[e] silvae in funiculo[1] distributionis. Erant enim septem familiae. — — Multitudo praeterea fidelium[f] ex finitimis et longinquis provinciis properabant ad eum, habentes in desiderio fine tenus[g] commanere secum. — — —

(10). Postquam autem placuit altissimo, ut de praesenti egrederetur saeculo, octavo Idus Novembris[a] sanctissima eius[b] anima recepta est in celum[c] ab angelis; Nov. 6. beatissimum vero corpus eius a fidelium turbis sepultum est in ecclesia, quam ipse construxerat[d] ad[e] honorem sanctae[f] Mariae[g] Dei genitricis et[h] perpetuae virginis simulque etiam in[i] memoriam beati Remigii Remensium archipontificis[k]. — — —

Capp. 9. 10. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*. 3.

Cap. 9. a) venerunt (*om.* u.) ad sanctum virum (*om.* h.) 3. b) per 2*a*. c) m. pr. v. 2*a*. d) partus 3. e) silvae suae 2*b*. f) *om.* 2*b*. g) d. ad finem 3.

Cap. 10. a) Octobris 2*b*. b) a. e. 2*a*. *b*. c) caelis 2*b*. d) construxit 1*b*. 2*a*. e) in 1*b*. f) sanctissime 3. g) *ita* 1*a*. *c*. 2*b*; D. g. M. 2*a*. (3); (M. *om.*) D. g. 1*b*. h) *om.* 3. i) ad 3. k) archiepiscopi 3.

VITA VEDASTIS EPISCOPI ATREBATENSIS DUPLEX.

I.

Vita Vedastis[2] *vetustior, inter pretiosissima monumenta hagiographica vulgo enumerata, neque a clerico Atrebatensi neque saec. VI. composita esse potest, nam auctor Atrebatum urbem vel oppidum 'eandem' (c. 8) vel 'illud' (c. 9) neque 'hanc' vel 'hoc' appellans pro indigena minime habendus est, cumque Ionae peculiare elocutionis genus ita subsecutus sit, ut apud utrumque idem miraculum legatur iisdem fere verbis enarratum, saec. VII. aut postea degebat. Erat igitur nisi ipse Columbani biographus, certe imitator eius. Cum autem constet, Ionam Amando episcopo ad fidem christianam praedicandam adiunctum non solum Scaldim fluvium, sed etiam Scarbeam rivum navigasse eo tempore, quo in Columbani*[3] *Vita describenda occupatus erat, i. e. ante a.* 642, *Atrebatum urbem ad eundem rivum sitam navigio tunc facile attigisse poterat. Quare mihi quidem persuasum est, similitudinem eam, quae inter utramque Vitam intercedit, inde ortam esse, quod utraque eodem fere tempore ab uno eodemque auctore condita est, argumentaque, quae ante hos annos proposueram*[4], *vel Ludovicus Duchesne v. c. approbavit*[5]. *Biographus ab expeditione Chlodovechi Alamannica, quam apud Gregorium. H. Fr. II,* 30,

1) *Modus agri; cf. Ducange h. v.* 2) *Ita nomen antiquitus scribebatur* (Vedastis *vel* Vidastis *Greg., H. Fr. VII,* 3), *postea vero* Vedastus, *atque in codicibus Vitae vetustissimis tertiae declinationis formae (A* 1*a nom. et gen.* Vedastis, *acc.* Vedastem; *B* 1. *acc.* V(a)edastem, *abl.* Vedaste) *nondum omnes ab inruente secunda abolitae sunt. Nomen Germanicum productius pronuntiabatur* Widogastes *(ita Prolog. II. Legis Salicae), monente Alfredo Holder viro doctissimo.* 3) *Cf. Praef. V. Columbani.* 4) *'Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' tom. XIV, p.* 427—448. 5) *'Bulletin critique'* 1893, *p.* 456.

parum diligenter legerat, exorsus, incerta tantum fama nititur atque de rebus a Vedaste gestis praeter pauca miracula vix quicquam compertum habuit. Praeterea telam suam tam raptim contexuit, ut quod in praefatione promiserat, id enarrare omnino oblitus sit, scilicet originem sancti, quantaque festinatione ad finem properaverit, vel ex elocutione intellegitur impolita atque rudi. Eam in partem V. Vedastis cum altera eiusdem auctoris, ea scilicet Iohannis Reomaensis, comparanda est, et fortasse ambabus origo est similis: Atrebatenses, ut postea Reomaenses, ab advena litterato petierant, ut memoriam paene oblitteratam patroni posteris traderet. De hoc praeterea nihil traditum neque eius nomen priori Martyrologii Hieronymiani recensioni adscriptum est; posterioris autem codices singuli inter se minime conveniunt, nam dies 6. *Februarii in codice Bernensi sacer est* Vedasti episcopi[1], *dum* 1. *Octobris in Weissenburgensi eius depositio post Remigium commemoratur ita:* In Adravetis depositio beati Vedasti episcopi et confessoris[2], *licet translatio eo ipso die postea celebraretur.*

Codicum Vitae vetustioris genus est duplex. Cum enim biographus, unde sanctus originem duxerit, se enarraturum esse promiserit, neque id praestiterit, interpolator B quae praetermissa esse dolebat ea in calce ipse supplevit; utriusque vero recensionis codices supersunt vetustissimi.

A 1*a*) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 12598, *ex Corbeiensi monasterio olim in Sangermanense translatus ibique n.* 1045. *notatus, formae octavae, saec. VIII. ex., fol.* 28′—32.

A 1*b*) *Codex* *C a r n o t e n u s* *n.* 27 (68), *olim monasterii S. Petri Carnoteni, saec. XII. in., fol.* 108—110.

A 2) *Codex* *A u r e l i a n e n s i s* *n.* 331 (280), *olim S. Benedicti Floriacensis, saec. XI. in., pag.* 291—294.

A 2*) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 5595 *(Colb.* 5426, *Regius* $4_{3.3}27$*), post V. Remigii saec. X. ex. exaratam (v. supra p.* 246*) fol.* 87—87′. *'De sancto Vedasto lectiones V' saec. XI. scriptas continet, incipiens c.* 1: Venerandi viri Vedasti *desinensque c.* 4: studebat et docebat. *Cum his verbis in libro praecedenti m. al.* finit *additum sit, cumque locus c.* 3. Ibique — recepit *in utroque desideretur, manifestum est, lectiones e codice integro A* 2 *depromptas esse.*

A 3*a*) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 5304 *(Colb.* 184, *Regius* 3393[4]*), saec. XI, fol.* 36 —36′, *a verbis c.* 4. impletam orationem *incipit mutilus, folio exciso.*

A 3*b*) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 5365 *(olim Lemov. n.* 204, *deinde Regius* 3594^{b}_{1}*), saec. XII, fol.* 89—90, *membrana laesa, frequenter hiat.*

A 3*c*) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 5306 *(Colb.* 775, *Regius* $36_{4}54$*), saec. XIV, fol.* 71—72′.

B 1) *Codex* *M o n t e p e s s u l a n u s* *H.* 55, *ex monasterio S. Stephani Augustodunensi in bibliothecam Iohannis Boherii consiliarii Divionensis olim illatus ibique B* 8. *notatus, saec. VIII/IX, fol.* 41—45, *manu importuna postea ita correctus est, ut scriptura primaria non paucis locis perierit.*

B 2*a*) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 5308 *(olim Chesnii, deinde Colb.* 18 *et Regius* $359^{2}3$*), saec. XII, fol.* 107—108′.

B 2*b*) *Codex* *B e r o l i n e n s i s* *n.* 122, *inter Phillippsianos n.* 1875, *e bibliotheca Collegii Parisiensis Soc. Iesu in Meermannianam olim translatus, saec. XIII, fol.* 117′.

B 3*a. b*) *Codices* *V e d a s t i n i* *ab Henschenio adhibiti ampliorem interpolationem ad patriam sancti spectantem exhibebant, quae Vitae in AA. SS. subiecta est, in alterutro autem codice,* *A t r e b a t e n s i* *scilicet n.* 573[3], *saec. XIII, post prologum (incip.* Omnium

1) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [17]. 2) *Ib. p.* [128]. 3) *V. Arbellot in opusc. infra cit. p.* 43.

sanctorum, *ut in editione) legitur, praescriptis verbis:* Incipit alius prologus in vita beatissimi Vedasti. *Locum alterius prologi etiam in interpolato libri Alcuiniani codice Atrebatensi n.* 380, *saec. XIV, additamentum illud (inc.* Aquitania montem) *obtinet.*

Locus ad originem sepulchrumque Vedastis spectans, qui in calce recensionis B legitur, a verbis praefationis exorditur; ea autem tam male disposita exhibet, ut expilatorem ea quae expilavit minime intellexisse manifestum sit:

Praefatio (c. 1).	*B in fine (c. 10).*
Vedasti — memoriam posteris commendare ratum ducimus, ut, unde originem duxerit, vel sane vitae cursum peregerit, quemque finem habuerit, prosequi studiamus verbis.	Nam, sicut superius memoravimus, ut, unde originem duxerit, ratum ducimus, Tullinse ortum genere oriundus fuit.

Eodem modo in toto additamento illo auctorem grammatica deseruit, neque elocutionis Ionae propriae vestigium illic apparet. Ea quae praeterea plura exhibet B utrum interpolata an praetermissa sint, parum liquet:

c. 1. in magnis ac [in *add. B*] minimis,
c. 7. adtonitus [beatus *add. B*],
ib. Cui [Cum *B*] venerandus vir Vedastus, [qui dum esset summus pontifex et terrena non metuens, nec regem adolationis curavit *add. B*], ait,
c. 9. Heu me, [heu me *add. B*],
ib. deportare, [dulcissime pater, *add. B*],
c. 10. Cum subito visum est, ut — consumeret, [cum subito *add. B*] — cellola incolomis remansit.

Attamen animadvertendum est, non pauca epitheta ornantia verbaque iterata, quae ad textum intellegendum opus non sunt, inter illa deprehendi. E contrario quae a B absunt solaque in A leguntur:

c. 10. ut virtutis suae [ex suffragatione suae *om. B, habet A*] muneris monimentum viventibus reliqueret *(scil. Deus)*,

verbis ex suffragatione suae *egere non licet, cum genetivus* muneris *inde pendeat, atque ea patet per homoeoteleuton praetermissa esse. Denique ubi A. B inter se discrepant loco c. 7:*

corda infidelium] *A* (*cf. V. Columb. c.* 27: animas sacrificantium); corda hominum Dei *B*,

textus tam insipienter in B immutatus est, ut in contrarium versa ea videantur, quae scripserat biographus, atque doxologiam ampliorem recensionis B interpolatam esse, comparata Ionae consuetudine, facile intellegitur[1].

Itaque, utraque recensione inter se discrepante, textus ad codices A et praecipue ad vetustissimum A 1a *formandus erat, qui licet mendis hiatibusque non careat, tamen reliquos longe superat. Liber enim A* 2 *haud raro ita retractatus est, ut omnino diversa praebeat, et A* 3a. b. c, *e quibus A* 3b. c *propinquiore affinitate inter se coniuncti sunt, ex eodem exemplari interpolato hianteque pendent. Consentiente libro A* 1a *cum A* 2, *vera lectio non semper efficitur*[2], *neque calculo B adiecto, res ubique deciditur, cum libri*

1) *Classes singulae ita desinunt:*

A.	*B.*
cui est gloria et imperium *(ita A* 1a*; honor* et i. *A* 1b*;* honor et gl. *A* 3a. c*)* in saecula saeculorum. Amen.	cui est honor, laus, virtus, gloria, regnum sempiternum nunc et per infinita saecula saeculorum. Amen.

Cf. V. Ioh. Reom.: cui est honor et gloria in seculorum secula. Amen; *V. Columb. et Eustas.:* cui est gloria (virtus et honor *V. Eust.*) per omnia s. s. A. 2) *Cf. c.* 7: ritu sacrificata] *rell., ut supra;* ritu sacrata *A* 1a. 2.

A 2. B mendis inquinati esse videantur iisdem[1]. *Attamen plerumque lectiones codicis A 1a altera recensione, imprimis vetustissimo codice B 1, confirmantur, cum interpolator stolidus non multa immutaverit aut addiderit aut omiserit, sed tradita fere servaverit, nisi quod elocutionem suam magis corruptam intulit. Ideo in orthographicis licet A 1a. B 1. nonnumquam conveniant*[2], *hic tamen plura commisit menda, veluti acc. pl. decl. 2. per* us *fere scripsit; nos autem codicis A 1a scribendi rationem admisimus, exceptis lectionibus* inperavit, prophanis, beatisimi, *omnique eiusmodi suppressa discrepantia. Praeterea lectiones variantes ex utroque libro plenas adnotavimus, codicum autem A 2. 3a. b. c. B 2a. b peculiaria singula suppressimus et A 1b, codicis A 1a affinem degeneratum, nisi raro non consuluimus. Codices ipse contuli praeter paginam libri A 2 errore a me praetermissam, quam, intercedente Henrico Omont v. c., a Cuissard bibliothecario Aurelianensi collatam accepi.*

Du Chesne, Historiae Francorum scriptores coaetanei, Parisiis 1636, *tom. I, p.* 523. 524, *Vitae partem e codice B 2a publici iuris fecit. Totum vero librum*

G. Henschenius, Acta Sanctorum, Antverpiae 1658, *Febr. tom. I, p.* 792—794 (= *Ghesquierus, Acta Sanctorum Belgii* 1784, *II, p.* 38—42) *primus edidit, usus codicibus B* 3 *et editione praecedente.*

H. v. Schubert, 'Die Unterwerfung der Alamannen unter die Franken', Argentorati 1884, *p.* 210—222, *codicem B* 1 *imprimendum curavit.*

Ultimus editor, Arbellot, 'Dissertation sur le lieu de naissance de Saint Vaast suivie de l'ancienne vie du saint', Parisiis 1886, *p.* 59—75, *utriusque quidem recensionis codices adhibuit, scilicet Parisienses A 1a. 3a. b. c. B 2a, sed artis edendi imperitus utile nihil praestare potuit.*

II.

Vedastes in ecclesia maiore Atrebatensi sepultus quamvis invitus, extra muros civitatis requiescere maluerat, scilicet in oratorio, quod ad Criencium fluviolum situm ligneis tabulis ipse construxerat. Hic autem, in suburbio Atrebatensi, monasterium celeberrimum postea florebat, eius nomini dedicatum, quod a. 7. *Theoderici regis, i. e.* 682. *p. Chr., conditum esse monachus Vedastinus c. a.* 839. *affirmavit*[3]. *Locus a scriptoribus domesticis Nobiliacus appellatus iam saec. IX. ita accreverat, ut urbis obsoletae nomine et ipse appellaretur*[4]. *Unde urbs duplex exorta est: maior regia ('la ville') monasterium, minor episcopalis ('la cité') ecclesiam maiorem S. Mariae dicatam ambiebat, utramque autem murus disiungebat*[5]. *Rado abbas*[6], *qui apud Karolum Magnum notarii, deinde cancellarii munere functus inter a.* 790—808. *monasterio praeerat, postquam ecclesiam S. Vedastis concrematam multo pulchriorem renovavit, arasque metallis vestiri sarcophagumque patroni fabricari iubens eam exornavit, Alcuinum amicum*[7] *adiit, ut sibi versus*

1) *Cf. c.* 1: verum] ut cum *A* 2; utrum *pr. m. B* 1; *c.* 2: ab utroque] *A* 1*a. b.* 3*b. c*; (h)ac u. *A* 2. *B* 1. 2*a. b.* 2) *E. gr.* caeleberrimae, caeler; relegionis; faverit, properarit; aurire; commitaretur, ferrocem *A* 1*a. B* 1. 3) *Cf. Catalogum abbatum (SS. XIII, p.* 382*).* 4) *Cf. V. Vedasti C (infra p.* 426, *l.* 31*)*: Nobiliacus — — procedente tempore tam insignis effectus, ut urbis nomine, quae iam ruinis crebrioribus paene obsoluerat, vocitetur. 5) *Cf. Merian, Topographia circuli Burgundici, Francofurti* 1654, *p.* 195. 6) *Is, monente Theodoro Sickel, Acta Karolinorum I,* 78 *sqq., a.* 772. *notarius, a.* 776—794. *et fortasse ad a.* 797. *cancellarius palatio adiunctus, iam vero a.* 790. *ab Hadriano papa 'protonotarius atque abbas' appellatus est, Radoque 'abbas et ambasciator' a.* 794. *chartae regiae notis Tironianis subscripsit. Monasterium eum a.* 790—808, *quo obiit, gubernasse, non solum ex Chron. Vedastino (SS. XIII, p.* 705 *sq.) intellegitur, sed etiam ex Catalogo abbatum, quem paulo post Adalungum Radonis successorem defunctum, Ludovico Pio imperante, litteris mandatum esse demonstravit O. Holder-Egger v. c. (l. c. p.* 382*).* 7) *Cf. E. Dümmler, 'N. Arch.' XVIII, p.* 59.

in parietibus altaribusque inscribendos[1] *componeret homiliamque die natali sancti legendam. Qui cum illos transmisit, huic dictandae nondum vacaverat*[2]; *postea autem fidem solvit, immo aliam quae Vedastinis incumbebat suscepit curam haud minimam. In Vita enim patroni non tam vestis sordida displicebat quam locus, ubi de sepultura agitur; quomodo enim in monasterio esse poterat corpus in ecclesia maiore sepultum? Iussu Radonis 'Albinus levita', quod 'inter notos et filios ecclesiae' Alcuinus habebat nomen*[3], *Vitam vetustam emendavit vel potius ea usus novam composuit, praemittens epistulam, in qua, quomodo monasterium recte gubernari posset, abbatem docuit respectu temporum periculosorum, pseudodoctoribus exsurgentibus. Cum rerum quas enarraverat naturam Ionas minime excussisset, emendator ubique latissime perscripsit, quibus de causis singulae res gestae essent vel potius esse potuissent; locum autem famosum tam perfecte purgavit, ut in perpetuum consultum esse videretur Vedastinis. Legebant enim, sanctum in ipso oratorio sepultum esse, ubi non sepultus erat ad Vitam vetustiorem.*

Cum autem bonis operibus diabolus semper invideat, non multo post Alcuinum a. 804. *defunctum nebulo quidam et fortasse clericus Atrebatensis locum castigatum in eam formam redegit (B), quam habuerat in Vita vetustiore, atque Vedastini ipsi, quin corpus patroni possiderent, dubitasse videntur: 'ferebatur enim a maioribus neminem nosse, quonam in loco sepultus esset'*[4]. *Id saec. IX. medio eo magis dolendum erat, quod, Normannis inruentibus, iam patrocinio carebat monasterium; cum vero scriptum sit: 'Quaerite et invenietis', et quaesiverunt et invenerunt thesaurum pretiosissimum, qui die* 2. *Iulii a.* 852.[4] *levatus est. Quaestio illa, quam Alcuinus nimis audacter solverat, tunc denuo tractabatur, Vedastinique cum sanctum legerent in ecclesia maiore sepultum esse, recte concluserunt, eum in monasterio esse non posse, nisi translatum illuc esset. Ideo translationem tempore Autberti episcopi Cameracensis factam ingeniose finxerunt, eoque artificio ea quae Ionas de sepultura enarraverat servari poterant (C). Testimonia autem attulerunt uberrima, scilicet relationem et maiorum et innumerabilium hominum praesentium, quin immo inspectionem oculatam neque vero scripta: atque haec sustinere audebant, qui affirmarent, miracula per annos ferme* 160. *patrata memoriae minime tradita esse. Translatio, quae die* 1. *Octobris celebratur, in Chron. Vedastino a.* 687, *alibi a.* 686. *attributa est*[5], *ideoque usque ad elevationem re vera ferme* 160. *praeterierant anni, rotundo scilicet numero. Alterum quod ad eam spectat documentum item fictum est, privilegium scilicet, quo Vindicianus Cameracensis vel Atrebatensis episcopus confirmans*[6], *quidquid Theodericus rex contulisset 'Nobiliaco monasterio*[7], *ubi sanctus Vedastus corpore quiescit', regiis sumptibus constructum illud ex potestate civitatis episcopalis exemisse fertur.*

Ita factum est, ut libri Alcuiniani triplex codicum genus ad nos pervenerit distinctum loco sepulturae: is enim in primo (A) est oratorium, in secundo (B) ecclesia maior eademque in tertio (C): ibi vero, addita translatione, domesticis monasterii utilitatibus prospectum est.

A 1) *Codex Merseburgensis capituli cathedralis n.* 105, *formae octavae, fol.* 105, *saec. IX, bipartitus primum de S. Martino scripta Severi aliorumque (fol.* 1—83*), deinde scriptura simili Anglosaxonicae exaratas*

1) *Eos edidit E. Dümmler, MG. Poetae I, p.* 308. 309. 2) *Alcuini epistulam ad Vedastinos datam ed. E. Dümmler in Bibliotheca Iafféana VI, p.* 731, *et MG. Ep. IV, p.* 455. 3) *V. E. Dümmler, Bibliotheca VI, p.* 582; *Poetae I, p.* 160. 4) *Mirac. S. Vedast. auct. Ulmaro, SS. XIII, p.* 399. 5) *Cf. SS. XIII, p.* 696. 6) *Ed. Pardessus, Dipl. II, p.* 180; *SS. XIII, p.* 697. 7) *Ita etiam in privilegiis Karoli Calvi a.* 867. 876 *(Bouquet VIII, p.* 604. 652*) monasterium appellatur.*

fol. 85—100′. *V. Vedastis et*

fol. 101′—105. *homiliam die natali sancti dicendam continet.*

In hoc solo libro capita numeris antiquis ÇI, ÇII, ÇIII *distincta sunt, quorum usum vix crederes ad Alcuini aevum pervenisse.*

A 2) *Codex* *Sangallensis* *n.* 563, *saec. IX/X, p.* 180—202. *Vitam cum epistula continet, sed homilia desideratur.*

A 3) *Codex* *Romanus* *bibliothecae Victoris Emanuelis, antea Farfensis n.* 29 *(*341*), saec. IX, fol.* 279—286. *Vitam, fol.* 286′. *homiliam exhibet, quae mutila in verbis* cum pio patre *desinit. Folia ultima humore admodum confecta sunt.*

A 4) *Codex* *Bruxellensis* *n.* 7984, *saec. X, olim Weissenburgensis, deinde Molshemensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis, ibique notatus P. ms.* 20, *fol.* 40′—48′.

A 5a) *Codex* *Sangallensis* *n.* 551, *saec. X, p.* 174—210, *praescriptionibus capitum caret, spatio relicto.*

A 5b) *Codex* *Vindobonensis* *n.* 430 *(olim Salisb.* 404*), saec. XI, fol.* 50′—58.

A 5c) *Codices* *Berolinensis* *theol. lat. Fol.* 267, *saec. XII, olim Springirsbacensis, fol.* 130′—135′, *ubi praescriptiones collectae laterculi loco Vitam ducunt, et*

A 5c*) *Trevirensis* *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1151, *Num. Loc.* 453 *(antea n.* 962*), legendarii S. Maximini tomus II, saec. XIII, fol.* 15′—19, *ubi praescriptiones desiderantur neque capita distincta sunt, verba* Consilioque — sepelirent patrem *praetermittunt, cum locus sepulturae extra civitatem situs displicuisset.*

A 6a) *Codex* *Catalaunensis* *n.* 56 *(*60*), saec. XI/XII, fol.* 137—146.

A 6b) *Codex* *Vindobonensis* *n.* 577 *(antea Hist. eccl.* 138*), saec. XI/XII, olim Altahensis inferioris monasterii annoque* 1263. *Fürstenfeldensi dono datus, fol.* 72 —83. *Vitam, fol.* 83—86. *homiliam continet, cui subscripta sunt:* Explicit vita beatissimi Vedasti. *Praescriptiones desiderantur.*

A 6b*) *Codex* *Monacensis* *n.* 22244 *(Windb.* 44*), saec. XII, legendarii Windbergensis volumen V, fol.* 26—30, *cui item praescriptiones desunt.*

A 6c) *Codex* *Coloniensis* *archivi urbani n.* 163, *olim S. Iacobi Leodiensis, deinde bibliothecae Wallrafianae VI,* 18, *saec. XI/XII, fol.* 160—164.

A 6d) *Codex* *Parisiensis* *n.* 3788 *(Colb.* 801, *Regius* 3863$_{10}$*), saec. XII, fol.* 145 —148′, *Vitam cum epistula continet, sermone immutato.*

B 1) *Codex* *Vindobonensis* *n.* 550 *(olim Hist. lat.* 29, *deinde Hist. eccl.* 123*), saec. IX. vel X*[1], *Vitam homiliamque continet, quas Alcuini versus de S. Vedaste excipiunt*[2]. *Praescriptiones capitum finemque Vitae ab editione Henscheniana discrepantem edidit qui codicem accurate descripsit Lambecius*[3].

B 2) *Codex* *Luxemburgensis* *bibliothecae urbanae n.* 97 *(antea n.* 35*), saec. X, olim S. Willibrordi Epternacensis, fol.* 168—178. *Vitam, fol.* 178—180′. *homiliam exhibet.*

In melioribus classis C libris epistula Alcuini adest et Vitam homiliamque miracula subsequuntur, ab O. Holder-Egger v. c. ad alios codices edita[4].

C 1) *Codex* *Sangallensis* *n.* 559, *saec. XI, p.* 190—218. *Vitam cum epistula, p.* 218—223. Item miracula eiusdem sancti viri nuper edita (*incip. I.* Sane quae nuper) *continet.*

C 1*) *Codex* *Trevirensis* *bibliothecae urbanae Cat. mss.* 1376, *Num. Loc.* 141 *(antea n.* 578. *et* 394*), a.* 1509. *in monasterio S. Mathiae extra muros Trevirenses sito*

1) *Eum saec. IX. G. H. Pertz b. m., insequenti E. Dümmler v. c. attribuit.* 2) *Cf. MG. Poetae I,* 167. 3) *Kollarius, Analecta Monumentorum omnis aevi Vindobonensia, Vindobonae* 1761, *tom. I, p.* 633 *sqq.* 4) *SS. XIII, p.* 397 *sqq.*

exaratus, Vitam absque epistula, deinde miracula (praescr. De virtutibus sancti Vedasti*), tum homiliam exhibet.*

C 2a) Codex Remensis n. 785. 795, *saec. XI, olim S. Theoderici Remensis, continet in tres libros distributa*

fol. 161′—169. *I. Vitam cum epistula,*

fol. 169—171′. *II.* Pauca de miraculis sancti Vedasti ab Haimino magistro edita, *quae Alcuini homilia versiculique*[1] *ad Radonem excipiunt,*

fol. 173—180′. *III. Miracula ab Ulmaro conscripta, qui auctor*[2] *citatur in subscriptione hac:* Explicit pauca de miraculis sancti Vedasti, edita a venerabili Ulmaro monacho et presbytero. *Ea in verbis* honorifice celebratur *desinentia et relationem corporis e Bellovaco (SS. XIII, p.* 402 *sqq.) et miracula Bellovaci facta (AA. SS. Febr. I, p.* 810—812*) comprehendunt.*

Laterculi capitum tres inter Alcuini epistulam Vitamque positi sunt.

C 2b) Codex Rothomagensis U 3, *saec. XI, olim Fiscamnensis, fol.* 54—55′, *mutilus a verbis* Ita et sanctus Vedastus *(c.* 3*) incipit, folio exciso, neque miracula continet.*

C 2c) Codex Bruxellensis n. 7487—91, *saec. XIII, antea Musei Bollandiani, ibique notatus Q. ms.* 21, *fol.* 38′—41′. *Vitam subsequente epistula (fol.* 42—42′*), fol.* 42′. *homiliam, hanc vero non integram continet, folio exciso.*

C 2d) Codex Bruxellensis n. 9636—7, *saec. XI/XII, olim S. Laurentii Leodiensis, ibique notatus* $\frac{M\ M}{4-3}$, *deinde* $\frac{L\ L}{4-2}$, *fol.* 201—204′. *Vitam solam exhibet, parum diligenter transcriptam.*

Codices quos ad recensendum textum adhibui uniuscuiusque classis praestantiores A 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1 *inter se ita consonant, ut gravior lectionum discrepantia nisi in calce Vitae inter eos non existat, cumque plerique saec. IX. vel X. exarati sint, fere certum est, librum ita traditum esse, ut eum auctor ipse ediderat. Menda autem grammatica quae in eo deprehenduntur non pauca, velut genera passim non recte distincta*[3]*, amanuensi vitio dari possent, si dictando Vita exorta esset; quod cum in hac retractatione minus probabile sit, eorum opinio confirmatur, qui Alcuinum contenderunt haud ita perfectam habuisse linguae Latinae notitiam*[4]*. Codices praeter A* 3 *et B* 1 *ab O. Holder-Egger v. c. et a G. H. Pertz b. m. collatos ipse contuli librique A* 1 *vel orthographica ea quae in textum non admiseram in apparatum rettuli. Epistula, quae a plerisque Vitae codicibus abest, in nonnullis epistularum collectionibus legitur, neque vero hi libri quicquam boni continent, quod in nostris A* 2. *C* 1. 2*a.c non reperiatur. Codices C* 2 *praeter C* 2*a etiam cum exeuntè Vita contuli neque vero curavi eos singillatim discrepantes.*

Hanc S. Vedastis Vitam e codice classis C 2 *primus eruit Laurentius Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae* 1576, *tom. I, p.* 900—907, *eundemque textum interpolatum Henschenius l. l. p.* 794—799 *(= Ghesquierus l. l.*

1) *Ed. MG. Poetae I, p.* 312. 2) *Eius nomen in iis quos adhibuerat codicibus non repperit O. Holder-Egger; v. SS. XIII, p.* 396. 3) *E. gr.* eum (= id) *bis;* auguriae, duo, grex *fem.;* pagum, thesaurum, uterum *neutr.;* exequia *neutr.* 4) *Cf. Wattenbach, 'GQ.' I, p.* 162[6]*; Sickel, 'Alcuinstudien' ('SB. d. phil.-hist. Classe d. Akad. d. Wissensch.', Vindobonae* 1875, *p.* 543*). Ex iis quos E. Dümmler, 'Alchvinstudien' ('SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin, phil.-hist. Classe'* 1891, *p.* 499*) collegit locis intellegitur, notariorum incuriae menda imputare Alcuino libuisse; mea autem opinione epistolographus ea exceptione minime absolvitur, nam si omnia dictasset neque dictata relegisset, inauditae neglegentiae reus esset, id quod in tam celeberrimo praeceptore vix praesumendum est.*

II, p. 44—61*) proposuit, etsi is praeter codices C, scilicet Audomarensem n.* 716, *saec. XII. unumque Antverpiensem (nobis C* 2*c), habebat etiam libros A, scilicet Antverpiensem alterum (nobis A* 4*), S. Maximini Trevirensem (nobis A* 5*c*), Marchianensem fortasse ad A* 6 *pertinentem. Inter Alcuini opera eam ediderunt Andreas du Chesne (= Quercetanus), Parisiis* 1617, *p.* 1403—1420, *ad Surium, Frobenius, Ratisbonae* 1777, *II, p.* 163—172 *(= Migne, Patrologia latina CI, p.* 664 *sqq.), ad Henschenium eundemque, atque etiam in Bedae opera (Coloniae Agrippinae* 1688, *tom. III, p.* 191 —199*), nescio quo pacto, admissa Vita absque epistula ad codicem meliorem classis A recensita est una cum homilia, quae ibi facit caput* 10.

B. Krusch.

I.

INCIPIT[a] VITA SANCTI AC BEATISSIMI VEDASTI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

(1).[b] Dum[c] sanctorum presolum[1] gloria[d] potissimo[e] semper iure ac solerti[f] indagatione vel imitando exemplo[g] vel litterarum seriae[h] memoriae[i] est conmendando[k], ut clare prorsus lucae reddita ad sui cultus imitationem delinquentium animus studeant[l] provocare, quatenus non solum sibi mercedis[m] lucra affatim cumpilata[n], verum[o] etiam aliorum profecto quoadunata[p] congaudeant: eritque aequus[q] arbiter[r] rerum sator[s] aeternus, ut, qui illis solamina[t] ad augendam relegionis copiam[u] tribuit, imitatoribus supplimentum perficiendi praebere[v] non abnuat[w]. Nec fastidire quispiam debet[x], si in aliquibus rebus, que exiguae hominibus videantur[y], supernae[z] virtutis indicia[a] suffragare[b], cum crebro in magnis ac[c] minimis[d] rectus arbiter et pensando subveniat et subveniendo, ut in maioribus convalescant, prestet auxilium. Venerandi ergo viri Vedasti pontificis Atrapatum[e] urbis memoriam posteris[f] commendare ratum ducimus, ut, unde originem duxerit, vel sane vitae cursum[g] peregerit, quemque[h] finem habuerit, prosequi studiamus[i] verbis[k].

(2). Igitur cum inclitus Francorum rex Chlodoveus[a] omni industria sollers Francis regnaret[b], evenit, ut quodam in tempore inter incendia bellorum

I. Capp. 1. 2. *A* 1*a*. 2. 3*b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 1. a) *ita A* 1*a*. *B* 1 (*ubi* Incipit *deest*); Incipit vita sancti Vedasti (Atrabatensis *add. B* 2*a*) episcopi et confessoris (et c. *om. B* 2*b*; cuius corpus Atrebato quiescit et est celebracio eius VIII. Idus Febr. *add. A* 3*c*) *A* 3*c*. *B* 2*a*. *b*; Incipit vita sancti Ve| *A* 3*b (mutilus);* Eodem diae vita sancti Vedasti episcopi *A* 2; *folio exciso, prior vitae pars (ad p.* 408, *l.* 22. post*) deest A* 3*a*. b) *numeri des. codd.* c) *om. A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*; Cum *B* 2*a*. d) gl. p. s. *om. A* 1*a*; gloriam *B* 1. e) potissimum *A* 1*b*. 2. f) solertim *B* 1. g) *ita B* 1 *cum V. Columb.*; exempla *B* 2*b*; exemplum *A* 1*a*. 2. h) serae *B* 1, *corr.* i) *om. A* 1*a*; memoria *B* 2*b*. k) *ita V. Col.*; commendando *corr.* commendanda *A* 1*a*; commendand(um *eras.*) *B* 1; commendanda *rell.* l) nt *eras. B* 1; studeat *B* 2*a*. m) marcedes *pr. m. A* 2; merdi *pr. m. B* 1. n) *ita A* 1*a*; (centu *m. al. in ras.*)pilata *B* 1; copulata *A* 2. o) ut cum *pro* verum *A* 2; utrum *pr. m. B* 1. p) quodadunata *pr. m. A* 2. *B* 1 (*cf. c.* 7); coadunata *A* 1*a*; coad:unato *B* 2*b*; adunato *A* 3*c*. q) equ:s *m. al. corr.* equus *B* 1. r) arbit:rum *corr.* arbiter rerum *A* 1*a*. s) sat[9] *pr. m. B* 1. t) sol&mina? *pr. m. B* 1; solamen *A* 3*b*. *c*. u) cupuam *pr. m. B* 1. v) praeberi *pr. m. A* 1*a*. w) nuat *pr. m. B* 1. x) debeat *A* 2; d:git *pr. m. B* 1; deget *B* 2*a*. y) videntur *A* 3*b*. *c*. z) superni *pr. m. B* 1. a) iudicia *B* 1. (2*b*) (*non B* 2*a*). b) *ita A* 1*a et pr. m. A* 2; suffragari *rell.* c) in *add. B* 1. 2*a*. *b*. d) nimiis *A* 1*a*, *corr.* e) *ita A* 1*a*; Atrabatum *A* 3*b*. *B*2*a*; Atravatum *B* 1; Attravatum *A* 2; Travatum *B* 2*b*; Atrebati *A* 3*c*. f) posteres *pr. m. B* 1. g) per *add.*, *sed delet. A* 1*a*. h) quamque *B* 1. i) *corr.* studeamus *A* 1*a et sic A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*; studimus *m. al. corr.* studemus *B* 1 *et sic A* 2; studuimus *B* 2*a*. k) verbum *pr. m. B* 1, *ut infra.*

Cap. 2. a) Clodoveus *A* 3*b*. *c*. b) renavit *pr. m. B* 1; regnavit *B* 2*a*; imperaret *A* 2.

1) *Verbis fere eisdem Ionas in Praef. V. Columbani utitur.*

adversum[a] Alamannos[b] gentem* ferrocem bellaturus pergerit. Quo cum venisset ab[c] utroque acies, et[d] nisi obvium hostem habuisset, Reni[e] alveum[f] transire vellit[g], cumque[h] ergo utrumque hostium chunei[i] adstarent, et tam Franci quam Alamanni ad mutuam caedem inhierent[k], commisso proelio, ita vehemens[l] terror Chlodovei[m] animum obrepserat[n], ut in ea pugna seviendi[o] finem horrenda anxietate trucinaret. Cumque ergo suos paene ad internitionem[p] obpremi[q] cerneret[r], tandem divino fultus auxilio[s] in animum[t], oculosque ad caelum elevatos adtollit[u]: 'Unice', inquid, 'potestatis ac maiestatis Deus, quem Chlodchildis[v], conlateranea[w] mea, confitetur, quemque humile[x] precae diae[y] noctuque supplicare non cessat, tu[z] mihi hodie hoc[a] de hostibus[b] concede victoriam, ut et ego[c] te deinceps et[d] corde credendo teneam[e] et adorem'. Cumque his[f] huiusmodi precibus rerum auctorem pulsaret, cessit[g] tandem hostis[h] terga vertendo[i] victoriam[k] Chlodoveo[1]. Victor deinde Alamannos[m] cum rege[1] in dicionem coepit, ovansque ad patria[n] festinus rediens, ad Tullum opidum venit. Greg., H. Fr. II, 30.

(3). Et cum iam desiderium reteneret[a], ut caeler[b] ad baptismi gratiam confugiret[c], sciscitando conperit, inibi[d] beatum Vedastem[e] sub relegionis[f] cultu vitam degere, quem mox sibi[g] itinere iunxit. Cum[h] pariter pergerent, quadam diae venerunt in pago[i] Vungense[k, 2] ad locum qui dicitur Grandeponte, iuxta villa Riguliaco[l, 3], super fluvium Axona[m]. Obvium[n] habens caecum[o], multorum annorum

*) scilicet fallacem nec non et *add.* *A* 3*c*.

I. Capp. 2. 3. *A* 1*a*. 2. 3*b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 2. a) adversus *A* 2. 3*c*. *B* 2*b*. b) Alamannus *pr. m.* *B* 1; Alamandos *A* 3*b*; Alamannorum *A* 2. c) *ita* *A* 1*a*. *b*. 3*b*. *c*; hac *B* 1; ac *A* 2. *B* 2*a*. *b*. d) *eras.* *B* 1; *om.* *B* 2*b*. e) Rheni *B* 2*a*; regni *A* 3*c*. f) alitum *A* 3*b*; illius fines *pro* a. *A* 3*c*; alveum — adstarent et *om.* *B* 2*a*. g) *summo folio abscisso, hic illic hiat* *A* 3*b*. h) que *om.* *A* 2. 3*c*; que ergo *om.* *B* 2*b*. i) chuni? *pr. m.* *A* 1*a*. k) *ita pr. m.* *A* 1*a*; inirent *A* 1*b*; instarent *A* 3*c*; inhiarent *rell.* l) vie hemens *A* 1*a*. m) *ita* *A* 2; Chodovei *corr.* Chlodovei *A* 1*a*; Chodevei *B* 1; Chlodovii *B* 2*a*; Clodovei *A* 3*c*. *B* 2*b*. n) *ita* *A* 1*a*. *B* 2*a*; obreserat *B* 1; obpresserat *A* 2; oppresserat *B* 2*b*. o) se vivendi *B* 2*a*. *b*; seu iniendo *pr. m.* *A* 2; *hiat* *A* 3*b*. p) internicione *B* 1; (i)nternecione *A* 3*b*. q) *ita* *B* 1; opprime *pr. m.* *A* 1*a*. r) cernere *pr. m.* *B* 1. s) auxio *pr. m.* *B* 1. t) *ita* *A* 1*a*. 2. *B* 2*b*; animo *rell.* u) attulit *A* 2 *(in ras.)*; adtollens *A* 3*b*; attollens *A* 3*c*. v) *ita* *A* 1*a*; Chlodohildis *B* 1; Clodochildis *B* 2*b*; Clotchldis *A* 3*b*; Clochildis *A* 3*c*; Chrothildis *A* 2; Chrotildis *B* 2*a*. w) conlactanea *B* 2*b*; collactanea *A* 3*c*. x) *ita* *A* 1*a*; humilem preci *B* 1. y) die:::, *ras.* que *B* 1. z) tum ibi *pr. m.* *B* 1. a) *ita* *A* 1*a*; hanc de *A* 3*b*. *c*; his de *A* 2; de ::s *B* 1; de his (his *om.* *B* 2*b*) *B* 2*a*. *b*. b) hostis *pr. m.* *B* 1. c) in *add.* *A* 3*b*. *c*. d) *om.* *B* 1. 2*a*. *b*. e) teneri? *pr. m.* *B* 1. f) atque *m. al. add.* *A* 1*a*; et *add.* *A* 2. 3*b*. *c*. *B* 2*b* *et m. al. in ras.* *B* 1. g) caesit *pr. m.* *A* 1*a*. h) hostes *pr. m.* *A* 1*a*; ostibus *A* 3*c*. i) vertentibus *A* 3*b*. *c*. k) victoria *A* 3*b*. *c*; victori *A* 2. l) Clod. *semper* *A* 3*b*. *c*; Chlodo(veum? *eras.*) Chlodoveo *B* 1. m) *ita* *A* 1*a*. *B* 2*a*. *b*; Alamandos *A* 3*b*; Alamanos *A* 3*c*; Alamannis *B* 1. n) *ita pr. m.* *A* 1*a*; patriam *rell.*

Cap. 3. a) retererit *m. al. corr.* retinerit *B* 1; teneret *A* 3*b*; *om.* *B* 2*a*. *b*. b) caelere: *m. al. corr.* caeleriter *A* 1*a*; celeriter *A* 3*b*; ut ad caelesti(s *m. al. add.*) b. *A* 2. c) *ita pr. m.* *A* 1*a*. d) ibi *A* 3*b*. *c*. e) *ita pr. m.* *A* 1*a*; Vaedastum *B* 1; Vedastum *rell.* f) religiones *B* 1; religionis c. *A* 3*c*. g) in *add.* *A* 2. 3*b*. *c*. h) Dum *B* 1. 2*a*; Dumque *B* 2*b*. i) pagum *A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*. k) *ita pr. m.* *A* 1*a*; Vunginse *B* 2*b*; Vungise *B* 1; Vungisse *A* 1*b*; Vungisem *A* 3*b*; Vungissem *A* 3*c*; Vongise *B* 2*a*; Voginsę *A* 2. l) Riculiaco *A* 2; Riguliago *B* 2*a*; Reguliacum *A* 3*c*. m) Axono *m. al. corr.* Axonam *B* 1; Axonam *A* 3*c*. *B* 2*b*. n) ovvium *pr. m.* *A* 1*a*; obvium — damnatu *om.* *B* 2*a*. o) caeco *pr. m.* *B* 1; per *add.* *A* 3*b*. *c*.

1) *Rex in hac pugna interemptus est. Ionam in Gregorianis hisce:* Cumque regem suum [cernirent interemptum], Chlodovechi se ditionibus subdunt, *verba cancellis inclusa fugerunt.* 2) *Voncq (dép. Ardennes).* 3) *Rilly-aux-Oies ad Aisne fl. (dép. Ardennes).*

spatia ab hac[a] lucae damnatum[b], petiit beato Vedasto, ut pro se inmensae pietatis postolaret auxilium, ut lumen quod carebat, ipso denique[c] inpetrante, recipere mereretur. Ille fidus de misericordiam[d] Domini dexteram[e] levavit, super oculos caeci signum[f] crucis inposuit, statimque lumen oculorum recepit[g]. Ibique a[h] christianis hominibus basilica constructa esse videtur, ubi in eius honore multa mirabilia fiunt[i]. Hac inde ad Remorum urbem ad pontificem Remegium[k], qui tunc Greg. l. 1. inibi sacerdotalem cathedram regebat, perduxit. Quo[1] quantisper[l] moratus, sacre[m] Trinitatis fidem Chlodovens professus, baptismi gratiam recepit[n]. Indeque[o] progressus, victor ad patriam rediens, iam dictum Vedastem[p] beato[q] Remegio commendavit.

(4). Qui cum apud eum moraretur et in praefata urbae[a] Remorum vitam degerit[b], accedit[c], ut quodam in tempore aliqui[d] ex inlustribus viris ad cellolam eius veniret[e]. Erat enim mitis animo[f] alloquioque[g] suavis; noverat opem miseris ferre mestosque verbis[h] fovere ac ignavos quosque[i] ad subrietatis[k] normam redigere, omnemque relegionis censuram et exemplo monstrare[l] et verbis[h] studebat edocere[m]. Cumque[n] ergo, ut diximus, quidam de inlustribus viris ad eum prope[o] pervenisset[p], ille de industria ministro[q] iubet, ut concitu gradu post salubria[r] effamina[s] huic virum[t] poculum inferret. Ille ait, se[u] nequaquam in vas, quo aurire solitus fuerat, quicquam vini remansisse[v]. Quo audito, gemens caelum[w] conspicit ac mentem ad superna[x] adtollit[y], ut cito clemens[z] pietas sub- cf. Ioh. 2. veniret, mox eodem[a] more, qui in Chana Galileae[b] aquas in vinum[c] mutavit saporem, huius[d] necessitatis tribuat[e] vicissitudinem. Ac mox post impletam[f] orationem ministro urgens imperat, ut ad vas festinus properarit[g] et quae Dominus tribuat[h] adferre[i] festinet. Moxque obediens minister caeler[k] venit[l] vasque, a quo

I. Capp. 3. 4. *A* 1*a*. 2. 3*a* (*a l.* 22). *b. c. B* 1. 2*a. b.*

Cap. 3. a) *om. B* 1. (2*a*) *(habet B* 2*b).* b) dannato *pr. m. B* 1. c) *om. A* 2. 3*b. c. B* 2*b.* d) *ita pr. m. A* 1*a*; misericordia *rell.* e) dextera *A* 2 *et pr. m. B* 1. f) sinum *pr. m. B* 1. g) recipit *B* 1. h) *pr. m. om. B* 1; Ibique — recepit *om. A* 2. i) fiuntur *pr. m. B* 1. k) Remegio? *pr. m. A* 1*a*; Remigium *A* 3*b*. l) aliquantisper *A* 3*b. c.* m) sacri *B* 1. n) *ita A* 1*a*. 3*b*. *B* 2*b*; recipit *rell.* o) *redit A* 2. p) *ita h. l. A* 1*a*. *B* 1; Vedastum *rell.* q) beatum *pr. m. B* 1.

Cap. 4. a) urbem *B* 1. b) *ita pr. m. A* 1*a*. c) accidit *A* 2. *B* 2*a. b*; accedam *m. al. corr.* accidit *B* 1. d) aliquis *A* 3*b. c. B* 2*a. b.* e) venirent *A* 2; veneretur *m. al. corr.* venirent *B* 1. f) anime *pr. m. B* 1. g) et alloquio *A* 3*b. c.* h) verbum *pr. m. B* 1. i) quas *B* 1. (2*a*). k) subrietatem (?) norma *pr. m. A* 1*a*. l) monstraret *pr. m. A* 1*a*. *B* 1. m) st. et docebat *(in marg. m. al.* finit) *A* 2. n) que *om. A* 3*b. c. B* 2*b.* o) propere *B* 2*b*; quoque *A* 3*b. c*; *om. A* 2. p) ex *m. al. add. B* 1. q) ministro — effamina *om. B* 1, *tribus litteris rasis (habent B* 2*a. b).* r) salubri *A* 1*a*. s) *m. al. corr.* aff. *A* 1*a*, *et sic rell.* t) *ita A* 1*a*; viro poculum (p. *periit A* 3*b*) *A* 2. 3*b. c*; puculum vinum *B* 1; poculum viro *B* 2*b*; poculo viro *B* 2*a*. u) *ita A* 1*a*. *B* 2*a*; se *om. A* 3*c*. *B* 2*b*; si nequamquam *B* 1; se ne(quaquam — fuerat *om.*) quicquam *A* 2. v) remansisset *A* 3*c*; remamsisset *B* 1; *periit A* 3*b*. w) caelo *B* 1. x) supernam *A* 1*a*. y) adtoll:: *m. al. corr.* adtollit *B* 1; attulit *A* 1*a*. 3*b. c.* z) clementi (cl. *periit A* 3*b*) pietate *A* 3*b. c.* a) *ita A* 1*a. b*; m. suo de more *B* 1. 2*a. b*; mox (*om.* e. more) *A* 2; m. e. m. *om. A* 3*b. c.* b) Galilea *pr. m. B* 1. c) vino *B* 1; vini *A* 3*b. c. B* 2*a*. d) hius n. *B* 1; huiusque n. *A* 3*b*; huic necessitati *A* 3*c*. e) tribuit *A* 2; tribueret *A* 3*b. c.* f) *ab* impletam *incipit A* 3*a*. g) *ita A* 1*a*. *B* 1; properet *A* 2. 3*a. b. c. B* 2*b*. h) tribuerat *A* 2; tribuit *A* 3*b*. *B* 2*a*. i) adfer:et *m. al. corr.* adferre *B* 1; afferret *corr.* afferre *A* 3*c*. k) celeriter *A* 3*a. c*; *om. A* 3*b*. l) vinit *pr. m. A* 1*a*.

1) *Item Fredegarius III,* 21, *apud Remos Chlodovechum baptizatum esse contendit, neque vero Gregorius locum tradidit, atque ante eum Nicetius episcopus Treverensis basilicam attulit S. Martini Turonensem: quod si verum est, baptisma non ante a.* 507. *factum esse necesse est; cf. 'Mittheilungen' XIV, p.* 441 *sqq.*

vinum aurire solitus[a] fuerat, superfluentem repperit[b]; oppletus[c] gaudio, imperatum munus deportat ac de affluente munere letus denuntiat[d]. Quod ille statim[e] audiens, ne favor patrate[f] virtutis mentem[g] macularet, ministro iubet, ut nulli hoc in propatulo iactitando[h] denuntiet[i], sed[k], quoadusque inter superis[l. 1] vitam degeret, silendo tegi iobet.

(5). Cumque iam caeleberrimae famae in prefata urbae Remorum esset, et beatus Remegius eum venerationis cultu adtollere niteretur, fuit tandem consilii[a], ut Atrapatum[b] urbi[c] eum pontificem faceret, quo Francorum gentem ad baptismi gratiam paulatim docendo ac de industria monendo adtrahere[d] curaret. Suscepto itaque pontificalis cathedrae onus[e], ad urbem Atrapatum[f] venit; dumque intra muros adire vellit[g], obvios habuit caecum et clodum, alimoniam[h] postulantes. Cumque ille apostolica[i] de fonte auriens verba depromeret ac diceret, se[k] nequaquam[l] (cf. Act. 3, 6.) subplimento[m] auri argentique honerari[n], illi[o] adtentius pulsant ac de industria pecuniam quam[p] haberet extorquere vim[q] nitebantur. Ille deinceps inportunae opem petentibus ait: 'Pro auri argentique munera[r], si fides vestra meo[s] commitaretur affecto, divine muneris mox uberius affluentia reddundaret'. Illi[t] aiunt[u], sese[v] ad omnia paratos*. 'Si fides', inquid, 'vestra meis commitatur[w] dictis, pristinam sospitatem utriusque[x] vestrum[y] omnipotentis pietas largiatur[z]'. Manuque[a] mox oculos[b] superposita ac[c] debilia membra adtrectata[d], crucis[e] signo facto, sursum caelos aspiciens, quae poposcit impetravit. Nam statim caecus visum, clodus gressum recipiens, ovantes uterque ad propriam[f] remearunt.

(6). Pervenit ergo, ut ecclesiam introiret[a]. Quam cernens incultam ac neglegentiam[b] civium paganorum praetermissam, veprium densitatem[c] oppletam, stercorum[d] ac[e] bestiarum habitaculum[f] pollutam, merore[g] corda subdit omnique[h]

*) Respondit Vedastus et dixit (ait *A 3b*) *add.* *A 3a. b. c.*

I. Capp. 4—6. *A 1a. 2. 3a. b. c. B 1. 2a. b.*

Cap. 4. a) solutas *pr. m. corr.* solitus *B 1.* b) invenit *A 3a. b. c.* c) oppletusque *B 2b*; conpletus *A 2*; repletus *A 3b. c. B 2a.* d) denuntiet *A 2*; nunciat *A 3b.* e) *om. A 3b. c.* f) patefact: *m. al. corr.* patefactę *A 1a.* g) mente? *pr. m. B 1.* h) iactando *B 1. 2a (non B 2b).* i) denuntiaret *A 1a.* k) sed — degerit *eras. B 1.* l) *ita A 1a. B 1. 2a*; superos *rell.*

Cap. 5. a) consilium *A 3a. b. c.* b) *ita A 1a*; Atrabatum *A 3a. B 2a*; Adtrabatum *A 3b*; Atravatum *B 1 (pr. m.). 2b*; Adravatum *A 2*; Atrebati *A 3c.* c) *ita A 1a*; verbi *m. al. corr.* urbis *B 1*; urbis *A 3a*; urbem *A 2.* d) adtrahendo *pr. m. corr.* adtrahere *A 1a*; adtraheret vel c. *A 3a.* e) honu:, *ras.* s *A 2*; honore *A 3a. c. B 2b*; honore:, *ras.* m *A 3b.* f) *ita A 1a*; Atrabatum *B 2a*; Adrabatum *pr. m. A 2*; Atravatum *B 2b*; Adtravatum *B 1*; Atrabum *A 3a. b*; Atrebum *A 3c.* g) vellet *A 2. 3a. b. c. B 2a. b.* h) ad elimoniam *m. al. corr.* alimon. *B 1.* i) *ita A 1a. 3a. b*; apostolico de *A 3c*; apostolico (*om.* de) *A 2*; de apostolica (apostolico *B 2b*) *B 1. 2a. b.* k) si *B 1.* l) nequamquam *pr. m. A 1a.* m) subplimen:: *m. al. corr.* subplimentum *A 1a*; supplemen(to *m. al. add.*) *B 1*; supplementum *A 2. 3a. B 2a.* n) *ita A 2. 3a. b. c*; honorari *B 1*; onere *corr.* habere *A 1a.* o) ille *pr. m. A 1a.* p) qua *pr. m. A 2. B 1.* q) *eras. A 2*; *om. A 3a. b. c.* r) munere *A 2. 3a. b. c. B 2b.* s) *ita A 1a*; meo — affectu *B 1*; meo — affectui *B 2b*; me — affectu *A 2*; meum — affectum *A 3b*; meum — effectum *A 3a. c.* t) Illi — dictis *om. A 2.* u) ageunt *pr. m. B 1.* v) si se *A 1a.* w) comitat *pr. m. A 1a*; comittaretur *A 3a*; comitetur *A 3b*; comiteretur *A 3c.* x) utrisque *A 2. 3c. B 2b.* y) vestro *pr. m. B 1*; vestri *A 3a. b*; *om. B 2b.* z) largiretur *A 3b. c.* a) Manusque *A 2 (pr. m.). 3b*; manumque *A 3a. c.* b) oculis *A 2. 3a. b. c. B 2b.* c) illorum *m. al. in ras. B 1.* d) adtractata *B 1.* e) s. cr. *A 3a. b. c. B 2a. b.* f) propria *A 3a. b. c. B 2a. b.*

Cap. 6. a) introierit *B 1. (2a)*; introirent *B 2b.* b) *ita A 1a. B 1.* c) *ita A 1a. 3b*; densitate *rell.* d) stercoribus *A 3a. b. c*; stercore *B 2b.* e) de *A 3a. b*; *om. A 3c.* f) habitaculo *A 2. B 2b*; habitaculis *A 3a. b. c.* g) memorem *B 1*; meror *A 2.* h) omnique — submittit *om. A 3a.*

1) *Superi sunt viventes apud Ionam.*

tristicia[a] colla submittit. Nec prorsus hominis[b] habitatio urbem frequentabat, que olim ab Attilane[c] Chunorum[d] rege[e] diruta ac torpens[f] squalore[g] relicta fuerat[h]. Ibi et habitatio ursi reperta; quem[i] cum animae[k] dolore a vallo urbis[l] eiecit, ac ne[m] Crientium[1] fluviolum, qui ibi fluit, ultra progrederetur, imperavit[n], nullatenus illuc visus fuit revertisse.

(7). Erat* gratus[a] paenes regiam aulam nec[b] valebat Francorum viris a profanis erroribus ex integro deviare, sed paulatim, ut se[c] per dulcia[d] municionis[e] effamina[f] relegioni[g] subdebant, ecclesiae recipiebantur sinu. Actumque deinceps, 511. ut, mortuo[h] Chlodoveo[i], Chlothacharius[k], filius eius, patris[l] in locum suffectus, Francis regnaret, et cum egregiae regni regimina regeret, evenit, ut aliqui[m] vir e Francis nomine Hocinus[n] regem Chlothacharium[o] ad prandium vocaret ac inter aulicos[p] regis venerabilem virum Vedastem[q] pontificem invitaret. At ille, — non quod[r] eis consentiendo gulae faverit[s], sed quoadunatam[t] ad regis prandium turbam suis salubribus[u] doctrinis edocerit[v] ac per regiam[w] auctoritatem plerosque[x] ad sacrum baptismum provocare vellit[y], — cumque[z] ergo adtonitus[a] ad prandium vocatus venisset, domum introiens, conspicit gentile ritu vasa plena cervisae domi adstare. Quod[b] ille sciscitans, quid sibi vasa in medio domi[c] posita vellent[d], inquirerit, responsum est, se[e] alia christianis, alia vero paganis opposita[f] ac gentile ritu sacrificata. Cumque ita sibi denuntiatum fuisset, omnia vasa de industria signo[g] crucis sacravit[h], ac omnipotentis Dei nomen invocato, cum fidei adminiculum[i], caelitum[k] auxiliante dono, benedixit. Cumque benedictionem cum crucis signo[l] super vasa, quae gentili fuerant[m] ritu[n] sacrificata[o], premisisset[p], mox soluta

*) autem beatus Vedastus *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*.

I. Capp. 6. 7. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 6. a) *ita* *A* 2. *B* 1; tristiciam *pr. m.* *A* 1*a*; tristici(a)e *A* 3*b*. *c*. b) homines *A* 2. *B* 1. c) *ita* *A* 1*a*. 3*a*; Atthilane *B* 1; Atillane *A* 3*b*; Attillano *A* 3*c*; Athilane *B* 2*a*; Atthila *A* 2. d) Chonorum *B* 1; Cunorum *A* 3*a*; Hunorum *B* 2*b*. e) regem *pr. m.* *A* 1a f) *ita* *A* 1a. 2; tu:::s *m. al. corr.* turpis *B* 1; turpe *A* 3*a*; turpi *A* 3*b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. g) re *m. al. in ras.* *B* 1. h) fuerit *pr. m.* *A* 1*a*. i) qem *B* 1. k) cum cuanime *B* 1; cum animi *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. l) urbe *B* 1. m) nec *pr. m.* *A* 1*a*. n) qui *add.* *A* 2; et *add.* *A* 3*a*. *b*; et ut *add.* *A* 3*c*.

Cap. 7. a) gradus *pr. m.* *A* 1*a*. b) ne *pr. m.* *A* 1*a*. c) *om.* *B* 1; ut semper *A* 2. 3*a*. d) dulci *pr. m.* *B* 1; sancte *A* 3*a*. *b*. *c*; *om.* *A* 2. e) ::cionis *m. al. corr.* rationis *A* 1*a*; miti *A* 2. f) effamine *A* 2; affamina *A* 3*a*. *b*. *c*. g) relegoni *pr. m.* *A* 1*a*; religione *B* 1; religionis *A* 3*a*. h) rege *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*. i) Clod. *A* 3*b*. *c*. k) Clota|thacharius *B* 1; Chlotharius *B* 2*a*; Chlottharius *A* 2; Chlodharius *A* 1*a*; Chlotarius *A* 3*a*. *B* 2*b*; Clotarius *A* 3*b*. *c*. l) in l. p. *B* 1. 2*a*. *b*. m) aliqui viri Francis *B* 1; aliqu:is vir e Fr. *A* 1*a*; aliquis (v. *om.*) ex Fr. *A* 2; aliquis vir Francus *A* 3*b*. *B* 2*a*. *b*; aliquit vir Franchus *A* 3*a*; quidem vir Francus *A* 3*c*. n) Hozinus *B* 1. (2*a*. *b*); Ocinus *A* 3*a*. *c*; Ochinus *A* 3*b*. o) *ita* *B* 1; Chlotharium *A* 2. *B* 2*a*. *b*; Chlodharium *A* 1*a*; Chlotarium *A* 3*a*; Clotharium *A* 3*b*; Clotarium *A* 3*c*. p) au::cos *m. al. corr.* aulicos *A* 1*a*; laicos *A* 2; aliquos optimates (obt. *A* 3*b*) regis *A* 3*a*. *b*. *c*. q) *ita* *A* 1*a*; Vaedastem *B* 1; Vedastum *rell.* r) non ei cons. *A* 3*b*; non causa consenciendi *A* 3*c*. s) fuerat *A* 3*a*. *b*; venit *add.* *B* 2*b*; g. cum eis venit sed *A* 3*c*. t) *ita* *A* 1a. *B* 2*a*; quodadunatam *B* 1. u) salubris *A* 3*b*; salubri *A* 3*a*. v) edoceat *A* 1*a*. w) ia *m. al. in ras.* *B* 1; regis *B* 2*a*. x) ple::usquae *pr. m.* *B* 1; plenius *B* 2*a*. *b*. y) p. vellet *A* 2. 3*a*. *b*. *B* 2*a*. *b*; provocaret *A* 3*c*. z) que *om.* *A* 3*b*. *c*. *B* 2*b*. a) beatus *add.* *B* 1. 2*a*. *b*. b) dum *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*; Quod — inquireret *om.* *B* 2*a*. c) *ita* *A* 2. *B* 2*b* (*v. infra p.* 412, 4); domis(?) *pr. m.* *A* 1*a*; domus *B* 1; *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. d) vellit *B* 1. e) *om.* *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. f) apposita *A* 3*a*. *b*. *c*. g) signum *B* 1. h) consecravit *A* 3*a*. *b*. *c*. i) ad(m)miniculo *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*. k) *ita* *A* 1*a*. *B* 1; caeli tunc *B* 2*a*; c(a)elesti *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*; c. a. d. *om.* *A* 2. l) signis (?) *pr. m.* *B* 1. m) fuerunt *B* 1; fuerat *A* 3*a*. n) rita *B* 1; rite *B* 2*a*. o) sacrata *A* 1*a*. 2. p) permisisset *A* 3*a*. *c*; emisisset *A* 3*b*.

1) *Crinchon rivus apud Atrebatensem urbem Scarpe fl. influit.*

legaminibus, cunctum[a] cervisae[b] ligorem quem[c] capiebant in pavimentum deiecerunt[1]. Unde rex miraculo perculsus ac omnes[d] procerum caterva[e] sciscitare[f], quid gestae[g] rei causa[h] fuerit[i], et[k] sibi in propatulo narraret[l]. Cui[m] venerandus vir Vedastus* ait: 'O rex, tuorum decus Francorum, caernere potes[n], quanta sit diabolicae[o] fraudis astutia ad animas hominum decipiendas. Nam quam putas hic demonum fuisse coniecturam[p, 2], quae per hunc ligorem cervisae corda infidelium[q], praevaricationem[r] suffocata[s], aeterne mortis[t] subdere[u] studerent, sed nunc virtute divina[v] pulsata[w] ac effugata demonis arte[x]? Scire[y] cunctis necessarium est, qualiter ad salubria medicamenta vere[z] fidei christiani descant[a] confugire et has superstitiones gentilium omni[b] nisu studeant pretermittere'. Quae causa multis qui aderant profuit ad salutem; nam multi ex hoc ad gratiam baptismi confugerunt ac sanctae relegionis[c] colla submiserunt.

(8). Erexit[a] ergo[b] supradictam[c] ecclesiam multa per[d] spatia temporum annis circiter XL, ac[e] cursum vitae consummatum, cum iam[f] vellit[g] eum Dominus de huius vitae erumnis ad caelestem provehere regnum, febre[h] corripuit ac exitum denuntiavit. Nam cum in eadem urbi[i] in quadam cellolam[k] iaceret, ignis columna e[l] caelo[m] diffusa super[n] cellole tegumenta capud tenuit ac per longa noctis spatia plus quam duarum fere horarum inmobilis istetit[o]. Quod cum vir venerabilis[p] audisset, suum[q] exitum denuntiavit, ac[r] omnibus vale dicens, post monitionis[s] effamina[t] animam creatore[u] reddedit VIII.[v] Idus Febroariis[w], felicemque de ac vita[x] exitum[z] agens, solum desiderium viventibus reliquid. Multi in hac[z] hora psallentium[a] audierunt in caelo. Febr. 6.

*) qui dum esset summus pontifex et terrena non metuens, nec regem[a] adolationis[b] curavit[c] *add.* *B* 1. 2*a*. *b*.

I. Capp. 7. 8. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 7. a) cum (?) *m. al. corr.* cuntum *A* 1*a*. b) sicere *A* 2; se cervi *A* 3*a*. c) quae *B* 2*a*; *om.* *A* 3*a*. d) *ita* *A* 1*a* (*pr. m.*). 3*b*. *B* 2*a*; omnis *rell.* e) catervas *A* 3*a*; catervae *A* 3*b*. f) sciscitati *A* 2; coepit *add.* *A* 3*a*. *b*; ceperunt *add.* *A* 3*c*. g) gesta^e *A* 1*a*; g. rei *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. h) caus(a)e *A* 2. 3*b*. *c*; clausa *m. al. corr.* clausum *B* 2*b*. i) iussitque *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*. k) ut *A* 2. 3*a*. *b*. *c*. l) narrarent *A* 3*a*. *b*. *c*. m) cum *B* 1. 2*a*. *b*. n) poti *pr. m.* *A* 1*a*. o) diabolici *B* 1; diaboli *A* 2. p) coniectura *A* 3*a*; coniecturae *pr. m.* *B* 1. q) *ita* *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*; c. fidelium *A* 3*c*; c. hominum Dei (per *B* 2*a*) *B* 1. 2*a*. *b*: animas sacrificantium *V. Columb.* r) prevaricationum *A* 3*a*; prevaricatione *A* 3*b*. *c*; *om.* *A* 2. s) suffocatā *A* 3*a*; *om.* *A* 2. t) *ita* *pr. m.* *A* 1*a*. 2; mentis *A* 3*a*; morti *rell.* u) subdere: (*ras.* t ?) studerentur *A* 3*a*; subdere se viderentur *A* 3*b*; subderet (*om.* st.) *A* 3*c*; subdere studeret *B* 2*b*. v) divin:: *pr. m.* *A* 1*a*. w) pulsa *A* 2. 3*b*. *B* 2*b*. x) artē *pr. m.* *A* 2; artae *m. al. corr.* arta ē *B* 1. y) namque *add.* *B* 1. 2*a*. z) viri *pr. m.* *B* 1; iure *B* 2*b*; *omnino aliud habet* *A* 2. a) *ita* *pr. m.* *A* 1*a*. b) g. om̄s (homines *A* 3*a*; abhominabiles *A*3*c*) st. *A* 3*a*. *b*. *c*; o. n. st. *om.* *A* 2. c) religioni *A* 3*a*. *b*. *c*.

Cap. 8. a) :re:xit *A* 1*a*; Erexi *A* 3*c*; rexit *A* 2. 3*b*. *B* 2*b*. b) *om.* *A* 1*a*. c) superdictam (*A* 3*a*. *c*). *B* 1. (2*a*). d) *om.* *B* 1. (2*a*). e) a *B* 1; ad *B* 2*a*. *b*; *textum omnino immutavit* *A* 2. f) *om.* *A* 3*a*. *b*; enim *A* 3*c*. g) vellet *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*. h) eum *add.* *B* 1. i) *ita* *pr. m.* *A* 1*a*; urbem *B* 1. k) cellula *A* 3*a*. *b*; cella *A* 2. l) ē *B* 2*a*; *om.* *A* 2. 3*a*. *c*. *B* 2*b*; *periit* *A* 3*b*. m) celum *A* 3*a*. *c*. n) *ita* *A* 1*a*. 2; supra *rell.* o) *ita* *pr. m.* *A* 1*a*; perstitit *A* 2. p) venenerabilis *A* 1*a*. q) *om.* *A* 3*a*. *b*; e. s. *A* 3*c*. r) in *add.* *A* 3*a*. *b*. s) *ita* *A* 2. 3*a*; monitionem *A* 1*a*; munitionem *B* 1; monitionum *B* 2*a*. *b*; commonitionum *A* 3*c*; *periit* *A* 3*b*. t) aff. *A* 2. 3*a*. *c*. *B* 2*a*. u) *ita* *pr. m.* *A* 1*a*. v) VII. Id. *B* 1; pridie Idus *B* 2*b*. w) Febroarias *B* 1; Febroarii *A* 3*c*. *B* 2*b*. x) vitam *B* 1. y) exiit *A* 3*a*; exiens *A* 3*b*. *c*. z) ha? *A* 3*b*; illa *A* 3*c*; choros *pro* in h. h. *A* 2. a) coros *add.* *A* 3*a*. *c*; voces *add.* *A* 3*b*. *B* 2*b*.

Cap. 7. *Nota.* a) *m. al. corr.* regis *B* 1 *et sic* *B* 2*b*. b) adulatione *B* 1*b*. c) *m. al. corr.* curaret *B* 1, *et sic* *B* 2*b*.

1) *Simile miraculum Ionas, V. Columb. c.* 27, *narravit.* 2) *I. q. acervus; cf. 'Mittheilungen' XIV, p.* 437.

(9). Cum hoc[a] beato[b] funere omnes audissent, advenerunt clerus[c] et[d] plebs[e] non solum de illo opido, sed etiam de vicinis urbium[f] pontifices et sacerdotes, ut ipso[g] Dei servo sancto[h] Vedaste ponteficae[i], qua dignum erat, traderent sepultura[k]. Beatum[l] corpus in medio domi positum, ut mos est omnibus, accipientes[m] feretrum cum ipso sancto corpus[n], nullatenus eum de loco[o] promovere potuerunt. Interrogatum est[p] ad[q] viro venerabile Scupilioni arcepresbitero[r] loci illius, quem ipse beatus[s] pontifex enutriverat, quidnam esset. At ille nescire se dixit: 'Utique unum scio, quia cum esset in corpore, sepius audivi eum dicentem, quasi[t] infra muros civitatis nullus defunctus requiescere debebat'. Nam ipse[u] pontifex in oraturio, quem ipse vivens de ligneis tabulis super litus Criencio[v] fluviolo aedificaverat[1], requiescere disponebat; sed tamen nec locus sic delectus[w] nec monumentum[x] praeparatum esse videbatur[y]. Dum de hoc[z] ad invicem loquebantur[a], vel quid[b] de ipso agere deberent, venerabilis vir Scupilio[c] merore cordis repletus, commotus in lacrimis, super corpus beati Vedastis[d] genibus provolutus, erupit in voce[e], dicens: 'Heu me[f], beatissimae pater, quid vis ut faciam, quia[g] dies iam declinat[h] ad vespera[i], et omnes, quis[k] convenerunt, remeare festinant ad propriam[l]? Iube ergo te deportare[m,*] ad locum quem olim tibi preparavimus'. Cum haec dixisset, accepto feretro, in qua gliba[n] corporis sancti[o] iacebat, levaverunt eum[p] in humeris suis, nullo[q] onus sentientes; cum magno psallentio[r] deferentes, canebant, dicentes: 'Ambula, sancti[s], viam quam elegisti; festina ad locum quem[t]

*) dulcissime pater *add.* *B* 1. 2*a*. *b*.

I. Cap. 9. *A* 1*a*. 2. 3*a*. *b*. *c*. *B* 1. 2*a*. *b*.

Cap. 9. a) hac *A* 1*a*; h:: *m. al. corr.* viri *B* 1; Cum igitur *A* 3*c*; Cumque *A* 2. b) beatum funus *A* 3*a*; sancti funus *A* 2; beati viri funus *A* 3*c*. c) cleros *pr. m.* *A* 1*a*. d) a| *A* 3*b*; ac *A* 3*c*. e) plbes *pr. m.* *A* 1*a*; populus *A* 3*c*. f) *ita* *A* 1*a*. *B* 1; urbibus *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*a*. *b*; (de *om.*) vicinarum urbium *A* 2. g) ipsum sacerdotem (*pro* D. s.) *A* 3*a*. *b*. *c*; *omnino aliud* *A* 2. h) sancto Vedasto *pr. m.* *A* 1*a*; sanctae Vedaste *pr. m.* *B* 1; sancti Vedasti *B* 2*a*; sanctum Vedastum *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*. i) *ita pr. m.* *A* 1*a*; pontifici *B* 1. (2*a*); pontificem *B* 2*b*; pontificali *A* 3*a*. *b*. *c*. k) *ita* *A* 1*a*. *B* 1; sepultur(a)e *rell.* l) vero *add.* *A* 3*b*. *c* (*non A* 3*a*); Sancti igitur c. *A* 2. m) accipientibus *B* 1. 2*a*. *b*. n) corpore *A* 2. 3*a*. *b*. *B* 2*b*; (cum *om.*) ipsum sanctum corpus *B* 2*a*; imponentes *pro* c. i. s. c. *A* 3*c*. o) co *m. al. suppl.* *A* 1*a*. p) autem *add.* *A* 3*b*. *c* (*non A* 3*a*). q) *ita* *A* 1*a*; ad virum (vir *m. al. corr.* viro *B* 1) venerabilem Scubilionem *B* 1. 2*a*; a viro venerabili Scobilione (Sculpione *A* 3*a*. *b*; Sculpitione *A* 3*c*) *A* 3*a*. *b*. *c*. *B* 2*b*; (a *om.*) cuidam venerabili viro nomine Scubilione *A* 2. r) archiepiscopo *A* 3*a*. *b*. *c*. s) batus *pr. m.* *A* 1*a*. t) qu::: *m. al. corr.* quia *B* 1, *et sic* *A* 2. 3*b*. *B* 2*b*; quod *A* 3*c*. u) ipsi *pr. m.* *A* 1*a*; si *A* 3*a*. *b*; etsi *A* 3*c*. v) Crienci: fluviol: *m. al. corr.* Criencii fluvioli *B* 1, *et sic* *A* 3*c*; Crientio fluviolo *B* 2*a*; Crientii (Crientia *A* 2; Chrienni *A* 3*b*; Crieni *A* 3*a*) fluvioli *A* 2. 3*a*. *b*. *B* 2*b*. w) *ita pr. m.* *A* 1*a*; delictus *B* 1; dilectus *A* 2. 3*a*. *B* 2*b*; directus *A* 3*b*; aptus *A* 3*c*. x) monumentus praeparatus *pr. m.* *B* 1. y) videtur *A* 3*a*. *b*. *c*. z) *ita* *A* 1*b*. 2. 3*b*. *B* 2*a*; haec *B* 1 *et m. al.* *A* 1*a*; h:c *pr. m.* *A* 1*a*. *B* 2*b*; *om.* *A* 3*a*; vero *pro* de h. *A* 3*c*. a) loquerentur *A* 2. 3*b*. *c* (*non A* 3*a*). b) qui *pr. m.* *A* 1*a*. c) *ita* *A* 1*a*; Sculpilio *A* 3*a*. *c*; Sculpio *A* 3*b*; Scubilio *rell.* d) Vedasti:, *ras.* s? *A* 1*a*; Vedasti *rell.* e) vocem *A* 3*a*. *c*. *B* 2*a*. f) (h)eu me *bis scr.* *B* 1. 2*a*. *b*. g) quia — preparavimus *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. h) declinet *pr. m.* *B* 1. i) *ita pr. m.* *A* 1*a*; vesperam *B* 1. 2*a*. *b*; ad v. *om.* *A* 2. k) *ita pr. m.* *B* 1; qu:s *pr. m.* *A* 1*a*; qui *rell.* l) *ita pr. m.* *A* 1*a*; propria *rell.* m) deportari *B* 2*a*. *b*. n) *ita* *A* 1*b*; cliba *pr. m.* *B* 1; glebam *A* 1*a*; gleba *rell.* o) Vedasti *add.* *A* 3*a*. *b*. *c*. p) *om.* *B* 1. 2*a*. *b*. q) *ita pr. m.* *A* 1*a*; nullus *pr. m.* *B* 1; nullum *A* 2. *B* 2*a*. *b*; nullo — *p.* 413, *l.* 8. remansit *om.* *A* 3*a*. *b*. *c*. r) *ita pr. m.* *A* 1*a*; psallencium *rell.*; comitatu *add.* *B* 2*b*. s) *ita* *A* 1*b* *et pr. m.* *A* 1*a*. t) *ita pr. m.* *B* 1; qu:: *m. al. corr.* qui *A* 1*a*, *et sic* *A* 2. *B* 2*a*.

1) *Locus a Vedastinis Nobiliacus appellatus idem creditur esse, quem postea S. Vedastis monasterium occupavit; v. supra p. 402.*

tibi[a] preparatum est'. Tradiderunt ei[b] sepultura qua[c] decuit Dei servo in ecclesia[d] ad dextro cornu altaris, ubi ipse[e] pontificale cathedrae[f] fungebat officio.

(10). Nam actum est post aliquo tempore, ut domus eadem, in qua vir sanctus Vedastis[a] pontifex vitam finierat, ignis incendio[b] flagraret ac totam partem domus consumeret. Cum subito visum est, ut una ancillarum fidelissima nomine Habita[c] beato Vedasto visibiliter cerneret, et ignem ad[d] cellola, ubi lectum erat, in quo ipse defunctus fuerat, avelleret, et omnimodo consumeret[e], sola tantummodo[f] cum lecto cellola incolomis remansit. Quam[g] propterea rerum sator urere[h] permisit, ut virtutis suae ex[i] suffragatione suae muneris monimentum[k] viventibus reliqueret[l].*, pre- stantem[m] dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria[n] et imperium in sae- cula saeculorum. Amen.

*) Nam, sicut superius memoravimus[1], ut, unde originem duxerit, ratum ducimus, Tullinse[o] ortum genere oriundus fuit et gloriosum obitum urbem Atravetinsem[p] obiit, ubi suum beatum corpuscolum[q] cum summa veneratione in pacem[r] requiescit, et[s] eius sepulchrum cum lampadibus, aurum[t], argentum, lapidibus praeciosis clariter fulget. Sed quid plura referam? De iesta[u] vel vitam[v] virtutum ipsius, quae[w] per eius meritum Dominus[x] ostendere dignatus est, coram praesencia fidelium suorum longum est ad narrandum. Quapropter, legentibus non[y] sit onerosa nec audientibus fastidium generit[z], breviter intimavimus[a]. Rogemus ergo et adtentius humiliter supplicemus[b], ut fiat pro nobis in caelis coram excelso intercessor, qui pro Christi[c] amore fuit fidelis confessor usque ad mortem in terris *add. B* 1. 2*a. b.* — Nunc, sicut superius memoravimus, unde originem duxerit, ratum ducamus. Aquitania montem habet, qui aequalibus pene spatiis Petragoricam et Lemovicam civitates dirimit. Mons ille magnus et sui quantitate multum terrae occupans, longe lateque altitudine fere nubes penetrans, si graves sint. Super cacumen eius antiquis et praeteritis aetatibus incertum an civitas an castrum situm fuit, cuius enormitatem et munitissimam magnificentiam ruinarum indicia et moles dirutae suis demonstrant, quanta fuerit res

I. Cap. 9. *A* 1*a* 2. *B* 1. 2*a. b. Cap.* 10. *A* 1*a.* 2. *B* 1. 2*a. b et a l.* 8. Quam *A* 3*a. b. c.*

Cap. 9. a) *m. al. in ras. A* 1*a.* b) *ita A* 1*a. B* 1; ei (eum *B* 2*b*) sepulturae *B* 2*a. b*; tr. corpus sancti viri sępulturae *A* 2. c) q. d. D. s. *om. A* 2. d) ecccesia *pr. m. A* 1*a.* e) ipsi *pr. m. A* 1*a.* f) cathedra *pr. m. B* 1.

Cap. 10. a) *ita pr. m. A* 1*a*; Vedastus *rell.* b) incendii *B* 2*a*; incendium *B* 2*b.* c) *ita A* 1*b. B* 2*b*; Habita *corr.* Habitta *A* 1*a, et sic B* 2*a*; Havita *A* 2; Abita *B* 1. d) a *A* 2. *B* 2*b*; (ad *om.*) cellulae *B* 2*a.* e) cum subito *add. B* 1. 2*a. b.* f) tanto(*alt.* tanto *eras.*)modo *B* 1; tantum mo *A* 1*a*; omnimodo — tantummodo *om. A* 2. g) Quem *A* 2. 3*b*; Qua *A* 3*a. c.* h) *m. al. corr.* uri *A* 1*a*; urire *A* 1*b*; hurere *A* 3*a*; uri *B* 2*a. b*; ardere *A* 2; eum humari *A* 3*c*; non *add. A* 3*a. c*; *periit A* 3*b.* i) *ita A* 1*a. b*; ac suffr. (*om.* s.) *A* 2; (ex *om.*) suffr. sui *A* 3*a*; futura suffragationem ostenderet et in posterum sui *pro verbis* ex s. s. *A* 3*c*; *periit A* 3*b*; ex s. suae *om. B* 1. 2*a. b.* k) monumentum *B* 1. l) *ita A* 1*a.* 3*c*; reliquerit *B* 1; relinqueret *A* 2. 3*a. B* 2*a.* m) *ita pr. m. A* 1*a*; praestante domino nostro Iesu Christo *rell.* n) *ita A* 1*a, ubi* Explicit vita sancti Vedasti *m. al. add.*; cui est honor et i. (gloria *A* 3*a. c*) in secula seculorum. Amen *A* 1*b.* 3*a. c*; cui est et| |Explic vit| *A* 3*b*; (cui — imperium *om.*) in secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Vedasti episcopi *A* 2; cui est honor, laus (decus *B* 2*b*), virtus, gloria (et *add. B* 2*b*), regnum sempiternum nunc et (semper *add. B* 2*a*) per infinita saecula saeculorum. Amen. Explicit vita sancti Vedasti (episcopi *add. B* 2*a. b*) *B* 1. 2*a. b.* o) Tullensis (*om.* o.) *B* 2*b.* p) u. Atrabatensem *B* 2*a*; urbe Atravetense *B* 2*b.* q) corpus colimus cum *B* 2*b.* r) pace *B* 2*a*; in p. r. *om. B* 2*b.* s) ubi *add. B* 2*b.* t) auro, argento *B* 2*b.* u) iesta(?) *m. al. corr.* gestis *B* 1, *et sic B* 2*b*; gesta *B* 2*a.* v) vita *B* 2*a. b.* w) *ita B* 2*a. b*; per quem *B* 1. x) *om. B* 2*b.* y) *scr.* ne. z) generet *B* 2*a*; generent *B* 2*b.* a) intimamus *B* 1, *corr.* b) *ita B* 2*a. b*; subpliciter *B* 1. c) Christo *pr. m. B* 1.

1) *V. supra c.* 1.

II.

DULCISSIMO[a] DILECTIONIS FILIO RADONI ABBATI[1] HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Dilectionis vestrae venerabile secutus[b] praeceptum, vitam sancti Vedasti, patris vestri et intercessoris nostri, emendare studui, non quod aliquid illius excellentissimis meritis dignum dicere[c] valuissem, sed quod nihil tuae reverentiae iussis denegare ratum putavi, — idcirco ad te maxime pertinet harum laus vel vituperatio litterarum; utinam tibi et fratribus, qualescumque sint, placeant! — depraecans, ut meum laborem orationum vestrarum solatio remunerare dignemini, et unus merear esse vestrum in caritatis communione: illius semper memores mandati, qui dixit: Ioh. 15, 12. *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem.* In hoc enim mandato omnium salus consistit; hoc cunctis pernecessarium esse constat et maxime his, qui gregem[d] Christi regendam[e] accipiunt. Quapropter tu, carissime fili[f], gregem quam[g] accepisti regendum fraterno amore diligenter erudire studeto et sanctis ammonitionibus eum per pascua vitae deducere satage. Habes in omni opere[h] bono Chri-

---

ipsa. Nomen montis ex tunc et nunc Leucus est; ex nomine montis castrum illud etiam nomen sortitum est, sed et populus regionis illius Leuci sunt dicti, maxima pars Aquitaniae usque in Oceanum. Testes sunt perpetua fama et plures scripturae iam hodie, quod illa omnia ita nuncupantur. De Leucis ergo beatus Vedastus oriundus fuit, nobilibus procul dubio natalibus, prosapia sicut ingenua, ita insigni et famosa, praediorum affluentia et abundantia divitiarum locupletissimis, ut nihil de seculari defuerit gloria. Puer studio litterarum felici auspicio mancipatus est, nam omnia quae ad institutum studium attinebant, divino suggerente suffragio, plenissime hausit. Verum in his omnibus nullo abusus est, sed gradatim ad summa aspirans, vere secundum Deum et quae illius sunt demum philosophatus est, ut solum Deum et voluntatem eius et praecepta amplecteretur certus de reposito fructu. Demum beatissimus plus quam adolescens parentes fugit, divitias contempsit paternas et gloriam et amplissimas praediorum possessiones ita sprevit, acsi brevissimae essent: ita patriam evasit; applicuit tandem ita solitarius, ita vacuus ad fines, qui Alemannos prospiciunt. Ibi de loco ad locum pauper exulavit pro amore Dei et vitae aeternae. Et quia tanto tempore in partibus illis conversatus fuit, incolae illius patriae existimaverunt illum et adhuc existimant in Tullo, tunc oppido, nunc civitate, fuisse natum ***Vita apud Henschenium desinit, in altero vero quo usus est codice B 3, scilicet in Atrebatensi n. 573, saec. XIII, prologi alterius locum interpolatio obtinet, qua Leucus Aquitaniae locus fictus sancti patria statuitur; cf. 'Mittheilungen' XIV, p. 434.***

II. Ep. A 2. C 1. 2a. c. E 1. 2. 3.

Ep. a) *praescr.* Epistola ad patrem monasterii *A 2*; Incipit epistola *C 1*; (Incipit *add. C 2c*) epistola Albini levit(a)e ad Radonem abbatem de vita sancti Vedasti episcopi (et confessoris *add. C 2c*) *C 2a. c*; Incipit prologus in vita sancti Vedasti episcopi et confessoris *A 6d (non collatus)*. — ***Epistula a reliquis quibus usi sumus Vitae codicibus abest, extat vero inter Alcuini epistulas, scilicet in codicibus Trecensi** 1165, **s. IX (E 1), reginae Christinae** 272, **s. X (E 1*), Sangallensi** 271, **s. IX (E 2) non bono, Musei Brit., King's library** 8 E XV, **s. IX (E 3), alioque recentiore huic simili, edita ab E. Dümmler v. c. in Bibliotheca Iafféana VI, p.** 706 **sqq. et in MG., Ep. IV, p.** 116 **sq.*** b) sequutus pr. *A 2. E 1*; pr. s. *C 2a.* c) *om. C 1. 2a. c.* d) regem *pr. m. A 2.* e) *ita A 2 (pr. m.). E 1*; regendum *rell.* f) *om. C 1. 2a. c.* g) *ita A 2 (pr. m.). E 2*; quæ *C 2a*; quem *rell.* h) tempore *A 2.*

1) *Monasterii S. Vedastis Atrebatensis a.* 790—808; *v. supra p.* 402.

stum adiutorem, sanctum quoque Vedastum intercessorem. Sicut magno labore domum[a] Dei optime habes ornatam[b, 1] et largissimis donis decoratam, ita tibi subiectos bonis moribus ornari[c] contende et eos in divina laude devotissime[d] fac consistere, et quod angeli semper agunt in caelis, hoc fratres iugiter faciant in ecclesiis. Tuum[e] praecipere, illorum oboedire; tuum[f] praeire, illorum subsequi. Omnium itaque in servitio Dei una debet esse voluntas, ut una fiat in regno Dei remuneratio. Nullus[g] horis canonicis se divinis subtrahat laudibus, ne propter aliquam neglegentiam cuiuslibet locus in conspectu Dei vacuus inveniatur, et verba[h] Dei in ecclesiis intimo cordis affectu proferantur, et cum magna reverentia Dei omnipotentis officia celebrentur. Omne vero ministerium Christi humiliter et devote impleatur. Omnis itaque oboedientia in saeculi necessitatibus fideliter et strenue peragatur. Fiat equidem inter omnes concordissima pax et sanctissima caritas et[i] devotio vitae regularis. Seniores bonis exemplis et sedula ammonitione erudiant iuniores illosque diligant ut filios, et illi quasi patres eos honorificent, illorum omni alacritate oboediant praeceptis. Tua vero, venerande fili, conversatio omnibus sit exemplum salutis. Cave, ut nec minimus quis in tua scandalizetur vita, sed aedificetur et roboretur in via veritatis, quia tibi[k] ex illorum salute merces iudicabitur aeterna. Cani capilli extremum denuntiant properare diem. Quapropter paratus esto omni hora in occursum domini Dei tui. Dilectio fraterna et elemosinae miserorum et vitae[l] castitas praeparent tibi gradus in caelum. Diligenter elabora aeternos tibi dies felices. Honor saecularis quem habes spiritalem tibi habundet in gloriam. Festivis diebus, veniente ad[m] ecclesiam populo, fac eis praedicari[n] verbum Dei, et quocumque vadis[o], clerici, qui servitium Dei pleniter peragant, tecum eant, sobrietate[p] ornati, non ebrietati[q] adsueti; quorum honestas vitae aliis sit doctrina[r] salutis. Curamque ubique habeas maxime pauperum, viduarum et orfanorum, ut audias in die tremendo a deo Christo cum aliis elemosinam facientibus: *Quamdiu* Matth. 25,40.
uni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. Esto miseris ut pater[s] et causam ad te clamantium diligenter discute et parce in te peccantibus, ut Deus tuis parcat peccatis. Esto iustus in iudiciis et misericors in debitis, magister virtutum, moribus honestus, verbis iocundus[t], vita laudabilis, in omni opere[u] Dei devotus. Fratres quoque cohortare, ut sanctas diligentissime legant scripturas. Non confidant in linguae[v] notitia, sed in veritatis intellegentia, ut possint contradicentibus veritati resistere. Sunt tempora periculosa, ut apostoli praedixerunt, quia multi cf. 2.Tim. 2,1.
pseudodoctores surgent, novas introducentes sectas, qui catholicae fidei puritatem cf. 2.Petr. 2,1.
impiis adsertionibus maculare nituntur[w]. Ideo necesse est, ecclesiam plurimos habere defensores, qui non solum vitae sanctitate, sed etiam doctrina veritatis castra Dei viriliter defendere valeant. Has vero piae ammonitionis litterulas non quasi nescienti direxi, sed ut verae caritatis in meo pectore fidem ostenderem. Quid facit amicus, si verbis[x] se ipsum non ostendit? Si divites pauperum munuscula non sper-

II. Ep. *A* 2. *C* 1. 2*a*. *c*. *E* 1. 2. 3.

Ep. a) d. D. h. o. *C* 2*a*; o. d. D. h. *C* 2*c*. b) ornatum *pr. m. A* 2. c) ornare *C* 1. 2*c*. *E* 2. 3 *(pr. m.)*. d) *om. C* 2*a*. *c*. e) est *add. C* 1. 2*a*. *c et m. al. A* 2. f) est *add. C* 1. 2*a*. *c*. *E* 3. g) Nullis *C* 1, *corr.* h) verbum *pr. m. A* 2. i) et — regularis *om. C* 2*a*. *c*. k) ex i. s. t. *C* 1. l) vita c. (*e corr.* castitatis?) *C* 1. m) *m. al. superscr. C* 2*a*; *om. C* 1; in *C* 2*c*. *E* 2. n) predicare *A* 2 *(pr. m.)*. *C* 2*a*. o) vad:s *m. al. corr.* vadas *A* 2. p) sobrietatem *pr. m. A* 2. q) ebrietatem *pr. m. A* 2; ebrietate *C* 2*a*. *E* 1. 3. r) doctrine *A* 2; doctrinis (?) *pr. m. C* 1. s) ter *in litura A* 2. t) *ita C* 1. 2*a*. *c*; iuc. *A* 2. u) tempore (?) *pr. m. A* 2. v) lingua notitia *E* 2; lingua notitiae *A* 2, *corr.*; linguae notitiae *C* 1. w) nitur *C* 1, *corr.* x) si se i. v. *C* 2*a*. *c*.

1) *Ecclesiam concrematam Rado abbas splendidissime renovaverat; v. supra p.* 402.

nunt, cur et vestrae flumina[a] sapientiae nostrae rivulos intellegentiae respuere debent? Nam et maiores amnes[b] rivulis augentur[c] influentibus, etiam et[d] ipse [cf. Luc. 21, 3.] Dominus viduae laudavit duo minuta, quae ex inopia suae paupertatis larga manu Deo quod habuit optulit. Et ego, quamvis scientia[e] inops, tamen fraterno[f] fidelis amore vestrae haec[g] munuscula direxi[h] pietati, obsecrans, ut tam humili ea[i] fraternitatis intuitu respicere digneris, quam nos pia devotionis caritate illa vobis dirigere studuimus. Omnipotens Deus te tuosque carissimos[k] fratres in omni bono proficere faciat et ad beatitudinem aeternae gloriae[l] pervenire concedat, filii[m], fratres, patres et amici in Christo carissimi[n].

INCIPIT[a] PRAEFATIO SUSCEPTI OPERIS,

et quomodo vir Dei sanctus[b] Vedastus regi Hlothwio[c] adiunctus esset[d].

[cf. ib. 15, 4.] 1.[e] Postquam Deus et dominus noster Iesus Christus ovem quaerere perditam de caelis in hunc mundum per virginale[f] venerat uterum, et tota suae dispensationis et nostrae salutis peracta plenitudine, cum triumpho gloriae ad sedem paternae maiestatis reversus, ut tetricas ignorantiae tenebras toto depelleret orbe, multa sanctorum lumina doctorum, euangelicae praedicationis luce fulgentia, toto diviserat mundo: ut, sicut caelum fulgentibus ornatur stellis, quae tamen omnes[g] ab uno inlustrantur sole, sic et lata terrarum spatia sanctis splendescerent doctoribus, qui tamen ab aeterno sole inluminati, divina praeveniente gratia, caecas ignorantiae tenebras verae fidei fulgore et glorioso Christi nomine inlustrarent, ut, eis ministrantibus, longa ab initio saeculi esuries aeternae vitae aepulis[h] satiaretur. De quorum numero sanctus Dei sacerdos Vedastus et praedicator egregius temporibus fortissimi regis tunc temporis Francorum Hlodwii[i] in has, divina dirigente gratia, ob multorum salutem pervenit regiones, quatenus supernae pietatis suffultus[k] auxilio, populum diabolica fraude deceptum et errorum[l] laqueis captivum in viam dirigeret salutis aeternae et[m] verae quae in Christo est libertati[n] restitueret. Sed ut hoc acceptabili[o] secundum apostolum fieret tempore, qui ait: [2. Cor. 6, 2. 1. Tim. 2, 4.] *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis!* deus[p] Iesus, *qui vult omnes homines salvos fieri,* conpetentem suo famulo[q] praevidebat causam, quomodo opor- [Vita I, c. 2.] tune ad ministerium verbi Dei pervenire valuisset. Contigit vero, praefatum Francorum regem Hlothwium[r] Alamannis[s] bella[t] inferre, qui tunc temporis regno suo [ib.] per se potiti sunt; sed non eos ita offendit inparatos, ut voluit. Nam, fortissima collecta manu, regi circa ripas Reni fluminis obviaverunt, unanimes[u] bellica virtute patriam defendere vel libera manu pro patria mori; et fortissime utrimque decertatum

II. Ep. *A* 2. *C* 1. 2*a. c.* *E* 1. 2. 3. *Cap.* 1. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Ep. a) s. fl. *C* 2*a. c.* *E* 3. b) ammes *C* 1. c) ag. *A* 2, *corr.* d) *ita C* 2*a. c cum rell.; om.* *A* 2. (*C* 1). *E* 3. e) scientiā *pr. m.* *A* 2; scientiae *C* 2*a.* f) (fr. *om.*) fideli *C* 2*a. c.* g) hac *pr. m.* *A* 2. h) p. d. *C* 1. i) *in litura* *C* 1; eam *E* 1. 2. k) *om.* *C* 2*a. c.* l) *superscr.* *A* 2. m) filii — carissimi *om.* *A* 6*d.* *C* 1. 2*a. c*; Amen *add.* *C* 1. n) *subscr.* Explicit epistola *A* 2; Finit epistola *C* 2*c*; Explicit prologus *C* 2*a.*

Cap. 1. a) *ante hoc lemma alterum praescr. est*: T + T + T + Incipit vita sancti Vedasti episcopi et confessoris, quod est VIII^{va} Idus Februarias, et translatio corporis ipsius Kl. Octobris *B* 1. b) (s. *om.*) Vedastas(?) *A* 3. c) Hlodoveo *B* 2; Hlowio *C* 1. d) est *A* 3. *B* 2. *C* 1. e) *om.* *C* 1. f) *ita A* 1; virginalem *rell.* g) omnis *C* 1, *corr.* h) *ita A* 1. *B* 1. i) *ita A* 1. 3; Hlodwei *B* 1 *(pr. m.)*; Ludw(ii *in litura*) *A* 2; Lodovii *m. al. corr.* Hludwici *C* 1; Lodevei *B* 2. k) suffultis *A* 2. l) errorem *C* 1, *corr.* m) et v. *m. al. superscr.* *A* 2. n) *m. al. add.* *A* 2; r. l. *B* 2. o) acceptabile *A* 3. p) dominus *A* 2. 3. q) pr. f. *A* 3. r) *ita A* 1. 3. *B* 1; Hlodovium *m. al. corr.* Hlud. *C* 1; Hlodoveum *B* 2; Lothwium *A* 2. s) Alamanis *A* 2, *corr.*; Alem. (*A* 3). *B* 2. *C* 1 *(ut infra).* t) bellum *A* 3. u) unanimis *A* 1; unianimes *B* 2. *C* 1.

est: hi, ne triumphi gloriam, illi, ne patriae perderent libertatem, in mutuam corruentes caedem. [Vita I, c. 2.] Igitur rex nimio turbatus terrore, dum inimicos vidit fortiter pugnare et suos pene ad internicionem vinci, magis coepit de salute disperare, quam de victoria sperare. Etsi necdum voluntate renatus esset[a] in Christo, tamen, necessitate cogente, ad Christi confugit auxilium. Et quia reginam habuit relegiosam[b] baptismique[c] sacramentis initiatam nomine Hlothild[d], oculos cum hac voce ad caelum levavit: 'O Deus unicae potestatis et summae maiestatis, quem regina[e] Hlothild[f] colit, confitetur et adorat, concede mihi hodie de inimicis meis victoriam; nam ex hac die tu solus mihi eris Deus et veneranda potestas. Tu mihi triumphum praesta, et ego tibi servitium promitto sempiternum[g]'. Mox, divina operante pietate, terga verterunt Alamanni; victoria[h] cessit regi et Francis.

2. Quomodo rex festinavit post[a] victoriam ad baptismum et sibi[b] sanctum Vedastum socium[c] adscivit, cuius doctrina fidei sacramenta suscepit.

O mira omnipotentis Dei clementia! O ineffabilis bonitas, qui sic exaudiet[d] et nunquam derelinquet[e] sperantes in[f] se! Quanta fide christiani illius invocare misericordiam debent, dum paganus rex ad unius precis[g] effectum tantam promeruit victoriam? Cui ex antiquis huius divinae pietatis auxilium adaequare debemus, qui ob unius momenti lacrimas tam celebrem venturo suo servo contulit triumphum, nisi[h] Ezechiae regi, [4. Reg. 19.] qui in angustia tribulationis una tantummodo petitione promeruit, non solum a praesenti vastatione civitatem superna protectione defendi, sed etiam in eadem nocte, qua preces in divinas effuderat aures, CLXXXV milia hostium laetus et[i] liberatus occidi viderat? Haec vero victoria, de qua ante diximus, regi populoque suo causa fuit salutis aeternae, et ne lucerna[k], sanctus [cf. Luc. 11, 33.] videlicet[l] Vedastus, sub modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel praedicationibus in domo Dei[m] lucens, ab errore idolatriae et caligine ignorantiae in viam plurimos educeret veritatis. Igitur, superatis hostibus et rebus [Vita I, c. 2.] in pace conpositis[n] et Alamannis suae subiectis dicioni, rex ovans cum laude triumphi patriam rediit. Et ut fidelis tantae sibi gloriae largitori sponsor appareret, festinavit [ib. c. 3.] servorum Christi sacra inbui[o] praedicatione et sancti baptismatis ablui sacramentis. Venit ad Tullum[p] oppidum, ubi sanctum agnovit Vedastum laudabili relegione[q] soli servire [ib. c. 2. ib. c. 3.] Deo et dulcissimos contemplativae vitae carpere fructus. Hunc vero ad sanctum Remedium[r] Christi clarissimum[s] sacerdotem Remanam[t] properans civitatem sibi socium[u] adsumpsit, quatenus per singulos iteneris[v] sui[w] gressus saluberrimis ab eo inbueretur doctrinis et catholicae fidei firmis initiaretur fundamentis: ut paratus fide et virtutum scientia a tanto pontifice spiritali ablueretur[x] lavacro, et ab illo donis caelestibus confirmaretur, quod ab isto prius[y], divina praeveniente gratia, euangelicis coeptum fuerat praedicationibus. Hic ad fontem vitae festinantem deducebat[z] regem, ille in fonte salutis aeternae venientem abluebat; ambo propemodum

II. Capp. 1. 2. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 1. a) *om.* *A* 3. b) *ita* *A* 1. c) babt. *constanter* *A* 1. d) Hlodhild *h. l.* *A* 3. e) reginae *pr. m.* *C* 1. f) Hlothhilt *A* 1; Lohthild *B* 2. g) *m. al. suppl.* *A* 2. h) victori *A* 3.

Cap. 2. a) *m. al. suppl.* *A* 2. b) sanctum sibi *A* 2. c) sotium *A* 1. d) exaudit *A* 2. e) derelinquit *B* 2. f) *om.* *B* 2. g) preces *pr. m.* *A* 2. h) si *m. al. suppl.* *A* 2. i) *m. al. suppl.* *A* 2. k) lucernae *pr. m.* *C* 1. l) scilicet *A* 2. 3. m) Domini *A* 3. n) positis *B* 2. o) indui *B* 1. p) illum *A* 2. q) *ita* *A* 1. *B* 2. r) Remig. *B* 1. 2. *C* 1, *item infra.* s) carissimum *B* 2. t) Romanam *A* 3. u) socius, *ras.* s *B* 2. v) *ita* *A* 1 *(pr. m.)*. *B* 2. *C* 1. w) sui gr. *ante* it. *A* 3. x) abluere *A* 2, *corr.* y) *om.* *A* 3. z) deduceba:t, *ras.* n *A* 1.

pari pietate patres, hic doctrina fidei, ille baptismatis unda, utrique aeterno regi[a] regem temporalem munus optulerunt[b] acceptabile. Hii[c] sunt duo[d] olivae[e], candelabra lucentia, a quibus rex praefatus in[f] via Dei eruditus et a diaboli catenis erutus, miserante Deo, portam perpetuae lucis ingressus, cum fortissima gente
cf. 1. Petr. 2, 9. Francorum credidit Christo, et facta est gens sancta, populus adquisitionis, ut[g] adnuntientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.

3. Quomodo in via sub praesentia[a] regis et populi vir Dei Vedastus caecum inluminavit.

cf. Luc. 18, 41. Sacra igitur euangelicae auctoritatis narrat historia, dominum Iesum Hiericho pergentem ad confirmanda in fidem[b] suae maiestatis corda populi praesentis cuidam caeco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum, ut per corporale unius illius caeci lumen[c] spiritaliter multorum inluminarentur pectora. Ita et sanctus Vedastus, Deo Christo donante, per cuiusdam inluminationem caeci fidem quam verbo praedicavit in corde regis miraculo confirmavit, ut rex ipse[d] intellegeret, tam sibi esse necessarium cordis lumen, quam caeco oculorum inlustrationem; et quod divina operata est gratia per preces famuli sui in oculis caeca nocte castigatis, hoc per sermones eiusdem famuli, eadem operante potentia, per spiritalis intellegentiam lucis in suo pectore perficeretur. Nam regia excellentia condigno[e] comitatu cum
Vita I, c. 3. multitudine maxima[f] populi, iter agentibus illis, venerunt in quoddam[g] pagum, quod[h] incolarum terrae illius consuetudine Vungise[i] pagus dicitur, prope[k] Reguliacam villam, quae sita est super florigeras Axnae[l] fluminis ripas[m]. Et ecce! eiusdem fluminis pontem[n] rege transeunte cum multitudine populi, obviavit illis caecus quidam, huius diutissime solaris expers luminis: forte nec sui caecatus culpa, sed ut manifestarentur opera Dei in illo, et per illius inluminationem praesentem plurimorum inluminarentur corda spiritaliter. Qui[o] cum intellexisset a praetereuntibus, sanctum Vedastum Christi servum in eodem iter agere comitatu, clamavit: 'Sancte et[p] electe Deo Vedaste, miserere mei et supernam[q] pio pectore diligentius deposce potentiam[r], ut meae subveniat miseriae[s]. Non aurum posco nec argentum, sed ut mihi lumen per[t] sanctitatis tuae preces restituat oculorum'. Sensit itaque vir Dei, virtutem[u] sibi adesse supernam. Non ob illius[v] caeci[w] tantummodo, sed plus[x] propter praesentis populi salutem totum se in sacras effudit preces; in divina fidens pietate[y], dexteram cum signo crucis posuit super oculos caeci, dicens: 'Domine Iesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos caeci ad te clamantis, aperi oculos et[z] istius, ut intellegat
Dan. 6, 27. populus iste praesens, quia tu es solus[a] Deus, faciens mirabilia in caelo et in
Vita I, c. 3. terra'. Mox ille caecus, lumine[b] recepto, gaudens perrexit viam suam. In quo loco tempore sequenti a relegiosis[c] viris aedificata est ecclesia[d] in testimonium miraculi[e] istius, in qua orantibus et credentibus usque hodie beneficia praestantur divina.

II. Capp. 2. 3. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 2. a) *pr. m. superscr. A* 1. b) *ita A* 2. 3. *B* 2; obt. *corr.* opt. *A* 1. c) *ita A* 1 *(pr. m.)*. 2; Hi *rell.* d) due *A* 2, *corr.* e) duo *add. B* 1 (?). f) er. in v. D. *A* 3. g) et *pr. m. B* 1.

Cap. 3. a) praesentiae *pr. m. C* 1. b) fide *B* 2. c) *om. A* 3. d) iste *A* 2, *corr.* e) cum digno *B* 2. f) iret *add. B* 1 (?). g) quendam *C* 1. h) qui *B* 2. *C* 1. i) Ungise *pr. m. C* 1. k) pro *B* 2. l) Axonae *C* 1. m) ripam *pr. m. A* 1. n) potentem *pr. m. A* 1; pontum *A* 2. o) Quod *pr. m. A* 2. p) *m. al. superscr. A* 2. q) superne(?) *C* 1, *corr.* r) clementiam *A* 3. s) iae *m. al. in litura A* 2. t) (per *om.*) s. t. precibus *A* 3. u) virtutum *A* 1, *corr.* v) lius *C* 1. w) caece *A* 2, *corr.;* cecitatum modo *C* 1. x) *bis scr. erat A* 2. y) pietatem *pr. m. C* 1. z) *superscr. A* 2. a) D. s. *A* 3 (?). b) ine *in litura A* 2. c) *ita A* 1. *C* 1. d) aeclesia *A* 1; aeccl. *A* 2. e) miracul: *pr. m. A* 1.

4. Quod rex Hlothwius[a] ad baptismum[b] venit, ibique in Remis civitate virum Dei Vedastum sancto commendavit Remedio pontifici[c].

Igitur rex a viro Dei euangelicis adprime inbutus doctrinis et huic[d] praesenti miraculo in fidem[e] firmiter confortatus, nil[f] moratus[g] in via, nil[h] dubitans in fide, sed magna alacritate animi, magna festinatione iteneris[i] sanctissimum[k] pontificem Remedium videre properavit, ut illius sacratissimo ministerio, Spiritu[l] sancto (Vita I, c. 3.) operante[m], in remissionem[n] peccatorum et spem vitae aeternae catholici baptismatis vivo ablueretur fonte. Cum quo[o] aliquantis moratus diebus, ut ecclesiasticis satisfaceret sanxionibus[p] et[q] penitentiae secundum apostolicum praeceptum prius ablueretur lacrimis, dicente beato[r] Petro principe apostolorum: *Penitentiam*[s] *agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi,* (Act. 2, 38.) et sic in nomine (Vita I, c. 3.) sanctae Trinitatis caelestis misterii baptisma susciperet. Sciens vero beatus pontifex, apostolum dicere Paulum: *Omnia vestra honesta*[t] *cum ordine fiant*, statuit diem, quo rex ecclesiam intraret ad suscipienda divinae[u] pietatis sacramenta. Quale fuit[v] tunc sanctis Dei gaudium, qualis in ecclesia Christi[w] laetitia[x], cum viderent regem (1. Cor. 14, 40.) Ninneve[y] ad praedicationem Ionae de solio maiestatis suae descendisse[z] et in (cf. Ion. 3, 6.) cinere sedisse penitentiae et sub pia Dei[a] sacerdotis dextera[b] suae excellentiae caput humiliare! Baptizatus itaque rex cum optimatibus suis et populo, qui, divina (Vita I, c. 3.) praeveniente gratia, salutaris lavacri gaudebat suscipere sacramentum, utrumque et victoria[c] ex hostibus et suae salutis voti compos, ad sceptra regni regenda reversus est sanctumque Vedastum beato pontifici commendavit Remedio. Qui ibi moratus, vitae (ib. c. 4.) meritis et virtutum claruit exemplis; omnibus amabilis et venerabilis factus est. Fuit enim morum dignitate relegiosus[d], caritate praecipuus, fraterna dilectione iocundus, humili pietate eximius[e], orationum vigilantia adsiduus, sermone modestus, corpore castus, ieiunio sobrius, miserorum consolator. Non de crastino cogitans, sed semper de Dei confidens clementia, omnes ad se venientes aeternae vitae pane[f] pascebat. Nullum in sua dispiciebat[g] angustia, sed piae consolationis verbo reficiebat maestos. Nemini vel[h] verbo nocuit, sed fraterno amore cunctis prodesse satagebat. Unde et a quam plurimis[1] inlustribus frequentabatur viris, ut illius sacratissimo alloquio vel in tristitia cuiuslibet sollicitudinis susciperent consolationem, vel in relegione[d] ecclesiasticae exercitationis ab eo puram audirent veritatem. Unde et illius pia[i] devotione multi a diaboli[k] laqueis liberati sunt et vias vitae perpetuae, superna adiuvante pietate, ingressi sunt.

5.[a] De conversatione viri Dei in Remis et de miraculo vini ibi[b] gesto.

Scilicet multi, ut supra diximus, ob[c] celeberrimam sanctitatis[d] famam nobi- (ib.) lium vel plebialium virum Dei visitare solebant[e], ut consolarentur[f] per gratiam,

II. Capp. 4. 5. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 4. a) Hlothvius *A* 1; Hlodwius *C* 1; Hlodoveus *B* 2; Ludwius *A* 2. b) baptisma *B* 2. c) *om.* *C* 1. d) hu^i^c *A* 2; hoc *A* 3. *C* 1. e) fide *A* 3. *B* 2. f) nihil (?) *pr. m. corr.* nil *A* 1; nihil *A* 2. g) morans *pr. m.* *A* 2. h) nihil *A* 2. i) *ita* *A* 1. k) sanctum *B* 2. l) Spiritu: *A* 2. m) cooperante *C* 1. n) remisione *B* 2. o) que *pr. m.* *A* 2. p) *ita* *A* 1. 2. q) de *add.* *B* 2. r) *om.* *C* 1. s) pentential *pr. m.* *A* 2. t) honeste *A* 2. 3; et *add.* *A* 3. u) divina *C* 1. v) t. f. *B* 2. w) *superscr.* *A* 2. x) laeti:tia, *ras.* a *A* 1. y) Ninnive *A* 3. *B* 1; Nineve(ę) *B* 1. *C* 1. z) disc. *A* 1. a) *pr. m. superscr.* *C* 1; s. D. *A* 2. b) *om.* *B* 1. c) *ita codd.* d) *ita* *A* 1. e) eximus *A* 1, *corr.* f) *om.* *B* 2. g) *ita* *A* 1. *B* 1. *C* 1. h) *m. al. superscr.* *A* 2. i) pura *A* 3. k) diabuli *A* 1.

Cap. 5. a) *om.* *B* 2. b) ubi *pr. m.* *C* 1. c) ob. c. s. f. *m. al. in litura scr.* *B* 1. d) eius *add.* *A* 3. e) solebat *A* 3. f) onsolarentur *A* 2.

1) *Unius tantum 'ex inlustribus viris' meminit biographus vetustior.*

Luc. 6, 45. quae[a] habundabat in labiis illius. Et quia ex habundantia cordis os loquitur, et quia fraterno amore omnes diligebat[b], omnibus se affabilem praestabat. cf. Matth. 25, 25. Aliorum salutem suum reputans lucrum, nec dominicae talentum pecuniae pigritiae obruit humo[c], sed cotidiano caritatis sudore multiplicare[d] studebat, ne[e] Vita I, c. 4. vacuus, reveniente Domino suo, in conspectu appareret illius. Igitur quidam vir[f] nobilis et relegiosus[g] inter alios famulum venit visitare Christi, ut per eum caelestis doctrinae reficeretur[h] melle; et dum sermo[i] dulcissimae allocutionis[k] in longum traheretur, et sol medium caeli transiens centrum, crescentes duplicavit umbras, nolebat vir Dei hospitem suum absque caritatis dimittere viatico: mandavit puero, ut si quid illi remansisset vini, caro pocula portare[l] amico, quatenus utrumque vel anima refectus vel corpore confortatus domum rediret. Sed propter hospitum frequentiam et viri Dei largam hominibus munificentiam non arida patris caritate aridum invenit vasculum, in quo vinum servari[m] solebat. Mox tristis tacito murmure[n] hoc ipsum puer paternis intimavit auribus. Qui verecundiae rubore perfusus, caritatis tamen dulcedine[o] habundans, corde[p] in divina confisus suffragia, tacitas[q] paulisper Deo preces effudit. Nil[r] de divino[s] dubitans auxilio, nil de suae cf. Exod. 17, 6. petitionis hesitans effectu[t], totus in[u] eius credens clementiam, qui de arida petra sitienti Vita I, c. 4. populo fontem aquae vivae produxit, vel[v] in Cana[w] Galileae aquam in mirabilis vini convertit saporem, dixit puero: 'Vade, in Dei confidens bonitatem, et quodcumque inveneris in vasculo, non tricare nobis adferre'. Qui celer paterno oboediens praecepto cucurrit et vas vino optimo superaffluens invenit. Gratias Deo agens, alacri animo venienti et suis sociis propinavit amico; qui duplici roboratus caritate, remeavit in propria. Sed famulus Christi, ne vanis iactantiae verbis vel rumigero populi celebraretur favore, sub magna atestatione[x] praecepit puero omnibus vitae suae diebus hoc tacere miraculum, plus Deo soli cognitus esse cupiens quam hominibus, certissime sciens, omnium esse virtutum veram in humilitate custodiam et hanc esse, qui[y] Matth. 23, 12. caritatis gradibus altissima caeli regna conscendat, ipsa dicente veritate: *Omnis qui se humiliat exaltabitur.*

6. Ut vir Dei a sancto Remedio episcopus ordinatus est et Adrabatae[a] civitati[b] missus est verbum Dei praedicare et in introitu civitatis caecum et claudum curavit.

Vita I, c. 5. Dumque vir Dei celeberrima vulgaretur fama, et caritatis in eo munificentia et relegio[c] vitae et verbi[d] Dei instantia longe lateque ab omnibus celebraretur, visum est beatissimo pontifici Remedio tam praeclaram Christi lucernam melius esse supra candelabrum ponere, ut splendidissimo[e] suae[f] sanctitatis fulgore[g] latius ad salutem luceret multorum[h], quam sub unius loci latebris propemodum abscondita latuisset. Divina dispensatione et salubri sacerdotum consilio ordinavit eum episcopum et ad praedicandum verbum vitae Adravate[i] eum direxerat urbi, quatenus populus diu in antiquis malae consuetudinis erroribus iacens, Deo auxiliante, per assiduam sacrae prae-

II. Capp. 5. 6. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 5. a) quam *pr. m. A* 2. b) dilegebat *A* 1. c) homo *A* 1, *corr.* d) mulplicare *pr. m. C* 1. e) nec *A* 1. f) et *add. B* 2. g) *ita A* 1. *C* 1. h) reficetur *pr. m. C* 1. i) sermo::, *ras.* ne *A* 1. k) alloquut. *A* 1. l) portaret *A* 2. *B* 2. m) servar: *pr. m. A* 1. n) murmura *C* 1, *corr.* o) dulcidine *A* 1. p) corda *pr. m. A* 2. q) tacitus *A* 2. r) nihil *A* 3. s) vino *B* 2. t) effectum *A* 2. u) cr. in eius *A* 3. v) vel — saporem *m. al. in ima marg. suppl. A* 2. w) Chana *B* 1. 2. *C* 1. x) *ita A* 1. 4. *B* 1. 2. y) quae *A* 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 6. a) Atrabate *A* 3; Atrebate *B* 2; Atrebatum *C* 1. b) civitate *B* 2. c) *ita A* 1. *B* 2. d) verbi:: *m. al. corr.* verbum *A* 1. e) splendissimo *A* 2, *corr.* f) suo *B* 2. g) fulgure *A* 3. h) in ultorum *C* 1. i) Adrabate *A* 2; Atrabat(a)e *A* 3. *B* 1; Atrebate *B* 2; Atrebatum *C* 1.

dicationis instantiam per illum in viam veritatis et[a] agnitionem filii Dei deduceretur. Qui, pontificatus gradu et praedicationis officio suscepto, concitus ad praefatam[b] iam perrexerat urbem; sed in auspicium futurae prosperitatis et salutis Deus cuiusdam miraculi[c] testificatione eius[d] civibus patefecit introitum. Igitur in ipsa civitatis porta duos habuit[e] obviam sibi egenos et infirmos, caecum scilicet et claudum, miserabili a viro Dei voce stipendia postulantes. Mox sacerdos Christi illorum condolens miseriae, secum tractans, quid illis solacii praestare potuisset, et dum apostolicus praedicator pecuniam in sacculis se[f] non habuisse sciret, in divina confidens clementia et sanctorum apostolorum Petri et Iohannis confortatus exemplo, ait: 'Aurum et argentum non est mecum; quod autem habeo, id[g] est caritatis officia et pietatem orationis ad Deum, hoc vobis praestare non differo'. Et in haec verba se[h] vir Dei ex intimo cordis affectu pro illorum lacrimas[i] fudit miseria et cum fidei puritate opem illis poscebat divinam[k] vel pro illorum corporali vel pro populi praesentis spiritali salute. Nec tam piae et tam necessariae preces inefficaces esse potuerunt, sed ab illo, qui per Isaiam[l] inquit prophetam: *Tempore oportuno exaudivi te et in die salutis adiuvi te,* mox[m] ambo in conspectu multitudinis optatam[n] receperunt[o] sanitatem, hic luminis claritate ditatus, ille pedum velocitate laetatus. Ambo supernae gratias[p] agentes pietati, maiora[q], quam speraverunt, munera portantes[r], domum reversi sunt. Sed et hoc[s] miraculum sanitatis in illis plurimis fuit causa salutis aeternae. Videntes caelestem virtutem verba consequi sacerdotis Dei, relictis idolatriae sordibus, in Christum credentes, vivo sacri baptismatis[t] fonte purgati sunt.

Vita I, c. 5. — cf. Act. 3, 6. — Vita I, c. 5. — Is. 49, 8. — Vita I, c. 5.

7. Quomodo civitatis loca peragrans, et vix ecclesiae[a] vestigia inter ruinas murorum repperit et lustra ferarum tantum ibi esse[b] conspexit.

Praefati vero miraculi testificatione vir Dei favore populi suffultus, singula civitatis loca peragrans, quaesivit inter ruinas aedificiorum, si quodlibet ecclesiae signum invenire valuisset[c]. Nam[d] antiquis ferme temporibus sacrae in illis locis fidei floruisse relegionem[e] agnovit; sed propter peccata habitatorum terrae illius occulto Dei iudicio, sed iustissimo tradita est cum ceteris Galliae vel Germaniae civitatibus pagano et perfido Hunorum[f] regi Attilo[g] urbs quoque illa depraedanda. Qui propter nimiam animi sui saevitiam nec sacerdotibus Dei honorem nec ecclesiis Christi reverentiam inpendere sciebat, sed omnia quasi tempestas inmanissima ferro vastavit et igne. Tunc in similitudine Hierusolimitanae[h] vastationis, quae ab impio Babiloniae[i] rege facta est, venerunt gentes in hereditatem Dei et pollutis manibus profanaverunt sacraria Christi, effundentes sanguinem servorum Dei circa altaria altissimi regis. Non[k] haec paganorum fecit fortitudo, sed populi christiani promeruerunt peccata. Invenit vero famulus Christi antiquae ruinas ecclesiae, inter murorumque[l] fragmenta veprium crescere densitates. Ubi quondam psallentium[m] chori, ibi[n] lustra et latibula[o] ferarum visa sunt, stercoribus et inmunditiis[p] omnia

Vita I, c. 6. — 4. Reg. 25. — Vita I, c. 6.

II. *Capp.* 6. 7. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 6. a) ad *add.* *B* 2. b) praefatum *A* 1. c) t. m. *A* 2, *corr.* d) exis *A* 2. e) h. sibi (s. *eras.*) o. s. *A* 1; h. s. o. *B* 2. *C* 1. f) (se *om.*) n. habuisset *A* 2. g) i. e. *om.* *A* 2. h) *om.* *B* 1. i) lacrim:: *pr. m.* *A* 1. k) divinum *A* 2, *corr.* l) Esaiam *B* 1. 2. m) mox — sanitatem *m. al. in ima marg. suppl.* *A* 2. n) optatē *A* 2. o) recip. *A* 1. p) p. gr. ag. *A* 3. q) maiorem (?) *pr. m.* *A* 2. r) reportantes *B* 1. s) ho *pr. m.* *A* 2. t) *post* bapt. *c.* 4 *litt. ras.* *A* 3.

Cap. 7. a) aeccl. *A* 1. b) *om.* *A* 3. c) val *m. al. in litura* *A* 2. d) ex *add., sed eras.* *A* 2. e) *ita* *A* 1. *B* 2. f) Hŏnorum *A* 1. g) Attila *A* 3. h) Hieros. *A* 2. 3. *B* 1. 2. i) Babyloniae *B* 1. *C* 1; Babylloniae *A* 3. k) Nec *B* 2. l) que *om.* *C* 1. m) psallenti *A* 2. n) et *add., sed eras.* *B* 2. o) latibola *A* 1. p) inmundit(c)ia *A* 3. *C* 1.

[Vita I, c. 6.] plena, ita ut vix vestigium aliquod remansisset murorum. Haec cernens, intimo cordis [Ps. 105, 6.] dolore ingemuit, dicens: 'O Domine, haec omnia venerunt super nos, quia *peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.* Sed tu, Domine, memor esto misericordiae tuae et nostris parce peccatis, et ne obliviscaris pauperum tuorum in finem'. Dum haec itaque lacrimosis murmuraret quaerelis, ecce! subito [Vita I, c. 6.] ex ruinosis speluncis[a] ursus prosiluit. Cui vir Dei cum indignatione praecepit, ut in deserta secederet loca et sibi commoda inter condensa silvarum quaereret[b] habitacula, nec ultra illius[1] fluminis ripas transiret[c]. Qui mox tali territus minatione fugit nec umquam postea illis visus est in partibus. O mira omnipotentis[d] Dei in sanctis suis potentia, quibus bestiae ferocissimae oboedire sciunt! O miserabilis hominum audacia, qui salutiferae praedicationis verba a sanctis prolata doctoribus contemnere non metuunt! Inrationabilis bestia in obtemperando[e] sanctorum prae- [cf. Ps. 48, 13.] ceptis quodammodo ratione utitur humana; homo vero ad imaginem Dei conditus, [ib.] ratione[f] praeditus, honorem suum non intellegens[g], *conparatus est iumentis insipientibus et similis factus*[h] *est illis.*

8. Quomodo in convivio apud Hlotharium[a] regem vir Dei signo sanctae crucis diabolica[b] molimina evanescere fecit.

Dum vero comperisset vir Dei ecclesias Christi[c] desertas, cor populi idolatriae erroribus infectum, ignorantiae tenebris obcaecatum, gemino se pietatis sub- [Vita I, c. 7.] didit labori. Populum sedula intentione ad agnitionem veri luminis perduxit, ecclesias ad culmen summi decoris erexit, praesbiteros et diaconos sibi in adiutorium per diversa ecclesiarum disposuit loca. Et ubi prius speluncae fuerunt latronum, ibi orationum domos[d] construxerat, magisque intendit eas divinis ornare laudibus, quam pompaticis[e] saeculi divitiis comere[f]. Fuit vero pauperibus largus, divitibus affabilis, quatenus omnes vel largitate munerum vel iocunditate[g] verborum in viam deduceret veritatis. Sciens itaque, nullatenus superba[h] saecularis potentiae colla ad christianae relegionis[i] humilitatem inclinari posse, nisi per suavissimas pietatis [1. Cor. 9, 22.] ammonitiones, apostolico instructus exemplo, *omnia omnibus factus, ut omnes lucrifaceret*[k], seniores[l] honoribus praeveniens, iuniores paterna dilectione ammonens, ubique per officia caritatis non sua quaerens, sed quae Dei sunt, Christi secutus [Vita I, c. 7.] vestigia, potentium convivia non contempsit, non luxoriae[m] causa, sed praedicationis obtentu, ut familiaritate concordiae facilius verbum Dei convivantium infunderet cordibus. Igitur quidam nobilis Francus potentiae clarus Hocinus nomine regem Hlotharium, praedicti regis Hlothwii[n] filium, qui tunc temporis[o] Francorum regni nobiliter rexerat sceptra, vocavit ad prandium, quod magno apparatu in domo sua regi et suis paraverat optimatibus. Rogatus quoque est sanctus ad convivium Vedastus. Qui domum intrans, more sibi solito, dextera extenta[p], omnia[2] sanctae crucis vexillo signavit. Quaedam vero vascula ibi cervisa[q] stabant impleta, sed male gentili errore daemonicis incantationibus infecta. Quae mox ob potentiam[r] sanctae crucis distructa[s] crepuerunt, et quic-

II. Capp. 7. 8. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 7. a) speloncis *A* 1. b) quaerere *pr. m. A* 2. c) transiri *A* 2, *corr.* d) onipotentis *A* 2. e) obtemperanda *A* 2. f) rationem *C* 1. g) intellegit *A* 1. (2). h) fatus *A* 2.

Cap. 8. a) Hlotarium *A* 3, *corr.* b) diabolica *C* 1. c) *om. B* 2. d) domus *A* 3, *corr.* e) paticis *C* 1. f) decorare *A* 3. g) *ita A* 2. *B* 1. 2; iuc. *A* 1. 3. h) saec. sup. *A* 3. i) *ita A* 1. *B* 2. k) lucrificaret *A* 3. (*C* 1). l) seniori: onoribus *A* 2, *corr. m. al.* m) *ita A* 1. *B* 1. n) Hlothvii *A* 1; Hlodwii *C* 1; Lothwii *B* 2. o) temporibus *C* 1. p) extensa *A* 3. q) cervesia *C* 1. r) potentia *A* 3. s) *ita A* 1. 2.

1) Crientium fluviolum *Vita I.* 2) *Vita I. addit* vasa.

quid liquoris habuerunt, in terram effuderunt. Territus vero[a] rex et optimates illius Vita I, c. 7. huius visione miraculi, sciscitabatur pontificem causam repentini prodigii. Cui sanctus respondit episcopus: 'Per quasdam maleficiorum[b] incantationes ad decipiendas convivarum animas diabolica in his latuit liquoribus potentia[c]; sed virtute crucis Christi[a] territa, sic invisibiliter de domo effugit ista, sicut visibiliter considerastis liquorem effundi in terram'. Haec vero res multis proficiebat in salutem; nam plurimi[1] occultis diabolicae fraudis catenis absoluti, auguriarum[d] vanitate spreta, incantationum consuetudine relicta, ad verae relegionis[e] convolaverunt puritatem, intellegentes, divinae potentiae efficaciam in suo famulo facere signa, nihil contra eius sanctitatem antiqui serpentis[f] valere machinamenta. Et quod ille ad perditionem paraverat aliquorum, hoc Christi gratia ad redemtionem[g] convertit plurimorum.

9.[a] De infirmitate, obitu et sepultura sancti viri, et quomodo[b] inlesa ab[c] igne eadem domus mansisset, in[d] qua sanctus vir obiit.

Rexerat igitur praefatus Dei sacerdos ecclesiam Christi, divina auxiliante gratia, Vita I, c. 8. annis circiter XL sub magna euangelicae praedicationis devotione, sub magno pietatis amore, ac per id[e] temporis multitudinem populi catholico dogmate ad christianae fidei convertit sanctitatem. Claruit ubique divinae cognitio legis, sanctissimum Christi[f] nomen cunctorum audiebatur in ore. Floruit in moribus castissimae vitae honestas[g], ardebat in pectoribus singulorum caelestis patriae amor. Populus statutis diebus ad ecclesiam concurrebat; festa cum magno gaudio nostri salvatoris oportunis celebrabantur diebus. Elimosinae[h] circa domos uberrime[i] pauperibus dispertiebantur. Verbum Dei cotidie per loca singula populis praedicabatur; hymnicas[k] laudes Deo horis canonicis clerus cantabat in ecclesiis. *Beatum dixerunt populum, cui haec sunt: beatus populus, cuius est dominus Deus eorum.* Ps. 143, 15. Omnes enim in pulchritudine pacis quiescebant, in agnitione veritatis gaudebant, in sanctitate christianae relegionis[l] laetati sunt. Postquam vero pius praedicator et sanctus Dei sacerdos meritis maturus et annis praemia sui laboris, Deo dispensante, accipere[m] debuit, in eadem[n] Atrabata[o] civitate validae[p] infirmitatis febre correptus est, Vita I, c. 8. divina praevidente misericordia, ut ubi plurimum in Dei sudavit servitio[q], inde ad[r] palmam aeternae beatitudinis perveniret et inter carissimorum manus filiorum animam suo redderet creatori. Ut vero sui[s] obitum famuli Deus designaret, visa est nocte quadam clarissimae columna lucis a culmine domus[2], in qua[t] sanctus iacebat sacerdos, usque ad summum caeli horarum ferme spatio[u] duarum stare fastigium. Quod cum viro Dei diceretur, intellexit statim, hoc signum suum demonstrare obitum. Vocavit suos[v] ad se filios, ut eorum precibus[w] suam fideli conditori commendaret[x] animam. Et post dulces paternae pietatis ammonitiones et extrema caritatis verba sacrosancto corporis et sanguinis Christi confirmatus viatico, inter manus lacrimantium spiritum emisit. O dies sancto laetissima sacerdoti, sed

II. Capp. 8. 9. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 8. a) *superscr. A* 2. b) melef. *B* 2, *corr.* c) potantia *A* 2. d) *ita codd.* e) *ita A* 1. f) serpentes *A* 1, *corr.* g) *ita A* 1. 3.

Cap. 9. a) *om. B* 2. b) quodo *B* 2. c) e. d. ab i. *B* 2. d) m. ubi s. *A* 3. e) idem *A* 3. f) n. Chr. *C* 1. g) honostas *B* 1. h) ael. *A* 1. i) uberrimae *A* 1. k) himn. *A* 1. l) *ita A* 1. *C* 1. m) *post* acciperet *vocabulum eras. C* 1. n) eandem *A* 2, *corr.* o) Atrabate *A* 2 *(pr. m.)*. 3; Atrebate *B* 2; Atrebatum *C* 1. p) valide *A* 2. q) servitium *A* 2, *corr.*; offitio *C* 1. r) *om. A* 2. s) sibi *B* 2. t) *post* qua *c.* 5 *litt. ras. A* 3. u) spatium *C* 1. v) *m. al. superscr. A* 2. w) praec. *A* 1. x) commendarent *A* 3, *corr.*

1) *Vita I:* multi. 2) *Vita I:* cellole.

cuncto maestissima[a] populo, quem tantus subito corporali vita deseruit pastor, quem tamen spiritali numquam deserit intercessione, si sacrae illius ammonitionis
Vita I, c. 9. verba et probatissimae vitae vestigia sequi non desistit! Convenerunt itaque ad ultima[b] venerandi viri exsequia[c] clerus et populus copiosus aliarumque ecclesiarum sacerdotes, praesbiteri et[d] diaconi. Sed mirum! inter lacrimantium voces in terra psal-
ib. c. 8. lentium, ut fertur a quibusdam relegiosis[e] viris, coetus audiebantur[f, 1] in caelo. Et
ib. c. 9. dum digno honoris officio feretrum, in[g] quo iacebat corpus, paratum staret in medio, sed accedentes movere eum[h] non valebant, — quid vero agerent, ambigebant[i]; quo se verterent, nesciebant, — sciscitabantur a Scopilione[k] archipraesbitero, viro equidem[l] relegioso, qui[2] secretarius[m] fuerat sermonum sancti Dei, si aliquid de sua eum testare[n] sepultura memoraret: timentes, ne forte illis hoc ideo[o] accidisset[p], quia intra murum eiusdem civitatis illum sepelire[q] disponebant. Quibus ille respondit, saepius eum[r] audire[s] dicentem, quod nullus intra muros civitatis sepeliri[t] debuisset, quia omnis civitas locus debet esse vivorum, non mortuorum; consilioque* ab eo accepto, foras civitatem in oratorio, quod sibi ipse paraverat, sepelirent patrem. Qui mox facillime levantes feretrum, portabant sanctum corpus cum luminibus, laudibus et himnis ad locum sibi placitum[3], sepelientes eum cum magno honore iuxta altare eiusdem oratorii[3], nobile[u] terrae condentes thesaurum. In quo loco, divina praestante[v] pietate, usque hodie solent[w] miracula fieri[x], quae magis cernentium ore narrantur, quam
ib. c. 10. dictantis stilo scribantur[y]. Superveniente itaque tempore domus, in qua[z] Deo dilectus diem[a] obiit, flammis arrepta ardere coepit. Sed, vidente quadam relegiosa femina Abita[b] nomine, sanctus adveniens Vedastus flammas a d o m o[4] discussit, et ita incolumis reremansit cum lectulo, in qua[c] vir venerabilis sanctam ad caelestia regna animam emisit, ut omnes agnoscerent, quanta illius esset beatitudo in caelis, cuius lectuli domus in terris ardere non potuit. Pro cuius meritorum quoque sanctitate, divina operante pietate, cotidie vel vetera narrantur miracula vel nova videntur. Felix equidem Atravata[d] civitas[e], tam excellenti munita patrono! Etsi murorum ruinis vilescat, illius tamen meritorum nobilitate clarescit. Totusque pro eius sanctitatis intercessione gaudeat populus omnipotentique[f] Deo aeternas referat laudes, qui tam clarum illis perdonavit doctorem. Cuius praedicatione[g] viam agnovit veritatis, cuius precibus, si[h] in fidei firmitate et vitae sanctitate consistit, ab omni adversitate secura perman-

*) *Inde discrepant codd. B. C (v. Appendicem);* Consilioque — sepelirent patrem *om. A 5c. c**.

II. Cap. 9. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *C* 1.

Cap. 9. a) maiestatissima *A* 2, *corr.* b) ultimas — exequias *C* 1. c) ex:sequia *A* 1. d) *superscr. A* 2. e) *ita A* 1. f) audiebatur *B* 2. g) *om. B* 2. h) eam *A* 1; illud *C* 1. i) am biebant *A* 3. k) Scupilione *A* 3. l) *om. B* 1. 2. m) sequetarius *A* 3. n) *ita A* 1. 2. 3; testari *rell.* o) *om. A* 2. p) accedisset *A* 1. q) sepeliri *C* 1. r) se *add. C* 1. s) dire *A* 2, *corr.*; audiret *A* 3; audisse *C* 1; a u d i v i *B* 2 *cum Vita I.* t) sepelire *pr. m. A* 1. u) *ita A* 1. 3; nobili *m. al. corr.* nobile *A* 2; nobilem *B* 1. 2, *qui hic redeunt.* v) *om. A* 3. w) divina *add. A* 3. x) fierint *pr. m. B* 1. y) De miraculo ignis *litteris maioribus praescr. A* 3. z) quo *pr. m. A 5a. b.* a) *om. B* 1. b) Habita *recte B* 2. c) quo *A* 3. d) Atrabata *A* 3. *B* 1; Atrebata *B* 2. e) civitatis *A* 1, *corr.* f) omnipotenti:que *A* 1. g) praedicationem *pr. m. A* 2. h) sibi f. *B* 1. 2.

1) *Psallentium antea audiverant, scilicet hora emortuali, teste biographo vetustiore.* 2) *Vita I:* quem ipse beatus pontifex enutriverat. 3) *Potius intra civitatem, scilicet* in ecclesia, ubi ipse pontificale cathedrae fungebat officio, *ut sepeliretur Vedastes concessit, petente Scupilione, ideoque locus 'sibi placitus', scilicet oratorium ad Criencium situm, nobili thesauro privatus est: Alcuinus autem fraude impudenti eum eidem restituit in gratiam monasterii Vedastini, quod ibidem situm esse fertur.* 4) *Vita I:* cellola.

serit[a] et usque ad perfectam beatitudinis gloriam perveniet[b], praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen[c]. Vita I, c. 10.

APPENDIX.

B.

p. 424, *l.* 14. consilioque — *l.* 18. nobile] nec non etiam adfirmabat, quod ipse[1] beatissimus in oratorio, quod ipse super litus Criencii fluvioli aedificaverat, requiescere cupiebat; sed nec locum aptum nec monumentum praeparatum habebant. Dum haec agerentur, et quid facerent, disponebant, memoratus[a] vir Scopilio merore[b] cordis repletus commotusque in lacrimis, super corpus beatissimi patris genibus provolutus, erupit in vocem, dicens: 'Heu mi, beatissime pater, quid faciam? Iam dies declinat ad vesperam, et omnes qui convenerunt remeare festinant. Iube ergo te deportari ad locum quem tibi praeparavimus'. Moxque facillime — — — himnis ad locum destinatum, sepelientes eum cum magno honore in ecclesia ad dexterum cornu altaris, ubi ipse beatissimus, donante et adiuvante Deo, pontificalem cathedram feliciter et nobiliter rexit, nobilem. (Vita I, c. 9. — Alcuin. — Vita I, c. 9.)

C.

p. 424, *l.* 14. consilioque — *p.* 425, *l.* 3. Amen] Volebant siquidem illum in ecclesia beatae semper virginis Mariae, ubi sede pontificali praesederat, tumulari. Ipse vero sepulturae suae locum in oratorio, quod paupere sumptu, id est ligneis tabulis propter[a] litus Crientionis fluvioli aedificaverat, fieri disposuisse cognoscitur[b]. Quod licet ipse pro humilitate, qua semper usus est, fieri voluisset, omnes tamen qui aderant, attendentes meritorum eius insignia, indignum ducebant tanti viri corpus in loco humili debere sepeliri, praesertim cum nec locus ipse habilis esset tanto monumento nec palude obsitus foret accessibilis populo. Dum talia inter se quererentur, venerabilis vir Scopilio, doctus virtute precum, ad solita sibi credidit arma currendum, ut videlicet oratio fidei obtineret, quod multa hominum manus viribus nequivisset. Unde cunctos hortans ad precem, ipse prior inlacrimans[c], super corpus sacratissimum incumbens orationi, in hanc vocem, maerore cordis affectus, erupit: 'Heu[d] mihi', inquit, 'o beatissime pater, quid vis ut faciam, quoniam et dies in vesperum se declinat, et omnes qui ad tuas exequias convenerant ad propriam[e] remeare festinant? Permitte, obsecro, te perferri ad locum, qui tibi filiorum cura praeparatus existit'. Et, his dictis, accipientes capulum, in quo sancti viri corpus iacebat exanime, nullum onus sentientes, portaverunt eum subiectis humeris cum alacritate[f] animi ad sepulturae locum. Se- (Vita I, c. 9.)

II. Cap. 9. *A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. *App. B. B* 1. 2. *App. C. C* 1. 1*. 2*b. c. d.*

Cap. 9. a) permanet *A* 3. b) perveniat *B* 1. 2. c) Explicit vita beati Vedasti episcopi et confessoris *subscr. A* 2; *sequitur* Homelia (dicenda *add. A* 3) in die natalis (natali *B* 1) sancti Vedasti pontificis (episcopi *A* 3) dicenda ad populum. Gaudete *cet. (ed. AA. SS. Febr. I, p.* 800) *A* 1. 3. *B* 1. 2.

App. B. a) momoratus *B* 1, *corr.* b) mememore *B* 2.

App. C. a) *ita C* 1. 2*b. c. d*; prope (*C* 1*); super *Vita I.* b) dinoscitur *C* 1. c) in lacrimis *C* 2*c. d;* commotus in lacrimis *Vita I.* d) Eheu *C* 1; Et heu *C* 2*b.* e) *ita C* 1 *cum Vita I;* propria *rell.*; iam *m. al. add. C* 1, *habent C* 2*b. c.* f) cum magno psallentio *Vita I.*

1) *Ecclesiae maiori Atrebatensi interpolator, procul dubio eiusdem clericus, corpus S. Vedastis ad fidem Vitae vetustioris restituit, fontem fere ad verbum expilans, quem suis verbis expresserat Alcuinus.*

Vita I, c. 9. pelieruntque eum in iam dicta ecclesia beatae Dei genetricis semper virginis Mariae, in dextera parte altaris, ubi quondam pontificalis cathedrae fungebatur officio, Alcuin. nobilem terrae condentes thesaurum. In quo loco per aliquod iacuit tempus, quousque, Domino revelante, ad locum, ubi nunc fulget eius memoria, est a viris sanctis Autberto et Audomaro[a] episcopis felici mutatione[b] translatus[1].

Nunc* autem, quid[c] in eodem episcopio post eius excessum visum est dignum ib. memoria[d], referatur. Superveniente igitur tempore domuncula, — — — ardere non potuit.

Iacuit** autem in loco eodem usque ad tempus beati Autberti, qui septimus ei in sede pontificali successit episcopus. Is autem, ut maiorum relatione cognovimus, et ut in innumerabilium hominum ore versatur, et quod oculis etiam factum probamus, dum quadam die post ymnos matutinos in menianis consistens, rubente aurora, orientem vorsus[e] intenderet, vidit eminus trans fluviolum qui Crientio vocatur virum praefulgidum, virgam manu tenentem, basilicae locum metiri. Quod ille cernens, revelante Deo, visionem cognovit angelicam, ostensumque illi[f] est, beatum illuc Vedastum, annuente Christo, sine dubio transferendum. Qua revelatione certior factus, invitavit ad tantum opus beatum Audomarum, qui ea tempestate Tarvennae Morinorum urbis episcopus in Dei rebus magnificus habebatur. Qui licet iam senio pressus et amissione luminum videretur debilior factus, animum tamen ut arcum habens spiritali[g] studio intentum, ilico promptus, Christo gressus regente, festinus ad venerabilem pervenit Autbertum. At ille quid animo gereret et quid sibi divinitus esset ostensum referens, pari voto communique consilio cum magno populorum gaudio, qui undique confluxerant, ad locum designatum beatissimum transtulerunt Vedastum. In qua translatione perhibetur beatus Audomarus lumen recepisse oculorum, sed illico precibus eandem quam ultroneus ferebat reimpetrasse caecitatem. Parvi pendebat quippe lumen carnalium oculorum, qui lumen civium meruit supernorum.

Porro autem miracula, quae et tunc gesta perhibentur, et quae iam per annos ferme centum sexaginta[2] per merita beati Vedasti patrata sunt, nullo sunt stilo memoriae tradita, excepto, quod vocibus cantorum huiusmodi canitur antiphona: *Hic est beatus Vedastus, cui templum fieri ab angelis iussum est hominibus.* Est autem locus ipse non longe ab eadem urbe, qui pro nobilitate sui Nobiliacus primo est appellatus, sed procedente[h] tempore tam insignis effectus, ut urbis nomine, quae iam ruinis crebrioribus paene obsoluerat, vocitetur. Est namque et largitione[i] fidelium sublimatus et agmine monachorum et aliorum Deo devotorum grege refertus, ubi incessanter cotidiae divina celebrantur praeconia et frequenter caelestia

*) Quomodo illesa ab igne mansisset eadem domus, in qua vir Dei obiit *praescr.* C 2c.
**) De translatione corporis viri Dei et illuminatione sancti Audomari *praescr.* C 2c.

App. C. C 1. 1*. 2*b. c. d.*

App. C. a) *ita rell.*; Audmar. *vel* Autmar. *constanter* C 1. 1*. b) *ita* C 1. 1*; translatione mutatus C 2*b. c. d.* c) qui C 1; quod C 2*b.* d) memoriae C 2*b. c. d.* e) *ita scripsi;* orsus *codd.;* versus *Hensch.* f) est *(superscr.* C 2*d)* illi C 2*b. c. d.* g) spirituali C 2*b. d.* h) pro ce:de *pr. m.* C 1. i) largitio *pr. m.* C 1.

1) *Ea translatione interpolator Vedastinus Vitam vetustiorem cum utilitate domestica optime reconciliavit; v. supra p.* 403. 2) *Cum translatio per Autbertum Audomarumque peracta in annalibus a.* 686/7. *attributa sit, hunc locum medio saec. IX. conscriptum esse oportet; v. supra p.* 403.

facta sunt, et fiunt miraculorum signa, quae iam magis cernentium ore narrantur, quam dictantis stilo scribantur. Alcuin.

Felix equidem — — — saeculorum. Amen[a]. ib.

App. C. C 1. 1*. 2*b. c. d.*

App. C. a) Explicit vita sancti Vedasti episcopi (et confessoris *add.* C 2c) *subscr.* C 2*b. c. d*; Explicit vita sancti Vedasti, scripta ab Albino levita *subscr.* C 2*a.*

VITA FIDOLI ABBATIS TRECENSIS.

Fidolus, cui dies 16. *Maii sacer est, in vetustissimo Martyrologii Hieronymiani codice Epternacensi sanctus civitatis Trecensis celebratur his verbis*[1]*:* Civitate Trecas nat. Fiduli presb. et confessoris, *in Bernensi autem exemplari interpolato locus depositionis accuratius indicatur ita:* In territorio Trecassine civitatis loco Campellus depositio Fiduli presbiteri et confessoris. *Campellus vicus, vulgo 'Les Champeaux', saec. XII. intra pomoerium urbis illatus est*[2]. *Biographus cum apud Gregorium legisset, Arvernos a Theuderico rege graviter oppressos*[3] *esse, religiosumque quendam Trecensem nomine Aventinum servis redimendis operam dedisse*[4]*, servum autem duodecim aureis constare*[5]*, his subsidiis instructus, Vitam Fidoli composuit, contendens, eum Arvernum a Theuderico captivum abductum Trecas advenisse atque ab Aventino abbate duodecim aureis redemptum esse; praeterea miracula solita adiunxit, anxie cavens, ne res historicas tangeret, mortis autem describendae omnino oblitus est. Captivitatem ad bellum Visigothicum (a.* 507*) ab Henschenio relatam intellegere malim eam, quam Arverni rebelles ante a.* 525. *a Theuderico rege passi sunt.*

Vitam primigeniam solus

A) Codex Trecensis n. 7, *saec. XII, olim monasterii Arremarensis*[6]*, a L. Hartmann v. d. in usum nostrum collatus, exhibet. Textus, qualis ibi legitur, certe amanuensium agrestium incuria admodum depravatus est, sed auctorem habet non minus neglegentem rudemque natione Gallum, quem aevo Carolingico neque ante saec. VIII. ex. floruisse putarim. Grammaticae exiguam tantum peritiam e scholis asportaverat*[7] *et praesertim in syntaxi parum exercitatus erat, id quod in clero indigena vel multo post frequenter deprehenditur.*

Menda grammatica emendavit dictionemque parum cohaerentem expolivit interpolator B, accusativis substituens ablativos absolutos, activis deponentia:

A.	*B.*
experire	experiri
ingredere	ingredi
lamentaret	lamentaretur,

1) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [61]. 2) *Cf. Boutiot et Socard, 'Dict. topogr. du dép. de l'Aube', Paris.* 1874, *p.* 34. 3) *Greg., H. Fr. III,* 12*; Virt. Iul. c.* 13. 23. 4) *Greg., Gl. Conf. c.* 37. 5) *Greg., H. Fr. III,* 15. 6) *V. 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des dép.', Paris.* 1855, *II, p.* 11 *sqq.* 7) *E. gr. afferre libet: fem.* superiora *(nom. sing.),* maiora *(abl. sing.)*; homo *pro* humo, forte *pro* furti. *Biographus cum eo Aridii scripsit* ut ne *pro* ne *transitumque (c.* 10: Addendum est aliud laudibus; *cf. V. Aridii c.* 17. 43*) similiter atque ille formavit. Barbariei cleri Gallicani saec. IX. specimen e codice Montepessulano L. h. Fr. attuli, Scr. rer. Merov. II, p.* 226.

passim textum omnino immutans:

A.	*B.*
ad suum dominum qui (quem *c.*) furaverat praesentavit refugo (refuso *c.*)	suo domino qui furatus fuerat equum praesentavit ablatum,

multaque supplens verba vel inepta[1]. *Cum autem qui nobis praesto erat codex A mendis refertus esset, recensio B ex altero exemplari pendens modeste adhibendus erat, unde codicem eam continentem contuli*

B) Remensem n. 1144 *(*782. 768*), saec. XIII. in., fol.* 79′—81′, *neque vero eum curavi nisi iis locis, ubi de veritate lectionum A iuste dubitari poterat.*

Dum Vita primigenia adhuc inedita latet, recensionem B Camuzatus, Promptuarium antiquitatum Tricassinae dioec., Trec. 1610, *fol.* 340′—344′, *pleniusque Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae* 1680, *Mai. III, p.* 589—590, *e quattuor codicibus edidit, isque, qualis aevo Merovingico conveniret sermo, omnino inscius ante tempora Theuderici II. auctorem posuit, quem medio aevo multisque saeculis post degisse manifestum est.*

Tertiam Vitam C funditus retractatam, in qua ad Theuderici II. regnum sanctus relatus est, post particulas a du Chesne, Hist. Franc. script., Paris. 1636, *tom. I, p.* 552 *sq., editas Labbeus, Nova bibliotheca mss., Paris.* 1657, *tom. II, p.* 551—557, *et Mabillonius, AA. SS. ord. S. Benedicti, Paris.* 1668, *Saec. I, p.* 196—202, *integram publici iuris fecerunt.*

B. Krusch.

INCIPIT VITA SANCTI FIDOLI MONACHI ATQUE ABBATIS.

(1).[a] Congrue igitur adgrediamur sancti[b] praeconium, cui[c], tribuente Domino, divinis eloquiis hoc opusculum adnotando[d] spiritualiter referamus adsensum, qui tantam se in istud miserrimum seculum noscitur throphei gloriam adquisisse per gratiam fidemque, ut praeterita dicat, qui praesentia non ignorat.

(2). Is itaque ex Arvernis urbi[a] incola, ad Theodorico[2] quondam rege agmina[b] Francorum impetu iuvenis captivitate direptus[c], ad[d] privatam sedem alieno imperio omnes detractis, tamen[e] patriae, praeelectus a Deo ad dominandum sibi in Tricassino urbis, praedestinatione divina ipsum manifestum est pervenisse. Iamque clericatus suscepto officio, in adolescentia constitutus, lacrimabiliter coactus, parentes derelinquens invitus, ibi eum divina pietas, praemissa redemptione, consistere voluit, ubi se confitendo Domino admirandis virtutibus publicaret.

(3). Eodem tempore memorabilis vir Aventinus[a. 3] abbas in eo loco cum suis fratribus[b] in congregatione sancta divinis cultibus in monasterio assidue consistebat. Denique spiritualis in visu ammonicio praenuntiabat, ut captivulum Fidolum a

Capp. 1—3. *A. B.*

Cap. 1. a) *numeros addidi.* b) sancto *A.* c) *ita scripsi*; qui *A.* d) *ita scripsi*; ad nectandum *A.*

Cap. 2. a) *ita A.* b) agmina Flancorum impetum vim c. *A*; sceptra Fr. dispensante, iuvenis adhuc c. *B.* c) direpti *A.* d) *ita A. B: i. e. a propria sede; cf. infra p.* 429, *l.* 33. e) *ita B*; tantum *A.*

Cap. 3. a) Adventinus *h. l. A.* b) *ita B*; actibus *A.*

1) *Cap.* 12. *post* adminiculum *B addit* supplicantem, *vocabulum illud pro ministro accipi nesciens.* 2) *Theuderici regis expeditionem in Arvernos rebelles ante a.* 525. *factam intellego; v. Greg., H. Fr. III,* 12; *supra p.* 427. 3) *Aventinum religiosum Lupo episcopo Trecensi famulatum esse eiusque post mortem captivos ad se confugientes redemisse enarravit Gregorius, Gl. Conf. c.* 67. *Eius Vitam recentem vilemque edidit Bollandus, AA. SS. Febr. I, p.* 486.

regione exulem ad se venientem redimendum exciperet et in communi consorcio pariter collegio retineret. Vir ille, dum sepius de visione pertractaret[a], cernit post paululum ad ostium captivulos praeterire. Interrogat, si haberent captivolum, qui vocabatur Fidolus. Illi aiunt: 'Domine papa[b], non renuimus, si[c] vis redimere sortitum ęcclesie'. Qui misericordia motus, duodecim tribuens aureos[1], et cupiditati[d] satisfacit gentilium et captivitati[e] succurrit solatium.

(4). Quem in sinu gratiae vir egregius amantissime conexum[a] eternae vinculum karitatis suscipiens, spiritualem filium effecit de captivolum; non ut servum, sed iam[a*] veraciter diligebat ut dominum. Liberalitate subditus agnita[b] sanctissimi inherens patronis vestigiis[c], tantum divinitus devote compunctionis promeruit[c*], ut, quicquid sibi in cellula fratrum[d] fuisset iniunctum, ilico ab[e] eo perpatuit adimpleri[f]. Subiectione sibi imposita, in timore divino[g] constrictus, plenitudine fidei, Christi clipeo protectus, ut heiularetur[h] diabolus semper[e] ab eo[i] exclusus, tantum ad excolendam obortam[k] devocionem extitit, ut sermones seniorum per omnia et in omnibus obediens adimpleret. Ita humilitatem divinis officiis peragebat devotus ac firmus in melius, ut praepositi locum susciperet et fratrum[l] suorum iure ordinario gubernaret.

(5). Eo itaque tempore, Aventino abbate[a] ipsius cellulae decedente, fraterna conspiratione beatissimum Fidolum adsensu[b] monachorum omnes unanimes in loco[c] eodem elegerunt abbatem. Qui ut suscepit primi ordinationis habitum[d], ipse sibi imposuit humilitatis iugum. Semper indesinens et clementissimus Fidolus confessor, penitendi insistens exemplum, cellulae reclusione inibi prostratus, mentem pariter et corpus cilicio indumentum membra aptavit; non exasperavit cutem extrinsecus, sed pocius animam intrinsecus confortavit. Trium ędacitatem panum[e] agens tempus quadragesimi victualia censuit; poculi haustum, myxtum cynere aquae purissime defecatum[f], in siti[g] more proprio deputavit. Crescebat in ieiuniis diurnis[h] iugiter cibus[i]; tanta fuit in sua refectione calicis[k] largitas, ut cenae Domini tempore panis integriter[l] vino mero superaret.

(6). Laudabilis[a] fama circa Dei famulum vulgata in plebem, in timore Domini perfecte karitatis vir beatissimus semper habens effectum, ad[b] testimonium tanti viri, inspirante Domino, beatis operibus[c] edicamus per ordinem. Duo caeci oculorum caecitate constricti, cum ad sanctum abbatem aliena manu detracti pocius, quam privato pede perducti fuissent, manu sancta in nomine redemptoris imposita, ut crucis signaculum ab eo meruerunt suscipere, cruor squammeos[d] pergens coepit defluere: salutem[e] intuitu luminis visi sunt recepisse, qui olim tenebras possederunt defessi.

Cap. 3—6. *A. B.*

Cap. 3. a) *ita B*; *om. A.* b) *ita A*; abba *B.* c) *ita B*; suis r. *A.* d) cupiditatis *A.* e) captivitatis currit *A.*

Cap. 4. a) *ita B*; conixum *A.* a*) *ita B*; ętiam *A.* b) *ita A*; ac s. *B.* c) *ita B*; vestibus *A.* c*) largitus est Dominus ei *add. A* (*v. infra p.* 430, *l.* 7). d) *ita B*; fratrem *A.* e) ab eo — semper *om. B.* f) adimplevit *A.* g) diuno *A.* h) gaiugularetur *A.* i) esset *add. A.* k) *ita B*; abortam *A.* l) fratrem *A.*

Cap. 5. a) ap̄ *add. A.* b) adsensum *A.* c) *ita B*; loquondam el. *A.* d) aditum *male B.* e) *ita B*; (p. *om.*) agimus *A.* f) *ita B*; defocatam *A.* g) *ita A*; sitim ori *B.* h) *ita B*; divinis *A.* i) cibis *A*; cibum *B.* k) *ita scripsi*; calidis l., ut *A*; calidus, tanta parcitas, ut *B.* l) *ita A*; integer tercius omnimodo sup. *B.*

Cap. 6. a) *ita B*; Audibilis *A.* b) *ita B*; a testimonii *A.* c) *ita scripsi*; uberibus *A.* d) quammeos *A.* e) saltim *A*; ad salutem reducti l. *B.*

1) *Duodecim aureis coquus quidam servus venditus est; cf. Greg., H. Fr. III,* 15.

(7). Quidam puerulus Octavianus nomine ab origine debilitatis detentu ita contractus et debilitate ambulandi dampnatus extiterat, ut terre[a] solum privata planta nullum vestigium designaret. Quem parentes reparandi[b] cupidine[c] artubus claudis[d] manibus propriis[e] evectum ad sacerdotis[f] pedes deposuerunt ab eo sanandum[g]. Vir misericors in suo grabbatum recepit puerulum, iamque nocte tercia in oratione pervigilans, colligationis vinculum pius Dominus per illius intercessionem absolvit[h] tantamque gratiam largitus est[i] ei Dominus, ut[k] qui fuerat membris compeditus, summe incolumitatis fuisset protinus restitutus.

(8). Homo quidam adversi spiritus[a] rabida fauce comminus semet ipsum propriis dentibus lacerabat, ita ut nullus hominum ad eo pro suscepta rabie[b] auderet ingredere, et quasi rabula[c] mordax cęteros non desinit[d] lacerari. Quem[e] turba hominum superare non prevalet[f], acies diverse[g], — quater cincto[h] vinculo tenebatur[i] ligaminibus, — diversis in partibus retentabant[k] teterrimo. Frendebat dentibus nec quicquam nocivis[l] morsibus viantibus praevalebat. Cum in conspectu viri beatissimi esset perductus, humanae vocis vocabulum cepit nuncupare venerabilem Fidolum. Tum ille triduanis ieiuniis abstinentia firmissima devocionem excepit, ut ne diucius miser afflictus longiori periculo subiaceret. Recluditur ab eo in cellula; sospitatis[m] beneficio reductus, rabidus formatus, unde advenerit[n], laudes immense divinae Trinitatis exultans, regreditur.

(9). Quidam fur latrocinio perpesso[a] sonipedem in suum subtraxit[b] scelus. Qui ętiam tribus diebus in itinere constitutus totidemque noctibus, Arciacas[1] castrum transire volens[c], latrunculus ambitum cursum[d] remeat retrorsum devotus: aditum nullum quiescendi potuit experire, quem oratio devinxerat sacerdotis. Die autem tercia recognita demens cellula, iamque multitudo ad suum dominum qui[e] furaverat praesentavit refugo[f]. Porro, velud iam clavis confixus, sedebat adstrictus nec descensum habere probrosus poterat, nisi sanctus[g] praecepisset. Ęquum protinus ascensore[h] improbo liberavit[i] benignus et tremebundum a febribus usquequaque iustus dominus sanavit elysum.

(10). Addendum est aliud[a] laudibus atque miris virtutibus adscribendum. Homo quidam nomen Fredulfus, cuius filium e lavachro fontis sacri baptismatis gratia spirituale fide susceperat, praemissa[b] postulatione, ut domum ipsius visitaret, unici obtinuit caritas. In cuius nomine fides integra lagenam meri vini uberius servaverat plena; benedictionibus venerabilis compatris[c] peciit, ut manus sancta dedicaret vasculum in nomine suo deputatum. Orationem superimpositam, viri coniux interim detracto manu ligni stipitem, evenientem eminus, decidit homo dociculum; divino nutu restitit unda Falerni conclusa. Mulier tunc ait: 'Queso, domine, ob-

Capp. 7—10. *A. B.*

Cap. 7. a) *ita B*; terram *A*. b) *ita A*. c) *ita B*; cupiunt *A*. d) claudi *A*. e) *ita B*; pocius et victor *A*. f) sacerdoti *A*. g) *ita B*; dampnatum *A*. h) *ita B*; absolvit tantamque *om. A*. i) *ita B*; largientem (*om.* ei Dominus) *A* (*sed v. supra c.* 4, *n.* c*). k) *om. A*.

Cap. 8. a) spiritu *A*. b) rabia *A*. c) *ita B*; rabida mordacis *A*. d) desinebat *B*. e) Quemque *B*. f) pervalet *A*; prevalebat *B*. g) *ita B*; diverso *A*. h) *ita B*; cito *vel* tito *A*. i) retenebat *B*. k) receptabant *A*. l) *ita B*; noti *A*. m) sospitatis — formatus *om. B*. n) adveniret *A*; advenerat *B*.

Cap. 9. a) perpessus *A*; Q. denique laborem perpessus, s. illius subtr. ex cellula *B*. b) pertraxit *A*, *corr*. c) *ita B*; valens *A*. d) cursim *B*. e) *ita B*; quem *A*. f) *ita scripsi;* refuso *A*. g) n. vir sanctus praecepisset *B*; n. suis praecedisset *A*. h) ascensorem *A*. i) liberaret *A*.

Cap. 10. a) *ita B*; *om. A*. b) permissa *A*. c) compatri *A*.

1) *Arcis-sur-Aube.*

secro, ut galidam[1], vini liquore[a] abstracto, unde pariter hauriamus[b], tua inclita pietas repleri iubeat'. Quo dicto, aliquod ad officium recursitat; mustum, quod signaculum crucis restiterat anteclusum, admirabilem iocunditatem convivis[c] exhibuit atque invitatis omnibus. Longo exinde tempore universis venientibus fuit poculum praeparatum, unde singulis larga pocione vicinalibus difusa, semper in cumulo crescebat expensa plus illa singularis[d] et infinita largitas, ut in usu bibendi humanitas exinanierat.

(11). Quedam mulier, cum, interveniente peccato, evenit lues, contracta[a] et visu perdiderat pariter et auditum. Et cum se misera tanta pressione sentiret dampnata et incessabilem lacrimarum ymbribus iugiter lamentaret, vel quid ageret ignorabat stupefacta, matris parentele[b] studio ad sanctum abbatem deducta, mox alma manum continuo a tenebris evasit incussa et claram oculis meruit cernere caelestem lucernam, similiterque foramen aurium integrum recepit auditum: geminam[c] cum ingente gaudio sospitatem recepta, ad propria remeavit. Debemus namque promovere labiis eminentissimis virtutibus indicium.

(12). Quidam sevissimus vir, in sublimitatis ordinatione promotus, humana elatione superbus, quendam iuvenem ob forte scelus culpa dampnabilem obnoxium detinebat in vinculis detrusum; cuius genitor condolens, lamentando cursu celere[a] percurrit, cum lacrimis et singultibus suggessione intulit indefesso[b]. Vir sanctus ut audivit, aminiculum[c, 2] Emilianum nomine cum baculo, in quo orationem iugiter recumbebat, ad imminendum iudicem misericordia supplicationis direxit. Quapropter impius iracundiae furore succensus, contempsit baculum et monachorum consorcium sprevit; cui ętiam et videndi aditum denegavit. Unde magis in[d] reum magisque universa tormenta cruciatibus peragebat in aculeo[e] permolesto: militibus iubet in patibulo suspendio interire; ętiam et usque in[f] die tercia nec exanimum corpus ad humandum aliquis auderet deponere. Iuvenis ille, qui ad interponendum die tercia pendebat in ligno, videbatur ei, quasi, iuvante sanctum Fidolum, suis plantis scapulis stetisse suppositum, ut ne teneritas[g] colli ipsius nec faucium qualitas internicione nec[h] corpus ipsius per pendendum sentiret[i] mortis dispendio. Proinde adepta[k] prolis[3] omnis licentia[l], doloreque[m] animo pertacti lamentabiliter in corpusculum quasi orbatum, ut terre redderet funeratum, ille cum ligaminibus[n] discussis exilit[o], homo mortiferus coepit gressibus gaudens perambulare tellurem vestigiis; quem ętiam mortuum sperabant, viventem repperiuntur in via. Ad cęteris ille testatus est interrogantibus, se adsistere liberum, quia consors apostolorum eius pedibus defixerat iuvamentum. Opus[p] manifestum mirare iudex: cui denegaveras indulgere noxiam, misericordiam postularet tua infirmitas ruinosa; et qui impietate incurrerat[q], persisteret resolutus[r] ad veniam. O quam praeclarum ad eum celestis dextera[s] Christi ostendit in munere preciosum, reticere non debemus silentium.

Capp. 10—12. *A. B.*

Cap. 10. a) *ita B*; liquorem adstricta *A.* b) *ita B*; busiamus *A.* c) *ita B*; cunctisque invitatis, *mediis omissis, A.* d) *ita B*; singula, *om.* et *A.*

Cap. 11. a) contracto *A.* b) *ita B*; parenda *A.* c) geminum — recepte *A*, *quae in marg. ita emendata sunt:* Gemina cum ingen| pitate recepta ad| *A.*

Cap. 12. a) scelerem *A*; sceleri *B.* b) indefenso *A.* c) supplicantem *add. interpolator B.* d) *ita B*; vir eum *A.* e) aculei *(cf. Ducange h. v.)* permolesta *A*; eculei permolesto prius tortum mil. *B.* f) inter *A.* g) *ita B*; temeritas *A.* h) *ita B; om. A.* i) sentire *A.* k) *ita B*; adhibita *A.* l) dicentia *A.* m) *ita scripsi;* dolore quia nemo *A.* n) *ita B*; liganibus discussus *A.* o) *ita B*; extitit *A.* p) O pronus festi mirare videbo, qui *A*; O iudex improbe, opus manifestum mirare, cui *B.* q) incurserat *A.* r) resoluta *A.* s) dęsterę *A.*

1) *Mensura vinaria.* 2) *I. e. minister; cf. V. S. Austregisili, Ducange h. v.* 3) *I. e. prosapia, genus; cf. Ducange ed. Favre VI,* 527.

(13). Furiosus[a] quidam servus, intercidente casu, iniuriam[b] suo domino intulit iracundus; a se admisso[c] scelus, dominum[d] suum pertimescens[e], furibundus ad[f] monasterium expetiit; ut misericordiam inveniret, suppliciter postulavit. Alioquin vir sanctus humili et innixa postulatione compatre[g] suo obsecravit, ut excusatus profugus ad pristini[h] servitutis iugum rediret. Quem fallax ingenium[i] praestigii et prava[k] calliditas, serpentino ore famulante[l], ex omni re promittit se in nullo supplicio adhibere malignum. Quo reditus, acervissimis vinculis colligatum in castro Tornotiro[1] mancipavit in carcerem obscurissimum. Dende[m], cui nichil latuit caeleste donum, miles Christi beatis auribus meruit obaudire. Qua de re magnitudine[n] mestus, propria cellula in oratione persistens devotus, ut pius[o] Dominus sibi illatam iniuriam vindicaret, exorator obtinuit. Ille persentiens[p] patibulum patefactum, subito[q] mente liber et corpore, omnium vinculum[r] exuto ligamine, cellula viri[s] sancti expetens, innuit[t] se liberum, quem et[u] rursus non credebat condempnatum[v]. Et qui veniam vernaculum denegaverat, incidit in tribulatione maiora, ut magis, qui iam evaserat, extiterat criminosus, ardoribus circumseptus. O virum[w] nefarium! Ubi erat inperfecta karitas, venit repentina superiora calamitas, ut nec panis, ut nec poculi esum accipere potuisset, caelesti pena dampnatus. Nisi[2] ad sanctum abbatem super plaustris convenerint cesi fallacem mentem, qui in modum karitatis excesserant, ille vir eos sanavit, qui semper firmus est in Domino, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Cap. 13. *A. B.*

Cap. 13. a) *ita B*; Fructuosum cuidam *A.* b) iniuriae suae domini *A.* c) *ita B*; omisso *A.* d) domine suae *A.* e) amissa *iterat A.* f) a monasterio *A.* g) cum patre suo obsecrasset *A.* h) pristinis *A.* i) ingenio *A.* k) *ita B*; pravis *A.* l) famulantem *A.* m) *ita A.* n) magnitudinem *A.* o) *ita B*; nisi *A.* p) *ita B*; perniciens *A.* q) *ita B*; uber *A.* r) *ita A*; vinculorum *B.* s) vir sanctus *A.* t) *ita B*; munivit *A.* u) *ita B*; eo *A.* v) *ita A*; condempnandum *B.* w) verum *A.*

1) *Tonnerre (Yonne).* 2) Nisi *pro* tantummodo *accipitur; cf. Hartel, 'Lucifer von Cagliari und sein Latein' (Wölfflin, 'Archiv' III, 26).*

VITAE
CAESARII EPISCOPI ARELATENSIS
LIBRI DUO.

Hagiographiae falsae tot dolosis detectis mendaciis, iam ad pretiosissimum monumentum historicum perventum est, quo nihil antiquius inter acta genuina huius aevi reperitur, studiumque ad Vitam convertamus hominis non tam ingeniosi quam candidi, munere episcopali optime functi, praedicatoris egregii, rerum ecclesiasticarum ordinatoris praestantissimi, Caesarii[1] *scilicet episcopi Arelatensis.*

Is c. a. 469/70. *in regno Burgundionum, scilicet in territorio Cabillonensi, natus erat a parentibus nobilibus, quorum in praedio*[2] *ipse educatus est. Misericordiae pauperum exemplum iam puer dedit septennis, neque praeterea de eius pueritia quicquam relatum est in Vita, ipse vero testatur, se hominem iuvenem 'per abrupta voluptatum lasciviamque vagatum esse ac praerumnosis amfractibus, propter laetitiam scilicet temporalis felicitatis, in clandestino iactu festinasse immergi'*[3]. *Huius vitae pertaesus, ignorantibus parentibus, Silvestrum episcopum Cabillonensem adiit, ut, ablatis capillis mutatoque habitu, servitio ecclesiastico adscriberetur, cumque per biennium usque ad vicesimum aetatis annum ibi moratus esset, ad districtiorem vivendi normam transire cupiens, in Lerinense monasterium cum uno tantum famulo se contulit iterque feliciter expedivit, quamquam qui eum retinerent mater sollicita miserat inquisitores. Insula illa parvula et plana per totum orbem eximia tunc celebrabatur laude propter disciplinam monasterialem, monachique ibi enutriti frequenter sedes episcopales adepti erant. Haec felix et beata habitatio Caesarium excepit, ibique professus est, 'nihil in hac vita consolationis*

1) *Inter eos qui de Caesario disputaverunt recentissimi auctores soli laudandi sunt. Franclinus Arnold, 'Caesarius von Arelate und die Gallische Kirche seiner Zeit', Lipsiae* 1894, *ea quae de sancto nota sunt diligentissime congessit bonoque iudicio examinavit, licet de reliquis eius aevi sanctis neque fontium neque auctorum recentiorum satis expertus nonnumquam minus recte iudicaverit neque historica tantum, sed etiam sibi excogitata lectoribus venditaverit multisque rebus alienis librum suum oneraverit. A. Malnory, 'Saint Césaire évêque d'Arles* 503 — 543', *Parisiis* 1894, *non eadem quidem artis criticae peritia eminet, veluti in ipso titulo annos episcopales falso computavit, quos recte computaverat iam Stiltingus, sed materiam melius digessit, neque huc neque illuc digressus, atque rerum ecclesiae Gallicanae pergnarus et in historiam politicam altius inquisivisse mihi videtur. Uterque opusculum Caesarianum libro suo adiciens, Arnold l. l. p.* 468 — 490. *epistulam fratribus in Blandiacensi monasterio constitutis missam ad codices recensuit, Malnory autem l. l. p.* 294 — 307. *suggestionem generaliter omnibus sanctis vel omnibus sacerdotibus directam e tenebris eruit. Legas si vis quod de utroque auctore socii Bollandiani, Anal. Boll. XIV, p.* 336, *fecerunt iudicium.* 2) *Cf. Vitam I,* 3. 4. 3) *Cf. Caesarii epistulam hortatoriam ad virginem Deo dicatam (Migne, Patr. Lat.* 67, *col.* 1135 *sqq.).*

requirere, nihil honoris cupere, praesentium rerum solacia fugere, ad promissa aeternae remunerationis animum praeparare, subiectione atque abiectione gaudere, paupertatis studium quaerere, non solum facultates, sed etiam ipsas habendi voluntates de corde eradicare', castitatem denique servare se velle[1]. *Cum autem 'in pelago huius mundi nimiis fluctibus' fatigatus esset*[2], *hanc perfectionem integram assequi non poterat, ipseque post non parvum spatium, quam eo profectus erat, ea qua excellebat modestia asseruit, omnes a se neglegentias ablatas non esse, quia cordis sui duritia restitisset*[3]. *Attamen is qui congregationi tunc praeerat abbas senio gravatus Porcarius nomine iuvenem sincere luctantem egregiae esse spei intellegens, eum dignum iudicavit, qui suo loco coram monachis sermones haberet, immo etiam cellario eum praefecit*[4]. *De reliquis monachis Caesarius tantam primo habuerat opinionem, ut eos paene cunctos ad virtutum culmina ascendisse crederet, ideoque illud non satis miratus est, a se imperitissimo sanctis et eruditis auribus eorum exhortationis sermones proferri velle abbatem*[3], *eosque admonuit, ut eo quo totus mundus eos admirabatur honore assiduis orationibus et immaculatis actibus dignos se facerent:* Ab Oriente enim ad Occidentem usque, omnibus locis, in quibus christiana religio colitur, gloriosissima vestrae conversationis fama ad Christi gloriam praedicatur; *paulatim autem perspexit, praeter virtutes etiam vitia in hac beata insula pullulare, idque plura quam fas erat, scilicet inoboedientiam in seniorem, lites et iurgia, maliloquium, iram gulamque*[5]. *Non contenti necessariis monachi eam quam reliquerant abundantiam desiderabant, indumentis aut calceamentis pretiosis utebantur*[6], *'de choro psallentium ad commessationes inhonestas potionesque furtivas' se subducebant, ideoque homo probus pro aliquorum neglegentiis longo cruciabatur dolore:* Licet, *inquit,* reliquerimus in rebus exteriora bona, adhuc tamen in cordibus mala interiora retinemus[7]. *Delicati autem, ut instrumenta sibi pararent luxuriae, furtum inferebant praepositis, cumque cellerarius severus non tribueret nisi necessaria*[8], *factum est, ut pars adversa contra eum existeret, eorumque precibus abbas senilis cedens, ipsum ab officio monasteriali removit. Iam Caesarius eo artius ea quae monachus susceperat vota ipse executus est, corpusque suum vigiliis ieiuniisque ita maceravit invalidum, ut, stomacho fatiscente, febrim quartanam incurreret. Quare abbas sollicitus, cum eum ad sanitatem pervenire non posse intellegeret, nisi a disciplina Lerinensi relaxaretur, in urbem Arelatensem invitum misit, ut qui ibi erant medicos*[9] *ille consuleret celeberrimos.*

Plurimi honoris tantum causa insulam illam celeberrimam tunc frequentasse videntur, ut ad clericatum refugientes eo celerius sedem quandam episcopalem nanciscerentur. At Caesarius e contrario monachos admonens, ut hanc spem dimitterent vanam humilitatique potius studerent[10], *ubique et semper contenderat, nulli e monasterio discedere licere, fugamque eo excusantibus fratribus, quod non monachis solis regna patescerent caelestia, iusto iure responderat:* tu vovisti[11]. *Spem igitur omnem 'in consummatione atque fine'*[12] *poni iusserat, et ipse exclamans:* Ergo ego, qui sum monachus, qui desii esse saecu-

1) *Cf. Caesarii sermonem (Migne* 67, *col.* 1059*).* 2) *Cf. eiusdem sermonem (Migne* 67, *col.* 1069*).* 3) *Cf. eiusdem homiliam (Barralis, Chronologia Lerinensis p.* 294*).* 4) *Vita I,* 6. 5) *Cf. Caesarii sermones (Migne* 67, *col.* 1068. 1064; 39, *col.* 1892*).* 6) *Cf. Caesarii sermonem (Migne* 67, *col.* 1084*).* 7) *Cf. eiusdem sermonem (Migne* 67, *col.* 1064*).* 8) *Vita I,* 6. 9) *Medicos sine dubio Graecos consulturus etiam Maximinus episcopus peregrinus, oculorum imbecillitate laborans, Arelate se contulit, quem Caesario episcopo Avitus Viennensis commendavit; cf. Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 45. 10) *Cf. Caesarii sermonem (Barralis p.* 294*):* Quis est qui sine compunctione cordis ambitum honoris vel desiderium clericatus verae humilitatis amore repudiavit ac respuit? 11) *Cf. eiusdem sermonem (Barralis p.* 314*).* 12) *Cf. eiusdem sermonem (Migne* 67, *col.* 1064*).*

laris et factus sum monachus, aut monachus salvor aut aliter non salvor[1], *quod susceperat perficiendi voluntatem habebat optimam. Iam vero morbo contritus, cogente abbate, signa reliquerat miles Christi. Arelate autem Firminus vir illustris matronaque Gregoria aegrotantis miserti eum receperunt, cumque monachum viderent in litteris humanioribus rudem, Pomerio rhetori eum arte grammatica instituendum tradiderunt. Sed eruditionis humanae figmenta Caesarius non recepit, miraculo territus, ut in Vita legitur*[2], *vel potius 'praepediente segnitia', ut ipse modeste confessus est*[3]: *erat enim homo 'non magnae indolis'. Quare sermonem pomposum rhetorum Gallicanorum non attigit, eruditasque nonnullorum aures tunc procul dubio offendebat dictio eius impolita, simplices vero alliciebat, nosque ipsi gratulamur, periculum illud tam feliciter eum evitasse. Aeonius episcopus civitatis, ad quem per patronos perductus erat, audiens eum Cabillonensem esse, se civem repperisse gaudebat, parentesque ipsius non solum optime noverat, sed etiam consanguinitate cum illis coniunctus erat*[4]. *Mox ab abbate Lerinensi expetitum eum diaconum presbyterumque ordinavit, itaque ad clericatum Caesarius transiit, etsi ordinem psallendi canonicum omniaque monasterii sui instituta numquam intermisit. Cum igitur monasterii in suburbana insula siti disciplina relaxata esset, abbate decedente, ad eam reformandam episcopus cognatum suum a.* 499. *destinavit*[5], *isque officium monasteriale libenter suscipiens, spem haudquaquam fefellit optimam.*

Aeonius episcopus cum aegritudine sua ecclesiasticum rigorem vacillare videret, eum ipsum, cuius bonam iam expertus erat indolem, clero, civibus, regi diligentissime commendavit, ut defuncto sibi daretur successor[6]. *Itaque Caesarius parum ultra triennium abbatis officio functus, a.* 502. *episcopus Arelatensis creatus*[7] *est invitus, qui inter quasdam sepulturas latibulum quaesivisset. Iuvenis olim luxu lasciviens iam ad summam ecclesiae Gallicanae sedem ascenderat. Hunc sane rerum exitum nemo divinare poterat, ipseque miratus est:* quod ad hoc nos officium dispensatio omnipotentis Dei praedestinatos haberet, scilicet ut nobis familiam suam traderet gubernandam[8].

Alaricus rex Wisigothorum, cuius dicioni Arelate urbs tunc subdita erat, ad eum episcopum eligendum consenserat, quamvis peregrinus esset; sed mox ei suspectus redditus est, quasi territorium civitatemque Burgundionibus suis tradere vellet. Ex ipsius notariis unus Licinianus nomine eum per auricularios ad regem detulit, eiusque accusationibus fides habita est, ita ut condemnatus a. 505. *in urbem Burdigalensem in exilium relegaretur*[9]. *Ibidem cum Ruricio episcopo Lemovicino hieme convenit*[10], *cumque incendium quoddam sedasset, eius opinio ita percrebuit, ut a civibus summa veneratione coleretur, neque multo post, innocentia eius cognita, liberatus in propriam urbem dimissus est, delator autem, nisi ipse intercessisset, morte punitus esset.*

Ad disciplinam, ad ordinationes clericorum pontificumque, ad ecclesiarum utilitates necessaria ut observarentur, cum catholicorum synodi sine permissu regis Ariani fieri

1) *Cf. eiusdem sermonem (Migne* 67, *col.* 1084*).* 2) *Vita I,* 9. 3) *Cf. Caesarii epistulam ad virginem (Migne* 67, *col.* 1135*).* 4) *Vita I,* 10. 5) *Ibid. I,* 12. 6) *Vita I,* 13: Eonius sanctus clerum vel cives adloquitur et ipsos dominos rerum *(erat autem unus Alaricus)* per internuntios *et q. s.* 7) *Ad ordinationem Caesarii epistulam Ruricii ad Capillutum datam (II,* 31, *Auct. antiq. VIII, p.* 335*) olim rettuli, at Augustus Engelbrecht, 'Patristische Analecten' ('Progr. d. Gymn. d. Theresianischen Akademie', Vindobonae* 1892, *p.* 60 *sqq.) de iudice ordinando ibi agi contendit fortasse rectius, etsi etiam episcopis iudicandum erat (cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 197, 7. 693, 15*).* 8) *Haec Caesarius ad virginem scripsit, iam abbatissam, quae eum iuvenem in monasterio suo 'quasi partem animae suae' dilexerat; cf. epistulam hortatoriam ad virginem Deo dicatam (Migne* 67, *col.* 1135*).* 9) *Vita I,* 21. 10) *Auct. antiq. VIII, p. LXIV.*

non possent, Caesarius metropolitanus interim 'Statuta ecclesiae antiqua'[1] *collegerat: iam in gratiam 'gloriosissimi, magnificentissimi piissimique regis' acceptus, eodem quo ille legem Romanam Visigothorum colligi iussit anno* 506, *d.* 11. *Sept., in urbem Agathensem episcopos Galliae Gothicae congregare poterat, sanctaque synodus in exordio pro regno regis, pro longaevitate, pro populo Dominum deprecabatur:* ut qui nobis congregationis permiserat potestatem, regnum eius Dominus felicitate extenderet, iustitia gubernaret, virtute protegeret[2]. *At non omnes ad quos epistulas metropolitanus dederat episcopi convenerant, nonnulli, ut Verus Turonensis, delegatos miserant, alii contumaces abfuerant. Quare constitutum est, ut qui invitati synodis adesse differrent, nisi gravi infirmitate corporis aut praeceptione regia detinerentur, usque ad proximam synodum caritate fratrum et ecclesiae communione privarentur. Interim inoboedientes Caesarius, epistulis datis, commonuit, ut vel unum e suis, qui ad vicem suam subscriberet, mittere debuissent, neque vero qui inter eos erat Ruricius Lemovicinus*[3] *metropolitani vituperatione magnopere commotus est, nam etiam insequenti anno Tolosanae*[4] *quae Eudomio consiliario*[5] *regio elaborante convenit synodo non intererat. Huius autem rei causa non tam infirmitas erat quam conquerebatur solita, quam eius ambitio insolita, homoque elatus, quippe qui in litteris aliquid praestitisse sibi videretur, et aetate senior collega simplici, ad eam impudentiam processit, ut illi scribere ausus sit:* si aliis nomen urbium praestat auctoritas, nobis auctoritatem demere non debet urbis humilitas; siquidem multo melius multoque eminentius est, civitatem de sacerdote, quam sacerdotem de civitate notescere[6].

Episcoporum pro longaevitate regis vota qua mente nuncupata erant, eundem habebant effectum. Alaricus rex paulo post synodum Tolosanam in campo Vogladensi devictus, ipsius regis Francorum manu cecidit, hostesque cum Burgundionibus sociis a. 508. *ad urbem Arelatensem obsidendam aggressi sunt. Tunc demum Theodericus Italiae rex gentem propinquam recordatus, exercitum die* 24. *Iunii*[7] *ad auxilium ferendum convenire iussit. Eius ducibus in Provinciam ingressis fortiter restiterunt obsidentes, quibuscum vel obsessorum pars ea faciebat, quae e gente Gothica non erat. Cum Caesarii consanguineus quidam clericus et ipse Burgundio noctu ad inimicos transisset, populari seditione exorta Iudaeisque clamantibus, episcopum huius traditionis esse auctorem, is e domo ecclesiae extractus, in palatio custodiae traditus est, ut in Rhodanum demergeretur aut certe exilio afficeretur*[8]. *Interim navem, in quam iniectus erat, Gothi propter obsidionem subigere non valebant. Iudaeique ipsi proditores deprehendebantur, quorum unus, ut gens sua cum captivitate tum praedatione liberaretur, epistulam saxo gravatam de muro, ubi vigilandi curam exercebat, deiecisset. Fraude eorum detecta, Caesarius liberatus eductusque e palatio est. Denique Franci Burgundionesque victi fugatique sunt, Provinciaeque administrationem a.* 510. *Theodericus Ostrogothorum rex suscepit. Is Arelatensium fidem eo remuneratus est, quod eis obsidionis penuriam perpessis fiscalia tributa per indictionem*

1) *Statuta (Leonis Opp. ed. Ballerinii III, p.* 653 *sqq.), quae ut regulam virginum 'recapitulatio' quaedam subsequitur, Caesario auctori recte adiudicasse mihi videtur A. Malnory l. l. p.* 50 *sqq.* 2) *Concilia Galliae ed. Sirmondus I, p.* 161. 3) *Caesarii ep. ad Ruricium v. Auct. antiq. VIII, p.* 274, *responsum Ruricii ib. p.* 336. *Inter Ruricii epistulas alia extat, qua Parthenium nepotem Arelate proficiscentem Caesario commendavit; ib. p.* 339. *Editionem novam Augustus Engelbrecht, Corpus script. eccl. XXI, Vindobonae* 1891, *paravit.* 4) *De synodo Tolosana, cuius acta perierunt, v. Auct. antiq. VIII, p.* 273. 274. 338. 5) *Eum administrum Alarici regis fuisse intellexit Danton; cf. Engelbrecht, 'Patristische Analecten' l. l. p.* 46. 6) *Auct. antiq. VIII, p.* 336. 7) *Cf. Cassiod., Variae I,* 24. 8) *Vita I,* 29.

quartam (510, Sept. — 511, Sept.) remisit[1]. Innumeram captivorum multitudinem, quacum Gothi in urbem redierant, Caesarius non solum alimentis vestituque sustentavit, sed etiam munere redemptionis liberavit, eam quam Aeonius ecclesiae mensae reliquerat impendens pecuniam, immo sacra ministeria vendens ornamentaque quae in ecclesia erant argentea excuti iubens[2]. Tunc ad inopiam levandam vel Burgundionum reges Caesario tres naves plenas tritico misisse videntur[3]. Bellum mortalitas tanta subsecuta est, ut mortuorum hominum sepeliendis corporibus vix illi qui remanserant sufficerent. Dum urbs ipsa captivitatem praedamque evadit[4], rura lugendum praebebant aspectum. Tot regiones civitatesque splendidissimae desertae dirutaeque erant; omnia quae in hoc mundo amabant incolae perdiderant[5]. Totae provinciae in captivitatem ductae, matres familias abstractae, praegnantes abscissae, nutrices, avulsis e manibus parvulis atque in vias proiectis, filios mortuos ne sepelire quidem permissae erant. Imprimis nobilium feminarum Caesarius miseria commotus est earum, quae iam in barbarorum servitutem ciderant: a talibus, *inquit*, feminis hoc impia barbarica exigebat potentia, ut quae se sciebat multorum mancipiorum fuisse dominam, barbarorum se subito sine ullo pretio lugeret ancillam. — — Dura a delicatis et nobilibus mulieribus servitia sine ulla miseratione a barbaris exacta sunt[6].

Sane sexum muliebrem Caesarius non adeo reformidabat, ut alii sancti, immo vehementissime cupiebat sanctarum virginum precibus in regnum introire caeleste. Quae ut a turbinibus procellisque huius mundi defenderentur, iam ante obsidionem multo sudore ac labore monasterium virginum aedificare coeperat, cumque a barbaris illud magna ex parte destructum esset[7], tamen eo incepto minime destitit. Erat ei soror Casaria[8] nomine, quam ad discendam regulam Massiliam in monasterium a Cassiano conditum miserat[9]. Eam inde accitam novae quam in latere ecclesiae S. Stephani construxerat aedi praefecit, duaeque aut tres sodales habitacula praeparata occupabant, cum die 26. Augusti a. 512. monasterium dedicatum est, sed mox virgines catervatim conveniebant, ita ut in eius obitu quae Casariae successerat Caesaria ducentarum esset abbatissa[10]. Sororem Caesarius iuxta eum quem sibi paraverat sepulturae locum condidit[11] in basilica S. Mariae, quam ipse triplicem a. 524. aedificaverat, ibique etiam reliquis sororibus sarcophagos praeparaverat ex ingentibus saxis excisos, qui constipatis ordinibus per omne strati erant pavimentum[12]. Simul atque virgo mortua erat, et episcopo id nuntiabatur, ut eam ad basilicam psallendo deduceret, et clericis S. Mariae[13].

Anno post monasterium conditum et ob id ipsum[14] Caesarius accusatus et sub custodia Ravennam perductus est, ut coram Theoderico rege se defenderet. Actionem in se institutam feliciter sustinuit regemque ita sibi conciliavit, ut argentei disci dono ab eo honoraretur. Quem cum vendidisset pretioque captivos plurimos liberasset, tantam mox in palatio opinionem consecutus est, ut amplissima pecunia a proceribus ei traderetur, eam-

1) Cassiod., Variae III, 32. 2) Vita I, 32. 3) Ibid. II, 9. 4) Ibid. I, 34. 5) Cf. Caesarii sermonem post obsidionem in rure habitum (Migne 39, col. 2325 sqq.). 6) Cf. Caesarii sermonem post obsidionem Arelate habitum (Migne 39, col. 2315). 7) Vita I, 28. 8) Ita a Fortunato appellatur (Carm. VIII, 3, 39; App. XIII, 3, 3. 13), quocum cod. B 1 Gregorii, H. Fr. IX, 42, convenit. 9) Vita I, 35. 10) Ib. II, 47. 11) Ib. I, 58. 12) Ib. I, 57. 13) Cf. Caesarii regulam virginum § 70 (AA. SS. Ian. I, p. 736). 14) Quibus de causis Caesarius in Italiam profectus sit, adhuc nemo eruit, neque Arnold l. l. p. 266 sq. neque Malnory l. l. p. 102. Cum autem c. 36. libri primi, ubi iter enarratur, historiam monasterii conditi subsequens ita incipiat: Pro ista denique causa proque hoc studio procul dubio contra servum Christi diabolus ut leo rabidus intumescens, *apertius testimonium vix dari poterat.*

que iterum ad redimendos captivos impendit, Burgundiones scilicet, quos in Italia repperat, maximeque Arausicanos[1].

Interim alterum quoque negotium coram rege ei agendum fuisse videtur. Ennodius enim, postquam de felicitate actionis ei gratulatus est, de qua ipsum litteris datis mox certiorem fecerat, haec subiecit: Unde, *inquit*[2], haec praerogativa Transalpinis, unde parentibus meis inauspicata sublimitas, ut talem virum miserint? *Parentes eius sunt nobiles Arelatenses, — scriptor enim, monente Friderico Vogel*[3], *in hac urbe natus erat, — iique Caesarium Ravennam miserant, neque rex huic 'cupita subtrahere potuit, quem mitiorem ovibus sola faciunt errata pugnacem'. Nonne inde sequitur, episcopum etiam pro bono publico Arelatensium in palatio certasse? Certe rex non solum de labore ipsius et de itinere, sed etiam de Gothis atque Arelatensibus eum percontatus est*[4].

Etiam Romae, ubi a Symmacho papa et senatoribus senatricibusque Ravenna profectus honorifice receptus est[5], *Caesarius negotia summae auctoritatis apud sedem apostolicam persequebatur.*

Primum ad monasterium construendum res ecclesiae Arelatensis vendiderat donationesque virginibus ex ipsis fecerat. Exemplum pessimum, quod ita dederat, mox alii secuti videntur esse, ecclesiastica praedia alienantes. Sanctimoniales vel eae, quae diu in monasteriis consistebant, volentes nolentesque coniugii causa rapiebantur. Decretum cleri civiumque in episcopis eligendis fieri noluit nisi consentiente metropolitano, ut Aeonio auctore factum erat, cum ipse eligebatur. Honoribus saecularibus perfunctos ad clericatum vel episcopatum admittendos esse negavit, nisi per longum tempus eorum vita examinata esset. Libellum eius petitorium[6] *papa epistula a.* 513, *d.* 6. *Nov., data*[7] *approbavit, clausulaque addita, 'per omnes Gallicanas regiones utendi pallii' ei dedit facultatem. Diaconis autem Arelatensibus more Romanae ecclesiae dalmaticarum usum concessit*[8].

Deinde iura metropolitana eaque quae ad primatum ecclesiae Arelatensis spectabant, moliente Avito episcopo Viennensi, periclitantia Caesario stabilienda erant. Postquam in synodo Taurinensi[9] *a.* 401. *constitutum est, ut utrius ecclesiae episcopus approbavisset suam civitatem esse metropolim, is per totam provinciam honorem primatus obtenturus esset, Arelatensis Zosimum papam persuasit, ut Trophimus suus primus in Gallia fidem christianam praedicasset, sibique metropolitanum privilegium competeret. Igitur per provincias Viennensem, Narbonensem I. et II. sacerdotes ordinandi, Gallicanis clericis formatas dandi, denique negotia ecclesiastica decidendi, nisi causae gravitas papale requireret examen, a.* 417. *accepit auctoritatem, ipsique paroeciae Cytharista et Gargarius adiudicatae sunt*[10]. *Etsi titulo carebat, iam vicarius apostolicus constitutus erat; hanc autem praerogativam omnem contumacia sua Hilarius episcopus a.* 445. *amiserat*[11]. *Petentibus episcopis Gallicanis*[12], *ut Leo papa ecclesiae Arelatensi priorem auctoritatem restitueret, is Viennensem omni honore privare nolens, provincias inter utramque a.* 450. *ita divisit,*

1) *Vita I*, 38. 2) *Auct. antiq. VII, p.* 321. 3) *Ib. p. III.* 4) *Vita I*, 36. 5) *Ib. I*, 42. 6) *Primo loco quaestionem hanc posuit (MG. Ep. III, p.* 40*):* In Gallia siquidem provincia ab aliquibus personis ecclesiastica praedia diversis titulis alienantur; ita fit, ut pro suo quis arbitrio devota mente relinquentium et egentum necessitatibus deputatas inminuat facultates. Hoc postulamus, ut fieri prohibeat apostolicae sedis auctoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasteriis fuerit largiendum. *Quae quomodo cum rebus a Caesario gestis cohaereat, adhuc non perspectum est.* 7) *MG. Ep. III, p.* 37 *sqq.* 8) *Vita I*, 42. 9) *Concilia ed. Sirmondus I, p.* 28. 10) *Privilegium Zosimi papae v. MG. Ep. III, p.* 5. 11) *Cf. Leonis Opera ed. Ballerinii I, p.* 639 *sqq.* 12) *Preces missae ab universis episcopis ad Leonem papam, MG. Ep. III, p.* 18.

ut huic Valentiam, Tarantasiam, Genavam, Gratianopolim adiudicaret, reliquas vero civitates Arelatensis episcopi auctoritati et ordinationi subiceret[1]. *Isto pacto inter duos qui iam creati erant metropolitanos contentio minime sedata est. Leontius episcopus quattuor ecclesiae Arelatensi ereptas civitates a.* 462. *repetivit*[2] *ab Hilaro papa, isque Mamerto contumaci minatus est*[3], *se eas restiturum esse. Cum Anastasius II. papa (a.* 496 — 498*) iterum Viennensem favore amplexus, huic ecclesiae maiora concessisset, Aeonio episcopo a.* 500. *per Symmachum ea evellere successit, anno autem insequenti ad Avitum idem papa totus inclinabat, cumque illi rescripsisset*[4], *contra veterum consuetudinem decessorem suum aliqua iussisse observari, multoque magis in ordinandis per singulas urbes sacerdotibus canam ac reverendam servandam esse antiquitatem, huic gratulabatur*[5], *si ea quae Anastasius fecerat rationabiliter eum fecisse nihilque ab eo contra canones esse attentatum demonstraret:* Saepe, *inquit,* crudele esset insistere legi, cum observantia eius esse praeiudiciabilis ecclesiae videtur. *Rebus tam male se habentibus, Caesarius Romam adveniens ab eodem papa reverentissime metropolitani honore receptus est*[6] *privilegiumque elicuit, quo vel termini inter duas ecclesias a Leone constituti sibi confirmabantur*[7]*; anno autem post vicarii apostolici potestatem non solum per Gallias, sed etiam per Hispanias recuperavit*[8], *scilicet per utramque provinciam religionis causa invigilandi, sacerdotes convocandi, negotia ecclesiastica decidendi, graviora autem ad sedem apostolicam deferendi, denique clericos formatis instruendi.*

In eo itinere Caesarius ritum Romanum cognoverat, eaque quae sibi utilia visa sunt, in patriam reversus, statim imitanda docebat[9]. *Pecuniam autem, qui accusatus in Italiam abierat, octo milia solidorum domum reportavit*[10], *cumque praecipuam in redimendis captivis curam poneret, abbates clericosque eo misit, ubi miseri liberandi erant, ipseque eadem de causa Carcasonam profectus est.*

Alienationem rerum ecclesiasticarum interdicens Symmachus papa, ea dona, Caesario proponente, exemerat, quae monasteriis aut clericis emeritis aut certe peregrinis, necessitate cogente, darentur, sed clausulam addiderat: sic tamen, ut haec ipsa non perpetuo sed temporaliter, donec vixerint, perfruantur[11], *id quod non ita acceptum esse poterat petitori. Iam enim metuendum erat, ne a succedentibus episcopis Arelatensibus donationes virginibus eriperentur ecclesiaeque episcopali restituerentur. Itaque postquam Hormisda papa, Symmacho a.* 514. *succedens, de primitiis suis episcopum Arelatensem more solito certiorem fecit*[12], *Caesarius litteris eum adiit, ut et monasterium a successorum potestate tutaretur et donationes legitimas faceret. Papa alterum libenter praestitit, alterum vero non sine haesitatione concessit:* non enim oportuit distrahi, quod ecclesiae servituris de ecclesiae substantia ratio suadebat pro sustentatione concedi. *Confirmavit quidem 'circa monasterium virginum a vobis vel venditum vel*

1) *MG. Ep. III, p.* 20. 2) *Ib. p.* 27. 3) *Ib. p.* 30. 4) *Ib. p.* 34. 5) *Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 63. 6) *Vita I,* 42. 7) *Cf. Symmachi epistulam universis episcopis per Gallias consistentibus datam a.* 513, *Nov.* 6 *(MG. Ep. III, p.* 36*):* Caesarius siquidem frater et coepiscopus noster, metropolytane Arelatensis civitatis sacerdus, ecclesiae beati apostholi Petri liminibus praesentatus, ea quae pridem de privilegiis ecclesiarum constituta sunt nostris postolavit innovari sermonibus. 8) *Symmachi privilegium a.* 514, *Iun.* 11, *datum v. MG. Ep. III, p.* 41. 9) *Cf. e. gr. eius sermonem (Migne* 39, *col.* 2291*):* Nam in tantum grave peccatum est, ut in civitate Romana qui voluerit uxorem ducere, si se virginem non esse cognoscit, ad accipiendam benedictionem nuptialem venire penitus non praesumat. 10) *Vita I,* 43. 11) *MG. Ep. III, p.* 38. 12) *Cum Hormisdae epistula, cuius initium tantum superest (MG. Ep. III, p.* 42*), similes episcopis Arelatensibus ab Hilaro Gelasioque datae conferendae sunt (Ep. III, p.* 23. 33*).*

donatum', sed 'sub eadem via alienationem ecclesiasticorum praediorum decretis praesentibus' inhibuit[1].

Privilegio, quo vicariatum apostolicum Symmachus papa Caesario commiserat, clausula addita erat: Manentibus siquidem his, quae patrum statuta singulis ecclesiis concesserunt[2], manifestumque erat, iura ampliora episcopum Arelatensem exercere non posse nisi in ea Galliae parte, quae Gothorum dicioni subdita erat. Aquensis quidem episcopus, qui evocatus conciliis interesse noluerat, hoc privilegio coerceri poterat, sed Viennensis de auctoritate sua quicquam derogari non passus est. Cum igitur ad Caesarium 'vel ad hos qui sub dilectionis eius ordinatione consistebant' Hormisda papa a. 515. litteras dedisset[3], quibus Dardanos, Illyrios, Scythas, damnata Acacii haeresi, ad communionem Romanam redisse eis nuntiavit, cumque similes, ut Viennensi redderentur, applicuisset, is per Arelatensis ecclesiae clericos has sibi missas esse aegre ferens, continuo cum ipso summo pontifice commercium litterarum hac de re iniit, idque 'totius provinciae Viennensis nomine, quae ecclesiae ad me pertinenti ab universis decessoribus et apostolica sede commissa est'. Ideo 'Avito episcopo vel universis episcopis provinciae Viennensi sub tua dioecesi consistentibus' Hormisda papa rescripsit atque per eum ipsum etiam 'alios per Gallias' constitutos instrui voluit[4].

Bello Wisigothico peracto, provincia Arelatensis a Wisigothis ad Ostrogothorum regnum delata est[5], neque tutoris nomine Theodericus rex Italiae, ut in Hispania Septimaniaque, ita ibi regnabat, id quod Procopio[6] nimis fisi asserenti, Athalarico demum Ostrogothorum regi cis Rhodanum sita ab Amalarico iam adulto concessa esse, nonnulli nuper statuerunt[7]. Ostrogothi autem in ea expeditione Burgundiam quoque depraedati sunt[8], Druentiam fluvium transgressi, eosque victores vel Arausicum oppidum cepisse, ex Vita I, 38. colligi licet. Eam Galliae partem Gothi ante a. 517. amiserunt, quo et ipse Arausicorum episcopus concilio Epaonensi[9] subscripserit, at a. 524. non solum is, sed etiam ultra Druentiam constituti Aptensis, Cabellicensis, Carpentoratensis, Ebredunensis, Tricastinensis, Vapincensis, Vasionensis concilio Arelatensi intererant, eorumque civitates a. 523. Burgundionibus ereptas esse, sine dubio recte opinantur[10]. Praeter eos episcopi Provinciae tantum a metropolitano Arelatensi ad concilia convocari poterant, Ostrogothorum dicioni iam subiecto, neque vero Wisigothici Septimaniae.

Inter concilia Gallica unum extat Arelatense II. dictum, quod et praefatione et subscriptionibus destitutum saec. V. vulgo attribuitur[11]. De eius autem indole minus recte iudicatum esse mihi videtur, nam, nisi fallor, Caesarius noster illud convocaverat. Argumentum unicum, quo illud ante Agathense a. 506. celebratum esse demonstrasse sibi visus est Fridericus Maassen, ex collectionibus conciliorum manu scriptis deprompsit, quae ordinem temporum subsequerentur; quod etsi probasset, — mihi autem contrarium vel in antiquioribus codicibus sustineri posse videtur, — tamen monendum esset, in Corbeiensi, ubi re vera Agathense sequitur, Aurelianense a. 511. praemissum esse[12] atque in altero vetustissimo, scilicet Coloniensi, Agathense minime sequi, sed una cum Epaonensi a. 517. et Reiensi a. 439. praeire, dum Arelatense a. 524, Carpentoratense a. 527, Vasense

1) Hormisdae privilegium v. in AA. SS. Ian. I, p. 736. 2) MG. Ep. III, p. 41. 3) Ib. p. 43. 4) Epistulam Aviti cum responso Hormisdae v. Auct. antiq. VI, 2, p. 69 sqq. 5) Vita I, 34. 6) De bello Gothico I, 13. 7) Cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p. 54; Arnold l. l. p. 260. 8) Marius a. 509; cf. Binding, 'Gesch. d. Burg.-Rom. Königreichs' p. 209. 9) Concilia ed. Maassen I, p. 30. 10) Cf. Binding l. l. p. 254. 266. 11) Ita Sirmondus, Concilia antiqua Galliae I, p. 102, aliique cum Arnold l. l. p. 582; inter a. 447—506. Maassen, 'Quellen des canonischen Rechts' I, p. 200. 12) In textu neque vero in indice; cf. Maassen l. l. p. 565. 571.

a. 529. subsequuntur[1]. *Ex loco igitur, quem vel in vetustissimis codicibus concilium quod dixi obtinet, aetatis argumentum minime concludendum est, posteriorum autem, qui seriem temporum, ut auctor Lugdunensis*[2], *modo recte modo falso restituebant, opiniones ad rem nihil facere manifestum est. Canones, qui magna ex parte ex antiquioribus conciliorum actis pendent, Caesarii mentem disciplinamque gerere mihi videntur. Synodi ad Arelatensis metropolitani arbitrium convocandae sunt, neque episcopi nisi infirmitate excusantur, iique qui neque affuerint neque delegatos miserint excommunicantur (c. 18. 19), sicut in Agathensi (c. 35) constitutum erat. Ea autem quae de episcopis sine consensu metropolitani constitutis (c. 6) deque viduis (c. 46) puellisque sacratis (c. 52) in Arelatensi sancta sunt cum Caesarii libello petitorio*[3] *conveniunt. Photiniacos et Bonosiacos haereticos, de quibus baptizandis in concilio (c. 16. 17) agitur, eo tempore in Galliis apparuisse ex Avito intellegitur, eiusque epistula, qua horum 'pestem ab infernalibus latebris excitatam' esse rettulit, a. 511/516. attribuitur*[4]. *Denique sin statuta ecclesiae antiqua saec. VI. in. collecta sunt, id quod non solum Malnory, sed etiam Arnold*[5] *statuerat, concilium Arelatense II. minime saec. V. celebratum esse potest: in ipso enim illa citata sunt, id quod iam Fr. Maassen*[6] *animadverterat. Canones autem si subscriptionibus carent, subscriptiones concilii cuiusdam Arelatensis provinciae in vetustissimo codice Coloniensi Vasense a. 529. subsequuntur, quibus canones desunt, scilicet hae*[7]:

Iulianus presbyter missus a domino meo Agrecio episcopo subscripsi,
Ianuarius presbyter missus a domino meo Luperciano episcopo subscripsi,
Marcus presbyter missus a domino meo Rusticio episcopo subscripsi,
Turpio presbyter missus a domino meo Principio episcopo subscripsi.
Data sub die VIII. Id. Aprilis Florentio v. c. consule,

atque nullus dubito, quin haec ipsa actorum concilii Arelatensis II. pars ultima sit. Id igitur a. 515, d. 6. Aprilis celebratum est, eique 17 episcopos interfuisse ex eodem codice Coloniensi[8] *intellegitur. Quod si verum est, cum Provincia 12 tantum civitates caperet*[9], *conici licet, partem Galliae ultra Druentiam sitam ad Gothiam tunc pertinuisse fere eandem, quae ante a. 517. a Burgundionibus recuperata, a. 523. iterum Ostrogothis cessit.*

Cum ad dedicationem basilicae S. Mariae a Caesario constructae a. 524. episcopi Arelate convenissent, de ordinationibus disciplinaque ecclesiastica ab illis actum est[10] *primoque loco constitutum, ut nullus ante 25. aetatis annum diaconus, ante 30. annum presbyter vel episcopus ordinaretur*[11], *neque laicis ullus honor ecclesiasticus tribueretur, nisi conversio ab iis per annum integrum praemissa fuisset. Cum autem ea quae ecclesiis paroecialibus collata erant ab episcopis quibusdam consumerentur, in synodo Carpentoratensi a. 527. sanctum est*[12], *ne episcopus, si ecclesia civitatis idonea esset, sibi illa vindicaret; sin minus idonea esset, ut ea tantum propter maiores expensas ad se revocaret, quae de paroeciis, quibus largior fuisset collata substantia, superessent. Praeterea in eos qui canones transgressi erant episcopos iudicium in synodis exercebatur*[13], *cumque Agroetius episcopus Antipolitanus ordinationem illegitimam fecisset, neque Carpentorate venisset aut legatum eo misisset, a missis celebrandis per annum integrum remotus est. Synodi autem Arelatensis, cui Agroetius ipse subscripserat, statuta ut firmius tenerentur, Caesarius Felicem papam adiit, isque a. 528. ea confirmavit, ne ullum 'ex laica conversatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoveri' liceret*[14].

1) *Maassen l. l. p.* 578. 2) *Idem l. l. p.* 775. 3) *MG. Ep. III*, 40. 4) *Auct. antiq. VI*, 2, *p.* 62. 5) *L. c. p.* 345. 6) *L. c. p.* 391. 7) *Concilia ed. Maassen I, p.* 58, *n.* 8) *Cf. Maassen, 'Quellen' p.* 199, *n.* 9) *Cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 61. 10) *Maassen, Concilia I, p.* 36. 11) *Cf. Vitam I*, 56. 12) *Maassen, Concilia I, p.* 41. 13) *Löning, 'Kirchenrecht' II, p.* 146. 14) *MG. Ep. III, p.* 45.

In synodo Carpentoratensi decretum erat, ut anno insequenti die 8. *Id. Nov. in vicum Vasensem Arelatensis provinciae episcopi convenirent, sed, casu incidente, eo tempore aliud concilium habitum est. Caesarii enim aemuli ultra Iseram constituti, i. e. Viennensis provinciae episcopi, cum Semipelagianis doctrinis faverent, de gratia liberoque arbitrio eum minus recte sentientem deprehendere posse sibi videbantur ipsumque in Valentinam urbem ad synodum invitabant. Episcopus autem Arelatensis, ut in Vita*[1] *legitur, solita infirmitate impeditus erat vel potius iudicium perhorrescebat eorum, quibus de se iudicare non licuit, legatosque eo misit, qui doctrinam suam argumentis defenderent. Deinde ad sedem apostolicam hac de re rettulit, unde canones quidam ex Prosperi Augustinique scriptis excerpti sibi transmissi sunt. Occasio autem eos in adversarios proferendi mox ipsi data est. Liberius, quem praefectum praetorio Galliarum atque patricium Theodericus rex constituerat, homo catholicus eiusque uxor Agretia Caesarium adeo venerabantur, ut in discrimine vitae positi omnem salutem ex eo sperarent*[2]. *Is igitur in Arausica civitate basilicam construxerat, ad quam dedicandam episcopos a.* 529. *invitavit. Omnes qui ibi aderant non solum episcopi, sed etiam laici nobiles, ut Liberius patricius aliique, canones transmissos eamque quae illis subiecta erat definitionem fidei manu propria confirmaverunt, authenticumque actorum exemplar Caesarius in archivo ecclesiae asservari iussit*[3]. *Ut autem adversariorum omnimodo confutaret argumenta, eam quam ad se dederant epistulam una cum confessione in synodo statuta Romam transmisit, cumque Felix papa modo defunctus esset, eius successor Bonifacius hanc ut catholicis patrum regulis consentaneam approbavit, ad illam vero sibi respondendum esse negavit, sperans fore ut medio metropolitano aliter sentientes resipiscerent,* ut, *inquit,* ex hoc omnem bonam voluntatem non ex se, sed ex divina credant gratia proficisci, cum se senserint id iam velle defendere, quod nitebantur pertinaciter impugnare[4].

Concilium ordinarium, quod anno praecedenti praetermissum erat, item a. 529, *mense Novembri in vico Vasensi habitum est. Lectis antiquorum patrum regulis, nullum de praesentibus contra decreta quicquam praesumpsisse cognoverunt episcopi; ne vero infecta re discederent, Caesarius ad utilitatem ecclesiarum proposuit decernenda imprimis ea, quae in Italia reppererat imitanda, scilicet ut omnes presbyteri in paroeciis constituti iuniores lectores eosdem caelibes secum in domos reciperent ibique psalmis, divinis lectionibus, scriptura sacra erudirent, ut idoneos sibi providerent successores, deinde ut 'Kyrie eleison'*[5] *et in omnibus missis 'Sanctus, Sanctus, Sanctus' diceretur, tum ut in omnibus clausulis post Gloriam verba 'Sicut erat in principio' ad improbandam Arianorum fidem adderentur. Cum presbyteris diaconibusque evangelium solum legere licitum esset, iis non solum in civitatibus, sed etiam in paroeciis constitutis praedicandi data est facultas*[6], *quorum in usum libellum sermonum diebus festis ac solemnibus recitandorum Caesarius conscripsit*[7], *iustumque visum est, ut nomen papae*[8], *quicumque sedi apostolicae praeesset, in ecclesiis Arelatensis provinciae recitaretur.*

Contumeliosus episcopus Reiensis reliquis qui acta subscripserunt fortius confirma-

1) *Vita I,* 60. 2) *Vita II,* 10 *sqq.* 3) *Maassen, Concilia I, p.* 46 *sqq.* 4) *Bonifacii epistula ad Caesarium (Concilia ed. Sirmondus I, p.* 223*)* VIII. Kal. Februarias Lampadio et Oreste vv. cc. consulibus, *i. e. a.* 530, *data aut in consulibus aut in mense mendum continet; cf. Jaffé n.* 881[2]. 5) *Cf. Duchesne, 'Origines du culte chrétien' p.* 157. 183. 6) *Concilia ed. Maassen I, p.* 55; *cf. Vitam I,* 54. 7) *Operum Caesarii editionem praeparaturus G. Morin ('Revue Bénédictine, Maredsous'* 1893, *X, p.* 72*) prologum publici iuris fecit; cf. 'Archiv' VI, p.* 498. 8) *Cf. Liturgiam Mozarabicam:* Offerunt Deo domino oblationem sacerdotes nostri, papa Romensis et reliqui, pro se et pro omni clero ac plebibus ecclesiae sibimet consignatis vel pro universa fraternitate; *Duchesne l. l. p.* 199.

verat[1] *studium in papam Romanum, cuius suffragio mox ei uti opus erat. Cum enim in adulterio deprehensus esset domosque ecclesiae suae multas distraxisset, horum flagitiorum in concilio Massiliensi*[2] *a.* 533. *et accusatus et convictus est, ore proprio confessus, ea quae gesta continerent praesentibus episcopis facta se omnia commisisse. Igitur in eo conventu iudicatum est, eum ad paenitentiam agendam in Casense monasterium mittendum, res autem quas alienavisset ecclesiasticas ipsius substantia compensandas esse. Iohannes papa, ad quem, relatione missa, rem detulerat Caesarius, synodi iudicium approbans, reum ab ordine officioque ecclesiastico removit, cuius loco visitatorem institui voluit*[3]*; concessit autem ei paenitendi licentiam, si petitorium Caesario dedisset. Canones quos Iohannes addiderat aliosque Caesarius collegis ante oculos proposuit metropolitani severitatem improbantibus neque eorum misericordiae locum dandum esse censuit in chartula, quam epistulae papali ipse subiecit. Interim Contumeliosus partes paenitentis minime egit, sed iniuste se damnatum esse simulans, ad sedem apostolicam appellavit. Romae autem papae, qui de honestate ecclesiastici ordinis eandem atque episcopus Arelatensis opinionem habuerat, alter successerat, qui decreta decessorum neglegens, imprimis auctoritatem suam in subditos exercere studebat. Agapitus enim Caesario petenti, ut praedia ecclesiae Arelatensis quaedam alimoniae pauperum proficerent, id a.* 535. *denegavit, atque eiusdem in Contumeliosum actionem vehementer improbans, iudicium novum per delegatos institui iussit, cuius ad exitum ab administratione patrimonii ecclesiastici et a celebratione missarum accusatum removit visitatoremque eius loco a Caesario ordinari iussit.*

Denique Franci Arelatensem civitatem, Caesario iam senescente, occupabant. Athalarici regnum puerile despicientes, bella parare moliebantur[4]*, atque Theudericus rex Theudobertum filium una cum Sigivaldo iuniore in Gothiam misit. Hic regi invisus, ne occideretur, Arelate confugit, nam:* Arelatensem tunc urbem Gothi pervaserant, de qua Theudobertus obsedes retenebat[5]. *Urbem autem non Gothi, — eorum enim dicioni subiecta erat, — sed Gothicam Franci pervaserant, ideoque pro* Gothi *scribendum est* Gothiae *(ita H. Fr. IV,* 51*), ducesque expeditionis Theudobertus Sigivaldusque parens eius fuerant. Id a.* 533. *pauloque post concilium Massiliense gestum esse oportet, cum eodem anno Theudobertus propter mortem patris domum redierit. Casu igitur ab armis longius proferendis cessatum est, Gothique de inimico non pugna superato, sed morte erepto gloriabantur ignavi*[6]. *Tota autem Arelatensis provincia, quam Francis iam ab Athalarico concessam esse Iordanes*[4] *male asseruit, paucis annis post sub eorum dicionem ordine pacifico subiuncta est. Witiges enim rex de Belisarii incursione sollicitus, ut Francos sibi pararet socios, id quod eius decessor morte praeventus facere non potuerat, eis Galliam Ostrogothicam duoque milia auri pondo a.* 536. *tradidit*[7]*, pactumque Iustinianus confirmare metu coactus est, unde Arelate iam Franci ludos spectabant nummosque cudebant, deplorante Procopio*[8]*:* καὶ νῦν κάθηνται μὲν ἐν τῇ Ἀρελάτῳ τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα θεώμενοι, νόμισμα δὲ χρυσοῦν ἐκ τῶν ἐν Γάλλοις μετάλλων πεποίηνται, οὐ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, ἧπερ εἴθισται, χαρακτῆρα ἐνθέμενοι τῷ στατῆρι τούτῳ, ἀλλὰ

1) Contumiliosus ita consensi in omnibus, ut cum sanctus papa Urbis suam oblatam dederit, recitemus ante altarium Domini; *Concilia ed. Maassen l. l. p.* 57. 2) *Concilia ed. Maassen I, p.* 60. 3) *Iohannis papae epistulas tres ad episcopos Gallicanos, clerum Reiensem, Caesarium datas a.* 534, *mense Apr. v. MG. Ep. III, p.* 46 *sqq.* 4) *Cf. Iordanis Getica* § 305*; Rom.* § 367. 5) *Ita Greg., H. Fr. III,* 23. 6) *Cf. Cass., Variae XI,* 1: Nam Theodericus ille diu potenti nomine gloriatus in triumphum principum nostrorum langoris potius pugna superatus occubuit. 7) *Cf. Procop., De bello Gothico I,* 13. 8) *L. l. III,* 33.

τὴν σφετέραν αὐτῶν εἰκόνα. Primus autem Theudobertus rex ibi regnasse videtur neque Childebertus, ut in V. Caesarii[1] *legitur.*

Theudobertus rex ad Vigilium papam Modericum virum illustrem legatum misit, interrogaturus, quae paenitentia agenda esset ei, qui cum uxore fratris illicitum coniugium iniisset; papa autem Caesario, ad quem a. 538, *d.* 6. *Mai. litteras dedit, hac de re regem instruendum commisit*[2]. *Is enim de quo agitur homo praepotens summam sibi gratiam apud regem conciliasse videtur. Coniuges propter incestas nuptias ab episcopis excommunicati erant, sed in concilio Aurelianensi die* 7. *Maii eiusdem anni habito sanctum est, ne 'contracta hucusque huiusmodi coniugia solverentur'*[3]. *Id etiam Albinus episcopus Andegavensis subscriptione sua confirmare coactus est*[4], *qui et ipse Caesarium nostrum de hac causa consulturus adierat.*

Caesarius neque sub Theudoberto neque sub Childeberto, cui postea Arelatensis urbs subiecta est, conciliis Francicis intererat; eius autem comprovinciales episcopi concilio Aurelianensi a. 541. *subscripserunt. Infirmitas solita*[5], *qua laborabat, senio gravatum ipsum crebro semianimem reddebat*[6]. *Cumque animadverteret, obitus sui diem instare, in monasterium virginum se gestari iussit, quasi consolaturus anxias, valeque illis dicens ad S. Stephani ecclesiam revertit. Ecclesiam Arelatensem per* 40 *annos administraverat*[7], *a condito autem monasterio* 30 *anni pleni praeterierant*[8], *cum a.* 542[9], *die ante depositionem S. Augustini, i. e.* 27. *Augusti*[10], *et post diem dedicationis monasterii mortuus est. Exequias eius cum maximo luctu planctuque et cives et extranei prosecuti sunt neque christiani tantum, sed etiam qui eum olim calumniati erant Iudaei*[11]. *Sepultus autem est in ea quam ipse condiderat basilica S. Mariae iuxta sororem, quae eum morte praecesserat.*

Auxanius eius successor de ordinatione sua Vigilium papam, legatis missis, certiorem fecit, isque, gratulatione praemissa, ipsum a. 543, *d.* 18. *Oct., adhortatus est*[12], *ut decessoris exempla imitaretur, qui quae a sede apostolica dominicae doctrinae bona suscepisset, actibus ea exaequavisset: pallium vero aliaque petita sine consensu imperatoris ei concedere noluit. Anno demum* 545, *Childeberto rege mandante, eius desideriis satisfecit, 'vices suas' episcopo Arelatensi committens*[13], *cuius honoris nomen novum in prioribus privilegiis non legebatur.*

Episcopo quomodo munus suum explendum esset, Caesarius in 'admonitione vel suggestione' exposuit, quam collegis suis omnibus transmisit[14]. *Ecclesiis facultates tantae accreverant, ut sacerdotes ordinati, neglecta verbi Dei praedicatione, administrandis iis se totos dederent; divitias autem, quas ita conquirebant, non tam in eleemosynas quam in opulenta convivia praeparanda nonnulli erogabant. Cum procuratores agrorum cultoresque terrarum laici vel clerici iuniores ad hanc rem apti facile reperiri possent, neque vero ii, qui in rebus spiritalibus substituerentur sacerdotibus, hos Caesarius admonuit,*

1) *I,* 34. *II,* 45. 2) *Vigilii papae epistulam ed. Gundlach, MG. Ep. III, p.* 57, *qui regem ipsum canones transgressum esse minus recte statuit.* 3) *Concilia ed. Maassen I, p.* 76. 4) *Cf. Fortunati V. Albini c.* 18. 5) *Vita I,* 60. 6) *Vita II,* 46. 7) *Ib. II,* 35. 46. 8) *Ib. II,* 47. 9) *Cum decessoris a.* 501, *d.* 13. *Oct. Symmachus papa in epistula ad Avitum data meminerit (Auct. antiq. VI,* 2, *p.* 63*), ad successorem autem a.* 543, *d.* 18. *Oct. Vigilius litteras dederit, Caesarium per* 40 *annos sedentem inter a.* 501—503. *episcopum electum monasteriumque triginta annis ante eius mortem conditum a.* 511—513. *dedicatum esse oportet. Constat autem dedicationis diem* 26. *Augusti anno tantum* 512. *dominicum fuisse, ideoque is quem iam Stiltingus secutus est calculus confirmatur.* 10) *Cf. codicem Epternacensem Martyr. Hieronym. d.* 6. *K. Sept.:* Gal. Aralat. depos. Cessari episcopi *(AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [111]*).* 11) *Vita II,* 49. 12) *MG. Ep. III, p.* 58. 13) *Ib. p.* 60 *sq.* 14) *Ed. Malnory l. l. p.* 294—307.

ne plus duabus vel tribus horis cotidie vacarent rebus terrenis, ipseque eas omnes ordinatoribus et diaconibus commisit, ut totus verbo divino, lectioni, praedicationibus studere posset[1]. *Homo ingenii mediocris neque vero 'stolidus'*[2], *ut ipse nimia modestia confessus est, propter rusticitatem sermonis sui a 'sapientibus' 'garrulus' habebatur, neque vitium illud negavit*[3]; *sciebat autem, imperitos et simplices 'scholasticorum altitudinem' non posse intellegere, quare ab eruditis postulavit, ut ad illorum ignorantiam se demitterent*[4], *sciebat etiam, morum honestatem in christiano magis requirendam esse, quam sermonis elegantiam, nam:* Nonnulli, *inquit,* rusticitatem sermonum vitant et a vitae vitiis non declinant[5]. *Elocutione ut simplici utebatur ita vivida, nec docuit verbis quod non adimplevit exemplis*[6]; *frequenter similitudines imprimis ex agricultura depromptas persequebatur, nam quidquid oculis videre poterat, ad admonendos audientes arripiebat*[7]. *Animi conscientiam uniuscuiusque penitus rimabatur vitaeque cursum, quem quisque egerit, ante oculos eius ponebat*[8]. *Litteris sacris apprime imbutus erat eaque quae memoriae mandaverat quasi ex libro cognita referebat*[9]. *Libros iam eo tempore cum multi tum religiosi nonnulli nitidos pulchreque ligatos intra armaria clausos tenebant, nec ipsi legentes nec aliis ad legendum tribuentes*[10]; *Caesarius autem iis diligenter utebatur et imprimis inter prandendum et coenandum sine intermissione legi iussit*[11], *neque erat, qui, ipso loquente, ut plura sciret, legere non optaret*[12]. *In disserendis scripturis et in dilucidandis obscuritatibus virtutem eius admirabantur*[13] *et potissimum illum scriptorum maximum 'dote elocutionis amplificavit'*[12], *scilicet Augustinum, cuius diligentissimus erat cultor*[14].

Itaque ipsius sermones plerique Augustini nomine et inter eius opera editi sunt[15]. *Eos autem monachus Lerinensis, abbas, episcopus, isque civibus et agricolis in paroeciis constitutis dixit, 'ut et bonos incitaret ad gloriam et malos revocaret a poena'*[16]. *Omnes eodem lucido dicendi genere et haud parva rerum humanarum peritia excellunt, unde haud immerito eorum auctor cum Augustino inter praestantissimos ecclesiae Latinae praedicatores enumeratur*[17]. *Tunc 'compunctissimi'*[18] *habebantur, auctorque eos ubicumque vulgavit*[19], *quin etiam post eius mortem recitabantur*[20], *atque etiamnunc ad mores illius temporis cognoscendos legendi sunt imprimis ii, in quibus paganorum superstitiones condemnantur*[21].

Ne cui esset excusandi facultas, Caesarius instituit, ut tertiae, sextae, nonae opus clerici in basilica S. Stephani cotidie cantarent[22]; *homilias autem omni dominica omnibusque diebus festis dixit, quae etiam ad matutinum et ad lucernarium frequenter habe-*

1) *Vita I,* 15. *Cf. statuta eccl. antiqua (ed. Ballerinii l. l. III, p.* 655*):* Ut episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni et orationi et verbi Dei praedicationi tantummodo vacet. 2) *Cf. Caesarii epist. hortatoriam ad virginem (Migne* 67, *col.* 1135*).* 3) *Cf. Caesarii epist. ad Caesariam (Migne* 67, *col.* 1128*) et chartulam in causa Contumeliosi exaratam (MG. Ep. III, p.* 54*).* 4) *Cf. Caesarii sermonem (Migne* 39, *col.* 1758*); Vitam II,* 1. 5) *Vita I,* 2. 6) *Ib. I,* 46. *Cf. Ennodii epist. ad Caesarium:* in te lux convenit sermonis et operis. 7) *Ib. I,* 16. *Rationem inter Deum hominesque intercedentem cum ea domini familiaeque saepe comparans, admonuit dominos, ne in Dominum suum ipsi agerent ea quae sibi a servis suis fieri nollent.* 8) *Vita I,* 18. 9) *Ib. I,* 16. 10) *Cf. prologum sermonum (ed. Morin l. l.).* 11) *Vita I,* 62. 12) *Ennodii epist.* 13) *Vita I,* 52. 14) *Ib. II,* 46. 15) *Initia Caesariensia Arnold l. l. p.* 435 *sqq. collegit.* 16) *Vita I,* 17. 17) *Ita Harnack, 'Lehrbuch der Dogmengesch.' III, p.* 230. 18) *Vita I,* 19. 19) *Ib. I,* 55. 20) *Ib. II,* 32. 21) *Vide ea quae ad I,* 55. *adnotavi. Plura qui scire vult, disquisitionem A. Malnory l. l. p.* 167—244, *adeat, qui sancti praedicationem moresque illius aevi ad sermones diligentissime depinxit.* 22) *Vita I,* 15.

bantur[1]. *In paroeciis propter multas occupationes vel temporis necessitate impeditus per singulos annos semel tantum praedicare poterat, licet bis terve fratres visitare voluisset*[2]. *Praedicationem non solum in civitate, sed etiam in omnibus paroeciis, ut poterat, per se memoriter faciebat*[3]. *Dioeceses, i. e. paroecias*[4], *suas visitandi causa circumiens, ad Cataroscensem et Cytaristanam*[5] *ecclesiam, ad villam Launicum vel potius Velaunicum*[6] *castellumque Lucum*[7], *ad Succentriones*[8], *etiam usque ad Alpina loca*[9] *profectus est. Ibi episcopus quidam cum ipso erat, alias vero clerici tantum Arelatensis ecclesiae eum comitabantur, imprimis is qui baculum eius portabat, id quod notariorum*[8] *officium erat.*

Ut homines ad ecclesiam venturi vestimenta aut nova, si fieri potest, aut certe nitida exhibere solent, ita eos Caesarius voluit et in anima nihil sordidum gerere[10]. *Mysteria autem divina per unam duasve horas celebrabantur*[11]. *Hieme qui tardius ad matutinum in ecclesiam conveniebant, ut ante lucem surgerent, eos commonebat Caesarius:* nam, *inquit,* in tam prolixis noctibus, quem non infirmitas detinet, non sine reatu animae suae tardius ad ecclesiam venit[12], *maximeque cavit, ne lectis evangeliis et ante praedicationem populus ex ecclesia exiret*[13], *unde, lectionibus absolutis, ostia frequenter claudi iussit. Neque praesentes otiosis saecularibusque fabulis vacare permisit, utque verba divina attentius audirent laici, eos psallendi artem discere iubens, statuit, ut et ipsi in ecclesia psalmos hymnosque cantarent*[14]. *Erat enim ei persuasum, vel a rusticis eorumque mulieribus praeter symbolum orationemque dominicam antiphonas nonnullas et psalmos* 50. *vel* 90. *et disci et teneri posse, neque homines de victu vestituque domusque ordinatione sollicitudines tantas gerere voluit, ut lectioni divinae vel orationi vacare non possent; eos autem qui litteras nescirent rusticos, ut legentem quendam libenter audirent, admonuit:* Quando, *inquit,* noctes longiores sunt, quis erit qui tantum possit dormire, ut lectionem divinam vel tribus horis non possit aut ipse legere aut alios legentes audire?[15] *Orantes aut psallentes in ecclesia stabant*[16], *ad orationem vero genua flectenda et ad benedictionem capita inclinanda erant, cumque, diacono clamante: 'Flectamus genua', maximam populi partem 'velut columnas erectas' stare conspiceret, ne pretiosis vestimentis suis iniuriam facerent, vehementer eos increpans, vel qui genua flectere non poterant infirmos dorsum curvare aut caput inclinare iussit*[17]. *Saltationes autem ne ante basilicas sanctorum exercerentur, interdixit*[18].

Christiano opera christiana faciunda esse docens Caesarius omnimodo negavit, solum christiani nomen quicquam prodesse[19], *nam* fides, *inquit,* a fit nomen accepit[20], *quodque te dicis credere verbis, id implendum est factis. In huius mundi arena contra*

1) *Vita I,* 59. 2) *Cf. Caesarii homilias (Migne* 39, *col.* 1877. 2324*).* 3) *Vita II,* 20. 4) *Dioecesis quomodo in Vita accipienda sit, ex hoc loco intellegitur:* ad agrum ecclesiae nostrae, ubi est diocesis quae Succentriones vocatur *(II, 22), eandemque significationem Gregorius vocabulo nonnumquam attribuit; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 36. 5) *Vita II,* 20. 21. 6) *Ib. I,* 50. 7) *Ib. II,* 18. 8) *Ib. II,* 22. 9) *Ib. I,* 47. *II,* 27. 10) *Cf. Caesarii homiliam (Caspari, 'Kirchenhistorische Anecdota', Christianiae* 1883*):* Nam qui veterem tunicam habet novam sibi praeparat, ut ad ecclesiam ornatus procedat; qui vero sordidam habet lavare contendit, qui ruptam sarcire conatur. 11) *Cf. Caesarii homilias, ed. Baluzius, Parisiis* 1669, *p.* 60. 12) *Cf. Caesarii homiliam (Migne* 39, *col.* 2280*).* 13) *Vita I,* 27. 14) *Ib. I,* 19. 15) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 2325*).* 16) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 1976*).* 17) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 2285*).* 18) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 2237*).* 19) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 1896*):* Nihil prodest, quod aliquis christianus vocatur ex nomine, si hoc non ostendit in opere. 20) *Cf. homilias ed. Baluzius p.* 92.

diabolum nobis pugnare necesse est, ut victores paradiso recipiamur: 'Patria enim nostra paradisus est' [1]. *Pugna illa non est incruenta, sed* quomodo, *inquit,* non desunt cotidiana peccatorum vulnera, sic numquam desint eleemosynarum vel orationum remedia [2]. *Medicamenta igitur, quae medicus spiritalis* [3] *ordinabat, sunt eleemosynae, et eae quae esurientibus, nudis, captivis dantur, et per quas indulgetur omnibus inimicis* [4], *i. e. caritas, quae nobis a Deo imposita est:* Non enim, *inquit,* praecepit vobis Deus ieiunare plus quam potestis et a vino vel a carnibus abstinere, vigiliis vos frequentius affligere. *Sufficiat nobis victum vestitumque habere non opulentum, non delicatum, ut quicquid amplius nobis datum sit, pauperum usibus proficiat* [5]. *Unde parentes vicinique rarius invitandi sunt ad convivia parca et sobria* [6], *ebrietasque omnimodo fugienda est. Huius vitii exemplum pessimum barbari dabant, ebriosique se excusabant dicentes, in convivio regis se non posse aliud facere* [7]: Certa, *inquit,* bibendi lex conditur; qui potuerit vincere laudem meretur ex crimine [8]. *Erant etiam, qui, ut plus bibere possent, 'salsatoria sumerent' more paganorum, qui, inquit,* antiquam parentum suorum consuetudinem servant [9]. *Melius erat, quicquid in nimio potu periturum erat, pauperum in eleemosynas impendere. Hos Deus esse voluit, ut divites haberent, quomodo peccata sua redimerent* [10], *eaque quae eis tributa sunt in terris in caelis postea recipiemus* [11]: miseria, *inquit,* pauperum medicamentum est divitum [12]. *Itaque decimas, quae ex omnibus fructibus ecclesiae debebantur, ante omnia clericis pauperibusque exhiberi iussit atque etiam ex novem quae remanserint partibus eleemosynas faciundas imperavit fidelibus* [13].

Cum ipsi imprimis curae esset, ut captivos redimeret, pauperes pasceret vel vestiret [14], *facultates ecclesiae Arelatensis ita imminuebantur, ut ordinator nonnumquam non haberet, unde panes ad mensam episcopalem fierent* [15]; *at laboranti episcopo non solum christiani, sed etiam pagani et aliquotiens Iudaei subveniebant* [16]. *Reliquo clero haec eius cura non ita placebat, erantque qui eum sacrilegii arguerent; adversarios autem interrogavit, utrum ipsi talia perpessuri auro argentove liberari vellent, an sacrilegum existimarent, si quis ex rebus ecclesiasticis eis subveniret* [17]. *Erant etiam qui eius misericordia abuterentur homines perditi* [18], *sed quamvis deceptus a proposito suo non desistebat. Spatiosissimam domum, in qua vel mysteria divina celebrarentur, infirmis concedens, xenodochion lectis, stragulis omnibusque necessariis instruxit neque medici oblitus est* [19]. *In ea autem ubi habitabat domo ecclesiae S. Stephani clericis vel quibuslibet advenientibus convivium semper praeparatum erat* [20].

Optimam Caesarius famam ex ordinandis rebus monasterialibus apud posteros sibi acquisivit, duaeque eius adhuc supersunt regulae et monachorum et virginum. Priorem a se dictatam [21] *ipse episcopus per diversa monasteria transmiserat, quo defuncto, Tetra-*

1) *Cf. Caesarii homiliam (Migne* 39, *col.* 1877*).* 2) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 2221*).* 3) *Vita I,* 15. 4) *Cf. Caesarii homilias ed. Baluzius p.* 64. 5) *Cf. homilias (Migne* 39, *col.* 1879. 2265*).* 6) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 1976*).* 7) *Cf. homilias ed. Baluze p.* 42. 8) *Ib. p.* 34. 9) *Ib. p.* 46. 10) *Cf. Caesarii homiliam (Migne* 39, *col.* 2336*).* 11) *Vita I,* 20. 12) *Cf. Caesarii homiliam (Migne* 39, *col.* 2331*).* 13) *Caesarii homilia, ed. Caspari l. l. Decimandi morem non multo ante Caesarium, quo prior Pomerius solus eius meminit, in Gallias inductum esse oportet; cf. Malnory l. l. p.* 214. 14) *Cf. eiusdem homiliam (Migne* 39, *col.* 2237*).* 15) *Vita II,* 8. 16) *Cf. Caesarii suggestionem (ed. Malnory p.* 298*).* 17) *Vita I,* 33. 18) *Ib. II,* 23 *sqq.* 19) *Ib. I,* 20. 20) *Ib. I,* 62. 21) *Ei in codice Parisiensi n.* 1564, *saec. IX (cf. Maassen, 'Quellen des canonischen Rechts' p.* 605*) haec praescripta sunt:* Incipit regula [a] sancto Tetradio (Teridio *c.*) presbytero, nepote beati memoriae sancti Caesari episcopi Arelatinsis,

dius presbyter[1], *nepos eius, cum abbate quodam illam communicavit. Monachi in conversione usque ad mortem perseverant, neque vestimenta mutantur, nisi postquam suas quisque facultates abiecit aut vendendo aut donando idque parentibus aut monasterio. Quaecumque unusquisque secum fert aut a propinquis transmittuntur, ea abbati statim tradenda sunt. Nemo enim quicquam proprium habet neque cellam peculiarem, sed omnia sunt communia, unaque in schola omnes commorantur. Usque ad tertiam, id est per duas horas, monachis legere licet, antequam opera iniuncta perficienda sunt. Infirmi autem ita tractantur, ut quam citissime convalescant, iisque etiam pulli carnesque non negantur, a quibus sani omnimodo se abstinent. Epistulas mnoachi neque accipiunt neque transmittunt, nisi sciente abbate. Is victum vestimentaque dispensat, neque seniores commemorantur nisi abbas praepositusque, quibus arguentibus respondere non licet. Si quis ad opus Dei tardius venerit, 'statim de ferula in manus accipiat', mendaciique convicti disciplinam legitimam patiantur, nam ultra numerum constitutum, i. e.* 39, *nemo feriendus est, ordinatoresque eum transgredientes, si homo mortuus sit, homicidii rei damnentur*[2].

Multa cum videret in monasteriis utriusque sexus inter se distare instituta, Caesarius virginum monasterium exorsus, regulam his aptam composuit, cui postea alia addidit, alia dempsit. Deinde eam temperans in recapitulatione manu propria exarata summam perstrinxit, denique omnia cum additamentis nonnullis denuo edidit. Novissima haec regulae editio, cui Caesarius ipse cum septem episcopis die 10. *Kal. Iul. a.* 534. *subscripsit*[3], *sola extat. In antiquiore illius parte officia non distinguuntur nisi matris et praepositae, in posteriore autem praeterea enumerantur primiceria, cantus scilicet, formaria, i. e. novitiarum magistra, lanipendia, cui lanificii cura commissa erat, regestoraria, quae arcas vestiarias sub clave tenebat, canavaria vel celleraria, codicibus praeposita, posticiariae, ea quae pro aegrotantibus curam agebat 'medicina', quibus ad sarta tecta aedium tuenda provisor monasterii additus est. Multiplex igitur administrationis apparatus accesserat, postquam ultra ducentas puellas monasterium cepit, neque id solum inter utramque partem differt. Dum in ordinem sanctimonialium recipiendae virgines, cui voluerint, facultates suas tradere possunt in priore, in posteriore statutum est, ut quidquid haberent abbatissae communibus usibus profuturum offerrent: haec enim, monente Franklino Arnold*[4],

abbati, mea persona parva rogante, transmissa, quam a supra memorato domno Caesario dixit ipse dictata[m], quam dum esset (est *c.*) sacerdos, ipse per diversa monasteria transmittebat *(ed. Holstenius, Codex regularum II, p.* 54—57*)*. 1) *Inscriptionem Arelatensem (C. I. L. XII, n.* 969*)*: (hic) IN PACE REQVI(esci)T BONAE M. (Tetra)DIVS (LVS *legit Le Blant, 'Nouveau recueil des inscriptions chrét. de la Gaule', Paris.* 1892, *p.* 196) N. SCI CAESARII QVI VIXIT ANN PLM *ad hunc Tetradium Caesarii nepotem rettulit Arnold l. l. p.* 12, *sine dubio recte. Etiam in tabula marmorea, scilicet sarcophagi parte e coemeterio Caesarii eruta, sancti mentio fit:* Caesarii sequens vestigia sacer *(C. I. L. XII, n.* 968*)*. 2) *Vita I,* 25. *In concilio Agathensi constitutum erat, ut peccantes et clerici (c.* 41*) et monachi (c.* 38*) corporali supplicio caederentur.* 3) Caesarius peccator regulam hanc sanctarum virginum relegi et subscripsi; notavi sub die X. Kal. Iul. Paulino v. c. cons., *eumque Simplicius, Severus, Lupercianus, Iohannes, Cyprianus, Montanus, Ferminus episcopi subsequuntur. In editione Bollandi (AA. SS. Ian. I, p.* 736*) inter consulatum* Paulini *reliquasque subscriptiones privilegium Hormisdae papae interpositum est, et pro nominibus Simplicii, Luperciani, Fermini ibi leguntur* Marcellus, Contumeliosus, Petrus. *Cum autem Contumeliosus condemnatus ad regulam confirmandam eo tempore evocatus esse non possit, textum hunc interpolatum esse manifestum est. Subscriptiones ex meliore Augustodunensi S. Martini codice ediderunt Martene et Durand, Thesaurus novus anecdot.* (1717) *I, p.* 3, *n. De utraque editione minus recte iudicavit Arnold l. l. p.* 508. 4) *Cf. Arnold l. l. p.* 508.

partim ex Augustini epistula ad sanctimoniales pendet, dum in illa regulae monachorum et Caesarii et ea quae Macario attribuitur expilantur. Virginibus, ut monachis, imprimis praescriptum est, ne usque ad mortem ex monasterio egrederentur neve in basilicam se conferrent, ubi ostium esse videretur, atque Caesarius ea quae erant ostia in baptisterio, in schola, in textrino, in turre iuxta pomerium sita clausit sanxitque, ne ullus umquam ea sub quolibet utilitatis praetextu aperire auderet. Omnibus virginibus litterae discendae erant, neque infantes in monasterium admittebantur nisi sex aut septem annos natae, quae et litteras discere et oboedientiam praestare possent; educandis tantum filiis aedes minime patebant et ne nobilibus quidem. In scribendi arte virgines, docente altera Caesaria, aliquid profecerant, id quod libri divini pulchre ab eis scriptitati testabantur[1]. *Lectioni cotidie per duas horas vacabant, per reliquum vero diem opera sibi ab abbatissa iniuncta faciebant, imprimis lanificii artem exercentes. Indumenta neque nigra neque lucida, sed lactea tantum, curante praeposita vel lanipendia, conficiebant; acupicturae nisi in mappulis aut facitergiis, in quibus abbatissa iussisset, vacare eis licitum non erat. Neque in lectis, quos in una schola, sed divisos habebant, stragula saecularia aut tapetia picta resplendebant, sed toralia eis erant simplicia. In ministerium corporale, quod in coquina vel alibi cotidianus usus exigebat, excepta abbatissa vel praeposita, alternis sibi succedebant. Abbatissa autem non solum pro animarum salute, sed etiam pro facultatibus monasterii vigilabat, visitantes salutabat, epistularum commercium exercebat. Ab ipsa ad cellarium, ad lanipendium, ad posticum eae eligendae erant, quae omnium necessitates respicerent. Disciplinae genera non adeo dura sunt, ut in regula monachorum: quae, signo tacto, tardius ad opus Dei venerit, vituperationem subit, bis terve admonita, si se emendare noluerit, a communione vel a convivio separatur; virgis autem praesente congregatione eae tantum caeduntur, quae furtum fecerint aut sibi invicem convicia ingesserint. In convivio, ad quod etiam visitantes mulieres, si abbatissae visum fuerit, advocari poterant, carnes non exhibebantur, pullique infirmis tantum praebebantur; ieiunia autem, utcumque singulae poterant, ab abbatissa temperari voluit Caesarius et imprimis infirmis eisque in posteriore regulae parte providit, quae delicatius nutritae essent aut defectionem stomachi frequentius paterentur.*

Ordo, quomodo psallendum esset virginibus, ad regulam monasterii Lerinensis compositus, alterque convivii epilogum novissimae regulae editionis faciunt. Recapitulatio autem regulam quam temperabat subsequebatur, licet ante utrumque ordinem positus in editis[2] *hodie legatur. Hanc, sorore non multo post a.* 524. *defuncta*[3], *eo consilio manu propria exaraverat, ut quas antea fecerat schedae vacuae essent; anno autem* 534, *sententia demutata, omnia, ut dixi, collegit. Abbatissa ad recapitulationem ab omnibus eligenda erat ea, quae et regulam efficaciter custodire et venientibus responsum sapienter reddere posset. Quomodo officio eam fungi voluerit, Caesarius in epistula hortatoria ad virginem Deo dicatam exposuit*[4]; *Caesariae autem abbatissae omnique congregationi sermonem exhortatorium*[5] *et admonitiunculam*[6] *misit, cum voti causa earum monasterium frequentius visitare ei non liceret.*

Regulam virginum Radegundis regina, monasterio S. Crucis Pictaviensi condito,

1) *Vita I,* 58. 2) *Recapitulatio c.* 48—61. *et c.* 65. *editionis Bollandianae occupat; c.* 47. *et c.* 62, *in quibus, ne 'regulae institutionem' minuerent, virgines Caesarius admonuit, cohaerent, cumque c.* 64. *haec legantur verba:* Praecipue tamen de infra scripta recapitulatione, quam manu mea scripsi, contestor, ut nihil penitus minuatur, *locum patet ipsius recapitulationis partem esse non posse. Eam a.* 534. *attribuit neque satis recte terminis circumscripsit F. Arnold.* 3) *Vita I,* 58. 4) *Migne* 67, *col.* 1135. 5) *Ib.* 67, *col.* 1125. 6) *Ib.* 67, *col.* 1128.

ascivit, exemplarque Caesaria abbatissa, litteris ad eam Richildemque datis, transmisit[1]. *Ad hanc normam dum coenobiale institutum regina dirigit, materiam in versus redegit domesticus eius poeta:*

Atque[2] adscita sibi servetur ab urbe Genesi
Regula Caesarii praesulis alma pii,
Qui fuit antistes Arelas de sorte Lerini,
Et mansit monachus pontificale decus,

regulam auctoremque celebrans, neque vero Casaria ipsius artem effugit pia soror, quam non semel proposuit exemplum imitandum[3].

Caesarii testamentum per chartam confirmationis Guilelmi comitis Provinciae a. 992. *asservatum*[4] *vel ab iis qui novissime de sancto disseruerunt pro genuino habetur. Eo monasterium virginum S. Iohannis Arelatensis heres institutus est, at coheres Arelatensis episcopus, dumque illi pauca legantur, pleraque huic ecclesiaeque maiori reservavit testator, immo apertis verbis declaravit, omnia in huius potestate esse*[5]. *In gratiam monasterii ut videtur datum esse documentum, ita accuratius examinatum constat illud solius ecclesiae maioris commodis utilitatique servire, atque privilegio Hormisdae papae genuino, quod auctor et adhibuit et citavit*[6], *omnimodo refragatur, nam quod sub potestate episcopi Arelatensis positum esse dixit monasterium ab ea potius liberatum erat:*

Privileg. Hormisdae	*Testam. Caesarii*
decernimus, ut nullus episcoporum, successorum quoque tuorum in antedicto monasterio audeat sibi potestatem aliquam penitus vindicare.	monasterium Arelatense S. Iohannis, quod ego condidi, sub potestate Arelatensis pontificis canonice sit.

Testamentum igitur a clerico ecclesiae maioris eodem adversario monasterii fictum est, eiusque quam maxime intererat tributorum immunitatem ecclesiae Arelatensis falso hoc documento confirmare[7]. *In componendis chartis forensibus parum versatus formam elegit epistulae ad Caesariam totamque congregationem datae atque etiam eo erravit, quod Caesarium hominem novum a pauperibus parentibus ortum esse voluit, quem nobili genere natum esse, hodie pro certo habetur.*

Caesarius ut 'delicatius nutritas' virgines palpari iussit, ita inter captivos imprimis ii ipsius misericordiam eliciebant, qui 'bene nati' erant[8]. *Cum in omnibus rebus, tum in ieiuniis vigiliisque modum semper voluit custodiri*[9], *eaque moderatione e. gr. vel propter scelera interemptis sepulturam in coemeterio christianorum non negavit*[10]. *Vultu semper placido et angelico*[11] *purum et dulcem praebebat aspectum*[12], *infirmitatem autem corporis frequenter patiebatur. Deus biographis testibus ei donaverat et animas et corpora sanare languentium, multaque ei miracula attribuuntur; ipse vero huic arti quam saepissime poterat se subtraxit, affirmans:* Cui animarum cura credita est, fortiter debet timere corporum exercere[13], *cumque energumenum presbyter quidam ante pedes eius*

1) *Reginam cum Agnete abbatissa ad regulam requirendam Arelate se contulisse, Gregorius, H. Fr. IX,* 40, *rettulit, sed eum falli Arnold l. l. p.* 418, *recte monuisse mihi videtur, conferens ipsam Radegundis epistulam, H. Fr. IX,* 42, *cum ea Caesariae (MG. Ep. III, p.* 450 *sqq.), dum Malnory l. l. p.* 276, *hanc falsam esse suspicatus, Gregorium sequitur.* 2) *Fortun., Carm. V,* 2, 67; *cf. VIII,* 1, 60. 3, 47. 3) *Ib. VIII,* 3, 39. 81; *App. XIII,* 3. 4) *Ed. Pardessus, Dipl. I, p.* 104—107. 5) *Cf. Testam.:* licet omnia in sua *(scil. episcopi)* potestate sint. 6) *Cf. Testam.:* quia et hoc ipsa sancti papae urbicani suasit auctoritas. 7) *Cf. infra p.* 464. 8) *Vita II,* 8: dummodo hodie bene nati homines seu reliqui captivi, nobis edentibus et bibentibus, non eant per plateas mendicare. 9) *Vita II,* 6. 10) *MG. Ep. III, p.* 54. 11) *Vita I,* 46. 12) *Ib. II,* 35. 13) *Ib. II,* 3.

proiecisset, aegre illud ferens: Istud, *inquit,* aliorum opus est, non meum[1]. *Ut erat caritatis amator, inimicos non habebat nisi eos, qui disciplinae causa aut ob invidiam ei aemulabantur*[2]. *Eius mores discipulus, quem Latinis elementis imbuens docuerat alphabetum, Florianus abbas tam breviter quam sagaciter descripsit his verbis*[3]*:* Caesarius, *inquit*, Arelatensis episcopus vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orfanorum, pastor egentium, qui tanti census effusionis (*lege* effusione) nihil perdidit, catholicae regulam disciplinis (*lege* disciplinae) dictis factisque demonstrans.

Clericos suos contubernalesque frequenter admonebat, ut interrogarent, si quid minus intellegerent[4], *diligenterque ex eis exquisivit, utrum ea quae inter prandium aut cenam legebantur retinerent annon.*[5] *In eo examine multi cum sudore ac verecundia obliviosi inventi sunt, cumque, ipso interrogante, quid cenavissent, suspirantes tacerent, — de cibo enim spiritali agi non ignorabant, — ita in eos invehebatur:* Scio[6], *inquit,* quod si sollicitus fuero, quid cenaverimus, etiam et quod prandidistis retinetis; si autem interrogemus, quid ad mensam lectum sit, non recordamus, *concludens inde, lectionem non sapisse, immo fastidium eis generasse. Ita provocando etiam invitis studium retinendi extorquebat*[7]. *Omnes autem clericos, qui ad operandum validi essent, praeter litteras etiam artificium quoddam, quo victum quaererent, discere iussit*[8].

Vitam Caesarii paucis annis post eius mortem, rogante Caesaria secunda abbatissa totaque monasterii puellaris congregatione[9], *conscripserunt qui ex eius familiaribus erant Cyprianus Telonensis, Firminus, Viventius*[10] *episcopi, eorumque iussu Messianus presbyter et Stephanus diaconus*[11], *qui cum ab adulescentia in eius obsequio fuissent, de eius conversatione multa comperta habebant, alterum librum adiecerunt. In priore autem tota sancti historia praeter mortem enarrata est, isque propter accuratam obsidionis Arelatensis descriptionem permagni aestimatur; posteriorem, qui in enarranda morte sepulturaque finitur, fere totum virtutes sancto vivo defunctoque attributae occupant. Cyprianus auctor, ut conicitur*[12], *carminis super Heptateuchum, conciliis a Caesario convocatis a. 524—533. annoque insequenti regulae virginum subscripsit; deinde Childeberti regno subiectus Aurelianensi a. 541. intererat, dum a. 549. Palladius episcopus Telonensis in actis insequentis concilii deprehenditur. Unde concludi licet, Vitam Caesarii inter a. 542—549. compositam esse, regemque tunc regnasse Childebertum auctores ipsi affirmaverunt*[13]. *Inter eos Cyprianus facile principem locum obtinet, continuo, ut videtur, commercio cum Caesario coniunctus, — aliorum enim epistulas per ipsum ad se dari voluit:* quia etsi ad me forte difficili (*lege* difficilis) est pro longinquiori viam attendi (viam et tendi *cod.; lege* via mittendi) aditus, fratri vestro, domno meo Caesario dirigite, per quem ad me poterunt facillime vestrae epistulae pervenire[14], — *isque in libro primo solus se nominavit:*

I, 52. Vae mihi misero Cypriano, qui tam tepidus in discendo extiti, ut modo cognoscam et peniteam!

1) *Vita II,* 20. 2) *Ib. I,* 53. 3) *MG. Ep. III, p.* 117. *Cf. Vitam I,* 45. 4) *Vita I,* 52. 5) *Ib. I,* 62. 6) *Ib. II,* 30. 7) *Ib. I,* 61. 8) *Cf. statuta eccl. antiqua (ed. Ballerinii l. l. p.* 661. 664*).* 9) *Cf. praefationem I,* 1. *locumque II,* 7: quod benigna et sincera conscientia vestra novit. 10) *Vita II,* 1. 11) *Ib. I,* 63. *II,* 1. 12) *Cf. Peiper, Auct. antiq. VI, 2, p. LXIII; Teuffel, 'Gesch. der röm. Literatur'* § 491, 3.[5] 13) *Vita I,* 34: sic hodieque in Christi nomine gloriosissimi Childeberti subditur ditioni; *cf. II,* 45. 14) *Cf. epistulam Cypriani ad Maximum episcopum Genavensem fidem eius reprehendentem, in qua verum esse demonstravit, id quod credidit, Deum hominem passum esse; MG. Ep. III, p.* 436.

subaudiendus sine dubio etiam hoc loco:

I, 56. Sanctae conscientiae suae testis sum ego peccator (Cyprianus *add.* 3).

Erat inter eos quos ad Valentinum concilium unicum, cuius in Vita mentio fit, Caesarius delegavit, attamen quae hac occasione de ipso enarrata sunt:

I, 60. Inter quos etiam sanctus Cyprianus Thelonensis episcopus magnus et clarus enituit, omnia quae dicebat de divinis utique scripturis adfirmans et de antiquissimis patrum institutionibus probans,

ea a sociis scripta esse patet. Firminus Viventiusque sine dubio iidem sunt qui una cum Cypriano concilio Aurelianensi a. 541. *subscripserunt, alter episcopus Uceticensis, alter ignotae sedis*[1], *iique a conciliis Caesarianis fortasse ea de causa abfuerant, quia civitates eorum tunc ad Wisigothorum neque ut Arelate ad Ostrogothorum regnum pertinebant. Firminus si idem est, quem Arator in epistula elegiaca ad Parthenium data c. a.* 544. *celebravit*[2], *versus ad eum spectant hi:*

Est ubi Firminus venerabilis ille sacerdos,
Pascere qui populum dogmatis ore potest.
Huius ad Italiae tendit laudatio fines,
Atque ultra patriam gloria nomen habet.

Auctores igitur hi tres cum aliis civitatibus episcopi praesiderent, librum priorem extra Arelate composuerunt, id quod locus ad hospitalitatem Caesarii pertinens confirmare videtur[3]. *Nihilominus et ipsos olim clero Arelatensi adscriptos esse conici licet, cum sanctum ut magistrum suum coluerint eiusque praecepta posteris tradiderint*[4]. *Itaque multa ipsius sancti relatione eis comperta erant, multa a sibi ipsis visa; nonnulla autem discipulorum eius relatione didicerant, praecipue eorum qui Vitam conscribentibus ipsis successerunt, Messiani scilicet Stephanique*[5].

Messianus presbyter, qui in Caesarii comitatu notarii officio fungebatur, cum eo a. 513. *in Italiam profectus est, in quo itinere describendo eum citaverunt auctores priores*[6], *atque anno insequenti una cum Egidio abbate libellum petitorium Symmacho papae ad confirmanda ecclesiae Arelatensis privilegia tradidit*[7]. *Notariorum cum esset baculum episcopi in visitandis ecclesiis portare, ea quae hac occasione acta sunt miracula Messianum habent auctorem*[8], *ea autem quae in cella sua sanctus peregerat Stephanum diaconum, quippe qui ibi famularetur*[9]. *Hunc aegrotantes adibant, ut sancti vestimentis sanarentur*[10], *ille baculi oblitus miraculis perficiendis locum dabat in paroeciis*[11]. *Ambo episcopo moribundo adsistebant*[12] *defunctique vestimenta inter fideles dividebant*[13]; *quin immo aquam, qua cadaver aut vestimenta lota erant, aegrotantibus bibendam impertiebant, eoque foetido medicinae genere complures bonam valetudinem recuperasse sibi videbantur. Opera igitur sancti viri enarraverunt, quemadmodum recordabantur*[14], *eaque quae Arelate gesta*

1) *Concilia ed. Maassen I, p.* 97. 2) *Migne* 68, *col.* 252. 3) *Vita I,* 62: Nullus illo superstite tamquam ad extraneam civitatem, sed tamquam ad propriam domum Arelato venit; *cf. Arnold l. l. p.* 497. 4) *Vita I,* 52: Et ipse frequentissime incitabat, dicens nobis; *ib. I,* 53: hoc saepius nobis insinuans. 5) *Vita I,* 1. 6) *Vita I,* 40: notario suo illo tempore, nunc venerabili viro presbytero Messiano relicto, *scilicet Ravennae apud puerum quendam aegrotantem.* 7) *MG. Ep. III, p.* 42. 8) *Vita II,* 22: clericus, cui cura erat baculum illius portare, — quod notariorum officium erat, — oblitus est; in quo ministerio inutilis ego serviebam, *scil. Messianus.* 9) *Vita II,* 6: Cum igitur in cella ipsius diaconus in servitio illius ad iudicium meum delegatus essem, curam me inter reliquos etiam de nocturnis horis iusserat habere. *Cf. II,* 5. 10) *Vita II,* 13. 11) *Ib. II,* 22. 27. *Tempestates aut daemonia sibi adversa incolae loci baculo effugasse dicuntur.* 12) *Ib. II,* 46. 13) *Ib. II,* 49: adsistentibus nobis presbyteris ministrisque. 14) *Ib. II,* 1: Incipiemus igitur, quemadmodum recordamur, breviter opera eius sancta, Deo adiuvante, retexere.

erant, quaeque omnis civitas noverat, utrique[1] optime comperta erant: at miraculis nimis studiosi magicas attribuerunt artes episcopo christiano. Itaque ad historiam conscribendam in altero Vitae libro non multum collatum est.

Testes oculatos et alios utriusque libri scriptores attulerunt, ut famulum Caesarii Lerinum confugientis (I, 5), Liberium patricium (II, 10 sqq.) cum uxore Agretia (II, 15), presbyterum quendam (II, 29), fidelique relatione ea cognoverant, quae Burdigalae sanctus gesserat (I, 22). Sermones qui etiamnunc supersunt Caesarii et citati[2] et large expilati sunt[3]; praeterea suggestio[4] nuper edita regulaque virginum[5] utriusque libri auctoribus notae fuisse videntur. Materia tam male disposita est, ut ubique appareat, a societate operam collatam esse: eaedem enim res aliis locis non semel iterantur[6], caputque libri prioris 60. ad concilium Valentinum spectans morum descriptionem interrumpit. Vitam ipsam auctores primo in c. 37. libri II. finiverant, cui virtutes post mortem sancti patratas subiecerunt (II, 38—44); animadvertentes autem, mortem sepulturamque praetermissam esse, c. II, 45—50, additis, votum suum solverunt. Utrumque librum usque ad finem Baudonivia sanctimonialis Pictaviensis c. a. 600. expilavit, vitam virtutesque Radegundis verbis Caesarianis partim describens, eiusque opusculum ad textum emendandum non parvi momenti est.

Sermone auctores omnes simplici usi sunt exemplo magistri, cuius memoriam condiderunt[7].

Codices qui supersunt Vitae Caesarii pauci sunt neque saec. XI. superant.

1a) Codex Aurelianensis n. 173 (150), olim S. Benedicti Floriacensis, p. 411—426, V. Caesarii librum priorem saec. XI. exaratum continet ad verba c. 62. in domo vero ecclesiae, reliquis foliis deperditis. In ultimo quod superest folio scriptura admodum detrita partim legi non potest; paucos qui desiderantur versus libri I. m. s. XVIII. supplevit.

1b) Codex S. Iohannis Vesontionensis iam deperditus praeter Vitam abbatum Acaunensium (v. supra p. 173) eamque patrum Iurensium (v. supra p. 129) hanc Caesarii continebat, quam descriptam Chiffletius Bollandianis olim transmiserat. Librarius duos libros in unum cogens, multa praetermisit, pauca interpolavit. Chiffletii apographon etiamnunc in museo Bollandianorum asservatum summa liberalitate in usum nostrum contulit Albertus Poncelet S. I.

1c) Codex Parisiensis n. 11749 (antea S. Germani a Pratis n. 496, olim n. 463), saec. XI, fol. 170—183, V. Caesarii exhibet non integram ad c. II, 37, paginae spatio non consumpto. Desiderantur igitur miracula post mortem sancti patrata ipsaque mortis descriptio.

1c*) Codex S. Martini a Campis monasterii olim Parisiis constituti hodie latet. Priorem Vitae librum opera Sirmondi exscriptum Bollandiani acceperant integrum ad verba: collationem iungatis, sed locus scripturae sacrae I, 60. et ego vos elegi, non vos me ibi desiderabatur. Haec, inspectis schedis Bollandianis, idem vir humanissimus Albertus Poncelet S. I. me docuit.

2) Codex Parisiensis n. 11759, 'ex dono clarissimi viri Antonii Wionis Hero-

1) Uterque II, 8. citatur: venerabili viro Messiano presbytero tunc temporis notario dixit. — Vocans tamen unum e nobis, in aure eius dixit. Locum Stephanus scripsit, ut hunc II, 10: Haec enim paene omnis civitas novit; tamén quae dicimus (ita etiam II, 5), eiusque auctoris maior libri pars videtur esse. 2) Vita I, 19. 55. II, 32. 3) Ib. I, 19. 27. 52. 55. II, 1. 5. 31. 4) Ib. I, 2. 54. II, 5. 31. 5) Ib. I, 35. II, 47. 6) Ib. I, 19 = I, 55; I, 45. de meditatione = I, 46. 7) Ib. I, 2: stilus noster videtur pompa verborum et cautela artis grammaticae destitutus; cf. II, 1. 37.

vallii publicarum rationum auditoris' in bibliothecam monasterii S. Germani a Pratis translatus ibique signatus n. 502, *saec. XIV, fol.* 50—59, *integer est.*

3) *Codex Parisiensis n.* 5295, *olim capellae episcopi Arelatensis*[1], *postea Colb.* 1870, *Regius n.* 3844, *saec. XI, fol.* 61—92, *libros duos V. Caesarii continet, sed versus extremi a verbis* sanctae Mariae *(II, 50), folio exciso, perierunt, ab* I. G. I(uris) V(triusque) D(octore) *m. s. XVII. 'ex alio veteri codice', scilicet* 3*, *suppleti. Catalogus episcoporum Arelatensium fol.* 101′. *postea adscriptus primo ad alterum Raimundum (a.* 1163 —1182*) pervenit, postea autem a compluribus librariis sibi succedentibus continuatus est*[2].

3*) *Codex Parisiensis n.* 3820, *antea Colb. n.* 152, *Regius n.* 3596, *saec. XIV, fol.* 80′—96, *et*

3**) *Codex Montis Maioris Arelatensis (praescr.:* Incipit prologus et vita Caesarii, quam domnus Cyprianus et beatissimus Firminus et sanctus Viventius episcopus et presbyter Messianus et diaconus Stephanus scripserunt*), qui hodie latet, ex ipso exemplari* 3 *vel ex libro persimili exscripti sunt.*

4) *Codex Parisiensis n.* 5298, *antea Colb. n.* 746, *Regius n.* 3654, *saec. XII. ex., prologo omisso, incipit I,* 3: Incipit vita sancti Caesarii Arelathensis episcopi. Sanctus ac beatissimus C. *(fol.* 65*) desinitque I,* 13. *in verbis* ad Dominum. *Lectiones speciminis causa exscripsi has: I,* 3. apparentibus suum fuisset, *I,* 4. q. de stirpibus, *I,* 12. recensius *(cum* 1*a. c.* 2*), I,* 13. in ante relata, *ib.* internuntios] rogat *add. (cum* 1*b.* 3*), ib.* ad Christum] ad Dominum, *ib.* fieri] fierent, *ib.* rigorem *(cum* 3*), ib.* subsequens *(cum* 3*).*

Exemplar, ex quo omnes libri pendent, ita corruptum erat, ut multis locis lectio vera nisi coniectura erui non possit, e. gr.:

I. 30. drumonem — subrigere] *codd.; legas* dr. — subigere;
I, 35. Inter ista igitur monasterium] *codd.; legas* Instar igitur monasterii, *collatis verbis insequentibus* et instar prioris normae;
I, 37. pensa — iungebatur] *codd.; legas* p. — fungebatur *(fungi = taxari);*
I, 48. caede —, quare eos prohiberent] *codd.; legas* c. —, qua feros p. *(feros = apros; cf. Phaedr.* 4, 3, 3*);*
I, 55. contra sacrilegos et aruspices] *codd.; legas* c. sortilegos et a. *(cf. Caesarii serm., Migne* 39, *col.* 2239: per aruspices et divinos vel sortilegos);
II, 8. et dicere] *codd.; legas* Edice ne;
II, 17. ingrediens cocumula] *codd., unde Mabillon cucumulam, quae est parvum vas aereum, h. l. pro baptisterio camerato accepit, at legendum est:* hinc rediens cum cocumula.

Ex exemplari illo avito gemina proles nata est, nam singuli libri in duas classes dividuntur, quarum una ex 1*a. b. c.* 2, *altera e codice* 3 *constat. Sermo autem ubi non ita planus legebatur, ibi a librariis plerisque interpolatus est, solusque laudandus is qui codicem* 1*a exaravit:*

I, 32. aut ex Dei servo hominis] 1*a*; aut ex Dei servo servus hominis 2; aut ex servo ingenuus 1*c*; mutata Dei in hominis servitutem 3.

Brevior codicis 1*b Vita utrum ex ampliore contracta an ea ipsa esset, quam unus ex quinque auctoribus composuisset sine aliorum supplemento, dubitavit Stiltingus. Attamen priorem tantum condicionem admittendam esse, ex c. I,* 40. *intellegitur, nam, omissis iis,*

1) *Fol.* 101. *margini superiori adscripta sunt verba iam deleta:* Iste liber est de cappe(lla) domini archiepiscopi Arelatensis. 2) *Eum edidit O. Holder-Egger, SS. XIII, p.* 377.

in quibus enarratur, sanctum[1] *abscessisse notariumque apud aegrotum relictum esse, textus ibi minime cohaeret. Codex non solum contractus, sed etiam interpolatus est, cum*

I, 4. cupiens — adipisci, seque (se 2. 3) — vestigiis — prostravit,

coniunctione copulativa commotus librarius ante eam verba: praedictam repetiit civitatem, ubi litteras didicerat, conversionis obtentu *inseruerit. Ea autem et superflua sunt et falsa, nam in praecedentibus minime relatum est, Caesarium in civitate quadam litteras didicisse. Codices* 1*a. b.* 2 *iisdem mendis laborant:*

I, 4. fide potius et moribus] *rell.; haec om.* 1*a. b.* 2*;*

I, 15. interesse] *rell;* inesse 1*a. b.* 2,

quae evitavit 1*c, atque in altero libro, ubi* 1*a desideratur, neque* 1*b nisi raro non aderat, codex* 1*c, quocum affinitate proxima coniunctus est* 1*c*:*

I, 4. fructu — aetatis] *om.* 1*c. c*,*

quamvis multo deterior propinquo 1*a, ad textum restituendum perutilis erat:*

II, 27. cessitque] 1*c (cf.* cessit *II,* 44*);* acciditque 2; evenit 3.

Codex 2*, qui tam licenter exaratus est, ut eum consentientem tantum cum uno alterove libro attulerim, cum* 1*a propiore necessitudine coniunctus est, ideoque, quod*

II, 16. cum aliis [episcopis — sanctis *om.* 2. 3] episcopis

locum eundem atque 3 *omisit, id casu contigisse putarim, utroque librario ab uno* episcopis *ad alterum aberrante. Codex enim* 3 *cum parentibus proximis* 3*. 3** *ex exemplari derivatus est non eodem cum reliquis libris. Id certo certius ex libro Baudoniviae demonstrari potest, qui ad textum recensendum subsidium praestat optatissimum. Cum enuntiata duo diversis locis exhibeant et* 1*a. c.* 2 *et* 3*, prius quod apud illos I,* 46. *extat, in praecedente capite legitur apud hunc, idque eodem loco in codice suo reppererat virgo Pictaviensis. Praeterea e lectionibus peculiaribus codicis* 3 *genuinae videntur esse non paucae, c. gr.:*

I, 25. hoc ordinatores praepositosque ecclesiae suae contestans] *solus* 3; h. ordinatores *om.* 1*a. c.* 2*; cf. I,* 15: ordinatoribus et diaconibus;

I, 32. templi species pro veri templi] 3; templi sp. pro (*habet* 2) veri *per homoeoteleuton om. rell.;*

I, 34. hominem nocere] 3 *cum Ps.* 104, 14*;* sub illo homine n. 1*a. c; locum immutat* 2*;*

I, 49. Parthenii] Partennii 3; Partherii 1*a. c*; Partheri 2;

I, 53. sibimet] 3 *cum Baud.;* sibi 1*a. c.* 2.

Dolendum autem est, librarium 3 *frequenter proprio Marte textum immutasse, id quod ex his locis comprobari potest:*

I, 2. eloquio piscatorum concordare quam rethorum] *rell. (cf. Caesarii suggestionem:* rhetores, sed piscatores*):* eloquio pastorum c. q. r. 3;

I, 53. Resplenduerunt in eum] *rell. (*Resplenduerunt in ea *Baud.);* In ipso namque resplenduerunt 3,

et non solum sermonem correxisse:

II, 44. nec versit nec fregit nec extinctus est] *rell. reflexive;* nec versa nec fracta nec extincta est 3,

sed etiam ea quae minus intellexerat omnino retractasse:

II, 26. domus apprehendit (ignis *add. rell.; cf. Greg., Gl. Mart. c.* 104: adprehendebant valvae)] *rell.;* domus succendi cepit 3.

1) *Eum praesentem non fuisse, ex verbis pueri intellegitur hisce:* Vade, mater, ad servum Dei festinanter, *eaque etiam* 1*b exhibet.*

Cum igitur huiusmodi librario fides nimia minime habenda esset, loci quos solus exhibet de misericordia (I, 20) moribusque (I, 62) Caesarii et de immunitate Arelatensis ecclesiae ab Alarico rege impetrata (I, 20) utrum in textum admittendi essent annon, iuste dubitari poterat. Attamen monendum est, loco priore (I, 20) non solum Caesarii sermonem, sed etiam biographorum narrationem continuata esse, quae hoc ordine ab interpolatore quodam vix confingi poterant, deinde elocutionis genus idem ibi deprehendi atque in reliquo libro (e. gr. ordinis nostri = *I,* 18. ordinis primi; commendatosque addens = *infra* addebat impertitos; tutare = *I,* 33*), sicut etiam additamentum ad immunitatem spectans dictiones genuinas continere videtur (e. gr.* pariter et = *I,* 32; impertire = *I,* 20. 32. 55*), cumque ex superiore disquisitione colligatur, huic codici lectiones veras soli inesse, locos illos aliosque minime recusandos esse duxi. Exemplar enim, ex quo reliqui libri pendent, valde lacunosum fuisse videtur. Vitam ad libros* 1*a. b. c.* 2. 3 *recensui, quos praeter* 1*b omnes ipse contuleram.*

Grammatica orthographicaque saec. VI. quamquam ex talibus quales extant codicibus minime expectanda sunt, tamen in 1*a. b pauca deprehenduntur, quae antiquitatis speciem praebent:*

I, 7. atteruit] 1*a;* attrivit *rell.;*
I, 50. ad declarandum meritum — memorabilem *(*1*a;* memorabile *rell.);*
II, 47. (monasterium), quem *(*1*b;* quod *rell.)* ipse fundaverat;
I, 39. praefecturiis 1*b;*
I, 58. monasteriae] 1*a;* monasterii *rell.*

Haec aliaque eiusmodi, veluti dativum 3. *declin. per* e *scriptum, admisi; medio autem aevo usitatam scribendi rationem totam suppressi.*

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1573, *IV, p.* 923 — 932, *librum primum ad c.* 53. ut inimicos diligeremus, quo etiam nos tum sermonibus suavissimis, tum exemplis suis provocabat, *sermone expolito, edidit, addens in fine locum II,* 36. 37: Denique biennio, antequam e vita excederet — — quae prolixitatis declinandae causa omittimus. *Ex clausula quam subiecit intellegitur, duos qui ei praesto erant codices hoc loco defecisse. Erant autem classis* 1c *et fortasse ex hoc ipso exscripti, in quibus locus* fructu — aetatis *(I,* 4*) non solum desideraretur, sed etiam interpolatio in* 1c *m. s. XIII. exarata*[1] *adesset haec:* praeteriret unius.

Vincentius Barralis, Chronologia sanctorum insulae Lerinensis, Lugduni 1613, *editionem Surianam p.* 229 — 245. *iterans, p.* 245 — 259. *textum inde a c. I,* 53. *ad finem adiecit ex codice uberiore, qui ad classem* 3 *pertinebat.*

Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis 1668, *Saec. I, p.* 659 — 677, *praeter editiones priores codicibus usus est nostris* 1c. 2. 3**, *ad quos libri I. sermonem a Surio temere immutatum primus restituit.*

Stiltingus, Acta sanctorum, Antverpiae 1743, *Aug. tom. VI, p.* 64 — 83, *codices nostros* 1b *et* 1c* *adhibuit, quos collatos alterum Sirmondus, alterum Chiffletius Bollandianis transmiserant. Cum autem neuter integer esset, ad editiones ei confugiendum erat, atque in altero Vitae libro codicibus mss. fere totus destitutus facere non poterat, quin Mabillonianum textum iteraret collatum cum Barrali.*

Editores ad excutiendos codices operam perparvam contulerunt, sed hunc illumve secuti aut priores editiones describentes, ut hic illic lectionem immutarent, casu plerumque factum est, utque textum ad codices optimos expurgare non valebant, ita traditum

1) 1c*: spatio floreret aetatis annum; 1c: spati(um praeteriret unius *m. s. XIII. in litura*) anni; *Surius:* unius anni praeteriret spatium.

coniecturis emendare ne conati quidem sunt. Itaque in recensenda emendandaque hac Vita omnia etiamnunc facienda restabant, neque labori studioque pepercimus, ut ad explorandam historiam aliquantulum conferremus viri, de cuius meritis inter omnes una opinio est.

B. Krusch.

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITA SANCTI CAESARII EPISCOPI.

(1).[b] Quia, reverenda nobis virgo Caesaria[c, 1], cum choro sodalium monacharum tibi commisso petis a nobis, ut vitam et conversationem beatae memoriae sancti Caesarii institutoris vestri ab exordio repetentes[d] comprehendere litteris debeamus, per[e] quam illius vitae praemio fruitur, cuius beatitudo sermone mortalium non potest explicari, quamvis olim per totum mundum, ipso etiam hic vigente, fuerit venerabiliter divulgata, nefas tamen esse credimus, si tam sancto desiderio minime pareamus, praesertim cum hoc monasterio vestro ac magis ipsius ad invicem[f, 2] possit eius esse praesentiae[g], et nos dum de ipso loquimur, ipsum nos[h] etiam videre quodam modo gratulemur[i]. Deo igitur iuvante, adgrediemur implere, quae[k] postulas. Et multa quidem ipsius beatissimi domni[l] nobis narratione[m] comperta, multa a nobis ipsis[n] visa, nonnulla etiam venerabilium presbyterorum sive diaconorum, discipulorum suorum relatione prolata[o] didicimus[p], praecipue tamen venerabilis[q] Messiani presbyteri et fidelissimi[r] viri Stephani diaconi, qui[s] ei ab adolescentia servierunt: ea dumtaxat quae minus onerent et sint a prolixitate submota.

(2). Unum tamen hoc in praesenti[a] opusculi devotione a lectoribus postulamus, ut si casu scolasticorum aures atque iudicia[b] nos simplices contigerit[c] relatores attingere, non arguant, quod stilus noster videtur pompa verborum et cautela artis grammaticae destitutus, quia nobis[d] actus et verba[e] et merita tanti viri cum veritate narrantibus lux sufficit eius operum et ornamenta virtutum. Etenim memoratus domnus Caesarius, quem habemus in opere, solitus erat dicere: 'Nonnulli rusticitatem[f] sermonum vitant et a vitae vitiis non declinant'. Meretur siquidem hoc et Christi virginum pura sinceritas, ut nihil fucatum, nihil mundana arte compositum aut oculis earum offeratur aut auribus placiturum, sed de fonte simplicis veritatis manantia purissimae relationis verba suscipiant. Atque ideo noster[g] iste sermo integritatis[h] religione contentus[i] rennuit mundanam pompam,

I. Capp. 1. 2. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 1. a) Incipit prologus de vita sancti Caesarii episcopi 1*a*; Incipit prefatio in vita sancti Cesarii episcopi Arelatensis, quae colitur VI. Kl. Septembris 1*c*; Incipit prologus in vita sancti Cesarii Arelatensis episcopi et confessoris, que est VI° Kl. Septbr. 2; Incipit prologus in vita sancti Caesarii, quam domnus Cyprianus et beatus Firminus et sanctus Viventius episcopi necnon presbyter Messianus et diaconus Stephanus scripserunt 3 *et similiter* 3** *(v. supra p.* 454*); c.* 1. 2. *om.* 1*b*. b) *numeri des. codd.* c) C:saria *m. al. corr.* Casaria 3. d) repentes 1*c*. e) per quam (quae 3) i. vita 1*a. c.* 3; deb. aggredi curabo, prout potero, quamquam etsi eius beatitudo 2. f) ad vicem 1*c*; non *pro* ad inv. 2. g) praesentia 2. 3. h) *ita* 1*a. c.* 2; i. nobiscum e. (*om.* v.) 3. i) gratulamur 1*c*. k) quod postulatis (1*c*). l) Cesarii *m. s. XII. add.* 1*c*. m) *ita* 3; ratione 1*a. c.* 2. n) ipsius 3. o) probata 1*c*. p) *ita* 1*c*. 3; dicemus 1*a*. 2. q) *om.* 1*c*. r) fidelius, *pagina exeunte,* 3. s) quae (*m. al. corr.* qui) ab ab adol. (illi *m. s. XIII. add.*) 1*c*.

Cap. 2. a) *ita* 1*a. c.* 3; presentis opusculi 2. b) cia *m. al. in ras.* 1*c*. c) contingerit 1*a*; confringere r. attigerit 3. d) a. n. (1*c*). e) v. et *om.* 3. f) rusticitate 1*a*. g) iste n. 3. h) integritatos 1*a*. i) contemptus *pr. m.* 3.

1) *De ea v. supra p.* 437. 449 *sqq.* 2) Ad invicem *pro 'instar' accipitur (cf. Forcellini s. v.* invicem*), atque* ad vicem praesentiae meae *(Migne, Patr. Lat.* 67, *col.* 1128*) Caesarius ad Caesariam abbatissam totamque congregationem epistulam misit.*

quia[a] respuit cum suis operibus gloriae mundanae iactantiam, et potius delectatur eloquio piscatorum[b, 1] concordare quam rethorum. Nunc igitur unusquisque vivendo sequi appetat, quod legendo scire festinat.

EXPLICIT PROLOGUS[c].

INCIPIT VITA[a].

(3). Sanctus ac beatissimus Caesarius[b] Arelatensis episcopus Cabillonensis[c] territorii fertur indigena[2]; cuius parentes, aeque prosapies[d], quod est magnum et praecipuum honoris ac nobilitatis exemplum, supra omnes concives suos fide[e] potius
475/6. et moribus floruerunt. Qui[f] sanctus[g] ac venerabilis cum septimum seu amplius gereret aetatis annum, ex vestimentis, quae circa se habuisset[h], absque ulla dubitatione pauperibus[3] tribuebat. Saepe domi seminudus revertens vir[i] beatus, cum visus a parentibus suis[k] fuisset, sub[l] districtione discussus, quid de vestimentis suis fecerit, ipse hoc tantummodo respondebat, a transeuntibus sibi fuisse sublata.

(4). Igitur sicut arbusculae quaedam stirpibus nobilibus[a] fructificare nonnumquam[b] solent antequam crescere, in quibus utique quanto est[c] aetas minor, tanto ubertas est gratior[d], ita in illo viro[e] sancto inter ipsa infantiae rudimenta laetum vernantis spei germen[f] erupit, ut priusquam spatio[g] floreret aetatis, fructu[h] ex-
486/7. uberaret ingenii. Cum ergo octavum decimum gereret[i] aetatis annum, ignorante familia vel parentibus[k], incolatum cupiens regni caelestis adipisci*, seque[l, 4] illius temporis pontificis sancti Silvestri[5] vestigiis, praemissa supplicatione, prostravit[m], petens, ut, ablatis sibi capillis mutatoque habitu[n], divino eum pontifex servitio manciparet nec[o] pateretur ultra supplicem[p] a parentibus ad praedium affectusque pristinos revocari. Agente ergo pontifice gratias Christo[q], nulla extitit votis optimis

*) praedictam repetiit civitatem, ubi litteras didicerat, conversionis obtentu *add.* 1*b*.

I. Cap. 2. 1*a. c.* 2. 3. *Capp.* 3. 4. 1*a. b. c.* 2. 3.

Cap. 2. a) (quia *om.*) respuit(que *m. al. add.*) 1c. b) pastorum 3. c) *ita* 1*a. c*; pr. *om.* 3; in vita sancti Cesarii Arelatensis *add.* 2.

Cap. 3. a) Incipit (ipsius *add.* 2) vita (beati Caesarii episcopi et confessoris *add.* 1*a*; eiusdem sancti ac beatissimi antistitis *add.* 1c) 1*a. c.* 2; Incipit textus 3; Vita sancti Caesari episcopi Arelatensis 1*b*. b) C. a. cunabulis miles Christi A. ecclesiae pius antistes C. 1*b*. c) Cavillonensis t. 1*a*. 2; t. C. 1c. d) prosapiens? *pr. m.* 3; prosapiae 1*b*. e) *ita* 1c. 3; fide potius et moribus *om.* 1*a. b.* 2. f) *finem cap. om.* 1*b*. g) v. ac s. (1c). h) habebat 2. 3. i) revertens, quod parentes videntes, sub d. discutiunt 3. k) *ita* 1*a. c*; *om.* 2. l) cum 1c.

Cap. 4. a) *ita* 1c. 3; nobilis 1*a*; nobiles 1*b*; nobilissimis 2. b) *om.* (1c). c) *om.* 1*b*. d) gratiosior (1c). e) *om.* 1*b*; s. v. 2. f) adeo *m. s. XIII. add.* 1c. g) spati(um praeteriret unius *m. s. XIII. in ras.*) anni: ignorante 1c. h) fructum 1*b*. i) et. ger. 2. k) parentes 1*a*. l) seque 1*a. b. c* (*ras.* que); se (*om.* que) 2. 3. m) prostra(ret *m. s. XIII. in ras.*) 1c. n) habitu: 1c. o) et ne 3. p) supplicans 3; se *m. s. XIII. in ras. maiore* 1c. q) Deo 2. 3*; agens *iterat* 1*b*.

1) *Caesarius in suggestione omnibus sacerdotibus directa (ed. Malnory l. l. p.* 306*):* Novimus, *inquit,* Dominum nostrum non scolasticos vel rhetores, sed piscatores sine litteris et ovium custodes, pauperes utique et ignobiles, ad praedicandum verbum Domini praeelegisse *(cf. Sulp. Sev. ep. ad Desiderium V. Martini praefixam, ed. Halm p.* 109*).* 2) *Caesarius a.* 469/70. *natus est.* 3) *Ut Martinus; cf. eius Vitam auct. Sulpicio Severo c.* 3. 4) *Cf. Greg., H. Fr. IV,* 51: haec audiens misitque; *Bonnet, 'Latin' p.* 651. 5) *Silvester, qui conciliis Epaonensi a.* 517. *et Lugdunensi a.* 516/23. *intererat, sedi Cabillonensi* 42 *annos praefuisse fertur, teste Gregorio, Gl. Conf. c.* 84.

mora. Cumque[a] inibi biennio seu amplius sub hac inchoatione servisset[b], divinae gratiae instigatione succensus, deliberat artius semet ipsum[c] expeditiusque iuxta euangelium divino mancipare[d] servitio, ut pro amore regni caelestis non solum parentibus, sed et patriae redderetur[e] extraneus. 488/9.

(5). Arreptam[a] itaque salubriter fugiendi de saeculi compedibus libertatem[a], Lirinense[b] monasterium tiro sanctus expetiit. Cumque iter cum uno tantum famulo socius ageret, coram inquisitoribus[c] missis matris[d] suae flumen transiens, visus ab eis non est. Diabolus vero in quendam ingressus miserum, insequens iter eius, postergum[e] incessanter clamabat: 'Caesari, non vadas'; quem ille, bibendi[f] poculo benedicto porrectoque[g], statim curavit. Quod est[h], memorato eius comite referente, compertum, ipsamque eum[i] constitit primam fecisse virtutem. Susceptus ergo a sancto Porcario[k] abbate vel ab omnibus senioribus, coepit esse in vigiliis promptus, in observatione sollicitus, in obauditione festinus, in labore devotus, in humilitate praecipuus, in mansuetudine singularis, ita[l] ut quem instituendum susceperant[m] disciplinae regularis[n] initiis, perfectum se invenisse gauderent[o] totius institutionis augmentis.

(6). Post[a] parvum igitur tempus in cellario congregationis eligitur. Attente et studiose[b] coepit his tribuere velle[c], quibus necessarium erat, vel[d] si abstinentiae amore nihil peterent; illis vero, quibus probaverat necesse non esse, nihil tribuebat, quamvis vellent[e] accipere. Unde factum est, ut quibus adversa[1] erat sancta discretio, supplicarent abbati[f], ut[g] deberet a cellario removeri; quod et praestitum est. Mox, hac[h] cura seposita[i], ita desiderata se tandem[k] legendi, psallendi orandique et vigilandi assiduitate mactavit, ut adolescentiae corpus invalidum, quod palpare potius quam[l] debilitare[m] decuerat, effecerit[n] crucis nimietate curvatum pariter et confractum, ita ut de exigua holeris seu pulticulae coctione, quam sibi dominico[o] die parabat, usque in alia[p] dominica victum traheret.

(7). Haec igitur in exordiis meritorum eius bona fulserunt, quae sequenti vita multiplicibus sunt augmentata[a] virtutibus. Robur namque carnis atteruit[b], ut virtutem spiritus spei ac fidei soliditate firmaret. Et, ut ait apostolus, triumphans de se sibi, ut coronari mereretur evincens, interiori[c] homini exteriora transscripsit et praeclarae mentis imperiis rebellia corporis incitamenta abiecit[d]. Post[e] haec tamen, stomacho fatiscente, typum[f] quartanae febris incurrit. Cumque de infirmitate ipsius abba sanctus graviter turbaretur et inter magistrum atque disci- cf. Col. 2, 15.

I. Cap. 4. 1*a.c.* 2. 3. *Cap.* 5. 1*a.b.c.* 2. 3. *Capp.* 6. 7. 1*a.c.* 2. 3.

Cap. 4. a) *finem cap. om.* 1*b*. b) deservisset 3. c) *om.* 3. d) mancipari 1*c*. 2. e) :redd. 1*c*.

Cap. 5. a) *ita* 1*c*; Arrepta — libertatem 1*a*; Arrepta — libertate 1*b*. 2. 3. b) Lirenense 1*b*. c) *om.* 1*b*. d) missis a matre sua 3. e) *ita* 1*a*; post tergum *rell.* f) biben:: *m. al. corr.* bibenti 1*c*. g) porricto (*om.* que) 1*b*. h) a (1*c*); eciam *add.* 2. i) c. eum (1*c*). k) Porchario 1*c*. l) *om.* 1*b*. m) in *m. s. XIII. add.* 1*c*. n) in *add., sed eras.* 1*c*. o) ac *add.* 1*c*.

Cap. 6. a) *c.* 6. 7. *ad verba* incitamenta abiecit *om.* 1*b*. b) ergo *add.* (1*c*). c) *om.* 2. 3. d) *ita* 1*a*. 3; etiam *m. al. in ras.* 1*c*; eciam 2. e) velint 3. f) abbatem 2. g) eum debere 3. h) h(a)ec 1*a*. 2; *om.* 1*c*. i) postposita (1*c*); ita *om.* 1*a.c.* 2. k) tan(ta *m. s. XIII. in ras.*) 1*c*. l) qua *pr. m.* 3. m) debilitari 1*a*. 3. n) *ita* 1*a.c*; efficeret 2. 3. o) dominicū 1*a*; dominica 2. p) aliam dominicam 1*c* (*m. al.*) 3.

Cap. 7. a) augmenta 3. b) *ita* 1*a* (*cf. Bonnet, 'Latin' p.* 422); attrivit *rell.* c) *ita* 2. 3; interioris hominis 1*a.c.* d) abicit *pr. m.* 1*c*; *expectes* subiecit. e) *in* Post *redit* 1*b*. f) tiphum 1*a*.

1) *Cf. Caesarii sermonem Lerini habitum (Migne, Patr. Lat.* 67, *col.* 1065*)*: non contenti sumus necessariis, sed rursum per cordis teporem abundantiam, quam in saeculo reliquimus, desideramus.

pulum quemadmodum[a] esset aegritudo divisa, ut ille animo laboraret, hic corpore, respiceretque sanctus pater, in coenobio[b] nullum eidem remedium posse praestari, ubi etiamsi medicus adesset, fervens ad spiritalia pueri consuetudo nihil sibi pateretur de abstinentiae frenis et vigiliarum rigore laxari, iubet eum, immo cogit beatissimus abba ad civitatem Arelatensem causa[c] recuperandae salutis adduci.

(8). Erat[a] igitur tempore illo Firminus[1] illustris et timens Deum et proxima ipsius[b] illustrissima mater familias Gregoria, illustrissima feminarum, in praedicta urbe Arelatensi[c], quorum studio et vigilantia curaque circa clerum et monachos circaque cives et pauperes civitas[d] praedicta reddebatur illustrior. Uterque enim proprias opes non consumebant[e] mundana luxuria, sed ad paradisum sibi eas[c] deportatione pauperum transmittebant. Qui praedictum[c] sanctum Caesarium ad se causa misericordiae receperunt.

(9). Erat autem ipsis personis familiarissimus quidam[a] Pomerius[2] nomine, scientia rethor, Afer[b] genere, quem ibi singularem et[c] clarum grammaticae artis doctrina reddebat. Concipiunt igitur animo generosae personae, quatinus tanta Dei gratia sanctus Caesarius refertus[d] tantaque memoria dono Christi videretur esse fulcitus, ut saecularis scientiae disciplinis monasterialis in eo simplicitas poleretur[e]. Sed eruditionis humanae figmenta non recepit, quem instruendum per se sibi divina gratia praeparavit. Librum itaque, quem ei[f] legendum doctor tradiderat, casu vigilia lassatus, in lectulo[g] sub scapula sua posuit; supra quem dum[h] nihilominus obdormisset, mox divinitus terribili visione percellitur[i], et in soporem[k] aliquantulum resolutus, videt quasi scapulam in qua iacebat brachiumque quo[l] innixus fuerat codici dracone conligante conrodi. Excussus ergo e[m] somno, territus ipse[n] visu, terribilius se ex eodem facto coepit arguere, eo quod lumen regulae salutaris stultae mundi sapientiae voluerit copulare. Igitur[3] contempsit haec protinus, sciens, quia non[o] deesset illis perfectae locutionis ornatus, quibus spiritalis eminet[p] intellectus.

(10). Post aliquot[a] autem dies suprascriptae personae suggesserunt sancto Eonio[4] episcopo civitatis[b], dicentes, esse quendam penes se venerabilem monachum et omni[c] laude praecipuum, cuius personam deberet familiari et privata[d] interrogatione cognoscere. Iubet igitur[e] eum ad se perduci. Praesentatum ergo[f] sibi sanctum Caesarium venerabilis Eonius episcopus diligentius percunctatur[g], qui[h]

I. Cap. 7. 1*a. b. c.* 2. 3. *Capp.* 8. 9. 1*a. c.* 2. 3. *Cap.* 10. 1*a. b. c.* 2. 3.

Cap. 7. a) *ita* 1*a. c.* 2. 3 *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 207); quae admodum 1*b*. b) coenobium 1*c*. c) caus(a)e 1*a. c (pr. m.)*.

Cap. 8. a) *c.* 8. 9. *om.* 1*b*. b) illius (illustrissima m. f. Gr. *om.*) 3. c) *om.* 3. d) *ita scripsi;* civitatis *codd.* e) consummebatur 1*a*.

Cap. 9. a) quidem 3, *corr.* b) Affer 3; acer 2. c) s. ecclesiarum gr. 1*c*. d) referretur 1*a*. e) poleretur *corr.* poll. 3; pelleretur 2; polleret 1*a. c*: *scribas* poliretur. f) enim 3, *corr.* g) lecto 3. h) *pr. m. om.*, cum *m. s. XIII. suppl.* 1*c*. i) praecell. *pr. m.* 1*c*; pcellitur *(sic)* 1*a*. k) sopore 3. l) quod 2. m) a 2. 3. n) ipso 1*c*. o) nū 1*a*. p) eminus et *m. s. XIII. corr.* eminuisset 1*c*.

Cap. 10. a) *ita* 3; aliquos *rell.* b) Arelatensis *add.* 3. c) omnem 1*a*. d) privatae interrogationi 1*c*. e) ergo 3. f) igitur 2; namque 3. g) *ita* 1*a. c.* 2 *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 188*);* percontatur 1*b*. 3 (*e corr.* percontantur). h) *ita* 1*a. b.* 3; quis 1*c*. 2.

1) *Firminum esse propinquum Ennodii (Auct. antiq. VIII, p.* 354*) eumque, ad quem Sidonius epistulas IX,* 1. 16. *dedit, recte statuisse videtur Sirmondus.* 2) *De eo vide quae scripsi Auct. antiq. VIII, p.* 433. 3) *Caesarius ipse aliam causam affert eamque probabiliorem:* Ego, *inquit,* scientiae praerogativam, praepediente segnitia, assecutus non sum *(Migne, Patr. Lat.* 67, *col.* 1136*).* 4) *De Aeonio v. Auct. antiq. VIII, p.* 419.

cives[a] esset quibusve[b] parentibus fuerit[c] procreatus. Cumque incolatum civitatis et parentum publicasset originem, congaudens sancta alacritate, episcopus dixit: 'Meus es[d], fili, concives[e] pariter et propinquus, nam et parentes tuos reminiscor optime et per consanguinitatem parentali recordatione complector[f]'. Coepit ergo invenem non ut peregrinum sive extraneum, sed[g] respectu adtentiori intimis cordis oculis contemplari.

(11). Mox[a] ab[b] abbate suo sancto Porcario eum expetiit. Rogante igitur beato viro Eonio episcopo, licet ab invito ceditur[c]. Ilico[d] diaconus, dehinc[e] presbyter ordinatur; numquam tamen canonicam modulationem[f] monachi, numquam instituta[g] Lirinensium[h, 1] vel modicum[i] subrelinquens, ordine et officio clericus, humilitate, caritate[k], obsequio, cruce monachus permanebat. Ad[l] ecclesiam vero matutinis aliisque conciliis primus de intrantibus, ultimus de egredientibus aderat[m]. Non visus, non auditus animum beati viri a[n] celestium bonorum nectare sequestrabat, ita ut vultus eius qualitas nescio quid semper videretur renitere caeleste.

(12). Post haec autem, defuncto abbate, in suburbana[a] insula civitatis dirigitur 499. a sancto Eonio beatus Caesarius pater[b], ut monasterium[2], quod recentius[c] fuerat destitutum abitu[d] rectoris, ipse in eadem[e] reverentiae auctoritate succedens, ad disciplinam formaret abbatis. Suscepit ergo[f] vitam in suburbano[g] coenobio libens, quam etiam intra urbem cotidianis semper excolebat actibus et votis semper optabat, monasteriumque praedictum taliter cotidiana instantia et divinis informavit officiis, ut inibi hodieque[h], Deo propitiante, servetur.

(13). Dum ergo in antelata insula parum ultra triennium in abbatis officio conversatur, Eonius[a] sanctus clerum vel cives adloquitur et ipsos dominos[3] rerum per internuntios rogat[b], ut cum ipse, Deo volente, migrasset ad Christum, nullum sibi alterum quam sanctum Caesarium eligerent fieri[c] successorem, quatinus[d] ecclesiasticum rigorem[e], quem querebatur in multis regulis aegritudine sua fuisse mollitum, per servum Christi Caesarium ad statum suum et vigorem gratularetur revocari fraternitas, essetque subsequentis[f] labor emolumentum aliquatenus decessoris[g], ut cum talem posterum[h] relinquebat, augmentum aeternae hereditatis etiam in sanctissimi viri electione perciperet[i], et non deesset post transitum socius elec-

I. Capp. 10. 11. 1*a. b* (*cf. n.* 1). *c.* 2. 3. *Cap.* 12. 1*a. c.* 2. 3. *Cap.* 13. 1*a. b* (*v.* 23—25). *c.* 2. 3.

Cap. 10. a) *ita* 1*a et pr. m.* 3; civis 1*b. c*; *om.* 2. b) quibusque 1*b.* c) fuerat 3; fuisset 2. d) Meus fili:: (es *m. rec. in ras.*) c. 3. e) *ita* 1*a*; concivis *rell.* f) conpelector *pr. m.* 1*a.* g) ut *add.* 3.

Cap. 11. a) que *add.* 2; ergo *add.* 1*c.* b) (ab *om.*) abbati 1*b.* c) *ita* 1*a.* 3; conceditur 1*b. c.* 2. d) moxque *add.* 1*b.* e) dein 3. f) modilationem 1*b.* g) institutam 1*b.* h) Lirenensium 1*a. b.* i) modico 3. k) et *add.* 1*b.* l) *insequentia ad verba c.* 13. officio conversatur *om.* 1*b.* m) adherat 1*a*; ::erat *m. al. corr.* semper erat 3. n) ae 1*a.*

Cap. 12. a) suburbanam insulam 2. 3. b) *om.* 3. c) recensius 1*a. c.* 2. d) *ita* 1*a. c*; habitu 2; obitu 3. e) eade 1*c*; eodem 1*a*, *corr.* f) *om.* 1*a.* g) suburbana 1*a.* h) que *om.* 3; i. usque hodie 2.

Cap. 13. a) *in* Eonius *redit* 1*b.* b) *ita* 1*b.* 3; precatur 2; *om.* 1*a. c.* c) (f. *om.*) sacerdotem 3; f. utque succ. 2. d) quatinus *ad verba c.* 14: claritas ostendebat *om.* 1*b.* e) vigorem 1*a. c.* 2. f) subsequens 3. g) successoris 1*c.* h) postmodum r. posteris augm. 3. i) perciperent 3.

1) *Cf. Caesarii regulam virginum (AA. SS. Ian. I, p. 735):* Ordinem etiam, quomodo psallere debeatis, ex maxima parte secundum regulam monasterii Lyrinensis in hoc libello iudicavimus inserendum. *Regulam Lerinensium litteris numquam mandatam esse, verisimile est; cf. Arnold l. l. p.* 511. 2) *Huius monasterii nullum amplius exstat vestigium. Mab.* 3) *In urbe Arelatensi tunc unus dominabatur Alaricus.*

tionis voto, qui etiam superstis[a] auctor extitit in decreto. Itaque, his omnibus divina providentia fideliter ordinatis, securus de successore beatus Eonius migravit ad Dominum[b].

(14). Cum[a] ergo[b] ad notitiam, de quo loquimur, patris nostri vera opinio pervenisset[c], quod esset ordinandus episcopus, inter quasdam sepulturas[1] latibulum requisivit. Sed absconsus esse non potuit, quem detexit non culpa, sed gratia. Itaque de quadam sepultura trahitur vivus, quem non mortuum, sed absconsum vitae claritas ostendebat. (cf. Col. 3, 3. 502.) Igitur[d] episcopatus sarcinam coactus suscepit, mansuetoque iumento Christi[e] impositum honus[f] modestiae[g] temperamento portatur[h].

(15). De profectibus itaque[a] cunctorum sollicitus et providus pastor statim instituit[b], cotidie tertiae[2] sextaeque et nonae opus in sancti Stephani basilica[3] clerici cum hymnis cantarent, ut si quis forte saecularium vel penitentum[c] sanctum opus exsequi ambiret, absque excusatione aliqua cotidiano interesse[d] possit[e] officio. Ipse vero, spreta omni sollicitudine curaque terrestri, ad instar apostolorum sollertiam culturae[4] in dispensatione ordinatoribus[f, 5] et diaconibus credidit sub Dei obtestatione[g] committendam et totum se verbo Dei et lectione[h], inquietis[i] etiam praedicationibus mancipavit: re vera ut[k] spiritalis medicus[6], qui morborum vitia curaret inserta[7] et[l] prohiberet malis cogitationibus nascitura.

(16). Tantamque[a] ei Deus[b] gratiam de se dicendi dedit, ut quicquid oculis videre potuisset, ad aedificationem audientium pro similitudinis consolatione proponeret. Tantum voluminum sacrorum seriem commendavit[c, 8]; sic semper recentia congregavit, ut de veteribus nihil amitteret, similis penitus[d] templo Dei, quod et novos cotidie hospites suscipit et fovet antiquos et ita semper introitu advenientum[e] crescit, ut numquam veterum discessione minuatur. Ita quantalibet, si res[f] poposcit, divinorum voluminum exempla seriemque narravit, quasi de libro

I. Cap. 13. 1*a. c.* 2. 3. *Capp.* 14. 15. 1*a.b* (*a v.* 8). *c.* 2. 3. *Cap.* 16. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 13. a) *ita* 1*a*; superstes *rell.* b) Amen *add.* 3.

Cap. 14. a) que *add.* 1*a.* b) pervenisset *add.* 1*c.* c) *eras.* 1*c.* d) *in* Igitur *redit* 1*b.* e) episcopi 1*b.* f) *ita* 1*a. c*; onus *rell.* g) modesto 1*c.* h) portavit (1*c*).

Cap. 15. a) denique 3. b) ut *add.* 2. 3; *om.* 1*a. c* (*item infra I,* 48). c) *ita* 1*b.* 2 (*cf. Bonnet, 'Latin' p.* 362); pęnitent(ium *delet.*)tum 1*a*; penitentium *rell.* d) inesse 1*a. b.* 2. e) posset 1*b.* 2. f) ordnatoribus 1*a.* g) obtestatione ob 1*c*; ostentatione 3. h) *ita* 1*a. c*; lectioni *rell.* i) inrequietis 1*b.* k) *om.* 3. l) et — dedit *om.* 1*c.*

Cap. 16. a) *c.* 16—19. *om.* 1*b.* b) gr. D. 2. c) et *add.* 2. 3. d) *om.* (1*c*). e) *ita* 1*a.* 3; i. advenientium cr. 2; advenientium cr. i. 1*c.* f) re 3, *corr.*

1) *De campis Elysiis ('Aliscamps') recte cogitaverunt Arnold l. l. p.* 113; *Malnory l. l. p.* 26. 2) *Cf. Caesarii sermonem (Migne, Patr. lat.* 39, *col.* 1760*):* Attentius tamen rogo et admoneo, fratres, ut ad vigilias maturius surgere studeatis, ad tertiam, ad sextam, ad nonam fideliter veniatis. 3) *Ibi sita erat, ubi postea S. Trophimi basilica constructa est; cf. Malnory l. l. p.* 36. 4) *Cf. Caesarii suggestionem (ed. Malnory l. l. p.* 297*):* Nam agros colere, fabricare et culturam, quae terris est necessaria, exercere, et laicos et iuniores et clericos ad hanc rem aptos — — possumus invenire, ut nos in his quae ordinati sumus iugiter studeamus insistere vel vacare. 5) *Sunt administratores bonorum ecclesiasticorum.* 6) *Cf. Caesarii sermonem (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2323*):* Et nos ergo, qui licet minus digni, tamen qualescumque medici spiritales esse videmur *et q. s., eaque similitudine saepe idem usus est; cf. Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2229. 2323. 7) Inserta *pro* insita *accipitur; cf. Bonnet, 'Latin' p.* 422. 8) *I. e.* sibi commendavit = *'apud se deposuit'.*

cognita recenseret, non quasi de memoriae thesauro olim lecta proferret, implens illud euangelii dictum de homine, *qui de thesauro suo profert nova et vetera.* Matth. 13,52.

(17). Advenientes vero pontifices sive presbyteros cunctosque ordinis[a] divini ministros, sive loci cives sive etiam extraneos, ut salutavit atque oravit[b], paululum de concivium[c] vel suorum affectu saluteque consuluit; mox vero, armis sanctae praedicationis arreptis, de umbra praesentium disputans, de perennitate beatitu- cf. Col. 2, 17. dinis persuadens, alios dulci invitavit[d] alloquio, alios acriori deterruit, alios minando, alios blandiendo correxit, alios per caritatem, alios per districtionem revocavit a vitiis; alios quasi in proverbiis generaliter monens[e], alios asperius et sub contestatione divina increpans, ut monita sequerentur, aeterna cum lacrimis supplicia minabatur[f], prout singulorum noverat aut virtutes aut mores aut vitia. Ita praedicationem proferebat, ut et bonos incitaret ad gloriam et malos revocaret a[g] poena. Sicut bonus medicus diversis vulneribus diversa medicamina providebat, offerens, non quod unumquemque[h] delectaret, sed potius quod curaret, non inspiciens voluntatem aegrotis[i], sed sanitatem desiderans competenter[k] infirmis[l].

(18). Ipsosque pontifices sanctos et reliquos rectores ecclesiae granditer increpabat, ut plebi sibi commissae indesinenter spiritale pabulum ministrarent[a], dicens: 'Uteris in Christi nomine ordinis primi spiritalis militiae locum[b], frater; attende pastorali sollertia talenta tibi commissa, quatinus feneratori eadem dupla cf. Matth. 25,20. restituas. Audi prophetam: *Vae mihi, quia tacui:* audi apostolum cum metu dicen- Is. 6, 5. tem: *Vae mihi erit, si non*[c] *euangelizavero;* vide, ne, te occupante cathedrae locum, 1. Cor. 9, 16. alius forsitan secludatur, et dicatur de[d] te illud: *Tulerunt clavem*[e] *scientiae, nec ipsi* Luc. 11, 52. *intrant nec alios sinunt intrare,* qui forte melius dominicis profectibus respondere potuerant[f]'. Hoc tamen, inspirante Domino[g], habuit proprium, ut, dum singulis singula proferebat, unicuique vitae suae cursum ante oculos praesentaret, ut qui eum audiebat non solum scrutatorem[h] cordis[i] esse crederet, sed quemadmodum testem suae conscientiae fateretur. Et sicut erat circa se severissimus, ita apparebat[k] circa alios pro emendatione[l] districtus.

(19). Adiecit etiam atque compulit, ut laicorum popularitas psalmos et hymnos pararet[1], altaque et modulata voce instar clericorum[a] alii Graece[2], alii Latine

I. Capp. 16—19. 1*a.c.* 2. 3.

Cap. 17. a) ordines 1*a.c (corr.)*. b) adornavit 3. c) convivium 1*c*. d) incitavit 3. e) admonens 3. f) comminebatur *m. al. corr.* comminabatur 3. g) a poenā 1*a*; ad poenam 3, *corr.* h) unum quonque 1*c*. i) *ita* 1*a.c*; egroti 2. 3. k) competentem (1*c*). l) *ita rell.*; infirmi 2.

Cap. 18. a) ministraret 1*c*. b) loco 3. c) nū 1*a*. d) dic. ad te i. 1*a*; dic. i. de te 1*c*; dic. tibi i. 2. e) clavim 3. f) poterant 3; *omnino diversa habet* 2. g) Deo (1*c*). h) scurtatorem 1*a*. i) *ita* 1*a*; c. eum 1*c*; c. (*om.* esse) 2; (c. *om.*) esse 3. k) appareret 3. l) emundatione 3.

Cap. 19. a) cericorum 3, *corr.*

1) *Cf. sermonem Caesarii (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2315*):* rusticus — — poterat — antiphonas et psalmos — — et parare et tenere et frequentius discere, *et Concil. Vasense a.* 529. *ab eodem habitum c.* 1 *(Concilia ed. Maassen I, p.* 56*):* psalmus parare. *Verbum* parare *hic pro 'discere' (Ital. 'imparare') accipitur.* 2) *Inter titulos Arelatenses unus reperitur Graecus; cf. Le Blant, 'Inscriptions chrét. de la Gaule' II. p.* 259. *At Arnold l. l. p.* 533. *locum ad liturgiam Gallicanam cantumque ἅγιος referens, de usu linguae Graecae apud Arelatenses ex eo quicquam concludi posse negavit fortasse recte.*

prosas antiphonasque cantarent, ut[a] non haberent spatium in ecclesia fabulis[1] occupari[b]. Praedicationes quoque conpunctissimas[2], tempore[c] vel festivitatibus congruentes, instituit pariter et invexit.

(20). Infirmis vero adprime[a] consuluit[b] subvenitque, eis et spatiosissimam deputavit domum, in qua sine strepitu aliquo[c] basilicae opus sanctum possint[d] audire; lectos, lectuaria[3], sumptos[e] cum persona, quae obsequi[f] et mederi possit, instituit. Locum libertatemque suggerendi captivis et pauperibus non negavit. Praecipiebat ministro[g] suo semper, dicens: 'Vide, si aliqui[c] pauperum pro foribus adstant, ne pro quiete nostra forsitan[h] trepida et verecunda paupertas[i] ad peccatum nostrum praestolans, patiatur iniuriam. Non[k] enim implebitur regulariter ordinis nostri censura, si differamus miseros respicere vel audire, qui nos de diversis provinciis aerumnarum causa noscuntur expetere'. Data etiam redemptione, prout causa extitit, commendatosque addens, qua tutarentur, orationem laxavit[k]. Trahensque longa de profundo corde suspiria, dicebat: 'Vere factus est Christus blaterator[l, 4] et garrulus[m] sordidus[n], et tamen rogat omnes, suadet[o], admonet, contestatur. Addebat etiam nostris procul dubio profectibus[5] in praesenti saeculo pauperes impertitos, quibus nunc fideiussore Christo commodaremus[p] in terris, quod postea reciperemus[q] in caelis'. Interim[r] etiam adiit Dei servus ob remedium Arelatensis ecclesiae Alaricum Wisigothorum regem, ad quem tunc Arelatensis civitas pertinebat, invisere. A quo est reverentia tanta susceptus, ut cum esset Arriana barbarus[s] perversitate subversus, summo tamen cultu summaque reverentia cum proceribus suis Christi servum veneraretur pariter et ditaret. Namque pecunias captivorum profuturas remediis impertivit[t] et dati firmitate praecepti ecclesiam in perpetuum tributis fecit inmunem[r, 6].

I. Cap. 19. 1*a.c.* 2. 3. *Cap.* 20. 1*a.b* (*ad v.* 10). *c.* 2. 3.

Cap. 19. a) *ita Mab.;* et *codd.* b) *ultima littera periit* 1*c.* c) temporę 1*c*; tēpr̄ 1*a*; tempori 3; temporibus 2.

Cap. 20. a) adprimis 1*b.c.* b) consoluit 1*b.* c) aliquis 1*b.* d) possit 1*b.* e) sumptus 3. f) assequi 1*c.* g) ministros suos 1*b.* h) forsitam? *pr. m.* 3. i) potestas (1*c*). k) *ita* 3; Non — laxavit *om. rell.; finem cap. et c.* 21—27. *om.* 1*b.* l) *ita* 3; blatterator 2; platerator 1*a*; protelator 1*c.* m) et *add.* (1*c*). n) *ita scripsi*; surdus (*corr.* surdis 3) *codd.* o) et *add.* 3. p) *ita* 3; commendaremus *rell.* q) reciperemur 1*a.c.* r) *ita* 3; Interim — inmunem *om. rell.* s) (bar *m. al. suppl.*)barus 3. t) impetivit 3, *corr.*

1) *Cf. sermonem Caesarii (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2276*):* dum ipsae lectiones leguntur, aliqui ex illis ita otiosis et saecularibus fabulis occupantur, ut eas nec ipsi audiant nec alios audire permittant. — — Et ita vos in ecclesia continete, ut nullus ex vobis otiosis aut terrenis se fabulis studeat occupare, *aliumque ad laicorum psallentium spectantem (Migne l. l. col.* 2077*):* Qui vero neglegentes sunt et ad ecclesiam non solum tarde veniunt, sed etiam priusquam mysteria compleantur, abscedunt, et in ipsa ecclesia otiosis fabulis vacantes, nec ipsi psallunt nec alios psallere vel orare permittunt, qui tales sunt, cito se corrigant; *item Migne l. l. col.* 2281. 2287. 2) *Compunctus i. e. conscientiam stimulans.* 3) *I. q. toralia.* 4) *Idem quod blatero. Pauperes seu membra Christi intelleguntur, monente Stiltingo; cf. sermonem Caesarii (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2335*):* Christus enim, qui omnibus hominibus munera sua largitur, in suis pauperibus egere et esurire et algere dignatur, *aliumque (ib. col.* 2330*).* 5) *Cf. Caesarii sermonem (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2336*):* Nam et pauperes ideo esse voluit *(scil. Deus),* ut divites haberent, quomodo peccata sua redimerent. 6) *De ecclesiae Arelatensis immunitate v. supra p.* 456. *Ad eam confirmandam testamentum Caesarii confictum est (Pardessus, Dipl. I, p.* 106*):*

(21). Sed tranquillitatem[a] huius sancti viri post paucos dies aemula diaboli perturbavit[b] adversitas, et cui non habebat quae opponeret vitia corporis, crimen obicit[c] traditoris[d]. Etenim post aliquod[e] tempus perditus[f] quidam de notariis beati viri Licinianus[g] nomine assumpsit gerere in virum apostolicum, quod discipulus[f] Iudas non timuit adversus[h] salvatorem nostrum, Dei filium, perpetrare. Veneno enim saevissimae[i] accusationis[k] armatus[l], suggessit per auricularios Alarico regi, quod beatissimus[m] Caesarius, quia[n] de Galliis haberet originem, totis viribus affectaret territorium et civitatem Arelatensem Burgundionum ditionibus subiugare, cum ille[o] praestantissimus utique pastor, flexis genibus[p], pacem gentium, quietem urbium diebus ac noctibus a Domino generaliter postularet. Qua magis causa credendum est, instinctu diaboli ad exilium sancti viri ferocitatem fuisse barbaram concitatam. Non enim acceptus aut gratus est inimico is[q] qui orat, ut eius contradicatur operibus. Igitur instigatione praesentium nec innocentiae[r] fides adtenditur, nec accusationis veritas flagitatur, sed falsis et inlicitis accusationibus condempnatus, cum ab Arelato fuisset abstractus, in Burdigalensem[s. 1] civitatem est quasi in exilio religatus[t]. 505.

(22). Sed ut in eo Dei gratia non lateret, casu accidit, ut nocte quadam civitas saevo flagraret incendio, populique velociter concurrentes ad Dei hominem, proclamarent[a]: 'Sancte Caesari, orationibus tuis extingue ignem saevientem'. Quod cum vir Dei audisset, dolore et pietate commotus, venienti flammae obvius in oratione prosternitur et statim flammarum globus[b] fixit et repulit. Quo viso[c], omnium concurrentium vocibus divinae per eum laus est celebrata potentiae. Post hanc[d] virtutem tanta admiratione ab omnibus habitus est, ut in eadem urbe non solum ut sacerdos, sed ut apostolus haberetur, et auctor persecutionis eius[e], id est diabolus, confunderetur, qui eum quem nisus fuerat reum asserere videbat divini operis miraculis eminere[f]. Quod ita factum fideli narratione[g] comperimus.

(23). Instruxit itaque et ibi et ubique semper[a] ecclesiam reddere quae sunt[b] Matth. 22,21.
Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo, oboedire quidem iuxta apostolum regibus cf. Rom. 13.
et[c] potestatibus, quando iusta[d] praecipiunt, nam[e] despectui habere in principe
Arriani dogmatis pravitatem. Sic, testante[f] veritate, non potuit lucerna abscondi Matth. 5, 14. 15.

I. Capp. 21—23. 1*a.c.* 2. 3.

Cap. 21. a) transquill. 2; tranquillatatem 3, *corr.* b) per(turbavit ad *postea suppl.*)versitas 3. c) obiecit 1*a.* 2. d) pro::: | ditoris (*ras.* dit?) 3. e) aliquot 1*c.* 2. f) *om.* 3. g) Lucianus 1*a.* 2. h) a. dominum s. n. (D. f. p. *om.*) 3. i) saevae (1*c*). k) accutionis 1*c.* l) *corr.* armatur 1*c.* m) beatus 3. n) qui de G. habebat 1*c.* o) u. pr. ille (1*c*). p) senibus? 3, *corr.* q) his 1*a.* r) innocentium 2. 3. s) *ita* 1*a.* 3; Burdeg. 1*c.* 2. t) *ita* 1*a.* 3; releg. 1*c.* 2.

Cap. 22. a) proclamarunt (1*c*). b) *ita* 1*a.c*; globos 2. 3. c) visus 1*a*, *corr.*; vis 1*c.* d) haec (*om.* v.) 3. e) *om.* (1*c*). f) celebrari 3. g) *ita* 3; ratione 1*a.* 2; relatione 1*c.*

Cap. 23. a) ęccl. s. 1*a*; ecclesias ut s. redderentur 2. b) q. Dei sunt Deo et quae Cesaris Cęsari 1*a*; q. s. Dei Deo et q. s. Cesaris Cesari 2. c) *om.* 3. d) iuxta 3, *corr.* e) et 1*c*; *om.* 2. f) *ita* 1*a*; sic v. testante 1*c*; de stante vero veritate 2; sic teste v. 3.

Additur et hoc, quod Deus misericors per parvitatem meam etiam immunitate tributorum tam iuxta urbem et infra, quam etiam in suburbanis et villis ex maxima parte concessit, *et infra:* ut supra iam dixi, pietas divina concessit, ut per meam humilitatem munitas ecclesie in tot capitibus daretur. 1) *Burdigalae Caesarius cum Ruricio convenit; cf. Auct. antiq. VIII, p. LXIV. Quae urbs cum a.* 498. *a Francis capta esset (cf. Prosperi cont. Havn., Auct. antiq. IX, p.* 331*), postea eam a Gothis recuperatam esse necesse est.*

posita[a] super montem[1], sed quocumque accessit[b], cunctos illuminavit radians super candelabrum Domini.

(24). Post haec[a], comperta beati[b] viri innocentia, poscit nefarius princeps, quatinus sanctus antistes ad pristinam reverteretur ecclesiam, seque civitati pariter praesentaret et clero; accusatorem vero eius lapidare[c, 2] rex praecepit. Iamque cum lapidibus populi concurrentes[d], subito ad aures eius iussio regis pervenit. Statim festinus adsurgens, intercessione sua vir sanctus non tam vindictae suae accusatorem dari voluit, quam supplicatione[e] propria maluit penitentiae reservari, ut animam eius per penitentiam curaret Dominus, quam[f] per falsam proditionem captivam[g] fecerat inimicus, et domestico hosti clementer indulgens, antiquum adversarium in una causa conscientia pura bis vinceret.

(25). Hoc etiam specialius servus Dei studuit[a] custodire, ut sive de servis seu de ingenuis obsequentibus sibi numquam extra legitimam disciplinam, id est XXXVIIII[3], quisquis peccans acciperet[b]. Si vero in gravi fuisset culpa deprehensus, permittebat, ut post dies[c] aliquod[d] paucis iterum caederetur, hoc[e] ordinatores praepositosque ecclesiae suae[f] contestans, quod si quis amplius neglegentem[g] caedi praeciperet, et pro ipsa disciplina homo mortuus fuerit, reus esset[h] homicidii, cuius imperio factum fuerit.

(26). Cumque[a] nuntiatus fuisset homo[b] Christi reverti atque imminere prope[c] civitati, egreditur in occursum ipsius[d] tota fraternitas totusque[e] sexus cum cereis et crucibus, psallendo sancti viri opperiens introitum[f]. Et quia facit suos trepudiare[g] virtutibus Christus et perfidos aperta mirabilium luce confundi, in adventu servi sui Dominus arentem[h] terram longissima siccitate largissimo imbre perfudit, ut fructuum[i] fecunditas sequeretur, quando revertebatur sibi placitus dispensator.

(27). Post[a] haec quadam die prospiciens de[b] altario, vidit aliquos, lectis[c] euangeliis, de[d] ecclesia foris[e] exire[4], qui verbum beati[f] viri, id est praedicatio-

I. Capp. 23—27. 1*a*. *c*. 2. 3.

Cap. 23. a) *ita* 1*a*; supra montem p. 1*c*; p. supra candelabrum 3; sub modio (*om.* p.) 2 *e coniectura*. b) *ita* 1*a*. *c*; q. a., c. illuminabat, radiens supra c. D. 2; q. se verterit radians candelabrum illuminat 3.

Cap. 24. a) *om.* 3. b) i. b. v. 1*a*. *c*. c) lapidari 2; r. pr. lapidari 1*c*. d) concurrebant 1*a*. *c*. 2. e) supplicationē 1*a*. f) quem 1*c*. g) captivaverat i. 3.

Cap. 25. a) :: studuit 3. b) acceperit 3. c) *om.* 1*c*. d) *ita* 1*a*; aliquot *rell.* e) *ita* 3 (*cf. supra p.* 455); h. o. *om.* 1*a*. *c*. 2. f) *om.* 1*a*. *c*. 2. g) negleg:ent, *ras.* 1, 3. h) erit 3.

Cap. 26. a) igitur *add.* 1*a*; Cum igitur n. 2. b) hominem Christi 2; sanctus *pro* h. Chr. 3. c) *ita* 1*c*. 2; propere 1*a*; propius 3. d) eius 3. e) totiusque 1*c*. f) ingressum (1*c*). g) tripudiare 1*c*. 2; repudiare 1*a*; repudiari *m. al. corr.* trepudiari 3. h) t. a. 1*c*. i) fructum (1*c*).

Cap. 27. a) (P. h. *om.*) Q. vero d. 3. b) ab altari 3. c) lecto euangelio 3. d) ab 3. e) *ita* 1c (*cf. Bonnet, 'Latin' p.* 579); foras (1*a*). 2; *om.* 3. f) verbum eius ded., *omissis mediis*, 3.

1) *Verba quae ad civitatem in scriptura sacra (Matth.* 5, 14*) spectant ad lucernam (ib. v.* 15*) rettulerunt biographi.* 2) *Lege Romana Visig. constitutum erat, ut calumniatores infames effecti in exilium detruderentur; cf. Arnold l. l. p.* 221. 3) *Cf.* 2. *Cor.* 11, 24: A Iudaeis quinquies quadragenas, una minus, accepi. 4) *Cf. Caesarii sermonem (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2276*)*: Rogo vos, fratres carissimi, et paterna pietate commoneo, ut quoties aut in die dominico aut in aliis maioribus festivitatibus missae fiunt, nullus de ecclesia discedat, donec divina mysteria compleantur. Et quamvis multi sint, de quorum fide et devotione gaudeamus, sunt tamen plures, minus de salute animae suae cogitantes, qui, lectis divinis lectionibus, statim de ecclesia foris exeunt, *homiliam VIII*

nem, dedignabantur in primo[a] cognoscere. Ilico currens[b], clamavit ad[c] populum: 'Quid agitis, o filii, quo ducimini[d] foris[e], mala suasione[f] subversi? State pro animabus vestris ad verbum admonitionis et audite solliciti; hoc vobis in die iudicii facere non licebit. Moneo et clamo[g]; non ergo estote fugitivi vel surdi. Contestor[h], ecce! oris mei bucina, quia[i], si anima cuiusque vestrum fuerit diaboli mucrone perempta, non tenebor de taciturnitate culpabilis'. Ob hoc saepissime hostia post euangelia claudi fecit, donec, Deo volente, gratularentur cohertione[1] et provectu[k], qui fuerant ante[l] fugitivi.

(28). Concepit igitur mente homo Dei, ut semper, regnante Domino, divinitatis[a] instinctu non solum clericorum[2] catervis innumeris, sed etiam virginum choris Arelatensium ornaretur ecclesia, et[b] civitas[c] muniretur, quatinus plenariam[d] segetem non[e] infructuosus agricola caelestibus horreis et superstis[f] conderet et receptus[3] sequacitate[g, 4] sua doceret inferri. Sed[h] dispositionibus istis diabolicae invidiae obviavit[i] aliquantisper adversitas. Etenim, obsidentibus Francis ac Burgundionibus civitatem, iam enim[k] Alarico rege a victoriosissimo rege[k] Chlodoveo[l] 507.
in certamine perempto[5], Theudericus[m] Italiae rex Provinciam istam, ducibus missis, 508.
intraverat[6]. In hac ergo obsidione monasterium, quod sorori[n] seu reliquis virginibus inchoaverat[o] fabricari, multa ex parte destruitur, tabulis ac[p] cenaculis barbarorum ferocitate direptis pariter et eversis. Dumque laborem[q], quem[r] festinus urguebat manuque[s] propria et sudore construxerat, everti videret et destrui, geminato coepit merore consumi.

(29). Tunc quidam e[a] clericis concivis[b, 7] et consanguineus ipsius[c], captivitatis timore perterritus et iuvenili levitate permotus, diaboli contra servum Dei armatus[d] instinctu, funiculo per murum sese[e] nocte submittens, ultro offertur in crastino[f] sceleratissimus[g] obsidentibus inimicis. Quod ubi Gothi intrinsecus agnoverunt, inruunt in sanctum virum populari[h] seditione, certe[i] et Iudaeorum turba

I. Cap. 27. 1*a. c.* 2. 3. *Cap.* 28. 1*a. b* (*ad v.* 13). *c.* 2. 3. *Cap.* 29. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 27. a) *ita* 1*a. c.* 2; (in pr. *om.*) audire 3. b) occurrens (1*c*). c) ad p. *om.* 3. d) ducemini 1*a*. e) *ita h. l.* 1*a. c.* 2; foras 3. f) persuasione 1*a*. 2. g) contestorque *add.* 1*c*. h) *ita* 1*a*. 2; c. *om.* 1*c*; e. *om.* 3. i) quasi 1*c*. k) proventu 3. l) *ita* 1*a*. 2; *om.* 1*c*. 3.

Cap. 28. a) divino (1*c*). b) *om.* 1*b*. c) m. c. 1*a*. 2. d) plenarum 1*b*. e) nū 1*a*. f) *ita* 1*a. b*; superstes *rell.* g) sequa civitatem (*om.* sua) 1*b*. h) *finem cap. et c.* 29. *om.* 1*b*. i) obviat 3. k) *om.* (1*c*). l) Chlodeveo *corr.* Chlodoveo 1*a*; Clodoveo *rell.* m) Theod. 1*c*. 2. n) sororis *pr. m. et add.* suae 3. o) inchoabat 1*a. c.* p) a 3, *corr.* q) labore 1*a*. r) que? *corr.* qui 1*c*. s) que *om.* 1*c*.

Cap. 29. a) q. clericus 1*c*. b) con:ivus *pr. m. corr.* concivis 3. c) ipseus 3, *corr.*; eius 2. d) *om.* 1*c*. e) in *add.* 1*c*. f) crastina 1*a*. g) *ita* 1*a*; sceleratissimis 1*c*. 2; scelestissimus 3. h) popularium 1*c*. i) *ita rell.*; pariter 1*c*.

(ed. Baluze p. 58 sqq.), Concil. Agath. a. 506, c. 47: ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat. 1) *I. q. coercitio; cf. Ducange s. v. cohercio.* 2) *Cf. Hormisdae papae privilegium (AA. SS. Ian. I, p. 736)*: in Arelatensi ecclesia super clericorum et monachorum excubias consuetas puellarum quoque Dei noviter choros instituisse te, directis litteris, indicasti. 3) *Scil. caelo.* 4) *Suppleas discipulorum; v. infra I, 59.* 5) *Ita etiam Greg., H. Fr. II, 37; is vero auxilii Burgundionum consulto, ut opinor, mentionem non fecit.* 6) *Cf. Cassiod. chron. a.* 508: His consulibus contra Francos a domno nostro destinatur exercitus, qui Gallias Francorum depraedatione confusas, victis hostibus ac fugatis, suo adquisivit imperio. *Gothi universi die 24. Iunii ad hanc expeditionem convenire iussi sunt; v. Cassiodori Var. I, 24, eaque quae de hoc bello disseruit Mommsen p. XXXI sq. E ducibus Ibba et Tuluin item a Cassiodoro commemorantur.* 7) *Cabillonensis scilicet.*

inmoderatius perstrepente atque clamante, quod in traditionem civitatis ad[a] adversarios personam compatrioticam noctu destinasset antistes. Nihil ergo fidei, nihil probationis[b] nihilque purae conscientiae reservatur, Iudaeis praesertim et haereticis id ipsum absque reverentia et moderatione ulla[c] clamantibus. Extrahitur igitur[d] e domo ecclesiae antistes atque in palatio artissimae custodiae mancipatur[e], quatinus sub nocte aut profundo Rodani[f] mergeretur aut certe in castro Ugernensi[g. 1] teneretur detrusus, donec exilio et tribulatione ipsius amplius baccharetur adversitas.

(30). Domus vero[a] ecclesiae et cubiculum antistitis Arrianorum mansionibus constipatur. Unus tamen ex ipsis[b] Gothis, qui se in lectulo illius, aliis contradicentibus, conlocavit, a[c] divinitate percussus, alia[d] die mortuus[e] est, ut servi Dei locum nullus de reliquo auderet polluta conscientia violare. Cum[f] ergo ex utraque ripa[g. 2] drumonem[3] quo iniectus fuerat obsidione hostium Gothi Dei nutu[h] subigere[i] non valerent, revocantes sub nocte in palatio sanctum virum, personam ipsius texere silentio, ut, utrum viveret, nullus catholicorum posset[k] agnoscere.

(31). Dum ergo, diabolo[a] exultante, ista geruntur in gaudio Iudaeorum, qui in nostros ubique sine ullo respectu perfidiae probra ructabant, nocte quadam unus ex caterva Iudaica de[b] loco, ubi in muro vigilandi curam[c] sorte susceperant[d], illigatam[e] saxo epistolam, quasi inimicos percuteret, adversariis[f] iecit, in qua nomen sectamque designans, ut in loco custodiae eorum scalas[g] nocte mitterent, invitavit[h], dummodo ad vicem impertiti beneficii nullus Iudaeorum intrinsecus captivitatem perferret[i] aut praedam. Mane vero, amotis aliquantulum a muro inimicis, egredientes quidam extra antemurale, inter parietinas, ut[k] solet, repertam epistolam intro[l] deportant et publicant cunctis in foro. Mox persona producitur, convincitur
cf. Dan. 6,23. et punitur. Tunc[m] vero[n] saeva Iudaeorum immanitas, Deo et hominibus invidiosa, tandem aperta luce confunditur. Mox Danihel[o] quoque noster, id[p] est sanctus
Ps. 7,16. Caesarius, de lacu leonum educitur, et satraparum accusatio publicatur, et impletum est de eorundem[q] auctore: *Lacum aperuit et effodit eum et incidit in foveam*[r] *quam fecit.*

I. *Cap.* 29. 1*a.c.* 2. 3. *Cap.* 30. 1*a.b* (*ad v.* 12). *c.* 2. 3. *Capp.* 31. 1*a.c.* 2. 3.

Cap. 29. a) *ita* 3; (ad *om.*) adversarios (adversariis 1*c.* 2) *rell.* b) probatione 1*a.* c) *e corr.* ullam 3; *om. rell.* d) *ita* 3; Extrahitur d. 1*a*; Extrahitur de d. 2; Extrahatur a d. 1*c.* e) mancipetur 1*c.* f) *m. al. corr.* Hrod. 3; Hrod. 1*c*; Ratini 1*a.* g) t. U. 1*a*; t. donec Vigernensi detr. 2.

Cap. 30. a) *ita* 1*a.b.* 3; igitur 1*c*; enim 2. b) ipsi 1*c.* c) c. nutu Dei p. 3 (*v. infra n.* h). d) postera 3. e) interiit, ut 3. f) Cum — *c.* 35. turbines et procellas *om.* 1*b.* g) *in ras.* 1*c*; parte 2. h) dispositione *pro* nutu 3. i) *ita scripsi;* subrigere *codd.* k) possit 1*c.*

Cap. 31. a) i. d. e. 3. b) do 3, *corr.* c) *om.* 1*c.* d) *ita* 1*a.c*; susceperat 2. 3. e) *ita* 3; ligatam *rell.* f) adversari(us *in ras.*) 1*a*; adversarios 3. g) scalam 3. h) intimavit 3. i) inferret 3. k) ut solent 3. l) *ita* 1*a.* 2; d. i. 1*c*; i. *om.* 3. m) Tum 1*c.* n) *om.* 3. o) Daniel 2. p) videlicet s. 3. q) a. e. 1*a.c.* 2. r) fovea? *pr. m.* 1*c.*

1) *Erat, ubi hodie oppidum Beaucaire (dép. Gard, arr. Nîmes) situm est; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 437. 2) *Situm loci ita descripsit Cassiodorus, Var. VIII,* 10: Arelatus est civitas supra undas Rhodani constituta, quae in orientis prospectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorsa transmittit. *In utraque ripa urbs sita erat, quare duplex ab Ausonio vocatur; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 436. 3) *Immo dromonem.*

(32). Fugatis[a] denique obsidionibus et Arelato Gothis cum captivorum inmensitate reversis, replentur[b] baselicae[c] sacrae, repletur[d] etiam domus ecclesiae constipatione infidelium, eisque in grandi[e] penuria alimenta pariter et vestitum[f] homo Dei inpertitur[g] affatim, donec singulos redemptionis munere liberaret, expenso argento omne[h], quod venerabilis Eonius antecessor suus[i] ecclesiae mensae reliquerat, custodiens illud, quod Dominus non[k] in aurato vase tinxit panem, non in argenteo[l] vase, et discipulis praecepit non possidere aurum neque argentum. Opus vero sanctum usque ad divini ministerii dispensationem[m] peragitur. (cf. Matth. 10, 9.) Etenim, thuribulis, calicibus patenisque pro eorundem[n] redemptione datis, sacratae[o] templi[p] species pro veri templi redemptione venduntur. Videntur[q] etiam hodieque[r] securium[s] ictus in podiis et[t] cancellis, dum inde colomellarum[u] ex argento facta[v] excutiuntur ornamenta, hoc vir Dei[w] dicens: 'Ne rationabilis homo sanguine Christi redemptus, perdito libertatis statu, pro obnoxietate aut Arrianus forsitan[x] efficiatur[y] aut Iudaeus aut ex ingenuo servus aut ex Dei servo[z] hominis'.

(33). Ornavit enim per[a] hoc et tutavit, non deformavit ecclesiam; aperire fecit filiis matris viscera, non dampnari, hoc saepissime dicens: 'Velim[b] tamen, dicerent darentque[c] mihi rationem aliqui mei[d] domini sacerdotes sive reliquus clerus, qui nescio quo superfluitatis amore nolunt dare insensibile argentum aut aurum de donariis Christi pro mancipiis Christi. Velim[1], inquam, dicerent, si sibimet casualiter[e] ista adversa contingerent, utrum se cuperent istis[f] insensibilibus liberari[g] donariis, aut forsitan sacrilegum[h] computarent, si his[d] aliquis de divinis munusculis subveniret. Non credo contrarium esse Deo[i], de ministerio suo redemptionem dari, qui se ipsum pro hominis[k] redemptione tradidit'. Videmus ex hoc aliquos laudare quidem[l] factum sancti viri et tamen nullatenus aemulari. Nonne in vitro sanguis Christi et in ligno corpus pretiosissimum[m] eius pependit pro[n] nobis et fulsit?

(34). Nos tamen credimus et in[a] Domino confidimus, quia per misericordiam et fidem seu orationes[b] beati Caesarii[c] sic in diebus suis[d] Arelatensis quidem[e] obsessa est civitas, ut tamen[f] nec captivitate[g] meruit[h] nec praedae subcumbere[2].

I. Capp. 32—34. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 32. a) *ita* 3; In A. vero G. *rell.* b) implentur 1*a*. 2. c) basẹlicae 1*a*; basilic. *rell.* d) replentur 3. e) *om.* 3. f) vestes 3. g) aff. inpertitus est, d. 3. h) *ita* 1*a*; omni a. 3; o. *om.* 1*c*. 2. i) eius 3. k) *ita* 3; in arantino (*sic* 1*a*; ara antino 1*c*; *om.* 2) parapside t. panem 1*a. c.* 2. l) argento 1*c*. m) dispensatione 1*a*. n) eorum 3. o) *addunt* vero 1*a*, que 1*c*, capse 2, quidem 3. p) *ita solus* 3; templi species pro (*habet* 2) veri *om. rell.* q) Visuntur 3. r) *ita* 1*a*; que *om.* 3; e. (h. *om.*) quod 1*c*; e. usque h. 2. s) securi: i::ctus 3. t) in *add.* 3. u) *ita* 1*a*; columnellarum 3; columpnarum 1*c*; columpnis 2. v) facta *om.* 1*a. c.* 2. w) faciebat *add.* 2. x) forsan 3; *om.* 1*c*. y) efficitur 3, *corr.* z) *ita* 1*a*; servus *add.* 2; aut ex servo ingenuus. O. 1*c*; mutata Dei in hominis servitutem *pro verbis* aut ex D. s. h. 3.

Cap. 33. a) per hoc *om.* 1*c*. b) Verum 1*c*. c) darenque 3, *corr.* d) *om.* 1*c*. e) causualiter 1*c*. f) *ita* 3; isti 1*a*. 2; *om.* 1*c*. g) liberare 3. h) sacrilegium 1*c*; seredigum 1*a*; secum bonum *pro* sacr. 2. i) Domino 3. k) r. h. 2. 3. l) quendam 1*c*. m) eius pr. 2; pr. *om.* 3. n) *ita* 1*c*; pro nobis *ante* pependit 1*a*; pro n. et f. *in transitu a pag. ad pag. om.* 3.

Cap. 34. a) conf. in domino Deo per 1*c*. b) orationem 1*c*. c) quia *add.* 1*c*. d) ab hostibus *add.* 1*c*. e) siquidem 2; *om.* 1*c*. f) *om.* 1*c*. g) *ita pr. m.* 1*a*; captivitati *rell.* h) *ita* 1*a*. 2; meruerit 3; meruerint 1*c*.

1) *Similiter Caesarius alia occasione:* vellem, *inquit,* ut mihi diceret, si sibi hoc vult a servo suo [fieri], quod ipse facit Domino suo? *(Homilia IV, ed. Baluze p. 27).* 2) *Theodericus,*

Sic deinde a[a] Wisigothis ad Austrogothorum[b] devoluta est regnum; sic hodieque in Christi nomine gloriosissimi regis Childeberti[1] subditur ditioni, ut, sicut legi- Ps. 104, 13. 14. mus, *transierunt de gente in gentem et*[c] *de regno ad populum alterum, et non permisit Deus hominem*[d] *nocere* Arelatensibus suis.

(35). Instar[a] igitur monasterii[2], praecipue[b] quod[c] sorori praeparare[d] coeperat[e], et[f] instar prioris normae et singularitate claustri[g], ipse, — vero siquidem nihil obviat mysterio quod congruit[h] christiano, — quasi recentior[i] temporis nostri[k] cf. Gen. 6. Noe, propter turbines et procellas sodalibus[l] vel sororibus[m] in latere ecclesiae monasterii[3] fabricat archam. Evocat[n] Massiliensi monasterio[4] venerabilem germanam suam Caesariam[p], quam inibi[q] ideo direxerat, ut disceret quod doceret et[r] prius esset discipula quam magistra, et[s] in praeparatis[t] habitaculis cum dua- 512. Aug. 26. bus[u] aut tribus interim sodalibus intromittit. Inde[v] conveniunt inibi virginum multitudines catervatim; facultatibus[5] quoque et parentibus renuntiantes, respuunt mortalium flores fallaces pariter et caducas[w]. Caesarii patris, Caesariae matris[x] ex- cf. Matth. 25, 10. petunt gremium, quatinus cum eodem, accensis lampadibus[6], caelestis regni ianuam praestolentur, et competenter ingressae, Christi perpetuis mereantur amplexibus inhaerere, ita retrusae, ut usque[y] diem transitus earum nulli[z] liceat foris ianuam egredi de[a] monasterio[7].

(36). Pro[a] ista denique causa proque hoc studio procul dubio contra[b] servum Christi diabolus ut leo rabidus[c] intumescens, iterum accusatione confecta, extrahi ab Arelate[d] antistitem facit et in Italia[e] sub custodia Ravennam usque[f] cf. Sap. 3, 6. perduci, ut impleretur in eo: Sicut probatur aurum et argentum in fornace, ita cf. Tit. 1, 1. corda electorum apud Deum. Adiit[g] palatium, regem quoque[h] Theudericum[i]

I. Cap. 34. 1*a. c.* 2. 3. *Cap.* 35. 1*a. b* (*v.* 8—11). *c.* 2. 3. *Cap.* 36. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 34. a) ad isigothis 1*a.* b) Astrog. 3; Austrasiorum 2. c) *om.* 1*a.* d) D. sub illo homine 1*a. c*; a., Christo ergo custodiente, conservatur isdem beatus Arelat. 2.

Cap. 35. a) *ita scripsi*; Inter ista igitur monasterium *codd.* b) pr(a)ecipue(ę) 1*a.* 3; praecipuum 1*c*; *textum omnino immutat* 2. c) proprie *add.* 2; suae *post* sorori *add.* 1*c.* d) parare 1*c.* e) ceperant *corr.* ceperat 3. f) ad 2; *om.* 1*c.* g) reaedificavit *add.* 1*c.* h) congregavit 1*a.* i) recensior 1*c.* k) *pr. m. suppl.* 3. l) *in* sodalibus *redit* 1*b.* m) sorori 1*b.* n) Et vocat: M. *corr.* Evocat M. 3; Evocat e M. 1*a. b*; Evocatque de M. 2; Evocataque a M. 1*c.* o) venerabili germana sua Caesaria 1*c.* p) Caesaream 1*b*: *malim* Casariam; *v. supra p.* 437. q) illuc 3. r) ut 1*b.* s) *om.* 1*c*; *finem cap. et c.* 36—38. *om.* 1*b.* t) praeparata habitacula 3. u) duobus 1*a.* v) inde *om.* 1*a. c.* 2. w) caducos 3. x) matres 1*a.* y) ad *add.* 2; in *add.* 1*c.* z) non 3; nulla l. f. ianua 1*a.* a) *ita* 1*a. c.* 2 *cum Reg. Caes.*; egr. monasterii 3.

Cap. 36. a) Qua de causa 3. b) cūtra 1*a.* c) rapidus 3, *corr.* d) Arelatæ 1*a*; Arelato 3. e) Italiam 3. f) Ravennamque p. 1*c.* g) *ita* 1*a*; At ut p. 3; Adiit ergo p. 1*c.* 2. h) *om.* 3. i) Theudoricum 3; Theodericum 1*a. c.* 2; cum *add.* 1*c.*

Arelatenses, *inquit,* nostris partibus perdurantes, gloriosae obsidionis penuriam pertulerunt *(Cassiod., Var. III,* 32*). Eis Deum pepercisse Caesarius in eo quem post obsidionem habuit sermone (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2316*) ipse affirmavit.* 1) *Vide infra II,* 45. 2) *V. supra c.* 28. 3) *Monasterium virginum Arelatense, quod primo S. Iohannis, deinde conditoris ipsius nomen ferebat, re vera in latere ecclesiae, scilicet maioris S. Stephano dicatae, neque, id quod Malnory l. l. p.* 259, *maluit, in suburbio renovatum esse, ex c.* 26. *libri II. intellegitur.* 4) *Monasterium mulierum Massiliense a Cassiano conditum (Gennadius c.* 62*) primo S. Mariae, deinde conditori ipsi sacrum erat (v. Gregorii I. privilegium a.* 594, *Jaffé, Reg. n.* 1458 [2]*).* 5) *Cf. Caesarii regulam virginum* § 5 *(AA. SS. Ian. I, p.* 730*).* 6) *Ex regula virginum* § 1: quae cum incensis lampadibus et secuta conscientia Domini praestolamini adventum. 7) *Cf. regulam virginum* § 2.

Christo duce salutaturus, adgreditur. Ut[a] vero rex Dei hominem intrepidum venerandumque conspexit, ad salutandum reverenter adsurgit hac[b], deposito ornatu de capite, clementissime[c] resalutat[d], primum interrogans[e] de labore ipsius atque itineris, dehinc de Gothis suis ac de Arelatensibus affectuose perquirens[f]. Egresso igitur viro sancto pontifice[g] a conspectu regis, suos alloquitur[h] rex, dicens: 'Non[i] parcat illis Deus, qui huius innocentiae virum atque sanctitatis frustra fecerunt itinere tam longo vexari! Qualis ille[k] sit, hinc probatur[l], quia, ingresso eo ad salutandum me, totus[m] contremui[n]. Video', inquid, 'angelicum vultum, video apostolicum virum; nefas arbitror mali quippiam de tam venerando viro censere'[1].

(37). Post[a] haec recepto in diversorio mittit muneris loco pransuro argenteum discum, cuius pensa[2] ad sexaginta libras circiter fungebatur[b, 3], adiectis in[c] eo solidis[d] trecentis, rogante pariter et dicente: 'Accipe, sancte episcope. Rogat filius tuus[e] rex, ut vasculum istum[f] muneris loco dignanter beatitudo vestra percipiat et in usum pro memoria sui habeat'. Ille vero, qui in usum[g] mensae suae argentum numquam habuit absque cocliaria[h], die tertia per ministros suos adpretiatum discum facit publice venundari eiusque pretio coepit[i] captivorum plurimos liberare. Mox, inquiunt[k], regi[l] nuntiaverunt famuli sui: 'Ecce! vidimus in proposito venalium dominicum munus venale, cuius pretium[m] Caesarius[n] episcopus multitudines liberat captivorum. Etenim tanta[o] enormitas pauperum in metatu[p] ipsius est[q] et domus atrio constipata, ut vix ad salutandum eum pro densitate suggerentium miserorum possit accedi. Nam et per[r] plateas innumeras catervas infelicium vidimus cursitantes, euntes scilicet ac redeuntes ad virum'.

(38). Quod ubi factum huiusmodi comperit Theodericus, tanta laude et admiratione praetulit, ut observantes eius palatio senatores ac proceres certatim omnes[a] oblationis suae mercedem per beati viri dexteram cuperent dispensari, divinitus semet proclamantes esse respectos, quod talem pontificem fuissent digni conspicere, qui temporibus[b] illis factis[c] et dictis verus apostolorum successor et apostolicus appareret. Et quia nihil velocius fama percurrit, opere sanctissimo crebrescente, statim sancti viri sancta pervolavit Romam opinio, coepitque inibi a senatu et proceribus, a papa quoque et clericis simulque et popularibus[d] tanto caritatis desiderari[e] fervore, ut ante singulis[f] cordis[g] inhaereret amplexu, quam corporalibus oculis videretur. Interea omnes captivos deultra[h] Druentiam[i, 4] maximeque

I. Capp 35—38. 1*a:c.* 2. 3.

Cap. 36. a) et rex 3. b) *ita* 1*a*; ac *rell.* c) clementer 1*c.* d) resalutavit 1*c.* e) interrogat 2. 3. f) requirens 1*c.* g) *om.* 3. h) rex a. 3. i) Nū 1*a.* k) sit ille 1*c.* l) probate, qui 3. m) totum? *corr.* totus 3. n) contremui: (*ras.* t?) 1*c.*

Cap. 37. a) Episcopo vero rec. 3. b) *ita scripsi*; iungebatur *codd.* c) in eo *om.* 1*c.* d) solidus 3, *corr.*; soldis 1*a.* e) *ita* 3; vester *rell.* f) istud 2. 3. g) usu 1*a.* h) : : cocliaria : : : (*ras.* cl *et* ria) 1*a*; coclearia 1*c.* 2; cocleari 3. i) capt. coep. 1*c.* k) *om.* 2. 3. l) regem 1*a. c.* m) *ita* 1*a.* 3 (*pr. m.*); pretio 1*c.* 2. n) sanctus C. m. 1*a. c.* 2. o) tanta: 3. p) meditatu 1*c*; conspectu 2. q) erat 1*a. c.* 2. r) *postea add.* 1*c.*

Cap. 38. a) omnis eblationis *pr. m.* 3. b) tempora 1*a*, *corr.* c) d. et f. 1*c.* d) populalibus 3. e) desiderare 1*a.* f) *ita* 1*a.* 3; singulorum 1*c.* 2. g) *ita* 1*a.* 3; cordibus 2; corda 1*c.* h) ultra 1*c.* i) Druennam 2; Durentiam 1*c.*

1) *Post bonum huius causae eventum Caesarius litteras dedit ad Ennodium, cuius responsum adhuc superest; cf. Auct. antiq. VII, p.* 321. 2) *I. q. pondus.* 3) *Fungi in digestis pro taxari accipitur; cf. Forcellini h. v.* 4) *Druentia, hodie Durance, fl. Burgundiam finiebat; v. supra p.* 440. *Burgundionibus igitur suis consuluit Caesarius Burgundio.*

Arausici[a] oppidi, qui ex toto[1] fuerat captivitati contraditus, cuius[b] etiam partem[c] Arelate[d] liberaverat redimendo, mox inventos in Italia redemit, ut potuit. Et ut eis libertas plenior redderetur, imposuit cum[e] sumptu iumentis et plaustris in via suorumque[f] solatio et ordinatione[g] fecit ad propria revocare.

(39). Inter haec in[a] praedicta Ravennatium[b] civitate quaedam vidua habebat filium adolescentem praefecturiis[c] officiis militantem, qui indigentiam genetricis[d] emolumentis ac propriis stipendiis sustentabat[e]. Hic puer, subita infirmitate faciente, iacebat exanimis. Cui cum humanae curationis spes omnis[f] et consolatio defecisset, mox mater eius, relicto filio et[g] amisso, ad virum Dei festina[h] percurrit[i], et prostrato[k] corpore oculisque faciem[l] rigantibus, dans insuper ululatus, fide solummodo vigente, beati viri genua complexa, clamavit, dicens: 'Credo, quia miseratio divina ideo hic[m] te, sancte, deduxit[n], ut filium redderes matri'. Flebiliter supplicanti[o] mulieri paululum recusavit, et tamen durum credens, si tales lacrimas non audiret, solita miseratione commotus, volens scilicet sic debitum impendere caritatis affectum et sic in Dei[p] nomine virtutem exercere, ut[q] in omnibus refugeret vanitatem, ad tugurium[r] eius occulte latenterque pervenit.

(40). Fusa itaque prece, solito more prostratus humo[a], ubi divinam virtutem invocationi[b] suae per Spiritum sanctum adesse persensit[c], abscessit[d]; notario[e, 2] suo illo tempore, nunc venerabili viro[f] presbytero Messiano relicto praecepit, ut, cum adolescens ad se reverteretur, sibi protinus nuntiaret. Qui cum ante decumbentis lectulum excubaret, necdum[g] hora expleta[h], puer de mortis est tenebris revocatus et mox, reseratis orbibus oculorum[i], matrem alloquitur, dicens: 'Vade, mater, ad servum Dei festinanter et propera, cuius orationibus tibi vitaeque sum redditus, et age gratias, quod meritis virtutibusque suis Deus dedit effectum'. Illa[k] perniciter advolans adcurrit, gratias non[l] tantum verbis quantum lacrimis et vocibus gaudiisque persolvens postulansque, ut quem Deus per illum isti[m] luci reddiderat, ad Gallias[n] rediens, de suo non pateretur discedere famulatu. Sed beatus ille vir altioris ingenii respondit, eam[o] illi potius debere referre gratias, cuius virtus[p] et pietas omnibus merentibus et lamentantibus[q] adesse consuevit. Huius igitur[r] miraculi magnitudo non solum civitatem illam, sed provinciam cunctam fidelium devotionibus ac nuntiis peragravit.

I. Cap. 38. 1*a. c.* 2. 3. *Cap.* 39. 40. 1*a. b* (*ad v.* 24). *c.* 2. 3.

Cap. 38. a) Aurasici 1*c*; Aurasia 1*a*. b) *om.* 3; sicut 2. c) parte 3. d) Arelato 3; Arelatem 1*c*. e) (cum *om.*)sumptus 2; consumpto 1*c*. f) suorum quos 3. g) ordinationem 1*c*.

Cap. 39. a) in pr. *om.* 1*b*. b) *ita* 1*b*; Ravennacium 3; Ravenna 1*a. c.* 2. c) *ita* 1*b*; praefectoriis *rell.* d) *ita* 1*a*; genitricis *rell.* e) observabat 1*c*. f) omnes 1*b*. g) et (iam velut *add.* 1*b*) amisso 1*a. b.* 2; et *(bis scr.)* amisso *ante* f. 1*c*, *om.* 3. h) festinanter 2; *om.* 3. i) cucurrit (1*b*). 3. k) prostrata 3. l) *ita* 3; *om. rell.* m) huc te 3; te hic 1*b*. 2. n) adduxit 3. o) deprecanti 1*c*. p) Domini Iesu Christi n. v. curationis exercere 1*b*. q) *om.* 3. r) tegurium 3.

Cap. 40. a) *ita* 3; *om. rell.* b) invocationis 1*a*; vocationis 1*c*. c) sensit 1*c*. d) abscessit — nuntiaret. Qui *om.* 1*b*. e) vero *add.* 1*c*; notarioque (*om.* suo) 2. f) *om.* 1*c*. g) nedum 3, *corr.* h) completa 1*c*. i) oculo 1*c*. k) *finem cap. ad cap. II*, 1. *om.* 1*b*. l) nū 1*a*. m) illum ad istam lucem 1*a*, *fortasse recte.* n) Gallos 1*a*. o) eum 1*a*. p) virtutem (?) 1*c*, *corr.* q) clamantibus 1*c*. r) igur 1*c*.

1) *Caesarius,* totae, *inquit,* provinciae in captivitatem ductae sunt *(Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2316*)*. 2) *Messianus notarius cum Egidio abbate libellum petitorium ad confirmanda ecclesiae Arelatensis privilegia Symmacho papae a.* 514. *tradidit; cf. MG. Ep. III,* p. 42; *supra p.* 452.

(41). Medicus etiam diaconus Helpidius[a. 1] regiae[b] potestati ac saeculo[c] famulatu intimus[d], diabolica infestatione non solum reliquis diversis insidiis fatigatus, sed et saxorum quoque imbre in domo sua crebrius adpetitus, sanctum Dei exorat, ut a vexatione ipsa eius mereretur orationibus liberari[e]. Cuius domum sanctificaturus ingrediens benedictae aquae infusione[f] respersit atque ita consuetae[g] vexationis discriminibus liberavit, ut ultra ibi nihil[h] tale contigerit.

(42). Post haec Romam veniens, beato Symmacho[a] tunc papae ac deinde 513. senatoribus et[b] senatricibus praesentatur. Omnes Deo et regi gratias retulerunt, quod meruissent oculis corporeis[c] intueri, quem iam dudum oculis cordis aspexerant. Igitur apostolicum[d] virum non iam fama vulgante, sed corporali praesentia conprobantes, certatim diligere ac venerare[e] coeperunt. Pro[f] qua re papa[g] etiam Symmachus[h], tanta meritorum eius dignitate permotus et[i] tantae sanctitatis ac reverentiae honore provocatus, non solum verissimi[k] eum metropolitani[2] gradibus invexit, sed et concesso specialiter pallii[l] privilegio[m. 3] decoravit. Diaconos quoque[n] ipsius ad Romanae instar ecclesiae dalmaticarum[4] fecit habitu[o] praeminere.

(43). Dehinc ad propria reversus, Arelatensium[a] ingreditur civitatem, psallendo suscipitur secumque, expedita redemptione, octo milia solidorum qui exiliandus ierat ab Italia defert. Etenim die, qua civitatem ingressus est, ecclesiam ad vesperam benedictionem daturus intravit. Et[b] ecce! una[c] feminarum subito[d] tremore correpta, cum spumis[e] eiulans et proclamans extitit[f]; pavefactis quoque[g] in ecclesia cunctis, erupit. Quae adprehensa[h] hinc atque inde[i] manibus, beato viro ante altare ilico praesentatur, exorantibus cunctis, ut, depulsa peste, redintegrari mulierem[k] faceret sospitate[l]. Tunc solo[m] more suo pro eadem in oratione prosternitur, et inponens[n] capiti[o] manum, omnesque[p] sensus ac vultum tactu olei sacri per-

I. Capp. 41—43. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 41. a) Elp. 1*a. c.* 2. b) regia potestate 1*c.* c) *ita* 3; sedulo 1*a. c*; sedulus 2. d) infi:-mus, *ras.* r 1*a.* e) liberare 1*a. c.* f) infusionem 1*c.* g) que *add.* 1*c.* h) nil 3.

Cap. 42. a) Symmaco 1*a*; Simmacho 1*c*; Simacho 3. b) ac 3. c) corporis 3, *corr.* d) v. a. non tam 1*c.* e) *ita* 1*a*; venerari *rell.* f) Quocirca p. 3. g) e. p. 1*c.* h) Symmacus 1*a*; Simmachus 2; Simmacus 1*c*; Simachus 3. i) *ita* 3; et — provocatus *om. rell.* k) *ita* 3; verissime eum metropolitan(a)e (metropolitanum *corr.* metropolitano 2) h. suscepit (suspexit 1*c*) 1*a. c.* 2. l) pallei 3. m) d. pr. 1*c.* n) quoque *om.* 1*a. c.* 2. o) habitum 1*c.*

Cap. 43. a) Arelatensem 1*c.* b) *om.* 1*a.* c) una ex feminis 1*a. c.* 2. d) *om.* 1*c.* e) supmis 1*a.* f) extitit *om.* 1*a. c.* 2. g) *om.* 1*a. c.* h) ap(preensa *m. al. in ras.*) 3. i) *superscr.* 3. k) mulieri 1*c.* l) sospitati 1*c.* m) *ita* 3; suo illo (ille 1*c*) m. 1*a. c*; solito m. 2. n) imposuit 3. o) c(apiti ma *m. al. in ras.*)num 3. p) omnisque 1*c*; que *om.* 2. 3.

1) *Helpidius diaconus et medicus ab Avito, Ennodio, Cassiodoro commemoratur; cf. Auct. antiq. VI, 2, p.* 315; *VII, p.* 354; *XII, p.* 494. 2) *Vide epistulam Symmachi ad universos episcopos Gallicanos a.* 513, *Nov.* 6. *datam, qua Arelatensis Viennensisque ecclesiae termini confirmantur:* Caesarius siquidem frater et coepiscopus noster, metropolitanae Arelatensis civitatis sacerdus, ecclesiae beati apostoli Petri liminibus praesentatus, ea quae pridem de privilegiis ecclesiarum constituta sunt nostris postolavit innovari sermonibus *(MG. Ep. III, p. 35). Idem papa anno post vicarium apostolicum per Gallias Hispaniasque eum constituit (l. l. p. 41).* 3) *Privilegium item a.* 513, *Nov.* 6. *Caesario datum, ubi de rebus hominibusque ecclesiasticis agitur, locus ipsius Symmachi manu exaratus excipit hic:* Caritati tuae tantummodo per omnes Gallicanas regiones utendi pallii concessimus facultatem. 4) *Dalmaticas, sedente Silvestro papa, in usum cleri Romani venisse auctor Libri pontif. contendit; cf. Duchesne, 'Origines de culte chrétien', Parisiis* 1889, *p.* 368. *Eas Arigio episcopo archidiaconoque eius a.* 599. *Gregorius M. concessit; cf. Jaffé, Reg. n.* 1748[2].

unxit[a]. Quo facto, nequaquam deinceps repetiit mulierem depulsa in Christi[b] nomine calamitas.

(44). Interea habebat praecipuam inter reliquas sollicitudinem captivorum, tantusque in hac administratione fuit tamque praeclarus, ut nullius[a] hoc[b] possit explere relatio. Nam quadam[c] die dum deesset sanctis manibus auri vel argenti species, quod[d] daretur egenis, interpellatus a paupere, ait: 'Quid tibi faciam, miselle meus? Quod habeo, hoc tibi[e] do'. Ingrediens[f] cellulam[g] suam, casulam[h] quam processoriam[i] habebat[k] albam paschalem exhibens, dedit ei, dicens: 'Vade, vende cuicumque clerico et de pretio ipsius[l] redime captivum tuum'. Non solum enim qui eum expetierunt captivitatis sunt vinculis absoluti, sed ipse quoque per[m] se pro redimendis captivis Carcasonam[n] profectus est civitatem. Nam et multis vicibus per loca[o] diversa abbates, diaconos et clericos pro miserorum[p] redemptione direxit.

(45). Tot autem divinae gratiae munera[a] solus habere promeruit, quod[b] vix in plurimis Deo servientibus floruerunt; ipse tamen[c] sic in se unamquamque[d] semper excoluit, tamquam si ipsam solam prorsus virtutem[e] haberet: tamdiu praecedentia[f] eius pulcherrima ac iucundissima videbantur[g], quamdiu a[h] sequentibus vincerentur[i]. Quis enim eius patientiam, quis puritatem, quis caritatem, quis fervorem spiritus, cf. Ps. 1, 2. quis discretionem, quis benignitatem, quis zelum sanctum, quis iugem meditationem die noctuque[k] in lege Domini poterit[l] explicare? Qui[m] cum a meditatione psalmorum aut[n] praedicatione cessare videretur, lector aut notarius ante eum legere non[o] desistebat[m]. Assertor fidei, forma sacerdotum, ornatus ecclesiarum, praedicator gratiae, extinctor iurgii, seminarium caritatis, norma disciplinae, morum ponderator, libra consilii, defensio pupillorum[p], captivorum redemptio. Numquam de ore illius detractio, numquam mendacium, numquam maledictum contra qualemcumque personam processit: et non solum non detraxit cuiquam, sed nec detrahentem patienter audivit. Si quis suorum iuravit[q] subito aut forsitan[r] maledixit, prout persona fuit, ita in eo salubriter vindicavit. Illius tamen ista fuit pro maledictione benedictio, si contra[s] aliquem aliquando motus est: 'Deleat Deus peccatum[t] tuum, cf. Ez. 23, 48. auferat Deus scelus[u] tuum, castiget Dominus delictum tuum; corrigat[v] hic[w] Dominus errorem tuum, ut illuc[x] non servetur[y] tibi'.

(46). Ad[a] interiorem suum prodebat exterior[b]. Nam vultu semper placido[c] cf. Prov. 15, 13. 17, 22. et angelico, ita ut secundum scripturam, corde laetante, vultus floreret, sicut numquam in risu iusto remissior, ita numquam meroris nimietate depressus, nisi forte

I. Capp. 43—46. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 43. a) perunguens 3. b) n. Chr. 1*a. c.*; n. Domini 2.

Cap. 44. a) *corr.* nulla 3. b) p. hoc 3. c) *ita* 2. 3 (*v. supra c.* 27); quodam 1*a. c.* d) que 1*a.* e) *corr.* do t. 3, *et ita* 1*c.* f) ergo *add.* 1*c.* g) cellam 1*a. c.* h) que *add.* 1*c.* i) processivam 1*c.* k) et *add.* 2; albamque 1*c.* l) eius pr. 3. m) per se *om.* 1*c.* 2. n) Carchasonam 2; Carchasona 1*a*; Charcasonam 1*c*; Carcassonam (3). o) d. l. 3, *corr.* p) r. m. 1*c.*

Cap. 45. a) virtutes 1*c.* b) *ita* 1*a. c.* 2; quot 3. c) autem 3. d) *ita* 1*a. c.* 3; unumquodque 2; personam *add.* 1*c.* e) virtutem *om.* 1*a. c.* 2. f) precendentia e. 1*a*; eius pr. 1*c.* g) videbatur 1*c.* h) assequentibus 1*c.* i) vinceretur 1*c.* k) *ita* 1*a.* 2. 3 *cum Baudonivia* (*SS. rer. Merov. II, p.* 383); die ac nocte 1*c.* l) potuerit 3 *(non Baud.).* m) *ita* 3 *cum Baud.*; Qui — desistebat *hic om.* 1*a. c.* 2 (*habent infra; v. c.* 46, *n.* h). n) a *add.* 3. o) nun 1*a.* p) populi 3. q) subito i. 3. r) forsan 3. s) cutra 1*a.* t) peccata sua 3. u) *ita* 3; peccata tua *rell.* v) *ita* 3; c. hic D. e. t. *post* ut — tibi *ponunt rell.* w) D. hic *pr. m. corr.* hic D. 3. x) illic 3; illud 2. y) reservetur 3.

Cap. 46. a) *ita* 1*a. c.* 2; At 3. b) exteriori 3. c) placito 3.

quando[a] pro alienis peccatis[b] lugebat; numquam aliquem odio habuit et non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis toto affectu cordis oravit[c], nec docuit verbis quod non adimplevit[d] exemplis. Nulla hora[e, 1] eum diei sine divini eloquii meditatione transibat, sed[f] nec dormientem praeteribat; nam frequenter et[g] dormire visus est et meditari[h], ita ut recte et veraciter diceret: *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Ps. 18, 15.

(47). Quodam igitur tempore, dum iter ageret[a] circa Alpina loca, vir venerabilis sanctus Eucherius[b, 2] episcopus cum ipso erat. Factum est[c], ut in media strata infelix et infirma mulier occurreret, [quae[d]], manibus pedibusque[e] contractis[f], per terram reptabat[g]. Quam cum fuisset intuitus, interrogavit ipsum sanctum Eucherium, quid esset hoc, quod sic per terram se traheret. Ille mulierem interrogavit. Ipsa[h] respondit, iam[i] annis multis paralyticam se et omnibus membris[k] contractam. Tunc beatus Caesarius dixit sancto Eucherio: 'Descende et[l] signa eam'. Ille coepit[m] quasi trepidare et excusare, omnino ille non desistere, nisi faceret. Descendit itaque et signavit eam et dixit[n]: 'Ecce! feci quod iussisti'. Cui rursus ait: 'Mitte modo[o] manum tuam et adprehende manum illius et erige eam'. Ipse[p] respondit: 'Faciam aliud, quicquid tu Eucherio iusseris; hanc vero rem adgredi[q] non praesumam. Sed istud fac tu, cui dedit Deus et animas et corpora sanare languentium'. Ille[r] respondit: 'Interim tu fac quod[s] dico'. Cumque ille fortiter reniteretur[t] et humiliter et[u] lacrimabiliter excusaret diutiusque contenderet, dixit ad eum: 'In ignem[v] tu propter oboedientiam ingressurus eras, qui nec propter misericordiam es paratus[w] facere quod caritas iubet? Mitte ergo manum tuam[1] in nomine Domini et erige eam'. Tunc[x] iussis oboediens, mulierem, porrecta[y] manu, levavit; pedibus suis atque omnibus membris recuperatis, ad hospitiolum suum incolumis ambulavit.

(48). Nam quantis virtutibus emicuerit, quis enarrare valeat[a]? Factum est[b], in agro monasterii sui suburbano[3] apri frequentarent. Egrediebantur comites civitatis vel reliqui militantes et non permittebant homines domus ipsius[c] laborare, sed nimia eos caede mactabant, qua[d] feros[4] prohiberent[e]. Illi[f] vero iam[g] diutius non ferentes iniurias et inquietudines, venerunt et interpellaverunt ipsum dom-

I. Capp. 46—48. 1*a.c.* 2. 3.

Cap. 46. a) cum 3. b) culpis 3. c) orabat 1*c*. d) adimpleret 1*c*; implevit 3. e) eum (h)ora 1*c*. 2. f) *om.* 3. g) *om.* 3 (*habet Baud. l. l. p.* 384). h) psalmum decantare in ipso sopore *pro* m. *Baud.*; et cum a meditatione — desistebat *h. l. ponunt* 1*a.c.* 2 (*v. supra p.* 474, *v.* 20).

Cap. 47. a) agens 1*a*. b) Eucerius 1*a*. c) autem *add.* 1*c*. d) *om. codd.* e) et pedibus 1*c*. f) et *add.* 1*c*. g) *ita* 1*a*. 3; reptans 1*c*; rectabat *in ras.* 2. h) Illa 3. i) se i. a. m. p. 3. k) esse *add.* 1*a.c.* l) *om.* 3. m) q. tr. et e. c. 1*c*. n) dicit 1*c*. o) *om.* 1*c*. p) Ille 1*c*. q) (ag *m. al. in ras.*)gredi 3. r) Respondit ei sanctus Caesarius: I. 1*c*. s) tibi *add.* 1*a*. t) reniteret 2. u) a 1*a*. v) igne 1*c*. w) es *repetit* 1*c*. x) Qui 3. y) porrectam 3, *corr.*

Cap. 48. a) valet 3. b) ut *add.* 2. 3. c) *ita* 1*a*. 3; illius 2; h. in domibus habitare vel laborare (*ex* laborere *corr.*) 1*c*. d) *ita scripsi;* quare eos *codd.* e) perhiberent 3, *corr.* f) Illo 1*a*, *corr.* g) d. iam 1*c*.

1) *Sulp. Sev. V. Martini c.* 26: Numquam hora ulla momentumque praeteriit, quo non aut orationi incumberet aut insisteret lectioni, quamquam etiam inter legendum, aut si quid aliud forte agebat, numquam animum ab oratione laxabat. 2) *Eucherius episcopus Avenionensis alterque ignotae sedis una cum Caesario inter a.* 524—533. *conciliis intererant.* 3) *Monasterium in suburbana insula civitatis situm, cuius ipse abbas fuerat; v. supra c.* 12. 4) *Ferus pro apro accipitur; cf. Phaedr.* 4, 3, 3: Sonipes, iratus fero.

num[a], proclamantes atque[b] dicentes: 'Fac de nobis quod iubes, nam nec servire tibi[c] nec stare ibi[d] possumus'. Sollicite interrogavit[e], quae essent querelae eorum. Qui responderunt: 'Propter apros veniunt comites et Gothi et diversi venatores et interficiunt nos'. At ille publica voce, elevatis oculis et manibus, aspiciens in caelum, dixit: 'Domine Iesu Christe, ne in loco illo[f] ultra apri accessum habeant!' Ex eadem hora usque in praesentem diem numquam ibi[g] nec nutrierunt[h, 1], sicut consueverant[i], nec conparuit quod venari posset[k]. Merito imperavit bestiis[l], qui a se expulit[m] omne vitium; potuit ille impetrare a Deo, cuius praeceptum[n] numquam praeterivit[o].

(49). Evenit etiam, ut illustrissimi viri Parthenii[a, 2] patricii puer[b], qui praelatus servis ceteris a domino suo praecipuus habebatur, per quandam nequissimam temptationem saepius in terram, alienato[c] sensu, corrueret[d]. Et dum re vera hostis ipsius vexatio magis animi quam corporis infirmitas videretur, oleo beatissimi viri benedictione sacrato perunctus est. Quo facto, ita temptatio[e] maligna[f] discessit ab eo, ut quem, cessante cura terreni medici, per servum suum Christus reddiderat sanitati, domui[g] etiam suae dominus ipse praeponeret.

(50). Pro exemplo terroris et, quod sub admiratione magis[3] potest esse formidine[a], ad declarandum meritum viri[b] sanctissimi memorabilem[c] factum eius nefas est silentio praeterire. Dum sanctus igitur vir[d] dioceses suas[e] circumiens[f] in villam[g] quae Launico[4] dicitur a dominis propriis fuisset exceptus, in cella in[h] qua lectum habuit post discessum illius in stratum[i] ipsius pestifer quidam Anatolius[k] nomine medicus, pro tali crimine valde dolendus[l], scortum expetiit meretricis. Ubi mox ab incentore suo diabolo publica vexatione correptus, in conspectu hominum est elisus in terram et publica voce, pro[m] qua praesumptione correptus fuerat, dum servi Dei virtutem confiteretur[n], sceleris sui publicavit admissum[o].

I. Capp. 48—50. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 48. a) *ita* 1*a*; do|num 3; dnm *rell.* b) et 1*c.* c) *ita* 3; vobis *rell.* d) *ita* 3; ibi st. 1*c*; ibi *om.* 1*a*; st. hic p. 2. e) interrogat 1*a. c.* 2. f) *om.* 1*c.* g) ini| *(rel. abscis.)* 1*c.* h) nec nutris (*m. al. corr.* nutritis) *add.* 3. i) consuev| *(rel. abscis.)* 1*c*; consuerat 2. k) po| *(rel. abscis.)* 1*c*; possit 3. l) porcis 3. m) |pulit *(praep. abscis.)* 1*c.* n) mandatum 3. o) praeteritum 1*c.*

Cap. 49. a) Partennii 3; Partheri 2; Partherii 1*a. c.* b) filius 2; *om.* 1*a. c.* c) dampnato 1*c.* d) corruerit 1*a*; corruit 1*c.* e) ab eo t. m. d. 3. f) *ita* 1*a.* 3; maligni 1*c*; mala 2. g) domi 1*c.*

Cap. 50. a) *ita scripsi;* formidini *codd.* b) s. v. 2. 3. c) *ita* 1*a*; memorabile *rell.* d) vir *om.* 1*c.* e) *om.* 1*a.* f) circuiens 1*c.* g) villa 2. 3. h) c. quae 3. i) strato 3. k) Anatholius 2. 3. l) condolendus 1*c.* m) *ita* 1*a. c*; pro *om.* 3; pro qua *om.* 2. n) *ita* 1*a.* 2; confite| |tur *(mediis abscis.)* 1*c*; confitetur 3. o) *ita* 1*a.* 2. 3; admis| *(reliq. abscis.)* 1*c.*

1) *Nutrire sensu reflexivo pro pasci accipitur.* 2) *'Domino inlustri magnificentissimo atque praecelso Parthenio magistro officiorum atque patricio' Arator subdiaconus carmen suum de actibus apostolorum a.* 544. *compositum misit laudesque eius versibus elegiacis persecutus est, in quibus haec leguntur:*

Tu, facunde, sonas Rhodani Rhenique catervis;
Regia dulcisonum te probat aula virum.

(Migne, Patr. Lat. 68, *col.* 247*). Creditur is esse Parthenius filius sororis Ennodii neposque Ruricii, cuius exitum Greg., H. Fr. III,* 36, *enarravit; cf. Malnory l. l. p.* 161. 3) Quod magis est = q. maius est; *cf. Bonnet, 'Latin' p.* 453. 4) *Suspicor* quae Velaunico *emendandum esse; Velauni autem siti erant prope Beuil (cant. Guillaumes, dép. Alpes maritimes); cf. Forbiger, 'Handbuch der alten Geogr.' p.* 132 [2].

(51). Scimus enim[a] multas per intercessionem viri[b] Dei Dominum fecisse virtutes, quas longum est per ordinem prosequi. Nam dum[b] unus e[c] nostris, qui haec scripsimus, pro suffragio suo benedictionis ab ipso consecratum oleum postulasset[d], ampullulam[e] plenam ab ipso acceptam diligenter ad domum deferens[f], tamquam maximas reliquias studuit conservare. Et dum post aliquod[g] tempus tertianae febris nimiis[h] urgeretur ardoribus, ampullam[i] in qua erat oleum cum maxima veneratione grandique praesidio ad caput suum petiit[k] debere suspendi. Quae dum fuisset mundissimo linteo involuta, ut credimus, neglegentia faciente famulorum, confracta est; sed ita intra ipsam stetit oleum, ut nullus liquor in terra[l] vel in linteo descenderet. Quo viso, dum in vase alio cum summa velocitate mutaretur, cum[m] perevacuata fuisset[n], statim se ampulla[o] confracta dissolvit[p]: ab ipso qui haec[q] veraciter memorat, adiuvante Domino, febris sine ulla dilatione discessit.

(52). In disserendis autem scripturis et in elucidandis obscuritatibus quanta gratia in illo emicuerit, quis poterit enarrare[a]? ita ut haec ei[b] summa iocunditas fuerit, si illum aliquis, ut obscura dissereret, provocaret. Et ipse frequentissime incitabat, dicens nobis: 'Scio, quod non omnia intelligitis, quare non interrogatis, ut possitis cognoscere? quia non semper vaccae ad vitulos[1] currunt, sed nonnumquam vituli ad vaccas festinant[c], ut de matrum uberibus possint suam esuriem satiare. Hoc et vos omnino debetis facere, ut interrogando etiam nos exerceatis, ut debeamus perquirere, unde[d] vobis possimus spiritalia mella proferre'. Vae[e] mihi misero Cypriano[f], qui tam tepidus in discendo extiti, ut modo cognoscam et peniteam! Quare de tanti fontis fluentis[g] non tantum hausi, quantum mea indigebat ariditas?

(53). Resplenduerunt[a] in eum singulae quaeque virtutes, virginitas scilicet[b] cum sinceritate, modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, severitas[c] cum mansuetudine, doctrina cum humilitate, vita denique inmaculata, vita[d] inreprehensibilis, vita sibimet[e] semper aequalis. Caritatis autem eius ardorem, qua omnes homines dilexit, quis umquam[f] poterit imitare[g]? Ille enim hoc maxime et corde et ore gestabat et, ut inimicos diligere deberemus, hortatu blandissimo, sermone et exemplo laudabiliter instruebat[h]. Vix aliquis illo affectu pro caris quo

I. Capp. 51—53. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 51. a) etiam 3. b) *ita* 1*a*. 2. 3; *abscis.* 1*c*. c) ex 1*a*. d) postularet 3. e) ampullam 1*a*. f) referens 1*c*. g) aliquot 1*c*. 3. h) nimis 2; *om.* 1*c*. i) ampullulam 1*c*. k) *om.* 1*c*. l) terram vel in leteum (*pr. m. corr.* linteum) 3. m) et 3. n) esset 1*a*. o) se ampullā 1*a*; *haec om.* 3. p) dissolvitur et ab 3. q) hoc 3.

Cap. 52. a) narrare 1*c*. b) et 1*c*; etenim 2. c) *om.* 1*c*. d) *bis scr. erat* 1*a*. e) Resplenduerunt — aequalis (*c.* 53) *ante* Vae *ponunt* 1*a. c.* 2; *ea post* Caritatis — imitari (*c.* 53) *ponit Baud. l. l. p.* 384. f) Cipr. 1*a*. 2. g) fluvio 1*c*.

Cap. 53. a) *ita* 1*a. c.* 2; Resplenduerunt in ea *Baud.*; In ipso namque respl. s. 3. b) *om.* 3. c) sinceritas 1*c*. d) *ita* 1*a. c.* 2 *cum Baud.*; *om.* 3. e) *ita* 3 *cum Baud.*; sibi 1*a. c.* 2. f) *ita* 1*a*. 2 *cum Baud.*; p. u. 1*c*; u. *om.* 3. g) *ita* 1*a*. 2; imitari 1*c*. 3. h) instruębant 1*a*, *corr.*

1) *Haec ex Caesarii sermone (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2318) *deprompta sunt:* Considerate tamen, fratres, et videte, quia istae carnales vaccae non solum ipsae ad suos vitulos veniunt, sed etiam sui vituli eis obviam currunt et ita ubera matrum suarum capite frequenter percutiunt — —. Hoc etiam boni sacerdotes debent fideliter desiderare vel cupere, ut filii eorum pro salute animae suae assiduis eos interrogationibus inquietent.

ille pro inimicis[1] orabat; et licet non essent causae, quibus[a] illi quisquam inimicus existeret, nisi[b] forte pro invidia aut disciplina[2] aliqui[c] aemuli esse viderentur, ille tamen eos non solum paterno, sed etiam materno diligebat affectu, hoc saepius
cf. Matth. 5, 44. nobis insinuans, quia cum dilectio usque ad inimicos extenditur, fieri non potest, ut proximus non ametur.

(54). Docuit praeterea memoriter, quamdiu potuit, altaque voce semper in ecclesia praedicavit. In quo opere tam pia atque salubris eius provisio fuit, ut, cum ipse pro infirmitate iam non posset ad ipsum officium peragendum accedere[a], presbyteros et diaconos imbuerit[b] atque statuerit in ecclesia praedicare, quo[c] facilius nullus[d] episcoporum se[e] ab hac necessaria cunctis exhortatione cuiuscumque impossibilitatis excusatione suspenderit[f], hoc[g] dicens: 'Si verba Domini et prophetarum sive apostolorum a presbyteris[h] et diaconibus recitantur, Ambrosii[3], Augustini[i] seu parvitatis[k] meae aut quorumcumque doctorum[l] catholicorum a presbyteris et[m] dia-
Ioh. 15, 20. conibus quare non recitentur? *Non est servus maior domino suo.* Quibus data est
auctoritas euangelium legere[n], credo et licitum esse[o] homelias servorum[p] Dei seu expositiones canonicarum scripturarum in ecclesia recitare. Ego me exuo[4] hoc instituendo; sancti sacerdotes, qui hoc implere contempserint, causas se inde[q] in die[r] iudicii noverint esse dicturos. Non quidem credo, quod[s] quisquam tam ob-
Is. 58, 1. duratum sensum habeat, ut cui Deus dicit: *Clama, ne cesses,* nec ipse clamet nec
cf. Is. 6, 5. alios clamare[t] permittat; timeat illud: *Vae tacentibus de*[u] *te, quoniam loquaces muti*[v]

I. Capp. 53. 54. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 53. a) *om.* 1*a*. b) ni 3, *corr.* c) aem. al. 1*c*.

Cap. 54. a) *ita* 3; insistere 2; *om.* 1*a. c.* b) imbueret a. statueret 3. c) quod 1*a*. d) nullis 1*a*; nulli 1*c*. e) sed 1*c*. f) *ita scripsi*; suspenderet *codd.* g) haec 1*c*. h) a presbiteros 1*a*; a pr. — d. catholicorum *om.* 1*c*. i) Ag. 3. k) pravitatis 1*a*. l) *ita* 3; sanctorum *pro* doctorum catholicorum *rell.* m) aut 1*a*. n) legendi 3. o) est 1*c*. 2. p) sanctorum 1*a*. q) *om.* 1*a. c.* 2. r) diem 1*a*. s) quid 3. t) *om.* 1*a*. u) de te, *versu exeunte, om.* 3. v) *ita* 1*a*. 3; multi s. 2; s. multi 1*c*.

1) *Caesarius:* ipsa, *inquit,* est vera et germana caritas, quae non solum usque ad amicos, sed etiam usque ad ipsos inimicos pervenit *(Homilia VII, ed. Baluze p.* 56*).* 2) *Pro invidia episcopi Viennensis provinciae eius aemuli erant, qui fidem eius in controversiam vocabant (v. infra c.* 60*), pro disciplina autem transgressores canonum iique qui rigorem metropolitani minus approbabant; cf. MG. Ep. III, p.* 50 *sqq.* 3) *Ita Caesarius in suggestione (ed. Malnory l. l. p.* 302*):* An forte credendum est, quod aliquis hoc dedignetur iniungere etiam presbyteris suis? — — Vere dico, quia etiamsi omnes presbyteri desint, qui hoc facere possint, non est incongruum vel indignum, si homilias sanctorum patrum publice in ecclesia praecipiatur etiam diacono recitare; quia si dignus est diaconus quisque, ut legat quod locutus est Christus, non debet iudicari indignus, ut recitet quod praedicavit sanctus Elarius, sanctus Ambrosius, sanctus Augustinus vel reliqui patres. *Unde in concilio Vasensi a.* 529 *(ed. Maassen p.* 56*) presbyteris in paroeciis constitutis facultas verbum faciendi data est diaconibusque, si illi impediti essent, homilias recitandi:* si enim digni sunt diaconi, quod Christus in euangelio locutus est legere, quare indigni indicentur sanctorum patrum expositiones publice recitare? *Quibus ut subveniret, libellum sermonum Caesarius conscripsit, cuius in prologo (ed. Morin l. l.) haec leguntur:* Pro intuitu paternae pietatis et qualiscumque pastoris sollicitudine admonitiones simplices parochiis necessarias in hoc libello conscripsimus, quas in festivitatibus maioribus sancti presbyteri et diacones debeant sibi populis commissis recitare. 4) *I. e. purgo (cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 197, 20*) vel absolvo; cf. prologum libelli sermonum (Morin l. l.):* Quam rem ego dum animo benigno implere curavi, absolvi apud Deum conscientiam meam.

sunt, et illud apostoli[1]: *Canes muti, non valentes latrare.* Etenim quantae oves, tacente sacerdote, aberraverunt[a], de tantorum animabus redditurus est rationem'. Is. 56, 10.

(55). Praedicationes quoque[2] congruas festivitatibus et locis, sed et contra[a] ebrietatis[3] ac[b] libidinis malum contraque discordiam et[c] odium, contra[d] iracundiam[4] atque superbiam, contra sortilegos[e, 5] et aruspices, contra[f] kalendarum[6] quoque paganissimos ritus contraque[g] augures, lignicolas, fonticolas[7] diversorumque errorum[h] vitia fecit, easque ita paravit, ut, si quis advenientum[i] peteret, non solum

I. Capp. 54. 55. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 54. a) oberraverint 3.

Cap. 55. a) contra — odium *om.* 3. b) aut 1*c.* c) *om.* 1*a. c.* d) que *add.* 2. e) *ita scripsi*; sacrilegos *codd.* f) contraque k. p. 3. g) et contra 3. h) *ita* 3; errorum *om. rell.* i) advenientium 1*a. c.* 2.

1) *Immo Isaiae.* 2) *Eadem fere verba supra c.* 19. *leguntur.* 3) *Ad ebrietatem Caesarii homiliae* 5. 6 *(ed. Baluze) aliaeque spectant.* 4) *Cf. Caesarii sermonem (Migne Patr. Lat.* 39, *col.* 2273*):* qui vero se neglegentem aut ebriosum, iracundum, invidum et superbum, forte et luxuriae sordibus viderit inquinatum, cito ad paenitentiae medicamenta confugiat. 5) *Cf. Caesarii homiliam XII (ed. Baluze p.* 95*):* Nam et auguria observare et praecantatores adhibere et coragio sortilegos inquirere, totum hoc ad pompam vel ad opera diaboli non est dubium pertinere, *aliumque eius sermonem (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2239*):* Cum ergo duplicia bona possint in ecclesia invêniri, quare per praecantatores, per fontes et arbores et diabolica phylacteria, per characteres et aruspices et divinos vel sortilegos multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre? *Similia in suggestione (ed. Malnory l. l. p.* 300*) leguntur.* 6) *Kalendarum Ianuariarum ritum Caesarius in sermone (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2239*) his verbis castigavit:* tamen si adhuc agnoscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnicula vel cervula exercere, ita durissime castigate, ut eos paeniteat rem sacrilegam commisisse; *cf. Concil. Autissiod. a.* 573—603 *(Maassen, Concilia p.* 179*):* Non licet Kalendis Ianuarii vetolo aut cervolo facere vel strenas diabolicas observare. *Omnes autem quae eo die fiebant superstitiones in sermone ipsis Kalendis habito Caesarius enumeravit (Migne l. l. col.* 2001*):* In istis enim diebus miseri homines et, quod peius est, aliqui baptizati sumunt formas adulteras, species monstrosas, in quibus quidem sunt, quae primum pudenda aut potius dolenda sunt. Quis enim sapiens poterit credere, inveniri aliquos sanae mentis, qui cervulum facientes, in ferarum se velint habitum commutare? Alii vestiuntur pellibus pecudum, alii assumunt capita bestiarum, gaudentes et exsultantes, si taliter se in ferinas species transformaverint, ut homines non esse videantur. — — Iam vero illud quale et quam turpe est, quod viri nati tunicis muliebribus vestiuntur et turpissima demum demutatione puellaribus figuris virile robur effeminant, non erubescentes tunicis muliebribus inserere militares lacertos: barbatas facies praeferunt, et videri feminae volunt. — — Sunt enim qui Kal. Ian. auguria observant, ut focum de domo sua vel aliud quodcumque beneficium cuicumque petenti non tribuant. Diabolicas etiam strenas et ab aliis accipiunt et ipsi aliis tradunt. Aliqui etiam rustici mensulas in ista nocte quae praeteriit plenas multis rebus, quae ad manducandum sunt necessariae, componentes, tota nocte sic compositas esse volunt, credentes, quod hoc illis Kalendae Ian. praestare possint, ut per totum annum convivia illorum in tali abundantia perseverent. 7) *Cf. Caesarii homiliam, ed. Caspari, 'Kirchenhistorische Anecdota', Christianiae* 1883, *p.* 222*:* Nolite ad arbores vota reddere, nolite ad fontes orare. — — Quicumque iuxta domum suam aras aut fanum aut arbores profanas, ubi vota reddantur, esse cognoverit, studeat confringere, dissipare atque succidere, *et supra n.* 5.

non abnuerit inpertire[a], sed, etsi minime suggereret[b], ut deberet accipere, offerret ei[c] tamen et inpertiret[d, 1] ipse quae legeret. Longe vero[e] positis in Francia[f], in Gallias[g] atque in Italia[h], in Hispania[i] diversisque provinciis constitutis transmisit per sacerdotes, quid in ecclesiis suis praedicare[k] facerent, ut, proiectis rebus
cf. Tit. 2, 14. 2. Cor. 2, 15. frivolis et caducis, iuxta apostolum bonorum operum fierent sectatores. Bonus ergo Christi odor per ipsum longe lateque diffusus est[h]. Flagravit ubique profectibus[l], quo non est conspectibus praesentatus; tetigit pectora, quorum membra non contigit[m].

(56). Adiecit etiam hoc, ut numquam in ecclesia sua diaconum[a] ordinaret ante tricesimum[2] aetatis eius annum; verum etiam[b] et hoc addidit, ut nec in[c] qualibet maiore aetate umquam[c] ordinaretur, nisi quattuor vicibus in ordinem[d] libros veteris testamenti legerit[e] et quattuor novi[f]. Sanctae conscientiae suae testis sum ego peccator Cyprianus[g], quia quicquid aut aliis praecepit aut ipse fecit, omnia[h] propter Deum[i] semper implevit; quicquid aut[k] prohibuit[l] fieri[m] aut ipse vitavit facere[m], omnia in zelo Dei[n], nihil carnaliter aut egit aut sapuit.

(57). Et quia[a] numquam otiosus ab opere Dei esse[b] voluit, disposuit fabri-
524. cavitque[c] triplicem in una conclusione basilicam, cuius membrum medium in honore[d] sanctae Mariae virginis[3] cultu eminentiore[e] construxit[f], ex uno latere domni Iohannis, ex alio sancti Martini subiecit. Et ut auferret[g] sacris quas[h] congregaverat virginibus curam necessariae sepulturae, monobiles[i, 4] archas corporibus humandis aptissimas de saxis ingentibus[k] noviter fecit excidi[l], quas per omne pavimentum basilicae constipatis[m] sterni fecit ordinibus, ut quaecumque

I. Capp. 55—58. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 55. a) impertiri 3; impetrare 2. b) suggererit 3, *corr.* c) t. ei 1*c.* d) *ita* 3; inportaret 1*a. c*; importune 2. e) tamen 1*c.* f) Frantia 1*a. c.* g) *ita* 1*a. c*; Galliis 3; Gallia 2. h) et *add.* 1*c.* i) Ispania 1*a.* k) praedicari 3. l) advectibus 1*c.* m) contingit 3, *corr.*

Cap. 56. a) diaconem 3. b) etiam *om.* 2; et *om.* 3. c) *om.* 1*c.* d) ordine 3. e) *ita* 1*a.* 3; legeret 1*c.* 2; ante *add.* 1*c.* f) novum 1*a. c.* g) *ita* 3; *om. rell.* h) *ita codd. rell. cum Baud. l. l. p.* 390; et *pro* o. 1*c.* i) Dominum 2; *periit* 1*c.* k) *ita* 1*a.* 2 *cum Baud.*; autem (3); *periit* 1*c.* l) prohibuerit 1*a.* m) *om.* 3 *(habet Baud.).* n) et *add. Baud.*

Cap. 57. a) *om.* 1*c (habet Baud.).* b) v. esse sed d. 1*c.* c) fabricatus est 3. d) in honorem 3; in honore *bis scr. erant* 1*c.* e) eminentiori 3. f) *ita* 3; construxit ex uno latere *om. rell., sed* in alio *add.* 2. g) auferet 3, *corr.* h) v. q. c. 3. i) *ita* 1*c.* 3; mobiles 1*a*; immobiles 2. k) ingentis 1*c*, *corr.* l) incidi 3. m) constipatas — ordine 3.

1) *Itaque in libello sermonum, quem in usum presbyterorum diaconorumque composuit, haec praefatus est (cf. Morin l. l.):* In cuiuscumque manibus libellus iste venerit, rogo et cum grandi humilitate supplico, ut eum et ipse frequentius legat et aliis ad legendum et ad transcribendum non solum tradat, sed etiam ingerat, ut et de suis et aliorum profectibus duplicem a Domino remunerationem accipiat. 2) *Immo ante* 25. *aetatis annum, trigintaque in presbytero vel episcopo annos requirebat Caesarius; cf. Concil. Agath. a.* 506, *c.* 16. 17 *(Concil. ed. Sirmondus I, p.* 165*), Arelat. a.* 524 *(Maassen, Concilia I, p.* 36*), suggestionem (ed. Malnory l. l. p.* 301*). Vitae textus fortasse hiat, ita ut scribendum sit:* diaconum ordinaret [ante quintum et vicesimum, presbyterum] ante tricesimum *et q. s.* 3) *Episcopi, qui ad dedicationem basilicae S. Mariae convenerant, a.* 524, *d.* 6. *Iunii, Caesario praesidente, concilium Arelatense habuerunt, cuius acta edidit Maassen, Concilia I, p.* 36. *Ecclesiam teste Stiltingo vulgus Virginem de Maiori appellabat, quam tunc collegium canonicorum occupabat.* 4) *Adiectivum* monobilis, *quod fortasse cum Gr.* μονόβολος *cohaeret, et apud Sidon. Ep. II,* 2, *legitur, ubi C. Lütjohann parum caute* monolithus *substituit, et in Itiner. Hierosolymitano.*

congregationis illius de hac luce migrasset, locum sepulturae paratissimum et sanctissimum reperiret[1].

(58). Non multum[a] igitur post monasteriae[b] matrem germanam suam Caesariam sanctam ad praemia Christi migrantem inter has quas praemiserat inibi ad medium throni iuxta eam quam sibi paraverat condidit sepulturam, succedente[c] eidem quae nunc superest Caesaria[d] matre, cuius opus cum sodalibus tam praecipuum viget, ut inter psalmos atque ieiunia, vigilias quoque et lectiones libros divinos pulchre[e] scriptitent[2] virgines Christi, ipsam matrem[f] magistram habentes.

(59). Insistebat itaque, ut solitus erat, orationi[a], lectioni et[b] elemosinis beatus homo, praedicationibus incessanter omni dominica omnibusque diebus festis; frequenter etiam ad[c] matutinos[3], ad lucernarium[4] propter advenientes homeliae[d] recitabantur[e], ut nullus esset, qui se de ignorantia excusaret. Oboedientes invitabat, sollicitos instruebat, renitentes vero acriter contestabatur, quia, sicut fidelibus in diem[f] iudicii digna esset retributio conferenda, ita et hos dignae indignationis ultio sequeretur. Statuit etiam regulariter, ut nubentes ob reverentiam benedictionis ante triduum coniunctionis eorum eis benedictio[g] in basilica daretur. Tanta denique bona in se, largiente divina gratia, habuit et de audientium profectibus et de discipulorum sequacitate et de virginum consecratione, ut non uno tantum sit merito coronatus[h], sed inter tantas ac multiplices coronas de coruscantibus meritis suis cingatur[i], totus in corona[k] gloriae[l] demutetur[m].

(60). Et multi quidem aemuli surrexerunt, qui eius resisterent doctrinae de gratia praedicandi[a]. Sed o felicitas aemulanda! Etenim susurris[b] et mala interpretatione quorundam oboritur in Galliarum partibus contra praedicationem Dei hominis frustra sinistra suspicio. Ob hoc antistites Christi ultra Ęseram[c,5] consistentes, caritatis amore collecti, in Valentina[d,6] civitate conveniunt; ubi etiam 528.
beatus Caesarius infirmitatis solitae[e] causa, sicut disposuerat, properare non potuit. Misit tamen praestantissimos viros de episcopis cum presbyteris et diaconibus; inter quos etiam sanctus Cyprianus Thelonensis[f] antistes magnus et clarus enituit[g,7], omnia quae dicebat de divinis[h] utique scripturis adfirmans et de antiquis-

I. Capp. 57—60. 1*a*. *c*. 2. 3.

Cap. 58. a) multo 1*a*. *c*. b) *ita* 1*a*; monasterii *rell.* c) succedenti 3. d) Caesariae matri 3. e) (p. *om.*) scripsissent 3. f) *om.* 1*c*.

Cap. 59. a) et *add.* 1*c*. b) *om.* 3. c) etiam matutinis 3. d) omelie 2; humillimę 1*c*. e) reciteb. 3, *corr.* f) die 3. g) ben. d. in bas. 2; in bas. ben. d. 3. h) coronandus 1*a*. i) cingeretur 3; cinctus 1*c*. k) coronam 1*a*. *c*. l) ecclesiae 1*c*; at *add.* 2. m) demultetur 3.

Cap. 60. a) *om.* 1*c*. b) surris 3. c) *ita* 1*a*. 3; Isaram 2; Hyseram 1*c*. d) Valentina c. 1*a*. e) sollicite 3. f) episcopus *add.* 3; a. *om.* 1*c*. g) innituit 1*a*. h) scr. div. (*om.* u.) 3.

1) *De sepultura virginum in earum regula* § 70 *(ed. Bollandus, AA. SS. Ian. I, p.* 736*) Caesarius haec constituit:* Ante omnia studendum est, ut cum aliqua de sororibus defuncta fuerit, sancto episcopo in notitiam deponatur, ut ipse eam usque ad basilicam, ubi ponenda est, psallendo pro sancta devotione deducat, et clerici (*lege* clericis) de Sancta Maria. 2) *Cf. Caesarii regulam sanctarum virginum* § 18 *(AA. SS. Ian. I, p.* 731*):* Omnes litteras discant. 3) *Talis Caesarii sermo extat apud Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2280. *Hieme ante lucem ad matutinos celebrandos ecclesia petenda erat.* 4) *I. e. officium vespertinarum precum; cf. Ducange h. v.; Malnory l. l. p.* 206. 5) *Isère fl.* 6) *De concilio Valentino, cuius acta perierunt, v. supra p.* 442. 7) *Ex hoc loco intellegitur, c.* 60. *aut a Firmino aut ab Viventio compositum esse.*

simis[a] patrum[1] institutionibus probans, nihil per se in divinis profectibus quenquam arripere posse, nisi[b] fuerit primitus, Dei gratia praeveniente, vocatus. Sed dum suam iustitiam quaerebant statuere, iustitiae Dei non erant subiecti, non
Ioh. 15, 5. ib. 15, 16. reminiscentes, Deum dixisse[c]: *Sine me nihil potestis facere;* et: *Ego vos elegi, non*
ib. 19, 11. *vos me;* et: *Nemo habet quicquam, nisi datum*[d] *illi fuerit desursum;* et[e] aposto-
1. Cor. 15, 10. Iac. 1, 17. lum[f]: *Gratia Dei sum id quod sum;* et[c] alium: *Omne datum optimum desursum*[g] *est;*
Ps. 83, 12. et prophetam[h]: *Gratiam et gloriam dabit Dominus.* Et quod tunc vere[i] liberum homo resumat[k] arbitrium, cum fuerit Christi liberatione redemptus, sub qua etiam[l] absolutione valeat consequi perfectionis effectum. Quorum intentionibus homo Christi dedit veram et evidentem ex traditione apostolica rationem[2]. Nam et[m]
530. beatae[n] memoriae Bonifacius[o] Romanae ecclesiae papa[p] olim, eandem[q] conluctationem compertam, calcata intentione iurgantium, prosecutionem[r, 3] sancti Caesarii apostolica auctoritate firmavit; donante Christo, paulatim ecclesiarum antistites receperunt, quod optaverat diabolus repentina animositate cassare[s].

(61). Hoc itaque[a] iure definito, praestolantibus fratribus summus pontifex quibuscumque praedicabat, dicens: 'Si amas[b] Dei verbum, inpectoratum[c, 4] utique retines, quod ingessi. Amori namque divino congruit[d] decalogi summa perfectio: ut[e] in te sibi caritas Christi devinxit, reddas etiam ipse cum homine participata largitate commune. Sed nec[f] parentum, amicorum sive clientum de hoc alloquio nostro tantummodo credas animas esse pascendas: testor te coram Deo eiusque angelis[g] sanctis, reus eris[5] saluti[h] mancipiorum tuorum quorumlibet infirmorum, si non aeque illis, ut amicis vel parentibus, cum reversus fueris, quod praedicavimus ingesseris. Conditione namque tibi[i] corporea in praesenti subditum noveris esse mancipium, non perennitatis vinculo mancipatum'. Iterumque ad eos quos fuerat allocutus dicebat: 'Quid diximus, fratres? Quid disseruimus, filioli? Quaeso vos, qui fuerunt[k] nostri[l] hactenus in conlatione sermones? Si diligitis, retinetis; si retinetis, procul dubio nostra[m] dicta cordibus conclusistis'. Taliter provocando etiam invitis studium[m] retinendi[n] extorquebat.

I. Capp. 60. 61. 1*a. c.* 2. 3.

Cap. 60. a) antiquis 3. b) ni 1*c*. c) duxisse 3, *corr.* d) *ita* 1*a*. 2; f. ei d. desursum 3; illi d. f. desuper *(ita Vulg.)* 1*c*. e) per *add.* 1*c*. f) Paulum *add.* 1*c*. g) desuper 1*c*. h) propheta 1*a. c.* 2. i) l. v. 1*a*. k) resonat 2; sumat 3. l) *om.* 1*c*. m) *om.* 3; *scriptura evanuit* 1*a*. n) m. b. 1*c*. o) Bonefacius 2; Bonefatius 1*c*. p) papae *pr. m.* 3; olim *om.* 1*a. c.* 2. q) *ita* 1*a. c*; eadem collucitatione (cum luctatione 2) comperta 2. 3. r) persecutionem 1*c*; *evanuit* 1*a*. s) *ita* 3; cessare *rell.*

Cap. 61. a) *ita* 3; Hoc (vero *add.* 2) frequenter (sanctus *add.* 2) quibuscumque, *mediis omissis, rell.* b) ama: *pr. m.* 3. c) in pectore tuo retineas 1*a*. d) congruebat 1*c*; cogruebat 1*a*. e) *ita* 1*a*. 3; quod *add.* 1*c*. 2. f) *ita* 3; ne *rell.* g) *ita* 3; angelos sanctos 1*a*. 2; sanctis angelis 1*c*. h) *ita codd.* i) in *add.* 1*a*. k) *ita* 2. 3; fuerint 1*c*; *evanuit* 1*a*. l) actenus nostri 1*a*. m) *om.* 1*c*. n) retinendo 1*c*.

1) *Cf. Caesarii professionem fidei actis concilii Arausicani a.* 529. *insertam:* Ac sic secundum suprascriptas sanctarum scripturarum sententias vel antiquorum patrum definitionis hoc, Deo propitiante, et praedicare debemus et credere *(Maassen, Concilia I, p.* 51*)*. 2) *In concilio Arausicano a.* 529; *v. supra p.* 442. 3) *Bonifacius II. a.* 530 *(Sirmondus, Concilia I, p.* 223*) Caesarii* professionem *fidei confirmavit.* Prosecutio *pro allegatione accipitur; cf. Ducange h. v.* 4) *I. q. pectore recondere; cf. Ducange h. v.* 5) *Cf. Caesarii homiliam VIII (ed. Baluze p.* 62*):* Nam sicut ego reus ero, si vobis dicere neglexero, ita et vos, si id quod audistis non ita memoriter tenueritis, ut etiam aliis insinuare possitis, timere debetis, ne vobis necesse sit pro illis reddere rationem, *aliumque eius sermonem coram rusticis habitum (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2328*)*.

(62). Ad prandium vero et[a] ad cenam[1] mensae suae sine cessatione cotidie legebatur, ut uterque interior exteriorque[b] homo satiatus refectione duplici laetaretur. In hac ergo arta constrictaque conclusione audientes cum sudore, fateor, et verecundia grandi multi ante eum mox[a] obliviosi sunt agniti, dum pauci, quod peius est, commissam narratiunculam potuerant saltuosis[2] compendiis replicare. In domo[c] vero ecclesiae suae, sicut illo praesente, ita absente, convivium semper praeparatum[d] est clericis sive quibuscumque advenientibus[e]. Nullus illo superstite tamquam ad extraneam civitatem, sed tamquam ad propriam domum Arelato[f] venit. Cum[g] grandi zelo hac[h] fervore spiritus sollicitudinem gerens de ecclesiis, de monasteriis, de peregrinis, de viduis, de infirmantibus, de quorumcumque[i] causis, ne aliquis contra vestigia opprimeretur, precabatur. Universos viros occurrentes sibi tantae caritatis affectu excepit, cum tam sancto et dulci alloquio affatus est, ut partem se aeternae benedictionis percipere crederet, quicumque eius expetiit praesentiam. Mulieres tamen intra domum ecclesiae non ad salutandum, non qualibet causa, nec religiosae nec propinquae ancillae, nulla omnino feminarum introeundi habuit licentiam[3]. Et vere sancta, cauta et perfecta consuetudo, ut abscindatur omnis occasio maligna sive sinistra suspicio[k].

(63). Et quia de innumerabilibus eius bonis[a] haec pauca praesumpsimus attingere, sufficiant manifesta, etiamsi celantur occulta. Rogamus tamen vos, sancti fratres Messiane presbyter et Stephane diacone, quibus de illo multa comperta sunt, pro eo quod ab adolescentia in obsequio ipsius fuistis, ut huic opusculo vestram quoque[b] collationem iungatis.

EXPLICIT[c] LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

(1). Messianus presbyter et Stephanus diaconus[a] dixerunt: De sancti beatissimique patris et sacerdotis ac magistri nostri, domni videlicet[b] Caesarii, conversatione atque virtutibus illa[c] dicturi sumus, quae vel simul vel singillatim de eo cognovimus, vel cum sanctissimis coepiscopis eius[a], id est domno Cypriano[d] et domno[e] Firmino atque sancto[4] Viventio[f] pariter vidimus; qui[g] et ea quae de ipso superius adscripta[h]

I. Cap. 62. 1*a* (*ad v.* 6). *c.* 2. 3. *Cap.* 63. 1*c.* 2. 3. *II. Cap.* 1. 1*c.* 2. 3.

Cap. 62. a) *om.* 3. b) et exterior 3. c) domum quidem eccl. 3; *desinit* 1*a*, *foliis perditis.* d) pr. est *post* advenientibus 3. e) adventibus 1*c*, *corr.* f) Arelatum 3. g) *ita* 3; Cum — suspicio *om. rell.* h) haec 3. i) quorum 3. k) suspipio 3, *corr.*

Cap. 63. a) *om.* 1*c.* b) vestramque 2; quoque *om.* 1*c.* c) (E. l. pr. *om.*) Secundus liber de vita sancti Cesarii 2.

Cap. 1. a) *om.* 1*c.* b) videlicet *om.* 1*c.* 2. c) d. i. 3; sumus *om.* 1*c.* d) Cipr. 2. e) *om.* 3. f) Vincentio 2. g) quia quae 3. h) ascripta 2; scripta 1*c.*

1) *Cf. Caesarii suggestionem (ed. Malnory l. l. p. 204):* deprecans — —, ut per vestram sanctam institutionem pro animarum salute cotidianae lectionis ad sanctum convivium vestrum et faciendum verbum in ecclesia utilis et necessaria consuetudo — — servetur. 2) *Ita Sidonius, Ep. IX, 9, de notariis:* Tribuit et quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium, qui comprehendebant signis quod litteris non tenebant. 3) *Cf. Caesarii regulam monachorum tit.* 11 *(Codex regularum ed. Holstenius II, p. 55):* Mulieres in monasterio numquam ingrediantur. 4) *Epitheton 'sanctus' eo tempore non solum defunctis attribuebatur, id quod statuit A. Malnory l. l. p. III, sed etiam vivis, ut supra I,* 60. *Cyprianus ipse ita appellatur.*

sunt ab initio referentes, usque ad finem articuli concluserunt et nobis permittere ac iubere dignati sunt, ut unusquisque nostrum, quae sibi de gestis eius essent bene cognita, fideliter enarraret. Non indigemus, vel si nobis suppeteret[a], eloquentia saeculari[b], quia omnem mundanae facundiae transcendit ornatum sanctarum veritas actionum. Ad quam plenissime demonstrandam[c] illa nobis puritas simplicitasque sufficiet[d], qua[e] ipse quoque beatissimus pater miracula quae a nobis sunt referenda perfecit, maxime cum frequenter hoc et ipse domnus communi[f] habuerit in sermone[1], quia quod erudite diceretur, intellegentiam doctis[g] tantummodo ministraret, quod vero simpliciter, et doctos[h] simul et simplices competenter instrueret. Ergo ea quae veraciter ab eo facta dictave cognovimus aggrediemur[k] Deo propitio verbis infucatis[i] et integris pro parte qua possumus fidelibus auditoribus intimare, ut ex ipsis et infirmis conpunctio[l] et perfectis gaudium et ad perfectionem tendentibus ministretur exemplum. Incipiemus igitur, quemadmodum recordamur, breviter opera eius sancta, Deo adiuvante, retexere.

(2). Petri[a] diaconi[b] huius ecclesiae filia, in qua omnis utilitas domus ipsius consistere videbatur, languore gravi faciente, triduo iam muta iacebat. Pro qua re quodam die pedibus se beatissimi viri prostravit, dicens: 'Miserere, serve[c] Christi[d], senectuti meae, veni[e], ora pro[f] filia mea, quia confido tibi a Domino nihil esse negandum; pone manum super eam, et salva erit. Iam enim per triduum[g] muta, oculis clausis, iacet, horisque et momentis singulis exitum eius expecto'. Quo audito, motus et conpunctus[h] lacrimis senis, ad domum eius[i] perrexit[k]. Ubi cum ingressus fuisset et omnes in ipsa domo cum patre fortiter flentes (cf. 4. Reg. 4, 31.) videret, ad orationem prosternitur; ubi velut[l] alter Heliseus[m] ad caput eius inter angustias archae et lecti se adtraxit. Post orationem, quam cum lacrimis fudit, statim reverti ad domum ecclesiae coepit.

(3). Erat enim consuetudinis eius, ut cum, spiritu sibi insinuante, preces suas exaudiri pro infirmis agnosceret, statim cum celeritate exinde discederet, ne si[a] illo praesente fieret, quod ipse[a] a Domino precibus[a] impetrasset[b], aliqua arrogantiae nasceretur occasio, quia et re vera frequenter et dulciter quasi in figura, ut nemo intellegere[c] posset, dicebat: 'Cui animarum cura[d] credita est, fortiter debet timere et[e] curam corporum exercere. Denique simplicibus magis quam doctis istud gratia[f] divina concessit. Utinam[g] in his quae nobis misericors Dominus dedit dis-

II. Cap. 1. 1*c*. 2. 3. *Capp.* 2. 3. 1*b*. *c*. 2. 3.

Cap. 1. a) suppetere 1*c*. b) saecularis 1*c*. c) demostrandam 2; demonstranda 1*c*. d) sufficiat 1*c*. 2. e) quia 1*c*. f) communis 1*c*. 2. g) dotis 1*c*. h) docto 3. i) aggredimur 3, *corr.* k) infu(c *in ras.*)atis 3. l) conpunctionem 1*c*.

Cap. 2. a) *in* Petri *redit* 1*b*. b) diaconis 1*b*. c) servus 1*b*. d) Christe 3, *corr.* e) *om.* 1*c*. f) super filiam meam 1*b*. g) triduo 1*c*. h) *ita* 3; compulsus *rell.* i) ipsius 1*c*. 2. k) pergit 3. l) vel 3, *corr.* m) Helias 1*c*.

Cap. 3. a) *om.* 3. b) et ne *add.* 3. c) *ita* 1*c cum Baud. l. l. p.* 387; intelligere possit d. 1*b*; intelligi posset d. 2; intellegeret d. 3. d) cr. est cura 1*c*; cura tradita est 2. e) *ita* 3; et c. *om.* 1*b*; t. corp. voluptatem ex. 1*c*; (t. *om.*) sanitates corp. ex. 2; fortiter laudem ab hominibus debet timere *Baud.* f) d. gr. 1*c*. g) Vitam 1*c*.

1) *Ita Caesarii sermo (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 1758*)*: Et quia imperiti et simplices ad scholasticorum altitudinem non possunt ascendere, eruditi se dignentur ad illorum ignorantiam inclinare, quia quod simplicibus dictum fuerit, scholastici intellegere possunt, quod autem eruditis fuerit praedicatum, simplices capere non valebunt, *et suggestio (ed. Malnory l. l. p.* 298. 306*)*.

cretionem nobis sibi placitam concedat. Istud tamen a[a] nobis indignis minime est praesumendum'.

(4). Discedente ergo eo[a], coepit iterum atque iterum clamare pater post euntem: 'Novi, quia, si Dominum[b] tuum precaris, reddetur[c] mihi filia mea'. Tunc ille unum de cubiculariis suis[d] reliquit, dicens: 'Vade, observa ibi et post paululum[e] veni et dic mihi, quid agit[f]'. Necdum hora completa[g], et ecce! nuntius[h]: 'Domne[i]', inquit, 'reversa est[k] ad se puella, supra quam orasti[l]; quae[m] hoc dicit: "Domnus[n] episcopus hic fuit, cuius orationibus reddita sum et sana facta"'. Pro[o] qua re venit pater, gratias agens, et sibi iam[p] per orationes episcopi[q] sancti revocatam a morte filiam protestatur; nam denique[r] hodie, Domino annuente, vivens huius rei ipsa per[s] se testis existit.

(5). Sed licet, ut mos servorum Dei est, semper virtutes faciendas excusent, is[a] praecipue servus[b] Christi, et quando ad praesens sibi praestari[c], insinuante Domino, confidebat, nec[d] tunc temere arrepere[e], sed caute subterfugere volebat. Verum sive stetisset sive fugisset, numquam[f] postulanti defuit[g] Deus, quem ille in corde suo non solum in oratione et obsecratione, sed etiam in convivio, in itinere, in collocutione, in consessu[h, 1], in prosperis, in adversis et[i] etiam in somno semper secum habuit. Denique nos ipsi vel conservi nostri, qui in cella ipsius manserunt, sciunt quae dicimus, illum inter pausas[k] somni, quas iam aetas non solum exigebat, sed etiam pro infirmitate aliquotiens premebat[l], spiritu semper vigilante, dicere[m], tamquam admonens, qui psalmum diceret[n]: 'Age, dic'. Nulli dubium est[o], quod aut spiritaliter cum sanctis[p] psallebat, aut certe illud[q] impleverit propheticum: *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Frequenter etiam in sopore Cant. 5, 2.
positus, de futuro iudicio et[r] de aeterno praemio praedicabat. Interea non est meorum meritorum, ut indignus praeclara de famulo Dei referam.

(6). Cum igitur in cella ipsius diaconus in servitio illius ad iudicium meum delegatus essem[a], curam me[b] inter reliqua etiam de nocturnis horis[c] iusserat habere. Itaque cum de cella inferiore[d] ubi manebam foris[e] egressus fuissem,

II. Capp. 3. 4. 1*b* (*ad r.* 8). *c.* 2. 3. *Capp.* 5. 6. 1*c.* 2. 3.

Cap. 3. a) *om.* 1*b*.

Cap. 4. a) eum 1*c*; *om.* 1*b*. b) Deum 1*c*. c) redditur 1*b*. 2; precatus esses, filiam meam mihi reddidisses 1*c*. d) *om.* 3. e) post unam horam v. 1*b*. f) agitur 1*c*. g) est *add.* 1*b*. h) *ita* 3; ecce illum nuntiare 1*b*; ecce illi nuntiavit 1*c*; ecce ille nunciat 2. i) dne 2. 3. k) ad se est 1*c*. l) *ita* 2. 3; orastis 1*b. c*. m) et 1*b*. n) meus sanctus *add.* 1*b*. o) Quam ob rem 3; *finem cap. et c.* 5—15. *om.* 1*b*. p) eam 1*c*. q) *ita* 3; *pro* ep. s. *habent* vestras 1*c*, eius 2. r) *ita* 3; D. h. d. a. 1*c*; D. h. usque a. 2. s) per se *om.* 1*c*.

Cap. 5. a) his 1*c*. b) servis 1*c*. c) praesentari 3. d) ne 1*c*. e) *ita scripsi*; temere arripere 2; timere arripere 1*c*; temerario opere 3. f) sibi *add.* 1*c*. g) *bis scr. erat* 3. h) *ita Mab.*; consensu *codd.*; concessu *Barr.* i) *om.* 1*c*. 2. k) ipsas 1*c*. l) et si pro i. a. requiescere voluisset *Baud. p.* 391. m) *ita scripsi;* diceret *codd. cum Baud.* n) dicebat *Baud.* o) *om.* 3 (*habet Baud.*). p) scs (= sanctus) 1*c*. q) certe nec sopor eam superabat *Baud.* r) *ita* 3 *cum Baud.*; vel 1*c*. 2.

Cap. 6. a) esset 1*c*. b) *ita* 1*c*. 3; mihi 2. c) me *iterat* 1*c*. d) inferiori 3: *i. e.* interiore; *cf. Bonnet, 'Latin' p.* 587. f) foras 3.

1) *Sunt verba Caesarii, quibus et in sermone (Migne, Patrol. Lat.* 30, *col.* 2259*):* Ante omnia ubicumque fueritis, sive in domo sive in itinere sive in convivio sive in consessu verba turpia et luxuriosa nolite ex ore vestro proferre, *et in suggestione (ed. Malnory p.* 298*):* nec in ecclesia tantum, sed et ad convivium lectionem divinam relegi faciamus et in conloquio, in consessu, in itinere et ubicumque fuerimus, repudiatis otiosis fabulis et mordacibus iocis, verbum Domini fidelium cordibus referre festinemus, *usus est.*

quia in omnibus sanctus vir modum semper voluit[a] custodire, praecipue ad nocturnos[b, 1], vigilantissime observabat, ut absque eo[c] qui sibi peculiariter inhaerebat[d], — Deo solo sibi[e] attestante, dicebat —, nullus suorum qui secum manebant[f] ante horam legitimam excitaretur. Tunc per somnum lenta voce clamabat[g]: 'Duo[h, 2] sunt, nihil est medium, duo[h] sunt: aut in caelo[i] ascenditur, aut in infernum descenditur[k]'. Deforis cellam[l] ego revertens, ille evigilavit[m], ait ad me: 'Quid', inquit[e], 'iam hora est ad nocturnos?' Ego dixi: 'Non est hora, adhuc tempore[n] est'. Et ille: 'Vere hora est'. Et re vera sic erat. Tunc implevimus nocturnos. Et dixit[o] ad me: 'Cuinam[p] per somnium[q] cum grandi intentione clamabam[r]: "Duo[s] sunt, duo[s] sunt, non est quicquam medium: aut in infernum aut in caelo[t] itur?" Ego respondi: 'Consuetudinem tuam facis[u] incessanter clamare'. Tunc ego[v] peccator arbitratus sum, quod semper ille de Deo et cum Deo loquebatur[w].

(7). Hic enim, ut supra[3] dictum est, sic omnium virtutum amator fuit, ut nullum bonum fuerit, quod vel per se non[a] cum alacritate exercuerit vel cum fervore spiritus alios habere et[b] voluerit et docuerit. Inter omnia[c] igitur bona, quae generaliter ut fierent, docebat, et mala, quae nulla omnino fieri pronuntiabat, praecipue, quod benigna et sincera conscientia vestra novit, infidelitatis, mendacii, superbiae atque[d] luxuriae vitia et ebrietatis inpatientissime[e] omnino abhorrebat[f]. Iesu bone, quibus gemitibus, quibus suspiriis, quo fletu pro peccatoribus supplicabat, ut iam videres hominem Dei tamquam in praesenti conspicere miserum peccatorem ad gehennae supplicia destinari! Denique secundum apostolum numquam sibi[g] solo vixit, numquam pro se solo oravit. Rom. 14, 7.

(8). Quodam igitur tempore cum velut[a] ad cumulum meritorum suorum undique captivi[b] Arelato redimendi non frustra exhiberentur[c], magna multitudo redemptorum ingenuorum et multorum nobilium Arelato ab ipso viro sancto cotidie pascebantur. Tunc venit ordinator ipsius et coepit ipsum contestare[d]: 'Edice[e], ne captivi[b] isti vadant, domne[f], per plateas et petant, unde comedant, quia, si hodie consuetudinarie ab ecclesia pasti fuerint, crastino ad mensam tuam, unde panes fiant, non habebis'. Tunc ille fiducialiter in[g] cellam ingrediens, ad consuetudinaria[h] subsidia confugit, ubi numquam testem hominem habere voluit, et[i] petiit a Domino, substantiam miseris dari; nam si quis forte, ubi ille solo stratus orabat, casu[g] supervenisset, fortiter abhorrebat. Itaque tam profuse flevit, ut statim impe-

• *Capp.* 6–8. 1c. 2. 3.

Cap. 6. a) voluisset 1c. b) ad nocturnas 2; ad noctu: *m. al. corr.* noctu 1c. c) *ita* 3; id quod *rell.* d) *ita* 3; *om. rell.* e) *om.* 3. f) *corr.* manebat 3. g) dicebat 1c. h) Due 1c. 2. i) caelum 3. k) ascenditur 3, *corr.* l) *ita* 2; cella 3; *om.* 1c. m) et *add.* 1c. n) *ita* 3; tempus 2; sub tempore 1c. o) ait 1c. p) *ita scripsi;* Cuidam *codd.* q) somnum 1c. r) proclamabam 1c. s) due 1c. 2; d. s. *semel* 2. t) caelum 2. 3. u) *om.* 1c. v) *pr. m. superscr.* 3. w) loqueretur 1c.

Cap. 7. a) *om.* 2; c. a. non 1c. b) *om.* 1c; *expectes* nec v. nec d. c) i. o. 1c. d) (a. *om.*) l. et ebr. v. 3. e) i. o. *om.* 3. f) ob(h)orrebat *codd.* g) soli sibi 1c.

Cap. 8. a) vel 3. b) capti 1c. c) exhiberetur 1c. d) *ita* 2; contestari 1c. 3. e) *ita scripsi;* et dicere c. *codd.* f) dnē 2. 3. g) *om.* 3. h) *ita* 3; ad orationem consuetudinariam s. (s. *om.* 2) confugiens *rell.* i) *ita* 3; *om. rell.*

1) *Officium, quod noctu peragitur. Ducange.* 2) *Scil. loca, nam in homilia VI (ed. Baluzius p. 47) Caesarius:* Duo, *inquit,* loca sunt, tertius non est ullus: qui cum Christo regnare non potuerit, cum diabolo absque ulla dubitatione peribit. 3) *Supra I,* 45.

traret[a] quod postulaverat[b]. Tunc[c] ergo inde exiens, cum alacritate et fiducia quodammodo infidelitatem ordinatoris obiurgans, venerabili viro Messiano[d] presbytero, tunc temporis notario dixit: 'Vade in[e] horreum et ita scopa, ut nec quicquam[f] granorum, si fieri potest, ibi remaneat, et fiant panes secundum consuetudinem, et omnes simul manducemus; et si crastina[g] non fuerit quod manducetur, omnes ieiunemus, dummodo hodie bene nati homines seu reliqui captivi, nobis edentibus[h] et bibentibus, non eant per plateas mendicare'. Vocans tamen unum e nobis, in aure eius dixit: 'Cras dabit Deus, quia qui dat pauperibus numquam egebit'. Etenim adhuc[i] ipsis captivis non licebat ad propria remeare. cf. Prov. 28, 27.

(9). Quid multa? Impletur quod iussit. Murmuratur[a] ab omnibus ecclesiae convivantibus, unde essent alio[b] die commessuri. Sed qui[c] Heliae[d] providerat mulierem viduam[e], ad quam veniendo pauxillulo[f] sustentaretur, et isti[g] sine[h] ambiguitate, cum oraret, insinuaverat, omnia captivis et peregrinis erogando nihilque omnino sibi[i] reservando ut[k] semper uberius ditaretur. Denique alia die, qua pallentes lucescere metuebant hi[l] qui ope ecclesiae sustentabantur, et cum non minimis suspiriis expectarent, quid[m] ageretur, Gundobaldus[n, 1] et Sigismundus reges Burgundionum scientes, quam alacer servus Domini ad opera[o] misericordiae festinaret, antequam ipsa[p] lux diei claresceret, tres naves quas latenas[2] vocant maiores plenas cum[q] tritico direxerunt. Et omnes, qui pridie incredulitate famis periculum[r] metuebant, videntes, quod Dominus servo suo numquam deesset, gratias cum gaudio Deo in necessitate subvenienti maximas referebant. cf. 3. Reg. 17, 9 sqq.

(10). Quodam igitur tempore patricius Liberius[3], insidiantibus Gothis, quos Wisigothos[a] dicunt[b], lanciae vulnere in ventre usque ad vitalia perforatus est. Et quia trans Druentia[c] periculum ipsum gestum fuerat, turbatis omnibus concurrentibusque[d] post percussorem, ille[e] solus remansit. Periculo vulneris ipsius perterritus et spe vitae[f] suae desperatus, quantum potest homo, donec fiat exanguis, prope non minus quingentos aut eo amplius passus in aliam ripam propriis pedibus transfugit. Sed cum ad locum Arnaginem[g, 4], ubi homines[h] vici ipsius occurrere potuerunt, pervenit, omnino sine ulla spe vel respiratione animae cadens iacuit. Haec enim paene omnis civitas novit; tamen quae dicimus, magni-

II. Capp. 8—10. 1c. 2. 3.

Cap. 8. a) impetravit 2. b) postularet 1c. c) *ita* 1c (*cf. infra c.* 12); T. ergo ex. i. 2; (T. *om.*) Inde vero ex. 3. d) Menssiano 2. e) ad 3. f) unum granum 3. g) crastino panis defuerit (q. m. *om.*) 3. h) *ita* 3; sedentibus 1c. 2. i) i. c. a. 3.

Cap. 9. a) Murmurabatur 1c. b) abhodie 1c. c) qui:, *ras.* a 3. d) Helye 2. e) *om.* 1c. f) pauxillum 1c. 2. g) iste 1c. 2. h) procul dubio, cum 3. i) o. subire servando 1c. k) *ita* 3; *om. rell.* l) hii 3. m) quid (que 2) agerentur 1c. 2. n) Gundebaldus 1c; Gundobalus 2. o) operae 1c. p) l. i. 1c. q) *om.* 3. r) periculo 1c.

Cap. 10. a) Visigothos 3; Guisigothos 2. b) vocant 1c. c) Druentiam 3; Druencia 2. d) con::::entibusque 3, *corr.* e) i. s. *bis scr. erant* 1c. f) s. v. 3; *omnino aliud habet* 2. g) Arvaginem 1c. h) hominem ipsius *pr. m. corr.* homines vici i. 3.

1) *Id post obsidionem Arelatensem factum esse verisimile est.* 2) Latos = navis *et* latororum = genus navis, sed latrociniorum *Gloss. Isid.; cf. Forcellini VI, p.* 644. 3) Petrus Marcellinus Felix Liberius vir clarissimus et inlustris, praefectus praetorii Galliarum atque patricius (*cf. conc. Araus. a.* 529, *ed. Maassen, Concilia I, p.* 53) *paucis annis post obsidionem Arelatensem a Theoderico in Gallias missus est, quibus etiam regnante Athalarico praeerat, donec post urbem a Francis captam a.* 533. *patricius praesentalis in Italiam revocatus est; cf. Mommsen, Auct. antiq. XII, p.* 495. 4) *Vide supra p.* 111.

ficentissimo viro ipso referente, cum lacrimis et grandi admiratione virtutis[a] viri sancti cognovimus.

(11). 'Tunc, inquiunt', vir ille referebat nobis, 'nihil mihi in supremum meum[a] aliud in[b] memoriam venit, nisi cum lacrimis proclamarem: "Omnia remedia cessaverunt; domnum meum Caesarium rogate, ut mihi subveniat". Quod nos ex[c] eius qui missus fuerat[d] velocitate verum esse cognovimus. Nam dum in agro sancti monasterii sui aliquantum et repausare et ordinare aliqua voluisset, ibidem coeperat paululum remorari; et ecce! subito qui missus fuerat anhelans venit, suppliciter deposcens: 'Cito propera', inquit, 'domne[e]; filius tuus, ut ante obitum suum illum videas, rogat'. Et cum nullum sine medicamento penitentiae de hoc mundo vir[f] Dei voluisset recedere, illum praecipue sine hoc remedio non optabat abire. Statim etenim[g] ad vicum Arnaginensem pervenimus. Ergo, sicut supra dixi, ea quae vir ipse mihi ex plurimis retulit indicabo.

(12). Nam[a] dum[b] ita exanimis iaceret, ut non solum omnes reliquos suos, sed etiam nec coniugem nec[c] filiam unicam agnosceret, tunc[d] ipse cum sacramento dicebat[e] fuisse sibi visum humana[f] voce audisse, quae illi in aure[g] lente loquens dixerit: 'Ecce! sanctus episcopus venit'. 'Statim ad ipsam vocem oculos aperui et ipsum famulum Christi[h] venientem cognovi. Sed ubi ad me peraccessit[i], manus illius, quantum necesse erat mihi, qui spem vitae amiseram, osculari fortiter institi[k]. Tunc ergo[l], ut credidi[m], Deo mihi peccatori inspirante, birrum ipsius domni[n] mei adprehendi et vulneri meo imposui. Sed cum ibidem paululum partem vestimenti ipsius tenuissem, in eadem hora sanguis, qui penitus non[o] desistebat fluere, ita deinceps cessavit, ut non solum sanitas, sed etiam virtus maxima mihi redderetur; et si permissus fuissem, caballo sedens ad civitatem nitebar properare'. Quod etiam apud nos qui praesentes fuimus verissimum[p] esse constitit[q].

cf. Luc. 8, 44. (13). Igitur illustrissima feminarum[a] Agretia, matrona eiusdem viri, cum mulieris[b] illius, quae extremam fimbriam vestimenti Domini tetigit, infirmitate[c] laboraret, non dissimilis fide et devotione liberata est. Cum ad occursum eius venissem, illa familiariter dignabatur meam parvitatem: infirmitatem suam acsi cum verecundia matronali prodens, coepit sub obtestatione Domini multis precibus poscere[d] a me, ut unum pannum de tesselis[1] illius, quem a[e] nudo sui corporis habuisset, feminae[f] deferrem. Cumque ego, in cella[g] beati viri dum[h] essem, facile potuissem facere quod sperabat, timere tamen coepi, ne unde illa sibi remedium pete-

II. Capp. 10—13. 1c. 2. 3.

Cap. 10. a) *ita scripsi;* virtutes *codd.*

Cap. 11. a) halitum *add. Barr.* b) *om.* 1c. c) *ita* 3; (ex *om.*) eius 2; per eum 1c. d) eum *add.* 1c. e) domine 1c. 2. f) v. D., *versu exeunte, om.* 3. g) *om.* 3.

Cap. 12. a) Nam — agn. tunc *om.* 2. b) cum (ita *om.*) 3. c) *ita* 1c; vel 3. d) *om.* 3. e) non *add.* 1c. 2. f) humanam vocem 3. g) *ita* 3; in Arelato dixerit 1c; in Arelatense dixerit 2. h) Dei 1c. i) accessit 1c. k) intiti 3, *corr.*; coepi 1c; *om.* 2. l) ego 3. m) ut credo 1c; *haec om.* 2. n) domini 1c. o) *om.* 1c. p) verissi 3, *corr.* q) constat 3.

Cap. 13. a) femina 1c. 2. b) muliere *codd.* c) *om.* 1c. d) exposcere 1c. e) *ita* 1c; ad nudum s. c. 2; (a *om.*) nudo (s. *om.*) corpori 3. f) sibi ferrem 3. g) cellam *pr. m.* 3. h) (d. *om.*) e. et f. 3.

1) *Intelleguntur panni formae quadratae, quibus etiam mulieres utebantur; cf. lit. remiss. a.* 1456 *(Ducange ed. Favre VIII, p.* 38*):* 'jeune fille se complaignoit que icellui — — lui avoit osté de son saing et poitrine une petite pièce de drape qu'elle y mettoit pour soy parer et estre plus honnestement, laquelle pièce de drap on nomme tasseau ou pays de Henault et environ'.

bat, ego peccatum ex furto incurrerem. Tunc[a] cubiculario ad quem vestimenta sancta[a] pertinebant id indicavi, quod aliquis fide tessellum sibi deportari postulasset; pro[a] qua re unum vetustum mihi ille[a] dare non distulit.

(14). Domine Iesu Christe[a], gloriosus es in sanctis tuis, et quis tibi[b] similis? cf. 2.Thess.1,10.
Tu tamen[c] promisisti, quod si quis in te crederet, opera quae facis et ipse faceret[d]. Ioh. 14, 12.
Nam dum[e] apud me iam servatur pannus ipse[f] deportandus, cum sero[g] factum esset, — ea consuetudo erat, ut[h] ei, antequam repausaret, tesselli adhiberentur calefacti ad focum[1], et aliis detractis, apponerentur[i], — exhibiti sunt, prout opus existimavit qui serviebat. Cui ille: 'Non istos', inquit, 'illum[k] talem atque talem volo'. Exhibiti sunt alii veteres: 'Non est hic', inquit, 'quem quaero', exquirens, quod non consueverat, ut innotesceret, quod in[c] spiritu praevidebat. Tunc nutibus ego et ille qui mihi dederat coepimus recognoscere, quod servo[l] Dei furtum nostrum non potuisset latere, ut perspicuum et evidens esset, quod famulus tuus, Domine, nobis indignis de donis illis[m] quae ipsi tribueras potuisset dicere: 'Tetigit me cf. Luc. 8, 45.
aliquis'. Tunc ergo[n] velut pro illa, quam tu, domine Iesu, per orationem[o] servi tui sanasti, ego[p] timens et tremens, quod factum fuerat coepi[q] servo tuo fateri, dicens: 'Indulge, domne[r]; ego[s] pannum quem quaeris habeo. Filia tua'. Usque[t] hic me loqui permisit; ille autem cum sibilo silentii: 'Tace', inquit, et cum[u] grandi pietate apprehendens adhuc etiam illum tessellum dedit mihi et dixit: 'Vade', inquit[c], 'porta ambos ad basilicam domni Stephani et mitte illos sub altare, et ibi maneant, et unum quem[v] volueris porta mane ad eam quae[w] te rogavit et[x] alium mihi revoca'. Sicut iussit indigno[y] servo suo, feci; et tamen, cui[z] portaverim, numquam a me requisivit nec tessellum repetiit.

(15). Cumque illa femina assidue[a] exactrix esse non desineret[b], ut quod petierat deportarem, vidensque me eminus venientem, porrectis porro[c] manibus, antequam darem iamque raptura quod[d] exhibebam, impetu obviam[e] venit. Quae, antequam de casula[f], sub qua ipsum pannulum ferebam, erigerem, rapere quod fidei alacritate poposcerat festinabat. Ego vero cum[g] protulissem ipsum tessellum, dedi ei, illaque sibi[a] super vestimenta sua circa se[h] posuit; prius tamen oculis admovens et cum devotione deosculans, ut dignum erat, honorabat. Nec mora, statim adfuit, Domino tribuente, fidelis[i] petitionis suae[a] effectus[k], et iam vestimenta[l] servi Domini[m] habuerunt, quod et post transitum ipsius habere[h] noscuntur. Denique, ut solebat ipsa fateri, cum ipsum pannum ad pectus[n] suum

II. Capp. 13—15. 1*c*. 2. 3.

Cap. 13. a) *om.* 3.

Cap. 14. a) qui *add.* 3. b) s. t. 1*c*. c) *om.* 3. d) faciet 1*c*. e) cum a. me (*om.* i.) servaretur 3. f) *ita* 1*c*; iste 2; ille 3. g) c. esset s. ea 3. h) ei ut 3. i) opponerentur 2; adhiberentur 1*c*. k) inquit, sed alios atque illum et illum t. v. 1*c*. l) servum 3. m) illius 1*c*. n) *ita scripsi;* ego *codd.* o) *ita* 3; orationes 1*c*. 2. p) *om.* 3; ego — Indulge domne *om.* 1*c*. q) cepi:, *ras.* t 3. r) dn̄e 2. 3. s) inquit *add.* 1*c*. t) Hucusque me 2; Usque — permisit *om.* 3. u) et ut erat pius, apprehendit etiam a. t. et d. m., dicens 3. v) horum *pro* q. v. 3. w) qui 1*c*. x) aliumque 3. y) mihi *pro* i. s. s. 3. z) t. deinceps n. ullum a me r. (*om.* nec t. r.) 3.

Cap. 15. a) *om.* 3. b) desisteret 3. c) procul 3. d) *ita* 3; quo 1*c* (*bis scr. erat*). 2. e) obviavit mihi, et priusquam desub casulla velarem, pannum (*e corr.* pannem) quem fidei a. p. rapere satagebat. Ego 3. f) cassulla 2; casella 1*c*. g) v. proferens (*om.* i. t.) 3. h) *om.* 1*c*. i) fides 1*c*. k) aff. *pr. m. corr.* æff. 3; effudit 1*c*. l) *ita* 3; iam per vestimentum 1*c*. 2. m) *in ras.* 3. n) pectum 3, *corr.*

1) *Ad fovendum stomachum, ut monuit Mab.*

posuisset, statim, velut si[a] qui solent aqua frigida respergi, ita omnia membra vel venae eius etiam cum[b] parvo dolore in horripilationem[c, 1] suspensa sunt, ut corpus ipsius aliquantum horrore simul et tremore quateretur[d]. Sed ilico Domini[e] misericordia adfuit, et fluxus qui erat discessit et numquam amplius ad ipsam[f]
Luc. 8, 48. Matth. 9, 29. rediit, impletumque est in ea: *Vade filia, secundum fidem tuam fiat tibi.*

(16). Factum[a] est, ut quodam tempore quattuor aut quinque[b] episcopi[c] ei ad occursum venirent[d], cum quibus ad lucernarium ad[e] basilicam sancti Stephani descendit. Cumque, expleto lucernario, benedictionem populo dedisset, egredientibus illis mulier quaedam in salutatorio[2] occurrit[f], quae tam horribilem infirmitatem incurrerat[g], ut die noctuque incessanter[h] manus eius ita[i] inter se conliderentur[k], quasi aliquid volventes[l]. Quae lacrimabiliter clamavit: 'Domne Caesari, miserere infelici; ora[b], ut mihi[b] manus meae reddantur'. Illius[m] ut erat consuetudo[n], in oratione[o] cum aliis episcopis[p] prosternitur. Cumque[q] uterque surrexissent, inclinato capite, uni de sanctis[p] episcopis dixit: 'Iube[r], domne, rogo[s], signa manus mulieris[t] istius'. Qui[u] oboedientissime paruit, sed nihilominus praefatae[v] manus[w] solito volvebantur[x]. Illa vehementius clamans[y] dixit: 'Domne Caesari, ad te clamo, te rogo, tu signa'. Iterum in oratione[z] procubuit[q], erigensque[a] se, crucem super infirmas[b] manus fecit[c], quae statim steterunt. Mulier vero Deo[d] et viro sancto gratias[e] agens, incolumis[f] reversa est.

(17). Nam[a] cum ad oleum[b] benedicendum competentibus[c, 3] in baptisterio annis singulis veniebat[d], et hinc rediens[e] cum cocumula[4], ad consignandos[5] infantes sederet, parvuli illic pueri vel puellae a parentibus missi certatim currebant, exhibentes vascula cum aqua, alii cum oleo, ut eis benediceret. Cumque hii qui deferebant contra se urceolos et ampullas prae multitudine populi comploderent, sonus audiebatur percutientium et videbatur; et tamen vitrum, in quo benedictio servi Christi effusa fuerat, numquam[f] confractum est.

II. Cap. 15. 1*c*. 2. 3. *Cap.* 16. 1*b*. *c*. 2. 3. *Cap.* 17. 1*c*. 2. 3.

Cap. 15. a) hii 3. b) *om.* 3. c) obripilationem 2; obrepilationem 3; obrepirationem 1*c*. d) quaterentur 1*c*. e) Dei 3. f) illam 3.

Cap. 16. a) *in* Factum *redit* 1*b*. b) *om.* 1*c*. c) *ita* 1*b*. 2; ei ep. 1*c*; ep. ad o. eius 3. d) venissent 3. e) in 3. f) occurret 1*b*. g) (in *in ras.*)currerat 3. h) in:cessanter, *ras.* ter 1*c*. i) *om.* 1*b*. k) collidentur 3. l) volentes 1*b*. m) *ita* 1*b*. 2; Illi 1*c*; Ille 3. n) consuetus 3. o) *ita* 1*b*; orationem *rell.* p) episcopis — sanctis *om.* 2. 3. q) Cumque — procubuit *om.* 1*b*. r) uni (*om.* d.) 3. s) roga 1*c*; frater *add.* 3. t) mulieri huius 3. u) Quo 3, *corr.* v) praefata 1*c*; *om.* 3. w) mulieris *add. Barr.* x) volvebatur 1*c*. y) clamat (*om.* d.) 3. z) orationem 3. a) eregensque 1*b*. b) *om.* 3. c) dedit (*om.* q.) 3. d) *ita* 1*c*; D. et s. v. 2; (D. et v. *om.*) sancto 1*b*; *haec om.* 3. e) a. gr. 1*b*. f) sana rediit 3.

Cap. 17. a) *c.* 17. *om.* 1*b*; cum *om.* 1*c*. b) b. o. 3. c) diebus *add. Barr.*; a. s. c. in b. 3. d) *ita* 1*c*. 2; venisset 3. e) *ita scripsi;* et ingrediens (cum *om.*) c. (cocumula cum 1*c*; cocumulam 3; quo cumula 2) *codd.* f) *in marg. suppl.* 2; nullum fractum 3.

1) *Vocabulum, quod Eccli.* 27, 15. *legitur, pro horrore pilorum accipitur; cf. Forcellini h. v.* 2) *Exedra ecclesiae adiuncta, ubi episcopi fidelium salutationes opperiebantur; cf. Ducange ed. Favre VII, p.* 295. 3) *Caesarius ipse in sermone exhortatorio ad competentes habito (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2242*) vocabulum ita interpretatus est:* Competentes dicuntur simul petentes. — — Quid ergo petunt, qui baptismi sacramenta desiderant? Quid utique, nisi ut qui erant vasa diaboli, mereantur effici vasa Christi? *Inter eos qui tunc baptizabantur multi iam erant adulti; cf. Malnory l. l. p.* 181. 4) *Cucumula, quae inter sacra ministeria enumeratur (cf. Ducange h. v.), vas est, ubi oleum recondebatur.* 5) *I. e. fronti baptizati oleo signum crucis imprimere. Ducange.*

(18). Quodam[a] tempore, dum dioceses visitaret, ad castellum quod Luco[1] dicitur venimus. Erat ibi matrona quaedam[b] Eucyria[c] nomine[d], quae ancillam[e] suam offerens ante pedes eius prostravit; pro qua ut Domino supplicaret, lacrimabiliter[f] exorabat. Ille autem causam[g] perscrutans, ut erat vir Deo plenus et in omnibus perscrutantissimus, quid infirmitatis haberet, interrogavit. Dixerunt: 'Daemonium quod[h] rustici Dianam[2] appellant[i]. Quae sic affligitur, ut paene omnibus noctibus assidue caedatur, et saepe etiam[k] in ecclesiam ducitur inter[l] duos viros, ut maneat[l], et sic flagris diabolicis occulte affligitur[m], ut vox continua ipsius[n] rogans[d] audiatur, et eis qui sibi adhaerent[o] respondere penitus non possit[p]'.

(19). Tunc[a] omnibus qui cum[b] servo Christi aderant poscentibus, ut rei veritas appareret, videre petierunt. Permittente igitur ipso domno[c], sanctus Lucius presbyter et Didimus diaconus, qui eo tempore cum[d] ipso[e] per parrochias ambulabant, ad eam secretius videndam[f] properaverunt[g], in quorum etiam et[h] ego obsequio perrexi. Si mihi fideles credunt, — coram Deo dico, — oculis meis vidi plagas, quas ante aliquot[i] dies in dorsum[k] et in scapulas acceperat, ad[l] sanitatem venire; pridianas autem et in[b] ipsa nocte impressas recentes inter illas intextas[m]. Tunc iterum exhibita ante illum, ita torvis[n] luminibus oculorum, confusa[o] et aversa ab eo facie, apparuit, ut omnibus innotesceret[p], in faciem servi Dei minime eam posse respicere. Sed ille capiti eius manum imponens, benedictionem[q] dedit, deinde oleum[r] benedixit, ex quo eam nocturnis horis perungi iussit: statimque ita sana[s] facta est, ut deinceps[t] temptatio daemonis ad illam non reverteretur.

(20). Alio vero tempore cum in dioceses[a] venissemus, infans[b] annorum circiter octo[c] clericali habitu[d] in[e] altario venit, ubi post praedicationem, — quam non solum in civitate, sed etiam in omnibus parrochiis, cum potuit, per se memoriter facere minime distulit[f], — cum se de cancello ad altare revocasset, missam iam coeperat celebrare. Infans[g] vero ipse graviter ab[h] spiritu nequissimo coepit vexari[i], nam tremore et spumis horribiliter quatiebatur[k]. Tunc nos[l] omnes terror non modicus invasit. Ille vero oculos in caelum elevans, preces ad Dominum pro curatione[m] eius direxit et coepit iterum, omisso illo, ad missas faciendas se convertere.

II. Capp. 18—20. 1*b*. *c*. 2. 3.

Cap. 18. a) alio *add.* 1*c*. b) quae 1*c*. c) *ita scripsi* (Eocyrius *pro* Eucherius *Conc. Vas. a.* 529); Eutyria 1*b*. 3; Cutheria 2; Eucheria 1*c*. d) *om.* 1*c*. e) ancellam 1*b*. f) (l. *om.*) orabat 3. g) (c. *om.*) percunctans 1*b*; *haec om.* 3. h) inquid 1*b*. i) vocant 3. k) *om.* 3. l) inter — maneat *om.* 3. m) *ita* 1*b*. 2; atteritur 3; fatigatur 1*c*. n) eius 3. o) adherebant 1*c*. p) posset 1*c*.

Cap. 19. a) Tunc — posse respicere *om.* 1*b*. b) *om.* 3. c) cum *add.* 3. d) c. i. *om.* 1*c*. e) domino *add.* 2. f) videndo 1*c*; visendam 3. g) properarent 3. h) et *om.* 2; et ego *om.* 1*c*. i) *ita* 3; aliquos 1*c*. 2. k) in dorso et in scapulis 3. l) ad s. v. *om.* 1*c*. m) intestas *et add.* quas prius perpessa fuerat 1*c*. n) *ita* 3; turbis (turbidis 2; turbatis *Mab.*) oculis 1*c*. 2. o) *om.* 2. p) *ita* 3; appareret *rell.* q) benedixit eam, deinde 3. r) oleo benedicto (*om.* ex q. e.) 3. s) sanata est 3. t) inde 3.

Cap. 20. a) *ita* 1*b*. *c*; diocesim ven. 3; diocesi Arelatensi ven. 2. b) homo 1*c*. c) septem 1*b*; nonaginta novem 1*c*. d) habito 1*b*; degens *add.* 1*c*. e) ad altare 3. f) distituit 1*b*. g) Homo 1*c*. h) a 1*c*. 2. i) vexeri 1*c*, *corr.* k) patiebatur 1*b*. l) *om.* 1*c*. m) recuperatione 1*c*.

1) *Le Luc, dép. Var.* 2) *Cf. fragmenta Capitularium (Capit. ed. Baluze II, p.* 365*):* Illud etiam non omittendum, quod quaedam sceleratae mulieres retro post Satanam conversae, daemonum illusionibus et phantasmatibus seductae, credunt se et profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias et multa terrarum spatia intempestae noctis silentio pertransire eiusque iussionibus velut dominae obedire et certis noctibus ad eius servitium evocari.

Tunc quidam presbyter Cataroscensis[a. 1] ecclesiae Ursus nomine infantulum[b] ipsum ante pedes eius proiecit[c. 2]. Quod ille aegre suscipiens, ait: 'Parcat tibi', inquit[d], 'Deus, benedicte[e]; istud aliorum opus est, non meum'. Et licet ille propter humanam arrogantiam denegaret, non tamen servo suo defuit virtus divina. Statim ergo[f] ubi ante pedes eius[g] puer ipse[h] proiectus est, sanus surrexit, nec umquam ad eum spiritus nequam rediit, quem[i] etiam subdiaconum[k] in ipsa ecclesia vidi.

(21). Nam[a] cum ad Citaristanam[b. 3] parrochiam venisset[c] visitandam, cuiusdam Novati[d] nomine[e] filia tam nefandum[f] et novi generis daemonium videbatur incurrisse, ut, si quando pedem extra hostium domus suae misisset, statim multitudo corvorum in faciem ipsius lacerantes inruebant, et illam[g] tremore quassatam vel cum spumis volutante[h], omne illius nudum quod repperissent corpus, hoc est faciem, cervicem[i] vel quicquid aliud invenissent, deturparent. Quae dum ad[k] sanctum virum esset[l] exhibita, usque ad basilicam qua[m] ingressa est, ubi vir Dei erat, supervenientes corvos nos vidimus eminus[n] volitantes circa eam; non tamen iam vel[o] tunc ausi[p] importuni inruere. Nam cum ante ipsum venisset, videns faciem ipsius deformiter laceratam, nobis[q] secretius[r] dixit: 'Numquam isto genere diabolum insidiatum alicui vel legi vel vidi vel[s] audivi'. Tunc ante sanctum altarium[t] super caput eius manus imponens, oleum benedixit eique[u] oculos et aures perunxit[v]: cunctis[w] videntibus, per plateam ad domum suam sana reversa est[x]. Per biduum quo[y] ibi fuimus ad ecclesiam processit, incursusque ille deinceps numquam ad ipsam[z] reversus est.

(22). Devoluto[a] hinc[b] tempore, venit ad agrum ecclesiae nostrae, ubi et[c] dioceses sunt, quae[d] Succentriones vocatur. Balnearia ibidem grandibus fastigiis constructa sunt. Ubi si quis momentis singulis casu transiret, statim per nomen clamabatur[e]; ilico sibi ingentia saxa aut ante pedes[f] aut post se cadentia cum metu aspiciebat. Caventes universi, ne inde umquam praeterirent, unde etiam monebantur omnes[c] nescientes, ne in illud periculum inciderent, inde[g] praetergredi non debere. Cum ecce! vir Dei ibidem[h] requisitus ad aliam pergeret[i] ecclesiam, clericus cui cura erat baculum illius portare, — quod notariorum

II. Capp. 20. 21. 1*b. c.* 2. 3. *Cap.* 22. 1*c.* 2. 3.

Cap. 20. a) Cathar. 3. b) hominem 1*c.* c) proicit 1*b.* d) *om.* 2. 3. e) frater 1*b.* f) ergo *om.* 1*b.* 3; ut *pro* ubi 3. g) ipsius 1*b.* h) *om.* 3. i) quem — vidi *om.* 1*b.* k) subdiaconem 1*c.*

Cap. 21. a) Iam 1*b.* b) Cistaristanam 1*c.* c) visitandam venissemus c. 1*b*; v. visitandi gratia c. 1*c.* d) Novitati 2. e) *ita* 1*b*; nominis 2. 3; hominis 1*c.* f) nefando 1*c.* g) illa tr. quassata 3. h) *ita* 1*c.* 2. 3; volanti 1*b.* i) trucem 1*c.* k) d. sancto viro 3. l) *ita* 1*b.* 2; fuisset exh. 1*c*; exh. est 3. m) quam 3. n) valde *add.* 2; vid. super eam v. Non 1*c.* o) *om.* 2; ausi iam (*om.* v. t.) 3. p) fuerunt *add.* 1*b. c.* q) que *add.* 1*b.* r) secrete 1*c.* s) v. a. *om.* (1*b*). 3. t) altare 3. u) eiusque 3. v) inunxit 3. w) que *add.* 1*c.* x) et *add.* 1*c.* y) quod 1*c.* 2. z) illam r. est 2; eam adiit 3.

Cap. 22. a) *c.* 22—42. *om.* 1*b.* b) inquit 2; itaque 3. c) *om.* 3. d) quod 1*c.* e) et *add.* 3. f) pes *m. rec. corr.* pēs 3. g) *ita* 3; unde p. n. audebant 1*c*; *haec om.* 2. h) *ita* 2; ibidem requisita 1*c*; Caesarius per eadem loca *pro verbis* i. r. 3 i) eccl. p. 1*c.* 2.

1) *Hodie Berre (dép. Bouches-du-Rhône); cf. Longnon, 'Atlas hist. Texte expl.' II, p.* 171. 2) *'Mesiani' ad Viventium episcopum epistula (ed. Mabillon, Ann. ord. S. Bened. Saec. I, p.* 683*), in qua miraculum illud commemoratur, medio aevo ficta est ad ecclesiam Hermetis martyris 'iure perpetuo Arelatensi sedi' adiudicandam. Fraudem etiam A. Malnory l. l. p. IV. perspexit.* 3) *Cytharistam (hodie Ceyreste, dép. Bouches-du-Rhône) paroeciam in dioecesi Massiliensi sitam ecclesiae Arelatensi a.* 417. *adiudicaverat Zosimus papa; cf. MG. Ep. III, p.* 6.

officium erat, — oblitus est; in quo ministerio inutilis ego serviebam. Tunc[a] incolae[b] loci illius, cum eum invenissent, gaudentes dicebant[c], sibi a Domino praestitum, ut aliquid illius reperissent. Mirantur[d] et[c] agunt Deo gratias virgamque ipsam de pariete illo[e] suspendunt, deferentes[f] ad locum, ubi daemonum incursus audiebantur: statimque effugatae[g] sunt insidiae diaboli, et ultra nulli in loco[h] nequissimum malum facere usque hodie adversarius ipse praesumpsit.

(23). Accidit etiam quodam[a] tempore, ut unus ex Galliis[b] Benenatus quidem[c] nomine, non opere venerit[d], quique se deploraret[e] cum nepotellis[f] suis captivum esse[g]. Habebat puellam parvulam, quam virili[h] habitu induens, ad ipsum demonstrat[i], dicens: 'Hic nepos meus est, et mecum cum sorore sua, quae post nos huc properat, captivi detinentur'. Tunc vir Dei dolens de captivitate eorum, pro affectu quem ei Dominus ab infantia inspiraverat illum qui puellam ipsam exhibuerat et ipsam, velut puerum credens, utrumque blande resalutans[k], osculatur. Igitur accepta uterque redemptione revertuntur[l], unde ibi applicuerant.

(24). Post biduum iterum puellam ipsam[a] in habitu proprio, ut amplius solidos acciperet[b], revocat. Haec vero agebantur[c] per suggestionem[d] sancti viri Iacobi presbyteri, qui sancta simplicitate sua omnia illum in veritate queri insinuabat. Tunc et huius idem Benenatus[e] puellae accepit[f] iterum redemptionem. Nam quorum tunc sollicitudinis fuit, cognoverunt, quod ipsam postea exhibuerat, quam prius virili habitu ostentaverat[g]. Quod cum indignatione sancto Dei non solus[h] ego illi[i], sed etiam supradictus presbyter simul et cum verecundia suggerebant[k]. Tunc ille, ut erat circa peregrinos semper mitissimus et benignus, presbytero dixit: 'Noli', inquit[l], 'tu, frater[m], irasci. Tu bene fecisti peregrinum commendare; tibi[n] pro bona voluntate tua redditurus[o] est Deus mercedem. Et illi misello parcat Deus peccatum hoc, qui me fecit puellam osculari; et hoc praemium cf. Iob 14, 16. puella ipsa percipiat, ut quia etsi indignum sacerdotem osculari praesumpsit, tale[p] sanctimonium faciat, ut alium virum numquam osculetur'. Sed quia futurorum arbiter Deus scivit[q], illam sine dubio in virginitate perdurare non[r] posse, ne servi Dei oratio irrita fieret, alia statim[i] die de hoc mundo discessit. Haec Arelato ad basilicam Apostolorum, ubi ipse metatum habuerat, celebre acta noscuntur.

(25). Alio vero[a] tempore matrona quaedam in urbe Massiliense[b] casu pede[c] luxavit, ita ut per tempora multa pedem ipsum in terra ponere non posset[d], sed manibus sustentata servulorum[e] suorum, vix ad ecclesiam duci poterat, validissimum sustinens dolorem. Sed quia multae sunt miserationes Domini, quando[f] ipse voluit, causas effecit, ut vir Dei ad civitatem ipsam[g] ambularet. Audito mulier adventum[h] ipsius, fecit se ad eum salutandum adduci. Quae, accepta ab eo oratione

II. Capp. 22—25. 1*c*. 2. 3.

Cap. 22. a) ille *add., sed eras.* 1*c*; Dumque 3. b) l. illius inc. 1*c*. c) dicebant — et *om.* 1*c*. d) *versu exeunte, om.* 3. e) *ita* 3; illo *om.* 1*c*; ad parietem ipsum 2. f) *ita* 3; def. — audiebantur *om.* 1*c*. 2. g) fugatae 3. h) l. illo nocere adv. 3.

Cap. 23. a) eo 1*c*. b) Gallis 3. c) *ita* 2; quidam 1*c*; *om.* 3. d) veniret 3. e) deplorabat 3; q. se d. *in transitu a pag. ad pag. om.* 2. f) *ita* 3; nepotibus 1*c*. 2. g) hic *add.* 3. h) virile 1*c*. i) demonstrans dicebat 3. k) *om.* 1*c*. l) *ita* 3; ubi applicuerunt rev. 1*c*. 2.

Cap. 24. a) velut *add.* 1*c*. b) acceperat 3. c) agebant 1*c*. d) suggestio 1*c*. e) *ita* 3; *om.* 1*c*; id est ipsius p. 2. f) r. i. a. 3. g) demonstraverat 3. h) solum 1*c*. i) *om.* 3. k) suggerebat 3. l) *om.* 2. 3. m) *ita* 3; sanctae 1*c*. 2. n) commendare tibi. Pro *distinguit* 3. o) reddet tibi Deus 3. p) *ita* 3; talem sanctimonialem 1*c*. 2. q) facit 1*c*. r) *om.* 1*c*.

Cap. 25. a) quoque 3. b) u. Massiliensi 3; urbem Massiliensem 2. c) pedem sibi l. 3. d) possit 1*c*. e) servorum 3. f) cum v. 3. g) illam 3. h) adventu 3.

et benedictione, nihil illi[a] de causa sua praesumpsit suggerere; sed regressa[b] ab eo, ad sellarem[c. 1] ipsius adpropinquari se permitti rogavit. Quae de supersellio[2] qui sellam[d] tegebat locum debilitatum fideliter tangens, statim pristinam sanitatem recipiens, tamquam si mali[e] nihil fuisset perpessa, pedibus suis, nullo sustentante, incolumis reversa est, Domino usque in praesentem[f] diem gratias agens.

(26). Quodam igitur die — quod multi noverunt — hac[a] in civitate cuiusdam Iohannis domus adprehendit[b] vicina[c] virginum monasterio. Appropinquare igitur ignis[d] coepit, ita[e] ut nulli dubium esset omnia ibidem concremanda. Turbatae igitur ancillae Dei, quibus foris[f] exire non licebat[g], libros vel[h] rescellas[3] et se ipsas per cisternas iactabant, ubi, Deo dispensante, tunc[i] aqua deerat, ne illas[k] desperatio conturbaret. Currentesque[l] praepositi[m] monasterii, nuntiaverunt patri ipsarum[n], eo[i] quod iam ignis[e] in[o] proximo esset cellae suae. Ille festinanter egressus, media nocte per murum ad locum veniens, ubi flamma vehementius[p] incumbebat, oratione[q] se prosternens ipsisque mandans et de muro clamans: 'Non timeatis, benedictae', mox saeviens flamma virtutis suae amisit[r] incendium.

(27). Nec hoc silebo, quod[a] etiam quodam tempore in Alpinis locis factum[b] celeberrimum praedicatur. Dum cuiusdam fines nobilissimi viri tempestas assidua perniciosa infusione contereret, cunctosque fructus loci illius vis grandinis devoraret, ita ut annis singulis nulla ibidem spes subsidii remaneret, cessitque[c. 4] iterum, ut baculus eius casu ibidem remaneret. De qua[d] virga possessor ipse crucem fieri iussit, quam[e] eminentiori loco fide armatus infixit, ut veniente[f] lapide contrairet virga discipuli, crux magistri[g]. Tantam ibidem[h] Deus ob honorem servi sui dignatus est operari virtutem, ut ibi postmodum maximam ubertatem daret, unde reppulerat tempestatem.

(28). Item quadam die domus Vincenti[a] cuiusdam[b] comprehendit[c], cuius solarium ex ligno factum flamma[d] caedebat. Ille videns se nihil valere posse, quanta potuit velocitate ad ipsum domnum perrexit; genibus eius[e] advolutus, rogat[f], ut oraret. Qui[g] annuens ei egressusque foras, crucem contra flammam fecit, quae continuo regrediens[h], ita sopita est, ut nec signum apparuisset[i] in solarii tabulas[k].

(29). Retulit etiam nobis nuper quidam presbyter, quod ante aliquot annos, dum adhuc laicus esset, filia sua a daemonio vexabatur. Qui maerens et lugens,

II. Capp. 25—29. 1*c*. 2. 3.

Cap. 25. a) ipsi 1*c*. b) regressa: 3. c) sellare 3; ad se sellam i. 2. d) sella tegebatur 3. e) n. m. 3; male non f. 1*c*. f) praesens (*om.* d.) 3.

Cap. 26. a) hic 1*c*. b) ignis *add.* 1*c*. 2 (*sed v. infra l.* 25. *et Greg., Gl. Mart. c.* 104: adprehendebant valvae; *Bonnet, 'Latin' p.* 255); succendi cepit 3. c) vic. *om.* 1*c*; virg. *om.* 3; et m. virg. vicino approp. (*om.* igitur) 2. d) *m. al. suppl.* 3; *om. rell.* e) *om.* 1*c*. f) foras 3. g) licebant 1*c*. h) ut 2; et 3. i) *om.* 3. k) illos 1*c*; illa 2. l) currentes (*om.* que) 3. m) propositi 3. n) ipsorum 1*c*. o) prope e. 3. p) *ita* 3; (v. *om.*) inerat (erat 1*c*) 1*c*. 2. q) orationi 1*c*. 2. r) dimisit 1*c*.

Cap. 27. a) *ita* 3; quodam igitur t. 1*c*. 2. b) esse *add.* 1*c*. 2. c) *ita recte* 1*c*; evenit 3; acciditque 2. d) quo (*om.* v.) p. 3. e) quem 3, *corr.* f) venienti lapidi 3. g) Christi 1*c*. h) ibi 3.

Cap. 28. a) Vincentii 3. b) incendium *add.* 2. c) *ita* 2. 3 (*v. supra l.* 7); comprehendi 1*c*; ignis *add. Mab.* d) flammae cedebat *Mab.* e) *om.* 1*c*. f) orat 1*c*. g) *ita* 3; Qui a. ei *om.* 1*c*; Qui egressus f. 2. h) rediens 1*c*. i) paruisset 1*c*. k) tabulis 3.

1) *Sellaris est equus sella instratus; cf. Ducange ed. Favre VII, p.* 404. 2) *Stragulum, quo sella insternitur, interpretatur Ducange l. l. p.* 670. 3) Rescella *idem est quod* recula; *cf. Ducange ed. Favre VII, p.* 63. 4) Cessit *pro* accidit *accipitur, ut infra c.* 44.

uni ex amicis suis dixit: 'Quid faciam, infelix, quod filia mea a[a] daemonio vexatur? Melius mihi fuerat, nec[b] nata aut certe mortua fuisset'. Cui ille respondit: 'Noli flere, sed vade, duc eam ad domnum Caesarium et offer eam illi secrete, et[c] curat eam'. Ille vero nihil dubitans, venit Arelato[d], et vadens, occurrit ei et prostravit se ad pedes eius cum lacrimis, dicens: 'Domne[e], miserere mihi[f] misero; cura filiam meam'. Qui sollicite interrogans, quid haberet, respondit: 'Daemonium'. Dixit ei: 'Tace et revertere ad[g] domum tuam. Mane, cum matutinae dicuntur, revertere et adduc tecum puellam[h] ipsam et matrem eius, et observa[1], dictis matutinis, in atrio sancti Stephani; et cum secretum videris[2], veni ad cellam et appella'. Ille vero fecit, sicut iusserat. Ipse autem secrete egrediens et genu[i] in terra figens, cum patre et matre puellae oravit, erigensque se, signavit eam et dimisit sanam.

(30). Iterum ambulans per plateam civitatis, vidit econtra in[a] foro hominem, qui a daemonio agebatur. Quem[b] cum attendisset econtra, manum sub casula[c] habens, ut a[d] suis non videretur, crucem contra eum fecit; qui statim a temptatione inimici absolutus est.

(31). Nam illud quam sanctum et dulce erat, cum per diem[a] incessabiliter oportune[b] inportune[c], volentibus nolentibus[3], verbum Dei ingereret! Cum iam sero pausare venisset[d], ut vel unius[e] horae momento de scripturis divinis et de instructione sancta non vacaret, agebat[f] ad nos: 'Dicite mihi', inquit[g], 'quid cenavimus hodie, qualia fercula habuimus?' Nos tacentes suspirabamus, quia illuc intellectus[h] noster ducebatur[i], quo ille solitus erat nos provocare, quod de cibo spiritali loqui volebat, et ideo nos interrogaret. Dicebat iterum: 'Scio', inquit[k], 'quod, si sollicitus fuero, quid[l] cenaverimus, etiam et quod prandidistis[m] retinetis; si autem interrogaverimus[n], quid ad mensam lectum sit, non recordamur. Unde datur intellegi, quia illud nobis quod retinemus dulciter sapuit; illud vero quod non retinemus non solum saporem in palato[o] cordis nostri nullum praestitit, sed etiam fastidium forsitan[h] fecit'. Et ingemiscens dicebat: 'O infelix oblivio bonorum, cui[p] nihil infelicius!'

(32). Et incipiens ab initio, quod lectum fuerat vel expositum repetebat nobisque misellis voce prophetica cum gemitu dicebat: 'Colligite, colligite triticum dominicum, quia vere[a] dico vobis: Non diu erit, ut colligatis. Videte quod dico:

II. Capp. 29—32. 1*c*. 2. 3.

Cap. 29. a) *om.* 3. b) ne 3; non *Barr.*; f. si nec 2; f. ut nec *Mab.* c) et curabit 2; ut curet 1*c*. d) Arelate 1*c*. e) Dne 2. 3. f) misero mihi 1*c*. g) in 3. h) i. p. 1*c*. i) genua 1*c*.

Cap. 30. a) in *om.* 1*c*; in foro *m. al. superscr.* 3, *haec post* hominem *ponit* 2. b) In quem c. a. (*om.* econtra) 3. c) capsula 2; h. m. sub casulla 3. d) ad 1*c*.

Cap. 31. a) dies 1*c*. b) oportu(ne *m. al. suppl.*) 1*c*. c) importune *(bis scr.)* v. nolentibus 2; i. v. nolentibusque 3; v., i. nolentibus 1*c*. d) *pr. m. corr.* veniret 3, *et sic* 2. e) *ita* 3; ipsius 1*c*. 2. f) *ita codd.* g) i. m. 2; i. *om.* 3. h) *om.* 1*c*. i) *ita* 3; docebatur quod 1*c*. 2. k) *om.* 3. l) quod 1*c*. m) prandistis 3. n) interrogemus 1*c*. 2. o) palatio (3). p) *ita recte* 1*c*. 2; quia 3.

Cap. 32. a) *om.* 1*c* (*habet Baud. l. l. p.* 391).

1) *I. e. expecta. Stilting.* 2) *Scilicet atrium. In atriis basilicarum negotia tractabantur; cf. Caesarii homil. VIII (ed. Baluzius p. 61).* 3) *Cf. sermonem Caesarii (Migne, Patr. Lat.* 39, *col.* 2317*)*: Quid est 'opportune, importune' (*cf.* 2. *Tim.* 4, 2), nisi opportune volentibus, importune nolentibus? Volentibus audire verbum Dei offerendum est, fastidientibus ingerendum. *Eadem fere verba in suggestione (ed. Malnory l. l. p.* 295*) leguntur.*

Colligite, quia quaesituri estis istud tempus; vere, vere quaesituri estis dies istos et valde desideraturi[a]'. Quod etsi tunc abusive[1] desidia nostra suscipiebat, iam tamen nunc venisse probamus quod dixit. Illud propheticum in nobis impletum[b]
Amos 8, 11. est: *Mittam vobis famem in terra*[c], *famem,* inquit, *non panis et*[d] *aquae, sed audiendi verbum Dei.* Licet praedicationes quas instituit recitentur, tamen cessavit illa in-
Is. 58, 1. cessabilis vox, quae implebat illud propheticum: *Clama ne cesses*[2], hoc saepius dicens: 'Palatus cuiusque cum verbum Dei fastidit, anima eius febrit[e]; cum ad sanitatem venerit, tunc esurit[f] et sitit, quod, dum infirmatur[3], repudiat et neglegit'.

(33). Nam illud dulcissimum et sanctissimum recinium[4] quis verbis umquam valeat[a] explicare? Sic[b] dicebat ad nos servus Christi: 'Cenam[5]', inquit[c], 'iam, ut potuimus, expedivimus'. Ab adstantibus vero vel a cubiculariis suggerebatur propter lassitudinem suam, — quia respirare vix fatigatus valebat, — ut se pausaret. Ille respondebat: 'Bene', inquit[d], 'dicitis; sed expectate modicum'. Tunc cubicularii[e]: 'Domne, quid dicis: "Expectate[f] ad mensam?". Multum dicendo lassasti et hucusque non tacuisti[g]; iam paululum refice'. Ille cum summa dulcedine iterum respondebat: 'Bene', inquit, 'dicitis; sed quia cenam expedivimus, recinium nullum facturi sumus'.

(34). Incognitorum conscius novit[a], quod dico, quia Spiritus sanctus cum coepisset per ipsum eructuari, omnium vitia ita replicabat, ut[b] omnes nos agnosceremus, et flagellis eruditionis[c] suae caedebat, et medicamentis divinis leniens[d], ad sanitatem sine ulla mora revocabat. Tamquam spiritalis et sanctus organarius cordas[e] tangebat singulorum, ita ut exeuntes ab ipso nobismet ipsis de eo[f] quod dictum[g] fuerat aliquantum[h] resonaremus, dicentes unusquisque[i] e nobis: 'Domine, gratias tibi, quia iam non retineo male factum, nec furit animus meus contra ullum[k] fratrem meum, quia utique vera sunt, quae servus tuus praedicat, et malo iniuriam pati, quam in diem[l] iudicii mihi iste sanctus in testimonio exhibeatur'. Ille alius[m] de superbia eadem dicebat, alius[n] de invidia, aliusque[o] de quolibet vitio laboraverat, similiter dicebamus[o], omnesque sani animo et relevati ad cubilia nostra Deo[p] gratias agentes revertebamur.

(35). Nam qualem vultum, Deus bone, plasmator sancte, qualem faciem, qualem personam [habuit[a]], quis[b] potest umquam exponere[c]? Nos vero[d] desideramus in te,

II. Capp. 32—35. 1*c*. 2. 3.

Cap. 32. a) desiderabitis 2; desiderare 1*c*. b) *ita libri rell. cum Baud.;* completum 3. c) *ita pr. m.* 1c *cum Baud.;* terram 2. 3 *(pr. m.)*. d) *superscr.* 3. e) *ita* 3; febricitat 2; febricitatur 1*c*. f) esuriet 1*c*. 2.

Cap. 33. a) valebit 3; queat 2. b) inquit *add.* 1*c*. c) (i. i. *om.*) e. ut p. 3. d) *om.* 3. e) inquiunt *add.* 3. f) Expectat diu mensa, m. d. lassasti 1*c*; Expecta ad mensam, m. d. lassatus es 2; Quibus ille: Expectate, inquit, ad mensam, m. d. lassastis 3. g) tacuistis, i. p. reficite. Et adiecit: Bene (*om.* i.) 3.

Cap. 34. a) novi 1*c*. b) *ita* 3; ut — agnosceremus *om.* 1*c*. 2. c) s. e. 3. d) liniens 1*c*. 2. e) corda 1*c*. f) hoc 3. g) f. d. 1*c*. h) aliquantulum 3. i) *ita* 3; D. gr. t. u. agit e nobis, quia 2; Hinc tibi gr. (Deus *m. saec. XIII. add.*) u. e nobis referat, quia 1*c*. k) *ita* 3; illum 1*c*. 2. l) die 3. m) *ita* 3; I. de s. a. e. 1*c*; (I. *om.*) Alius e. de s. 2. n) que *add.* 1*c*. o) alius qui — dicebat 1*c*. p) Domino 3.

Cap. 35. a) *ita Baud. p.* 391; *om. codd.* b) qui 3. c) exponere — d. verbis *om.* 2. d) humiles *add. Baud.*

1) tepide *Baud.* 2) *Ita Caesarius in suggestione (ed. Malnory l. l. p.* 295*).* 3) *I. q. aegrotare; cf. Forcellini h. v.* 4) *I. e. merenda, Gall. 'reciner', seu postmeridiana refectio; cf. Ducange s. v. recticinium.* 5) *I. e. cenam spiritalem, provocare enim suos sanctus solitus erat.*

sancte pater, doctrinam, formam, vultum, personam, scientiam[a], dulcedinem, quam[b] specialem a Domino inter ceteros homines habuisti: quam sancta fuit vita tua, tam[c] purus et dulcis aspectus[d]. Domine Iesu, quanta et[e] qualia dederis, quis potest vel cogitare, non dicam verbis exponere[e*]? Nam cum ad benedicendos fontes[1] procederet, — si hii qui viderunt et quae dico audiunt, testes ipsi[f] sibi idonei sunt, quia sibi credunt, — quis eum[g] umquam terrenum hominem[h] esse in processione illa credidit? Domine Deus caeli, fiducialiter et[i] veraciter dico, quia per istos quadraginta annos, quibus administravit, quicumque eum illa[k] die viderunt procedentem, tamquam si numquam ante vidissent, sic semper in oculis omnium novus apparebat. Resplendebat cum anima vultus eius[l], quia et[m] re vera vita eius profectibus continuis sic crescebat, ut semper se ipso fieret melior, ut[n] non inmerito extrinsecus appareret[o], quod intrinsecus gerebatur.

(36). Huic[a] vero visitationes[2] non solum quorumcumque sanctorum multotiens[b] ostensae, verum etiam, quod est super omnia, dominus Iesus cum omnibus[c] discipulis suis se in visione ei revelavit. Quod non passim ille iactavit, aut spiritu exaltatus est, sed uni tantum satis fideli personae sub[d] sacramento, ut taceret, ita confessus est, quae[e] coram Deo asserit[f] factum fuisse. Verum etiam et ante biennium transitus sui cuncta praeparatio[3], quam percepturus[g] erat[h] pro omnibus operibus suis in caelis, in spiritu ei ostensa est, et dictum est[i] ei: 'Laetare in Domino, quia ecce! quae percipies pro servitio tuo'.

(37). Et quia multa sunt adhuc, satis et magna, quae propter prolixitatem praeterimus, plerique et[a] hi[b] qui nobiscum illa norunt[c] dolebunt, nos procul dubio praetermisisse tam[d] plurima, quae utique nobiscum sciunt. Quos, ut ignoscant, rogamus[e], quia satis indecorum est et onerosum, aut barbarum eruditis[f] auribus diutius loqui praesumere[g], aut mutum, cum loqui non possit, velle[h] amplius musitare. Det Deus, ut prius finem habeamus[i], quam de amore, de nutrimentis[k], de caritate, de praedicatione, de omni[l] omnino sancta eius recordatione domni[m] nostri sanctique[n] patris vestri[o] finem[i] in animis nostris faciamus[p].

(38). Tamen[a] quae etiam, antequam ista scriberentur, post transitum ipsius de reliquiis[b] eius[c] acta sunt[d], pauca referam.

(39). Chartarius publicus nomine Desiderius, cum multo tempore quartanis febribus fortiter ita[a] urgeretur, ut[b] etiam praevalida iuventute careret[b], aquam,

II. Capp. 35—37. 1*c*. 2. 3. *Capp.* 38. 39. 2. 3.

Cap. 35. a) pietatem, bonitatem *add. Baud.* b) *ita* 1*c cum Baud.;* quae specialiter 3. c) *ita* 1*c cum Baud.;* quam 3. d) *ita Baud.;* affectus *codd.* e) *ita* 3; quanta ei d. 1*c*. e*) *redit* 2. f) ipsis ibi 3. g) *ita scripsi;* eam *Baud. l. l. p.* 387; enim *codd.* h) eum *h. l. add.* 1*c*. 2, *post* esse *add.* 3. i) pro veritate *pro* et v. 1*c (non Baud.).* k) illum 1*c*, *corr.*; v. d. i. 3. l) *ita* 1*c cum Baud.; om.* 2. 3. m) *om.* 1*c*. 2. n) *ita* 3 *cum Baud.; om.* 1*c*. 2. o) apparebat 1*c*.

Cap. 36. a) *ita* 3; Hic 1*c*. 2. b) *ita* 3; m. o. *om.* 1*c*. 2. c) *om.* 3. d) p. hoc conf., *mediis omissis*, 3. e) *ita* 3; qui 1*c*; quod 2. f) factum à. V. 3. g) praecepturus 3. h) *om.* 1*c*. i) *pr. m. superscr.* 3.

Cap. 37. a) *om.* 1*c*. 2. b) *corr.* hii 3. c) noverunt 3. d) *om.* 3. e) roga *pr. m. corr.* rogo 3. f) erudis *pr. m.* 3. g) p̄mere 3, *corr.* h) *ita* 3; vel 1*c*. 2. i) habeamus — finem *om.* 1*c*. k) *ita* 3 *cum Baud. l. l. p.* 391; nutrimento 2. l) *ita* 2 *cum Baud.; om.* 3. m) domini 2. n) n. patrisque vestri f. 2. o) Caesarii *add. Barr.* p) *desinit* 1*c*, *paginae spatio non consumpto.*

Cap. 38. a) Tanquam eciam 2. b) reliquis 2. c) que *add.* 2. d) miracula *add.* 2.

Cap. 39. a) *pr. m. superscr.* 3. b) ut — careret *om.* 2.

1) *Scil. baptismales.* 2) *I. q. visiones; cf. Forcellini h. v.* 3) *Cf. Ps.* 88, 15: Iustitia et iudicium praeparatio sedis tuae.

unde corpus illud sanctum lotum est, paululum[a] hausit, atque statim ita sanatus est, ut non solum febris ipsa iuvenem non repeteret, sed etiam virtus et robur pristinus[b] in ipso, Domino annuente, rediret.

(40). Filius vero illustris viri Salvi, cum febribus tertianis satis graviter urgeretur, et[a], ut est studium talis viri, crebris potionibus huic[b] infirmitati competentibus illum[c] studeret mederi, nihil prorsus iuvari[d] potuit. Tunc ut christianus vir: 'Curre', inquit filio suo, 'et quaere aut[e] aquam, unde domnus[f] episcopus lotus est, aut certe de vestimento suo reliquias lava et bibe, et Dominus dabit sanitatem'. Statim ut factum est, omnis febris et quicquid incommodum fuit ab eo discessit.

(41). Filius etiam illustris viri quondam Martiani graviter febribus incommodis sic agebatur[a], ut etiam a medicis desperaretur. Ille vero — ut Deus propitius quibus vult mederi inspirat — fide et alacritate coepit petere, ut aliquid, quod de vestibus famuli Domini erat, ipsi lavatum bibendum daretur. Tunc ad me vel ad reliquos absentes, qui inde sibi aliquid reservaverant, curritur. Apud quempiam quaesitum inventum[b] datumque est de vestimento, quod exhibitum est: aquam ipsam sumpsit sanusque effectus est, huiusque miraculi testis per se ipsum existit.

(42). Alius vero, eunte me[a] per plateam, Francus quidam[b] iam totus frigore quartanae febris incurvus, aeque tremebundus ante me[a] ambulabat. Et cum velociter[c] ire disponerem eo[d] quo coeperam[e], post me coepit clamare: 'Benedicte, si habes, da mihi de drapo[1] sancti Caesarii; propter[f] frigoras, quia multis valet, volo bibere'. Ego, qui[g] velociter properare volebam quo coeperam, dixi: 'Si me expectas, crastino[h] do[i] tibi quod quaeris'. Ille vero ait: 'Ego hodie habeo diem, et iam totus tremo; quando te expectare habeo?' Tunc ego[k] non otiose mihi illum in platea[l] totiens antepositum cogitans, dixi ad eum: 'Veni', inquio[a], 'iuvenis; ego tibi do quod quaeris'. Statimque[m] ambo redivimus, et cum in cellula[n] mea ingressi[o] manus uterque lavassemus, protuli linteum, ex quo sanctum corpus dulcis domni[p] tersum fuerat. Tuli ergo[q] parvulam partem, ut darem ei, et ille Francus cum suo[a] grandi[r] furore ait ad me: 'Folle[s, 2] homo, quid mentiris? Ego audivi, quod ille benedictus non linteum, sed pannos in usum habuerit, quod ego lavare[t] volo et cum[u] aqua desidero[k] bibere'. Tunc ego cum lacrimis dixi: 'Bene dicis, verum audisti; sed hinc corpus ipsius[v] sanctum, quando transivit[w], detersum est'. Et[x] ille: Da[y], inquit, 'ergo, si sanus sis[z]'. Acceptum[a] itaque, statim in[b] eadem hora a Domino sanitatem sensit.

II. Capp. 39—42. 2. 3.

Cap. 39. a) pausulum 3, *corr.* b) *ita* 3 (*cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 947); pristinum 3.

Cap. 40. a) ut et 2. b) huius 3. c) quidam *add.* 2. d) iuvare 2. e) *ita scripsi;* ut *codd.* f) dominus 2.

Cap. 41. a) *ita* 2. 3; angebatur *Barr.; supra* febribus urgeri. b) inventumque (*om.* datum) est 2.

Cap. 42. a) *om.* 3. b) quidem 2. c) i. v. 2. d) *ita scripsi*; ego *codd.* e) *ita Barr.;* citaveram 3; festinarem 2. f) *ita* 3; C., ut bibam ex lotione propter quartanas, quia m. v. (*om.* volo b.) 2. g) v. qui 2. h) crastina 2. i) dabo 2. k) *om.* 2. l) plateam 2. m) que *om.* 3. n) *ita* 2; cellam meam 3. o) u. m. i. 2. p) boni *add.* 2. q) ego 3. r) grandi: 3. s) *ita scripsi*; Tolle *codd.* t) lavari 3. u) :cum, *ras.* a 3; et de aqua *Barr.* v) *ita* 3; (i. *om.*) sancti 2. w) transiit 2. x) Et i. *om.* 2. y) Ergo i. d. 3; Da e. i. *Mab.* z) sim *Barr.* a) accepto 2. b) san. in e. h. (a D. *om.*) recepit. Sed 2.

1) *Gall. 'drap'.* 2) *I. q. fatuus, Gall. 'fou'.*

(43). Sed[a] quia beneficia orationum servi Domini, quae corporibus et animabus Christus per illum praestitit, omnino nulla lingua valet, ut dignum est, expedire, licet[b] rusticitas meae eloquentiae quasi fatua resonet, quia nec peritus sermone existo[b], tamen, quando cum sapientibus sermo est, pauca et[c] vera testimonia magna sunt rerum emolumenta: sensus suos pro testimonio habent qui fideli mente vera dicta[d] suscipiunt.

(44). Illud[a] tamen non praeteream, quod nuper in cella ipsius cessit, ubi corpusculum quievit, ex qua anima[b] ad superna migravit. Dicentibus[c] sanctis fratribus inibi capitella[d. 1], ipsis praesentibus[e], unus de cubiculariis, quos in obsequio habuerat[f], dum cicindilem[g. 2] concinnaret[h], de manibus[i] super[k] lapides lapsus[l] est, nec versit nec fregit nec extinctus est.

(45). Dum ergo hic euangelistae[a] officio, ut legimus, hunc[b] eximium summumque verbi[c] opus oportune inportune[d. 3] agit, dumque sacrum[e] implet officium, adest Dei nutu, non tradente ipso, ut criminabantur Arriani, sed tamen iugiter exorante pro omnibus, cum tranquillitate et quiete in[f] Arelatensium civitate gloriosissimi Childeberti[4] catholicissimum[g] in Christi[h] nomine regnum cum virtute mansuetum, cum severitate commune[i], cum humilitate conspicuum, sacerdotes Domini non terrore concutiens, sed veneratione constringens, in Galliis eminentius omnibus, in ecclesiis[k] cunctis aequali privilegio[l] cum celsitudine civilitatem humanitus recognoscens. De hoc ergo homo[m] Dei refectus pariter et laetus despexit Arriomanitidas[n. 5] minas et crebras accusationes, falsiloquia, simulationes[o] confictas: *Vidit ergo et laetatus est, et*[p] *appositus est ad patres suos in senectute bona* in Christi nomine *plenus dierum*. Ioh. 8, 56. 1. Macc. 2, 69. Gen. 25, 8.

(46). Cum ergo[a] crebro semianimem ipsum redderet conspectibus nostris[b] infirmitas, et inter haec septuagesimum tertium gereret totius vitae tramitis annum, e quibus quadragesimum[6] in pontificatu verteret circulus gyrum, animadvertit per spiritum, imminere sibi transitus diem, et inter non modicos quos patiebatur dolores sciscitatus est, quam in proximo esset beatissimi Agustini[c] depositionis Aug. 28.
dies. Et cum imminere commemorationem[7] eius[d] didicisset: 'Confido', ait, 'in

II. Cap. 43. 1*b*. 2. 3. *Capp.* 44—46. 2. 3.

Cap. 43. a) *in* Sed *redit* 1*b*. b) *ita* 3; licet — existo *om.* 1*b*. 2. c) *ita* 3; p. etiam t. 1*b*. 2. d) (d. *om.*) suscipient 2.

Cap. 44. a) *c.* 44. *ad verba c.* 46. tempore sequestrari *om.* 1*b*. b) *om.* 3. c) Ducentibus 2. d) capitula 2. e) *ita* 2; praesentibus (*m. al. in marg. add.* praestantibus) 3; praestantibus *Barr.* f) *ita* 3; habuit 2. g) candelam 2. h) accenderet 2. i) eius *add.* 2; ei *add. Mab.* k) sup̄ *corr.* sup 3. l) lapsa est, quae nec versa nec fracta nec extincta est 3.

Cap. 45. a) *ita* 3; euangelista (*om.* officio) 2. b) *om.* 3. c) o. v. 2. d) *om.* 2. e) sacratum 2. f) *om.* 2. g) catholissimum 2. h) n. Chr. 2. i) communem 2. k) ecclesia 2. l) *ita scripsi*; privilegium celsitudine 3; privilegio celsitudinem 2. m) D. h. 2. n) *ita* 3; Arianitidas 3. o) simulatione confrinctus 2. p) *ita* 2 *cum Vulg.;* appositusque ad p. 3.

Cap. 46. a) eum *add.* 3. b) *om.* 2. c) Aug. 2. d) ipsius 2.

1) *Cf. Concil. Agath. a.* 506, *can.* 30 *(Concil. ed. Sirmondus I, p.* 167*):* in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dicantur. *Capitellum Caesarius etiam in regula ad monachos commemoravit, Migne, Patr. Lat.* 67, *col.* 1102. 2) *Vitrea lampas.* 3) *Cf. supra II,* 31. 4) *Primus Theudobertus Arelate occupavit; v. supra p.* 443. 5) *Ariomanitae, i. e. Arii μανίᾳ correpti, sunt Ariani; cf. Ducange h. v.* 6) *V. supra p.* 444. 7) *Est anniversaria sanctorum recordatio; cf. Forcellini h. v.*

Domino, quod meum[a] transitum non longe divisurus est ab ipsius patris[b] Agustini, quia, ut ipsi nostis, quantum dilexi[c] eius catholicissimum sensum, tantum me etsi discrepantem meritis, minime tamen reor distantia longiore[d] depositionis meae diem ab eius obitus tempore sequestrari'. Interea[e] crescit additurque exitus Israhel[f] de terra Aegypti, id est animae[g] sanctae de hoc mundo corporalis vitae migratio.

(47). Iubet ergo se in monasterio[a] virginum, quem[b] ipse fundaverat, sella famulantium manu gestari, quasi consolaturus anxias[c], quibus suspicio transitus sui abstulerat somnum et cibum oblivio. Psalmorum quoque sono[d] lacrimis intercluso, mugitum[e] pro cantico et gemitum pro alleluia reddebant. Consolatis igitur compellatisque filiabus non alacritatem contulit, sed maerorem accumulavit[f]; etenim in[g] promptu[h] erat agnoscere, iam migraturum esse ad[i] divina praemia pium patrem. Alloquitur igitur[k] quasi more[l] et dulcedine sua ultra ducentarum puellarum venerabilem Caesariam matrem et consolatur atque ad palmam tendere cf. Philipp. 3, 14. supernae vocationis hortatur, et ut[m] teneant regulam, quam ipse ante[n] aliquot annos[1] instituerat, monet; sicque[o] etiam taliter easdem[p] testamento[q] suo succedentibus etiam sibi episcopis et reliquo clero, praefecturae vel comitibus seu civibus per epistolas[2] suas commendat[r], quatinus minime perferrent tempore post futuro[s] laborem. Erat constitutio monasterii ipsius eo tempore annis plenariis triginta. Dat[t] ergo eis orationem et benedictionem, vale ultimum dicens[t], illis rugientibus, ad ecclesiam revertitur.

542, Aug. 27. (48). Tertia namque die post sancti Genesi[a] festum[b], id est sexto[c] Kal. Sept., ante diem depositionis sancti[d] antestitis Agustini[e] et post diem dedicationis monasterii sui, cum iam vale dixisset pridie[f] cunctis, imminente hora prima, inter manus qui aderant pontificum[g], presbyterorum ac diaconorum beatam animam laetus emisit ad[h] Christum.

(49). Sancti[a] etiam corporis vestimenta ita a diversis lamentantibus[b] vel[c] fidelibus populis pia violentia diripiebantur, ut, adsistentibus nobis presbyteris ministrisque, vix potuerint[d] vel[e] ad[f] suscipiendarum reliquiarum patientiam revocari. De quibus iugiter, Deo praestante, sicut superius dixi[3], infirmorum curationes creberrime celebrantur. Admirabile quidem gaudium fecit in caelis, in terris vero intolerabilem luctum reliquit; quem luctum non solum boni, sed et si qui mali viderunt, simul participati sunt. Nam[g] quis in exequiis illius[h] civis

II. Capp. 46—48. 1*b*. 2. 3. *Cap.* 49. 2. 3.

Cap. 46. a) q. non longe ab eius transitu discessurus sum a seculo, quia ut 2. b) *ita* 3; p. A. *om. edd.* c) eius catholissimum s. d. 2. d) longiori 3. e) *redit* 1*b*. f) Israelis 1*b*. g) anima sancta 2.

Cap. 47. a) monasterium 1*b*. 3. b) *ita* 1*b*; quod 2. 3. c) anxians 1*b*. d) somno 3. e) migitum 3. f) adcumolavit 1*b*; cumulavit 2. g) im 3, *corr.* h) promptum (*om.* erat) 1*b*. i) *ita* 1*b*. 2; ad divinam patriam *Mab.; haec om.* 3. k) itaque primam quasi *Barr.* l) *ita* 2. 3; q. ex m. d. 1*b*. m) bene *add.* 2. n) (ante *om.*) annos al. 2. o) *ita Mab.*; seque 3; sed 2; *finem cap. om.* 1*b*. p) *om.* 2. q) *ita* 3; t. s. *post* seu civibus *ponit* 2. r) commendavit 2. s) futurum 2. t) *ita* 2; Data — oratione et benedictione — dixit 3.

Cap. 48. a) *ita* 1*b*; Genesii 2. 3. b) *ita* 3; *om.* 1*b*. 2. c) quinta Kalendarum Septembrium 1*b*. d) *om.* 1*b*. e) Aug. 2. f) *om.* 2. g) et *add.* 2. h) ad Chr. *pr. m. in ras. scr.* 3.

Cap. 49. a) *c.* 49. *om.* 1*b*. b) lamen:::|tantibus (*ras.* tan) 3. c) et 2. d) potuerunt 2; potuerit *Barr.* e) *om.* 2. f) a s. r. paciencia 2. g) Quis enim in 2. h) eius 2; illis *Barr.*

1) *Novissimam regulae editionem Caesarius a.* 534. *instituerat; v. supra p.* 448. 2) *Similiter Radegundis pro monasterio suo ad episcopos litteras dedit.* 3) *Supra II,* 15. 40—42.

vel extraneus propter lacrimas psalmum[a] cecinit? Sed omnes omnino boni malive, iusti et iniusti, christiani vel[b] Iudaei, antecedentes vel sequentes voces dabant[c]: 'Vae, vae et cottidie amplius vae, quia non fuit dignus mundus diutius talem habere praeconem seu intercessorem'.

(50). Sepultus itaque in basilica[a] sanctae Mariae[b, 1], quam ipse condidit, ubi sacra virginum corpora de monasterio suo conduntur[c], nos quoque etiam[d] fideli devotione et sedulitate debita[e] veneramur[f] in terris, cuius anima[g] confidimus, gaudemus et[h] gloriamur quod praefulget[i] in caelis, praestante[k] domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula Deus omnipotens. Amen.

II. Cap. 49. 2. 3. *Cap.* 50. 1*b*. 2. 3*.

Cap. 49. a) (psal *in ras.*)mum 3. b) et 2. c) clamabant 2.

Cap. 50. a) *folio exciso, desinit* 3, *ubi finem saec. XVII.* I. G. I*(uris)* V*(triusque)* D*(octor)* '*ex alio veteri codice*' *supplevit, scilicet ex* 3*, *quem contuli.* b) semper virginis *add. Barr.* c) *ita* 1*b*. 2 *cum Baud. l. l. p.* 393; reconduntur 3*. d) *ita codd. cum Baud. l. l. p.* 395; etiam *om. Barr.* e) *ita* 1*b. Barr. cum Baud.*; eum *add.* 2; ipsius fidelem transitum *add.* 3*. f) veneremur *Barr.* g) *ita Baud.*; animam 1*b*. 2. 3*. h) *ita* 2. 3* *cum Baud.; om.* 1*b*. i) praefulgeat *Baud.* k) *ita* 3*; ipso praestante, qui cum P. et Sp. s. v. et r. in saecula saeculorum. Amen *desinit Baud.*; ad laudem et honorem Iesu Christi domini nostri, qui cum aeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita saecula saeculorum. Amen. Explicit vita beati Caesari Arelatensis archiepiscopi et monachi Lerinensis, prima pars edita a Cypriano eius discipulo, secunda vero a Messiano presbitero et Stephano diacono *desinit Barr.*; quae assistens ante conspectum maiestatis interpellat pro nobis, regnante domino nostro I. Chr., cui gloria in saecula saeculorum. Amen *desinit* 1*b*; (pr. — omnipotens *om.*) Amen. Explicit vita sancti Cesarii Arelatensis episcopi *desinit* 2.

1) *V. supra p.* 480. *Cum Sarraceni eius sepulchrum destruxissent, Paulus illustris* anno Domini 873 (*lege* 882?), indictione 15, Ranigaudo magistro *epitaphium scripsit, a Mabillonio, Annales ord. S. Benedicti I, p.* 99, *ex veteri codice Arelatensi et antea a Saxio editum:*

Restauratio sepulchri sancti Caesarii.

Cernitur hic Pario renovatum marmore tegmen
Patri Caesario pontificique sacro,
Quod scelerata cohors rabie destruxit acerba:
Hanc virtute Dei sorbuit unda maris.
Praesule Rostagno hac Arelati sede locato,
Cernuus id Paulus strenue compsit opus.
Cui Christus tribuat caelestis praemia vitae,
Coetibus angelicis consocietur ovans.
Et nobis, venerande pater, miserere precando,
Diluat ut nostra crimina cuncta Deus.

VITA IOHANNIS ABBATIS REOMAENSIS AUCTORE IONA.

Iohannis monasterium in Ternodorensi pago civitatis Lingonensis inter Hormentionem et Sidenam fluvios situm erat loco, qui olim Reomaus vocabatur. Ubi cum Ionas abbas cycli Victoriani repetiti a. 100, *i. e. p. Chr. n. a.* 659, *mense Novembri, itineris, quod Chlotharii regis matrisque eius Balthildis iussu Cabillonum faciebat, labore fessus per paucos dies quiesceret, fratrum precibus victus, sancti actualem vitam spiritalemque contemplationem, quidquid per discipulos posterosque compertum erat, litteris mandavit librumque Hunnani ipsius monasterii abbati dicavit.*

Iohannes eo teste in finibus Ternodorensis castri, in villa quae Quartaniacus vocabatur ad Bridenam fluvium sita a parentibus non ignobilibus, patre Hilario, matre Quieta ortus erat, annosque circiter 20 *natus, postquam perparvum in natali solo oratorium condidit, saltum adiit, quem postea monasterium occupabat. Monachos eo undique confluentes regulae subiecit; crescente autem eorum numero, melius sibi fore ratus aliis oboedire quam dominari, monasterium reliquit et ad religiosorum mores accuratius perquirendos Lerinum se contulit, ubi disciplina regularis ab Honorato instituta etiamtunc florebat. Ubi cum per annum et dimidium incognitus humiliter servisset, ab advena quodam agnitus et a Gregorio episcopo Lingonensi ad monasterium derelictum revocatus est: duas enim ille epistulas ea de causa miserat, unam ad congregationem Lerinensem, alteram ad sanctum ipsum. Regressus fratres ad Macarii regulam, assistente Filomere monacho, educabat, scilicet ut laboriosis operibus dediti loca saltuosa cultura redderent fertiliora. Exempla istius laboris in miraculis afferuntur, quae posteriorem Vitae partem potissimum occupant, ibique etiam certa temporum indicia deprehenduntur, scilicet Nicasius 'curam rei publicae administrans' (c.* 11*), sine dubio comes castelli Avallonis ille, qui post Childeberti mortem (a.* 558*) Germanum episcopum ad prandium invitavit*[1]*, expeditio Theudeberti regis Italica (c.* 15*) a.* 539. *facta pestilentiaque gravis (c.* 17*) a.* 543. *Cum posterius miraculum nullum enarratum sit, verisimile est, sanctum paulo post defunctum esse, i. e. c. a.* 544, *neque interpolationi textus recentioris credendum est, ubi a.* 539. *traditur*[2]. *Annos circiter* 120 *complesse dicitur, sepultus haud procul a monasterio in eius finibus, loco ut probabiliter conicitur, qui Corpus sancti (hodie Corsaint) olim vocabatur. Eius fama ante Vitam conscriptam vix percrebuit, licet Sequani vicini Segestri monasterii conditoris, qui eum*

1) *Fortunat., V. Germani c.* 30. 31. 2) *Locus a Roverio, Reomaus p.* 23, *Vitae C insertus hic:* anno Domini 512, iuxta quod in cyclo beati Victurii episcopi numeratur *(=* 539 *p. Chr.), qui in codicibus minime legitur, ex libro computi Reomaensis monasterii iam deperdito interpolatus videtur esse, in quo etiam conditi monasterii 'annus Domini* 415*' (scil. Victorianus =* 442 *p. Chr.) indicatus erat. Huius calculi auctorem ante saec. VIII. med., quo Victorii paschale abolitum est, neque vero multo ante degisse verisimile est.*

ipsum visitaverat[1], *meminerint et Gregorius*[2] *et auctor Martyrologii Hieronymiani*[3], *postea vero fastis sacris monasterii Luxoviensis die quo obierat*[4] 28. *Ianuarii illatus est his verbis*[5]: V. Kl. Feb. deps. sancti Iohannis abbatis. *Successor ab eo ipso destinatus Silvester abbas, qui per longum tempus florens die* 15. *Aprilis defunctus est, Germani episcopi Parisiensis (c. a.* 555—576*) coaevus erat*[6]. *Eius iussu Mummulus*[7] *cognomento Bonus*[8] *monasterium gubernandum suscepit, isque a.* 579/80. *episcopus Lingonensis electus, Leubardinum fratribus consentientibus praefecit, sub quo patroni corpus S. Mauricio sacro die* 22. *Sept. in eum quo Ionae tempore erat locum translatum est. In hac translatione V. Iohannis desinit.*

Posterior eius pars non solum fide digna est, sed etiam in iis quae de expeditione Theudeberti Italica enarrantur ad historiam conscribendam aliquid confert; prior autem non ita approbatur. Iohannem consulem Gallias sub imperii iure rexisse (c. 2*), parum consentaneum est, locusque auctorem habet in historia administrationis Romanae minus versatum, neque de consulari quodam Lugdunensis primae cogitandum videtur esse, cum consulis illius, cuius tempore Iohannes Iohannis baptistae die festo euangelio admonitus desertum adiisset, Iohannis nomen suspectum sit per se. Atque sancti aetas eo tempore, quo ex Lerinensi insula in monasterium suum rediit, cum aevo Gregorii Lingonensis episcopi vix aegreque conciliari potest. Illum enim c. a.* 424. *natum, cum hic sedem episcopalem adeptus est, octogenarium fuisse oporteret, si Ionae calculus constaret; reiusto seniorem biographus sanctum fecerat, neque mirum est, quod res saec. V. gestae memoria hominum duobus saeculis post viventium omnino exciderant. E contrario fabulae accreverant, eaque quae de puteo intra monasterium sito enarrabatur (c.* 2*), ut est absurda, ita fratribus non adeo inutilis erat: iam enim aquae inde haustae miram sanandi vim attribuentes miseria aliorum frui poterant monachi (c.* 17*).*

Sanctus vitia eadem evitabat, adversus quae Cassianus disputaverat, abbatisque Isaac exemplum tam strenue imitatus videtur esse, ut Collationes ad verbum expilare potuerit biographus (c. 18*); brevi autem spatio et in itinere Vitam elaboranti auctori ad aequitatem iudicis provocare licet.*

Codices V. Iohannis primigeniae duo tantum aetatem tulerunt:

A 1) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 11748, *ex bibliotheca S. Mauri Fossatensis (n.* 38*) in eam monasterii S. Germani a Pratis (n.* 487, *olim n.* 1060*) translatus, formae maximae, saec. X, fol.* 151 –154'. *V. Iohannis exhibet mutilam. Est enim et ipse imperfectus, cum post fol.* 151. *unum desideretur, et ex imperfecto exemplari exscriptus, textu c.* 18. *in eam V. Eugeniae transeunte, quibus de causis c.* 1—4. *med. finisque inde a c.* 18. *med. exciderunt. Praeterea folia quae adsunt pumice partim ita tractata sunt, ut praefationis laterculique capitum magna pars legi nequeat et in c.* 14. *ex.,* 15. *in. frustula tantum litterarum cernantur.*

A 2) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 5306 *(Colb.* 775, *Regius* 3654*), formaem agnae, saec. XIV, fol.* 65 — 67, *textum Vitae plenum continet, nisi quod prologi cum laterculo capitum desiderantur.*

1) *V. Ioh. c.* 14. 2) *Attamen Iohannes a Gregorio praetermissus in codice interpolato* 1a* *libri in Gl. Conf. ante c.* 86, *ubi de Sequano agitur, locum iam occupat.* 3) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [122] *sq.* 4) *V. Ioh. c.* 19. 5) *'N. Arch.' X, p.* 92. 6) *Cf. Fortun., V. Germani c.* 35: Quidam clericus deiuxta monasterio beati Silvestri in Ternoderinsem *et q. s. Ex hoc antiquissimo testimonio concludi licet, abbatis quicumque sedebat nomine monasterium primo vocatum esse.* 7) Mumulinus *nomen in V. Ioh. c.* 19. *perperam scriptum est.* 8) *Greg., H. Fr. V,* 5.

Ea quae in A 1 *extant satis accurate tradita sunt, neque ab eo libro nisi raro recessi, quem etiam in orthographicis secutus sum*[1]. *Codicis autem A* 2 *librarius multo recentior sermonem vetustiorem eundem parum correctum suo arbitratu passim immutans eandem fidem non meretur. Itaque felici casu contigit, ut ad textum emendandum non paucis locis, ubi A* 1 *defecit, alia subsidia adhiberi possent.*

Aevo enim Carolingico liber Ionae in ipsius sancti monasterio a duobus falsariis retractatus est. Auctor prior B non solum sermonem expolivit, sed etiam narrationem ipsam melius disposuit, incerta determinavit, omissa proprio Marte audacter supplevit, alia abscidit, miracula tria tantum admittens, idque ad generale quoddam concludendum, neque ultra sancti mortem progressus est: sordidam igitur vestem non sine arte quadam splendidiorem reddidit, hanc autem ut commendaret, in impudenti mendacio delituit, se ipsum saeculo VI, ideoque ante Ionam, vixisse affirmans his verbis: Et ne quis hoc fabulosum putet esse quod dicimus, referente viro venerabili Agripino diacono, ipsius Agrestii filio, cognovimus[2]. *Cum interpolator Gregorii, scilicet librarius codicis Bernensis n.* 199, *saec. IX*[3], *Vitam falsam iam legerit, verisimile est, ad Caroli Magni aevum elocutionis facilitatem referendam esse. Neque multo post auctor C, permulta miracula in B omissa esse aegre ferens, ex A et B tertiam Vitam conseruit. Materiam in duos libros distribuit, ita ut priorem textus B cum duobus miraculis A suo loco insertis, posteriorem autem A occuparet. Fontes compilator fere ad verbum exscripsit vel Vitam A, a qua retractanda mox destiterat, sed locos homileticos B expunxit aliaque addidit incertaque et ipse determinavit. De origine autem opusculi sui decessoris vestigia secutus vel impudentius mentitus est. Contendit enim, res a Iohanne gestas primum se descripsisse, 'qui illum saepe vidissent virorum ac praesentium memoria teste'*[4], *miraculumque quod ipse addidit a sancto sibi 'proprio sermone'*[5] *enarratum esse, totumque alterum librum ab eius famulo Laeto diacono. Mendacia sua ipse redarguit homo stolidus, proprios Ionae prologos praemittens, unde et tempus et nomen veri auctoris colligitur. In ultimo Vitae capite, quod ad Silvestrum abbatem spectat, Fortunati V. Germani c.* 35. *et expilavit et citavit*[6]. *E translationibus, quae subsequuntur, priorem ex Ionae libro deprompsit, alteram autem, quam 'post annos aliquot' a Bettone episcopo Lingonensi saec. VIII. ex. factam esse affirmavit, ipse adiecit cum miraculis nonnullis, eaque postea continuata sunt usque ad tertiam translationem tempore Nortmannorum, scilicet a.* 888, *factam. Compilatio igitur C priori saec. IX. parti attribuenda videtur esse.*

Utramque Vitam ad recensendum textum primigenium adhibui, et

B, quam coartatam S u r i u s (1581) *VII, p.* 708. 709, *et ex ipso* B a r r a l i s (1613), *p.* 367—363, *integram autem* M a b i l l o n (1668) *Saec. I, p.* 633—636, *edidit, et*

C, quam a R o v e r i o, *Reomaus, Parisiis* 1637, *p.* 1—23. 70. 73, *et* B o l l a n d o, *Ianuar. II, p.* 856—863, *editam cum codice* M e t t e n s i *n.* 195, *saec. XI*[7], *contuli.*

Denique V. T r e v e r i i *(AA. SS. Ian. II, p.* 33*), cuius auctor Ionae librum dolo malo expilavit, non sine bono fructu uti licuit.*

Horum subsidiorum ope iis locis, qui altero codice deficiente soli in altero leguntur,

1) *At litteram* h *male additam suppressi et in A* 1 (exhemplum, hita, homne, husui) *et in A* 2 (hortus). 2) *Vide infra c.* 9. 3) *SS. rer. Merov. I, p.* 803. 4) *Vita C, I,* § 3. 5) *Ib. I,* § 14. 6) Scriptum in gestis habetur praefati beati Germani. 7) *Vitam C ibi hymni missaeque de Iohanne ipsiusque translationes subsequuntur, quae, folio exciso, mutilae in verbis:* calamitatibus christianorum *desinunt. E codicibus B. C plurimis propter vetustatem praeterea commemorandi sunt* S i n e m u r e n s i s *n.* 1 *(cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 615 *sqq.), quo Roverius usus est, eiusque gemellus* V a t i c a n u s, *Reg. christ. n.* 493, *uterque saec. X.*

verba errore praetermissa non semel supplere potui, quae uncinis [ ] inclusi; ea autem quae scriptura codicis A 1 evanescente ex C tantum erui poterant, imprimis in praefatione laterculoque, in quo complura posteris restituenda etiamnunc restant, ita distinxi ⌜ ⌝.

Vitam Iohannis primigeniam, examinato codice A 1, F. Stöber, 'Zur Kritik der V. S. Iohannis Reomaensis'[1], *Ionae certis argumentis adiudicavit, atque qua necessitudine cum editionibus recentioris aevi ea cohaereat, omnino recte exposuit; codice autem imperfecto usus, neque quantum historiam perscrutantibus illa proficiat divinare neque editionem criticam parare poterat. Incidenti mihi in codicem A 2 utrumque reparare successit defectum, editionemque quam institui principem textus A actis instituti Austriaci ('Mittheilungen d. Instituts f. österreichische Geschichtsforschung' XIV, p. 411—427) inserui.*

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI IOHANNES[b] MONACHI ET ABBATIS[c].

Anno centesimo post explicionem numeri sancti Victori episcopi[2], ciclum recapitulantem, anno tercio regni domni Clotharii regis indolis, ex iusso ipsius principes vel genetrices[d] suae praecelse domne Baltilde regine cum ad orbem[e] Caba-
lonnensem[f] noni mensis secunda ebdomada Ionas abbas per Riomao sancti Iohannis 659 Nov.
monasterio preteriens, paucis diebus inibi pro labore itineris quievit, cumque victus precibus fratrum ipsius coenubii, ut que[g] per discipulus memorati confessoris Christi vel posteris eorum veraciter conperta erant de actuale vita hac spiritale contemplatione articulo dicendi convertit, praedictus Ionas Hunnane abbati inquid.

PRAEFATIO VITAE BEATI IOANNES MONACHI[h] ET ABBATIS.

Pre⌜cel⌝lentissima[i] sanctorum prosequentes exempla, que luce clarius urbem tam in sermone docendum quam exemplum monstrando inluminavere, prorsus declarare adque [omnibus[k] patefacere] omne studio omneque conato, cum conperta fuerint, debemus, ut scilicet ⌜tam men⌝tis ⌜homi⌝num cael⌜esti desi⌝derio[l] innexas, quam ⌜etiam sim⌝plicium animos hominibus p⌜rofani⌝s[m] ⌜ad vita⌝m pro⌜vocemus aeternam⌝, ⌜ut[n] dum⌝ prae⌜cede⌝ntium p⌜rae⌝s⌜ulum, monachorum[o]⌝ adque patrum ⌜labores atque studia cont⌝ricio⌜num mortificationu⌝m⌜que exem⌝pl⌜a⌝ ⌜trucina⌝nd⌜o mentis intentione pensamus, in eorum imitationem tam nostra corda quam aliorum mentes erigimus⌝, qu⌜atinus et doctrinae solamina⌝ et ⌜laborum supplimenta, Christo⌝ f⌜avente, studeamus subire. Nec inmerito eorum virtutes ac gesta religiosa christiana laude fulciunt⌝ur, ⌜qui uno spiritu diversitate virtutum florentes, diversis quoque dono-
rum⌝ mu⌜n⌝e⌜ri⌝b⌜us adornantur iuxta i⌝llu⌜d⌝ Isa⌜iae dictum: *Qui sunt isti, qu⌝i ut* Is. 60, 8.
nubes vo⌜lant et quasi columbae a⌝d fenest⌜ra⌝s s⌜ua⌝s? N⌜ulli quippe dubiu⌝m ⌜est⌝,
iuxta quod ⌜va⌝s ⌜electionis sup⌝plimentum dono⌜rum⌝ sp⌜iritaliu⌝m, S⌜piritus⌝ sancti Act. 9, 15.
tu⌝ba canente ⌜ac de⌝monstr⌜an⌝te formam, p⌜ate⌝fecit, ut[p], d⌜um si⌝nguli in singulis

Prol. *A* 1. *C.*

Prol. a) *prologos et laterculum capitum om. A* 2. b) IOH̄:E *A* 1. c) QUOD EST *(spatio relicto) add. A* 1. d) genetricę *A* 1. e) *pr. m. corr.* urbem *A* 1. f) mitteretur *add. cod. Sinemur. textus C m. s. XV.* g) qui *A* 1. h) *ita scripsi;* presbyteri *A* 1. i) Pre.... lentissime *A* 1. k) *ita C*; o. p. *om. A* 1. l) .... derii *A* 1. m) *ita conieci;* h. pr. *om. C.* n) *ita C; evanuisse videtur* Qu.. (quas *vel* quam) *A* 1. o) a. p. m. *C.* p) *ita C (Mett.);* et *A* 1; quin *Boll.*

1) *'SB. der phil.-hist. Classe der kaiserl. Akad. d. Wissensch.' Vindobonae* 1885, *CIX, p.* 319—398. 2) *Victorius natione Aquitanus (Gennad. c.* 88*) ab auctoribus vetustioribus episcopus minime appellatur.*

ex ⌜conditor⌝is ⌜la⌝rgicione pro mer⌜it⌝is dona capi⌜endo⌝ famul⌜a⌝tum div⌜i⌝ni n⌜om⌝inis exer⌜ce⌝nt, ⌜cu⌝mulum post recipiant meritorum.

EXPLICIT.

⌜INC⌝IPI⌜UNT CAP⌝ITULA.

1. De orto et conversione[a] ⌜e⌝ius.
2. De in⌜tro⌝itu he⌜re⌝mi et coenubii sit⌜u⌝[b] ac serpente[c] mortua.
3. De ⌜concur⌝so fra⌜tr⌝um religiosorum et progresso itineris, adque processum ad s⌜uum⌝ p⌜erferebat c⌝oe⌜n⌝ubium.
4. Qualiter sub ⌜dici⌝one abbatis Lerine⌜n⌝si⌜um⌝ s⌜e⌝s⌜e⌝ oboedi⌜en⌝do ⌜co⌝ntulit adque pat⌜riam a⌝g⌜nitu⌝s ⌜iubetur⌝ rep⌜edire⌝.
5. De re⌜gres⌝su[d] ⌜eius et Filomeris soda⌝lis su⌜ffragio⌝.
6. D⌜e visita⌝tione matris et conte⌜m⌝ptu ⌜oblectationis ma⌝terni desiderii.
7. D⌜e⌝ f⌜urto⌝ r⌜eperto⌝ s⌜ecur⌝u⌜m⌝.
8. D⌜e pauperem seminu⌝dum ⌜in⌝ventum.
9. De cont⌜emptu⌝ Agr⌜e⌝st⌜i et pe⌝nitudine e⌜ius⌝.

⌜10.⌝ De ⌜s⌝preto[e] ⌜gerulo⌝ ad Cla⌜rum⌝ der⌜ec⌝to.

⌜11. Qua⌝l⌜iter famulus⌝ d⌜em⌝one ....[f] et s⌜anitati ....[g] redit⌝ur.

⌜12.⌝ De ⌜restitutione⌝ lingu⌜ae⌝[h] cuiusdam.

⌜13.⌝ D⌜e faris munere a Deo mult⌝iplicato.

⌜14. D⌝e ...... e[i] S⌜egoni⌝, ...[k] clam ⌜ec⌝lesia⌜m introivi⌝t, r ....[l].

⌜15⌝. D⌜e⌝ .... ⌜e⌝olog⌜iaru⌝m ⌜mun⌝er⌜e⌝ ...... g .... ⌜Io⌝h⌜anni⌝s ⌜sanato⌝.

⌜16.⌝ De C⌜la⌝udio ⌜monach⌝o, qui ⌜ce⌝lus ap⌜ertu⌝s vidi⌜t⌝.

⌜17.⌝ D⌜e lat⌝ice ⌜a puteo s⌝u⌜blat⌝a et egr⌜o⌝[m] s⌜uspit⌝at⌜em⌝ r⌜edito⌝.

18. D⌜e visitatio⌝ne r⌜egum a⌝dque ⌜n⌝ob⌜i⌝liu⌜m ad virum Domini⌝ ve⌜nientiu⌝m adque ⌜admoni⌝t⌜io⌝ne et ⌜exho⌝r⌜ta⌝tion⌜e⌝ sub⌜iector⌝um ....

19. D⌜e⌝ sanctissi⌜mi viri obitu⌝ .... hac ⌜de praelatione Silve⌝str⌜i abb.⌝ ac u .... tione .. l .. ri .... tatione.

⌜E⌝XP⌜LIC⌝IUNT CAPITULA.

VITA SANCTI IOHANNIS MONACHI ET ABBATIS[a].

1.[b] Igitur[c] venerandi viri cultuque religionis imitandi beati Iohannis monachi atque[d] abbatis vitam memorie commendando[e] stilo patefacere nitimur, quae[f] et quanta sui laboris studuit subire certamina, et nostris egregia[g] exempla monstrando[h] memoriam dimiserit seculis, ut non solum ille sui[i] laboris fructus[k] reciperet, verum etiam quosque[l] ad imitacionem sui certaminis in postmodum trahe-

Prol. Index. *A* 1. *C.* *Cap.* 1. *A* 2. *C.*

Index. a) conversatione *C.* b) et constructione monasterii *C.* c) serpentem *A* 1. d) regressione *C.* e) litterarum *add. C.* f) *suppleas* obsidetur. g) *suppleas* per virum Dei. h) & *add., sed exp.(?) A* 1. i) *erat fortasse* visitatione. k) *suppleas* et qualiter. l) *suppleas* revelatione. m) &gro, *expunct.* t (?) *A* 1.

Cap. 1. a) QUOD EST *add. A* 1; *praescr.:* Cap. 32. Incipit vita sancti ac beatissimi Iohannis monachi atque abbatis, cuius transitus observatur V^to^ Kl. Februarii *praescr. A* 2. b) *numeri desunt A* 2; *ad laterculum eos supplevi.* c) Igitur — ferre cepit (*p.* 508, 32) *om. A* 1, *folio exciso.* d) *ita C*; abb. atque *A* 2. e) *ita A* 2 *cum V. Treverii;* commendandam *C.* f) scilicet *add. C.* g) per *add. A* 2; *om. C et V. Trev.* h) *ita C*; monstranda ac memoranda *A* 2; monstranda temporibus memoriam *V. Trev.* i) suis *A* 2. k) fructum *C cum V. Trev.* l) quousque *A* 2.

ret, doceat[a] post gloriosos triumphos[b] et peccatorum medicinam et eterne[c] vite premia[d] capere subplimenta[e]. Ab ipso[f] ergo primordio, quibus parentibus vel in quo loco exortus fuerat, sunt prosequenda[g]. Ortus[h] venerandi[i] cultus Iohannes infra terminos Ternoderensis[1] castri, qui locus in[k] suburbano Lingonice urbis situs est, villa que vocatur Quartaniacum[l] super fluvium Bridenam[2]. Parentibus non ignobilibus[m] procreatus, patre Hilario[n], matre Quieta nomine, quorum animos cultus religionis cathenatos atque sub omni devocione christiani timoris innexos[o] tenebat; quique[p] etiam inter ipsa primordie[q] rudimenta tam in puericia quam in adolescentia sub christiani vigoris cultu atque religionis a parentibus alitus est atque nutritus.

2. Cumque circiter XX esset annorum, cepit animo alciora atque solito artiora querere, ut, relicto natali solo, quo potissimum animi ostenderet affectum, et vitam ageret gloriosam[a] et cultu religionis sub omni intentione mentem erudiret. Dedit tamen operam, ut eo in loco, ubi[b] ortus fuerat, perparvum oratorium fundaret, ut, dum anxia cordis vota, Christo annuente, pensando patraret, orationis solamina atque religionis, quomodo posset, occultum impleret. Sed, dum mens devota Deo nec a[c] parentibus nec a familia quereret famulatum[d] vel plebis non ferret pressuram, elegit, ut eremi, quo se locus dabat, secreta expeteret. Agebat enim hoc eo tempore, quo Gallias sub imperii iure Iohannes consul regebat. Itaque[e] cum quadam die ad basilicam missarum solempnia auditurus pergeret, — erat enim beati Iohannis baptiste veneranda[f] sollempnitas, — audita euvangelica lectione et deducta serie, finem eius desiderii igne penetrans, quo ait: *Puer autem crescebat et* Luc. 1, 80.
confortabatur in spiritu et erat in deserto usque ad diem ostensionis sue ad Israel, ac deinceps cum alia vice audisset, quod beatus Iohannes euvangelista reliquisset cf. Marc. 1, 20.
patrem Zebedeum cum navi et absque ulla ambiguitate Christum secutus fuisset, intrepidus mentisque ardore et celesti desiderio accensus, relinquens patrem et matrem solumque natale, saltum, qui inter duos fluvios, id est inter Hormentionem[3] et Sidenam situs est, qui a Sinemuro[4] castro septem milibus abest, introiit. Repertoque loco, in quo tyro Christi habitaret, et celestis milicie fulgentem ensem baiulans, quo ostem adversarium bellando repelleret, ovans resedit[g] ibi. Ubi etiam erat puteus, in quo serpens inter deserta positus habitabat. Quo comperto, cum sodalibus ad[h] puteum venit, Deoque oratione peracta, puteum[i] quo poterat modo de industria inquietavit ac deinceps serpentem nocivum mortuum repperit. Abiectoque eo procul a loco, ibique quantisper[k] moratus, cenobii[5] locum construxit et sanctorum patrum exemplo sub regule tenore, quam custodiendo proficerent,

Cap. 1. *A* 2. *C.* *Cap.* 2. *A* 2.

Cap. 1. a) *ita V. Trev.;* Docet ergo post *A* 2; qui iure eius gl. *C.* b) venerantes et imitantes *add. C.* c) vitae aeternae (pr. *om.*) caperent *C.* d) praemii *V. Trev.* e) sublimenta *A* 2. f) Ab ipsis e. primordiis *V. Trev.* g) *ita V. Trev.;* persequenda *A* 2. h) namque est *add. A* 2; igitur *add. V. Trev.* i) venerandus cultus (? *corr.* cultu) *A* 2; venerandi cultusque *V. Trev.* k) *ita V. Trev.*; in suburbio *A* 2; sub territorio *B. C.* l) Quartamiacum *A* 2. m) ignobili *A* 2. n) Ylario *A* 2. o) *ita B. C*; innexas *A* 2. p) quicque *A* 2. q) *ita A* 2.

Cap. 2. a) gloriam *A* 2. b) l. mortus *A* 2. c) apparentibus *A* 2. d) famulatum famulatum, *expuncto altero* fam. *A* 2. e) Itque *A* 2. f) venerande *A* 2, *corr.* g) recedit *A* 2. h) apud teum *A* 2. i) put teum *A* 2. k) *ita scripsi*; aliquantisper commoratus *A* 2.

1) *Hodie Tonnerre.* 2) *Sine dubio Brenne, affluens Armançon fl.* 3) *Armançon et Serain fl., quorum hoc loco prima mentio fit, Ormentio saec. X. et Sedena a.* 867. *vocati sunt; cf. Quantin, 'Dictionn. du dép. de l'Yonne' p.* 4. 123. 4) *Hodie Semur-en-Auxois (dép. Côte-d'Or).* 5) *Moutier-Saint-Jean circa* 7 *milia a Semur castro abest.*

subiectam plebem constituit et, ut precedencium monachorum studia imitando prosequerentur et celestis antidoti pocula prebendo, quo peccatorum sanies pelleretur, omni nisu adortatus est.

3. Et cum iam passim viri Dei fama cresceret[1], cepit undique plebs concurrere atque eum suis famulatibus honorare. Crescente ergo ibi monachorum caterva, cepit anxio cordis stimulo pensare, quid melius foret quidque salubrius mercedis cumulo obveniret, si plebi dominando preesset aut subiectus aliis obediendo sub obtentu[a] religionis proficeret. Fuit tandem consilii[b], melius esse sub vinculo mortificationis se[c] subdere, quam aliis imperando dominari[d]. Et cum presertim ipse, infra monasteriorum septa positus, regularis materie[e] normam atque precedencium patrum disciplinam sub obediencie rigore nequaquam didicerit, sed tantummodo quod lectio vel fama religionis vel cordi inseruerit vel auri advexerit[f], postposita percunctatione[g] atque omni ambiguitate, cepit querere arma, quibus cf. Eph. 6, 16. 17. possit subiecta membra tueri: clipeum, quo diabolicam artem vitaret, galea, qua fidei caput inlesum servaret, mucronem[h], quo mundiales errores coerceret, impinget[i].

4. Tandem religiosorum mores perquirens, ad Lirinense monasterium pervenit, ubi tunc venerabilis Honorati[2] religionis forma plures instruebat et regularis discipline normam tenere eos commonebat[a]. Cum ergo duorum tantummodo sodalium comitatione ibi pervenisset, submotu omnis honoris cultu[b], humilitati atque obediencie subiectus, ultimum se omnibus obediencie iugum ferendo adaptavit[c]. Et cum iam per circulum anni[d] sexque menses sub omni humilitatis cultu ultimus obediencie rigorem ferret, venit quidam ad prefatum[e] Lirinense cenobium. Cumque singulos monachorum in operis necessarii usus cerneret laborare, vidit[f] inter ceteros venerabilem virum Iohannem. Quem diu contemplatus ac de industria nomen eius inquirens, cognoscit, quis esset, omnibusque patefaciens, ad eius vestigia prostratus, inquid: 'Nonne hic est venerabilis Iohannes monachus, qui praelationem[g] honorum fugiens, ad hec[h] loca pervenit?' Cumque qui aderant inquirerent, quid dicere vellet, ille omnia ex ordine[i] depromit, qualiter[k] se rei veritas habeat. Sicque agnitus, tam a senioribus quam a fratrum cetu debite venerationi est habitus. Quo comperto, Lingonice[l] urbis Gregorius[3] pontifex egre[m] ferre cepit, ut[n] subiecte sibi[o] plebis solamina[p] perderit[q], direxitque absque dilatione[r] ex[s] eius coenubii septa virus cum epistularum[t] subplimentum: unam ad eum qui praeerat adque[u] subiecta sibi plebe[v], eius redito contrarii ne[w] essent, nam[x] damno[y]

Capp. 2. 3. *A* 2. *Cap.* 4. *A* 1 (*a l.* 32). 2.

Cap. 3. a) *ita B. C*; cultu *A* 2: sub obtentu relegionis *etiam infra c.* 12. b) *ita B. C*; consilium ut melius esset se sub *A* 2. c) *ita B. C*; m. subcedere *A* 2. d) dnī'ari *A* 2. e) macherie *A* 2. f) avexerit *A* 2. g) percuctatione *A* 2. h) nuchronem *A* 2. i) *ita A* 2.

Cap. 4. a) commanebat *A* 2. b) *ita scripsi;* h. et cultui humilitatis *A* 2. c) adoptavit *A* 2. d) anni *A* 2. e) prefactum *A* 2, *corr.* f) venit *A* 2. g) *ita B. C*; sublimitatem *A* 2. h) hoc *A* 2. i) exordinet *A* 2. k) quali *A* 2. l) Linguonice *A* 2. m) *ita scripsi;* hec referre *A* 2. n) *in* ut *redit A* 1; quod *A* 2. o) subiecta (sibi *om.*) plebi *A* 1; subiecte sibi urbis plebs *A* 2. p) magna *add. A* 2. q) perdiderat *A* 2. r) *ita A* 2; dilatacione *A* 1. s) *ita A* 1; ad *A* 2. t) epistolaribus exortationibus u. *A* 2. u) pr. nocebio (*sic pro* cenobio) quod subiecte s. plebi *A* 2. v) in *add. A* 2. w) *ita scripsi;* inessent *A* 1; essent *A* 2. x) ne *A* 1; nam et *A* 2. y) domno c. *A* 1; dampni communis *A* 2.

1) *V. Columbani c.* 18: creverat iam passim fama sancti viri. 2) *Honorati Lerinensis a.* 426. *episcopi Arelatensis facti paucisque annis post defuncti praecepta, adveniente Iohanne, in insula etiamtunc vigebant, ut locum recte interpretatus est Ludovicus Duchesne, 'Bulletin critique'* 1893, *p.* 456. 3) *Sedit a.* 506/7—539.

communi particeps forent; aliam propriae[a] ad virum venerabilem Iohannem, reditum postulans: quod si, opposita dilatione, facere neclexit[b], iudicium omnipotentis Dei de damno omisse[c] hac derelicte[d] plebes recipere metuerit. Quam causam utrique, tam qui praeerat ob boni sodalis[e] amisione, quam etiam venerandus Iohannis ob iudicii inlati penam[f], anxio cordis stimulo[g] trucinare ceperunt; sed omnium consultu[h] victus, ad patriam redire iubetur et[i], neclectam[k] plebis curam[l], denuo[m] caelestia[n] preconia administrare, ne iudicium damnationis de omisione tantarum animarum adquireret[o], qui propriam perpotire[p] cupiebat salutem.

5.[a] Regressus ergo ad praefatum locum, studuit denuo salubria pocula[b] sub[c] regulare tenore, quam[d] beatus Macharius[e, 1] indedit[f], monachis ministrare adque aeducatam in melius plebem ad caelestia gaudia provocare, adnitente[g] sibi monacho Filomere nomine, omni sanctitate et relegione deditum[h], cuius fultus[i] auxilio, caelestem[k] praeconium tam monachis quam populo annuens[l] absque delatione conferebat.

6.[a] Tum mater experiens desiderabilem adventum venerabilis filii, ad eum venire properat[b], ut tam diu aspectum eius a se segregatum tandem ovans cerneret suisque votis aditum aperiret. Arepto itaque[c] itinere, ad eum eo in loco quo vir Dei positus erat advenit hac ministrorum deposcit[d] affectum, ut agerent, qualiter desideratam diu prolem suis obtutibus[e] contemplare[f] meruisset. Hoc[g] ille auditu abnuit, matrisque affectum ut faverit[h], recusavit, reminiscens illud: *Qui non reliquerit*[i] *patrem aut matrem*[k], *non est me dignus.* cf. Matth. 10, 37. Sed tamen, ne fidem matris, quam[l] in Christi amorem[m] et timorem inditam noverat, temere[n] contemnendo violaret, transsiens[o] ante[p] aeam, parumper obtutibus eius apparuit, ut et desiderium matris saciaret et vigorem relegionis ob matris blandimenta non molliret. Poposcit[q] per ministros, sese[r] incolumen habendo ad caelestia desideria[s] cor locaret hac deinceps numquam se[t] visurum[2] in praesentem[u] vitam sciret.

7.[a] Eodem namque[b] tempore fratrum convenientia[c] ad rura purganda[d], sentium frutecumque[e] densitate[f] amputanda processerat, quo[g] ager cultui redditus

Cap. 4. *A* 1. 2. *Capp.* 5. 6. *A* 1. 2. *C.* *Cap.* 7. *A* 1. 2.

Cap. 4. a) propriam *A* 2. b) negligerit *A* 2. c) admisso *A* 2. d) derelicta plebes *A* 1; derelicta plebe *A* 2. e) sodolis *A* 1. f) *ita A* 2; *om. A* 1. g) stimu *A* 1. h) consulti *A* 1. i) ut — amministraret *A* 2. k) necglecte *A* 2. l) *periit A* 1; recipiens *add. A* 2. m) de uno *A* 2. n) caelestiam pr. *A* 1; celestis patrie prec. *A* 2. o) adqui *periit A* 1. p) *ita A* 1; percipere *A* 2.
Cap. 5. a) R. V. *A* 1; *haec om. A* 2. b) *ita A* 1. 2; dogmata *B. C.* c) *ita A* 1. *B. C*; iuxta regulam q. *A* 2. d) *ita A* 2. *B. C*; Qm̄ *A* 1. e) Marcharius *A* 1. f) *ita B. C*; (in *periit*)dedit *A* 1; illis dedit *A* 2. g) *ita A* 1. *B. C*; Annuente *A* 2. h) *ita A* 1; dedito *B. C*; perdito *A* 2. i) vix *add.*, *sed eras. A* 1. k) celeste *A* 2. l) *ita A* 1. *B. C*; *om. A* 2.
Cap. 6. a) *om. A* 1. 2. b) perperet *A* 1. c) *ita A* 2. *C*; *om. A* 1. d) depossit *A* 1. e) obtucibus *A* 1. f) contemplari *A* 2. g) *ita A* 1. *C*; Quod i. auditus *A* 2. h) *ita A* 1; affectui favere rec. *C*; aff. ut agerent qualiter desideratam sibi fari recusavit *A* 2. i) relinquerit *A* 2. k) propter me *add. A* 2 *(om. A* 1. *C).* l) *ita A* 2. *C*; cum *A* 1. m) honore et timore sibi i. *A* 2; amore et timore fixam *C.* n) timore, *tum* sibi inditam *iterantur, sed del. A* 2. o) *ita A* 1. *C*; Transeuntem *A* 2. p) *ita A* 1. *C*; antē ipsa p. *A* 2. q) Asserit tamen illi per *A* 2; Hortatur namque eam per *C.* r) se esse i. et habere *A* 2. s) desiderium (cor l. *om.*) *A* 2. t) *ita recte A* 1; se (eum *A* 2) visuram *A* 2. *C.* u) presenti vita se sciret *A* 2.
Cap. 7. a) *om. A* 2. b) in *add. A* 2. c) coniventia *A* 1; conveniencia fuit ad *A* 2. d) et *add. A* 2. e) frutumcumque *A* 2. f) densitatem ad imputandam *A* 2. g) *ita A* 2; qu . . g . . . . redd. *A* 1.

1) *Regulam ei attributam Roverius, Reomaus p.* 24 *sqq. et Holstenius, Codex regularum, Paris.* 1663, *p.* 25 *sqq., ediderunt.* 2) *Eadem fere verba in V. Columbani c.* 3. *leguntur.*

uberius[a] deferret fructus. Quo[b] cum operis labore[c] incumberent, mox a seniore[d] vocati, relictis oboediendo in opere securibus, ad coenobium remeant[e]; peracta[f] oboediencia[g], modo ad agrum cura[h] laborandi redire procurant. Ablatis[i] furto securibus reperiunt adque[k] neglegentiae damnum patri nuntianda[l] properant[m]. Cumque ille eorum neglegentiam[n] aegre ferens, fratribus imperaret[o], ut oratione lectioneque incumberent, ipse oratione innexus, Dominum pulsando deposcit, qur hunc[p] famulis suis patiatur damnum inferri. Moxque, peracta oratione, ad agrum properat et propere qui[q] furti scelus patraverat venire[r] conspicit: festinoque conamine[s] ad vestigia beati viri curruit[t], patrati sceleris reatum denuntiat[u] reformandaque praede[v] absque dilatione horam[w] pollicetur. Tum[x] ille et[y] veniam postulanti et eologias[z] non abnuit tribuere confitenti.

8.[a] Cumque[b] solito per saltum[c] more adletarum antiquorum oratione et ieiuniis evacaret[d], repperit quondam[e] pauperem seminudum[f] necessaria alimenta querere[g] fructusque[h] quos saltus gignere solet[i] omni studio[k] investigare, ut carnis famem[l] potuisset[m] cybum superare. Ille inquirens, quid quereret, inlate[n] miseriae oris confessione deprompsit[o]. At ille: 'Utinam te', inquit, 'sola carnis famis urguerit[p], et non famis[p] vel sitis[q] anime, que omne sine dape[r] manet, cruciaret; aut
Matth. 5, 3. certe, si ea te pauperies, de[s] qua Dominus praecinens dixit: *Beati pauperes spiritu,*
ib. 6. *quoniam ipsorum est regnum caelorum,* et: *Beati, qui*[t] *aesuriunt et siciunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur,* possiderit, nulla dapum[u] cupia indigeris. Sed dabo quocumque potero[v] modo consilium, ut spem ne[w] praecedas[x], — multi enim ex in-
Ps. 54, 23. spiratu[y] temporis[z] usu evaserunt[a] —: *Pone in Domino*[b] *spem tuam, et ipse te enutriet,*
cf. Eph. 4, 28. areptoque[c] laboris studio iuxta apostolum[d], quod bonum est, ut habias, unde[e] et tuo usui[f] et aegentum[g] prebeas necessaria'. Factoque in[h] pectore eius crucis[i] signum, ire ad propriam[k] imperat. Ille imperio viri Dei obtemperans[l], tantam copiam[m] laboris suscepit, ut nequaquam deinceps que[n] necessaria erant[o] defuissent.

9.[a] Quidam etenim[b] vir Agrestius nomine[1] ad praefatum coenobium ad[c] missarum solemnia audienda[d] desiderio[e] actus venerat, et pavimento prostratus,

Cap. 7. *A* 1. 2. *Cap.* 8. *A* 1. 2. *C.* *Cap.* 9. *A* 1. 2.

Cap. 7. a) *ita A* 2; uber . s d . ferr . . . . . . us *A* 1. b) Cumque operis *A* 2. c) labori *A* 2. d) seni . . revocati *A* 1. e) remaneant *A* 2. f) vero *add. A* 2. g) oboedien : : ciae, *ras.* di? *A* 1; obedientia predicto modo *A* 2. h) corroborandum redire *A* 2. i) Ablatas f. secures *A* 2. k) hacque *A* 1. l) nunciare *A* 2. m) pperant *A* 1. n) negligencie hec referens *A* 2. o) imperarent *A* 2. p) ac *A* 2. q) fuisti *add., sed delet. A* 2. r) consp. v. *A* 2. s) conamina *A* 2. t) *ita A* 1. 2. u) denunciant *A* 2. v) predam *A* 2. w) hora *A* 2. x) Tum — confitenti *pr. m. in inf. marg. suppl. A* 2. y) *om. A* 2. z) ologias *A* 1.

Cap. 8. a) *om. A* 2. b) *ita A* 1. *C*; Cum autem per saltum m. solito *A* 2. c) sactum *A* 1. d) *ita A* 1; vacaret *A* 2; exerceretur *C.* e) quedam *A* 2. f) *ita C*; semi(nudum *periit*) *A* 1; seminandos ad necessaria *A* 2. g) *om. C.* h) fructus quo *A* 2. i) et *add. A* 2. k) *ita A* 1. *C*; vestigare studio ut *A* 2. l) quo *add. A* 1. m) postui sed cybo *A* 2. n) illatam (illatē *A* 2) miseriam *A* 2. *C.* o) *ita A* 2. *C*; deprom . . *A* 1. p) urg. — famis *om. A* 2. q) non *add. A* 2. r) *ita A* 2. *C*; sineda ꝑ manet *A* 1. s) *periit A* 1. t) q . e *A* 1. u) dapnum *A* 2. v) *ita A* 2. *C*; postero *A* 1. w) non *A* 2. *C.* x) precedat *A* 2; perdas *C.* y) insperato *A* 2. *C.* z) *ita A* 1. *C*; tempus usum *A* 2. a) *ita A* 1. *C*; habuerunt *A* 2. b) Deo *add. A* 1; *om. A* 2. *C.* c) arepto itaque *A* 2. d) age *add. A* 2; *om. A* 1. *C.* e) uti *pr. m. corr.* unde *A* 1. f) usu *A* 2. g) *ita A* 1. *C*; regencium *A* 2. h) (in *om.*) peccatore *A* 1. i) signo crucis *A* 2. k) propria *A* 2. l) *ita A* 1. *C*; obtemperando *A* 2. m) *ita C*; t. piam *A* 1; (t. *om.*) copiam *A* 2. n) qui *A* 1. o) *ita A* 2. *C*; aderant *A* 1.

Cap. 9. a) *om. A* 2. b) etiam *A* 2. c) *om. A* 2. d) audiendi *A* 2. e) erio *periit A* 1.

1) Magnimontensium partium civis *add. B. C.*

uberis fundens praeces, communem[a] dominum oratione pulsabat[b]. Tandem a pavimento elevatus, ad[c] ore beati[d] viri missarum solemnia audire cupiens expectabat. Cumque iam hora adesset[e], vir Dei imperat, ut foris eclesia[f] egressi omnes, locum quieti tribuant, qualiter solita[g] solemnia, ut eius mos erat[h. 1], suis consodalibus perageret atque hostias Deo absque populari tumultu offeret[i]. At ille, mutu[k] animo, foris[l] progreditur nec subsistere ante fores neque oblationum[m] sacramenta patetur expectare[n]. Tumido cordis intimo[o] domum repedat[p], ibique intempesta[q] nocte stratui[r] obvolutus, vidit venerabilem virum[s] dextera gemmam[t] eucharistiae ferentem[u] ante stratum adstare eique increpando[v] dicere[w]: 'Cerne', inquid, 'Agrestiae[x], quia, si[y] die exsterna[z] blasphemare distulisses, quamquam corporis ore eocharistie[a] sacramento[b] non accepisses, tibi spiritaliter largiretur; nunc vero, quia[c] blasphemare praesumpsisti[d], spiritaliter tibi denegatur'. Ille[e] a somno consurgens, noxae[f] suae maculas abluere parat, hac rediens ad virum Dei, veniam postulando ablui culpas inplorat[2].

10.[a] Subsequente vero tempore quidam[b] famulus cuiusdam viri, cuius[c] vocabulum erat Clarus, ad beatum virum ob noxam sceleris confugit. Cumque ille studiose reati culpam requireret, repperit noxam rei commisse, et ne[d] veniam petenti misericordiam denegaret[e], iubet cuidam, ut apicum seriem[f] susciperet, et pro reatu[g] miseri homines ad Clarum pergens, et vitam et veniam impetraret. Cumque[h] ergo Clarus oblatam a gerolo epistolam suscepisset, causam rei exquiret, et[i] quid se textus epistole vel gerolus[k] vellit[l]. Ille[m] rei causam depromit[n]. Cumque Clarus[o] nomen audisset, in furore[p] versus, beati viri epistolam salibo[q] inlitam abiecit, et ferocia redens responsa, gerolum exprevit. Nec[r] dilata divina[s] ultio! Orem[t] Clari faucisque ita[u] vehemens[v] perculit, ut per multa spacia[3] temporum nec panis alimenta nec[w] sacri corporis sacramenta capere possit.

11.[a] Ac[b] deinceps famulus cuiusdam, cui nomen erat Nicasius[c], qui eo tempore curam rei publicae[4] administrabat[d], demones arte obsessus, diversis[e] cruciatibus vexatus[f], ut vix angi catenis crederetur, ad venerabilem virum Iohannem[g]

Capp. 9—11. *A* 1. 2.

Cap. 9. a) communi *A* 2. b) *ita A* 2; pulsa *A* 1. c) ad o. *om. A* 2. d) ti viri *perierunt A* 1; beatus viri *A* 2. e) ora eadem esset *A* 2. f) ecclesie *A* 2. g) q. more solito missarum sollempnia *A* 2. h) cum *add. A* 2. i) *ita A* 1. k) *ita A* 2; m..tu *A* 1. l) foras *A* 2. m) ablationum *A* 1; oblationis *A* 2. n) expectares sed tumida *A* 2. o) intentione *A* 2. p) inpedat *pr. m. corr.* repedat *A* 1; repetit *A* 2. q) *ita A* 2; intempest... n.... *A* 1. r) n. in strata *A* 2. s) in *add. A* 2; *om. A* 1. *B. C.* t) gemma *A* 2. u) et *add. A* 2. v) ando *periit A* 1. w) re *periit A* 1. x) Agresti *A* 2. *B. C.* y) *ita B. C*; quasi *A* 1; qui si *A* 2. z) Domini *add. A* 2; *om. A* 1. *B. C.* a) eocharastiie *A* 1. b) *ita A* 2; o *periit A* 1. c) *ita A* 1. *B. C*; qui *A* 2. d) praesumisti *A* 1. e) vero *add. A* 2. f) noxi *A* 2.

Cap. 10. a) *om. A* 2. b) in *A* 2. c) cui *A* 2. d) *ita A* 2; *om. A* 1. e) *post.* deneg. *fortasse & eras. A* 1. f) *ita A* 2; miseriaem *A* 1. g) reatum *A* 1. h) que *om. A* 2. i) *ita A* 2; *om. A* 1. k) gerusol *A* 1. l) velit *A* 2. m) vero *add. A* 2. n) deprimit *A* 2. o) *om. A* 2. p) furorem *A* 2. q) salva *A* 2. r) sprevit sed non d. *A* 2. s) *ita C*; divina uultio *A* 2; di ultio *A* 1. t) or *A* 1; os *A* 2. u) *om. A* 2. v) vehementer *A* 2. w) *ita A* 2; nec ipsius quidem eucharistiae usquam potuit sanctificatio intromitti *C*; nec s. c. s. *om. A* 1.

Cap. 12. a) *om. A* 2. b) Item famulus *A* 2. c) Henchusius *A* 2. d) ministrabat *A* 2. e) que *add. A* 2. f) vellatus *A* 1. g) Ihōm *A* 1.

1) *Cf. V. Columbani c.* 19. 2) Ne quis hoc fabulosum putet esse, quod dicimus, referente viro venerabili Agripino diacono, ipsius Agrestii filio, cognovimus *add. B. C.* 3) Annis integris novem *C.* 4) Cui etiam Avalensis oppidi regende rei publice fuerat cura commissa *B. C. Cf. V. Germani auct. Fortunato c.* 30. 31.

adductus hac obtutibus[a] eius oblatus[b] est. Quem cum intuens vidisset, misertus[c] cruciatui, sese in[d] orationem dedit; pulsaque daemonis peste[e], homo reditur sanitatae. Qui post incolomis multo tempore famulatui eius iunctus mansit.

12.[a] Post haec cuiusdam filius astu demonis captus, usu[b] lingue[c] sublatu, quemque[d] longeva labiorum vexaverant[e] silentia, ad virum Dei deductus eique oblatus[f] est. Quem intuens mestus, pro humani generis dispendio et iniqui hostis permisso oratione adque deprecatione intentionem dedit. Nec dilata diu divine pietatis bonitas: et sui famuli libens praeces suscepit et usum lingue damnato restituit, qui post fratrum coetui[g] insertus, sub obtentu relegionis eodem in loco usque ad[h] finem permansit.

13.[a] Quodam in tempore loca circummanentia valida famis torrebat ita vehemens, ut nec[b] spes vivendi plerumque[c] foret. Cumque[d] ergo ad virum Dei ob alimonia[e] querenda properarent, ille[f] aeuangelicae[g] praeconii dictum ante oculos

Is. 58, 7. Luc. 6, 30. ferens, quo ait: *Frange esurienti panem tuum*[h], et: *Omni petenti te*[i] *tribue,* quosque[k] advenire cerneret, necessaria[l] ministrabat. Cumque iam undique egentum[m] plebs crebrius adveniret[n], ille adsuetum opus inpendens, omnibus fenerabat. Tum unus e subditis[o] ad patrem accedens, ait, se[p] tanti[q] farris cupiem[r] non habere, quantum[s] egentum[m] poscebant quohortes. Ille gemens poposcit sibi vas quem[t] voluissent plenum segregari, unde egentum[u] alimenta preberentur. Moxque ille obplebere[v] vas, capientem[w] plus fere[x] modia[y] quinquies quina[z]; cetera que[a] habuissent usui fratrum proficerent. Cumque[b] ergo turba aegentum[c] pro aliquod[d] temporis spatium ex eo vase alerentur, evenit, ut quidam iuxta morem sibi dare necessaria poscerit. Ille mensuram consuetam dare[e] iubet egenti. Tum[f] minister: 'Nequaquam', inquid, 'vel[g] perparvum in vase remansit, sed[h] totum[i] imperiis tuis[k] pauperibus est[l] erogatum'. Quo audito, oculos ad caelum adtollit[m], genuque[n] flexo, largitorem[o] omnium Dominum[p] inplorat. Peractaque oratione, ministro[q] iubet: 'Vade', inquid, 'cum fidei adminiculo deffer[r] alimenta aegenti[s]'. Pergens[t] minister, repperit vas plenum, sumptaque mensura, pauperibus tribuit. Deinde patri nuntianda credit, sed ille silendum esse imperat, ne elationis macula cumulum gratiae tollat.

14.[a] Quadam etenim nocte[b, 1] inter densa[c] tenebrarum adveniens vir[d] vene-

Capp. 11. 12. *A* 1. 2. *Cap.* 13. *A* 1. 2. *C.* *Cap.* 14. *A* 1. 2.

Cap. 11. a) ob ducibus *A* 1. b) ablatus *A* 1. c) m. eius cruciatus *A* 2. d) (in *om.*) orationi *A* 2. e) potestate *A* 2.

Cap. 12. a) *om.* *A* 2. b) que *add.* *A* 2. c) ligne *A* 1. d) queque *A* 1. e) *ita* *A* 2; vixerant *A* 1. f) *om.* *A* 1. g) coetu *A* 1. h) in *A* 2.

Cap. 13. a) *om.* *A* 1. 2. b) etiam *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* c) plerisque *A* 2. *C.* d) que *om.* *A* 2. *C.* e) alimoniam querendam *A* 2. f) illi *A* 2. g) euangelii *A* 2. h) *om.* *A* 2. i) *ita* *A* 2. *C*; p. retribue *A* 1. k) quousque *A* 2; quoscumque *C.* l) eis *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* m) egencium *A* 2. n) *ita* *A* 1. *C*; advenisset *A* 2. o) subditus *A* 1. p) si *A* 2. q) tantis f. *A* 1; tantam f. (ferris *A* 2) *A* 2. *C.* r) *ita* *A* 1 (copiem *cod.* *A* 1*a* *V. Columb. c.* 6); copiam *A* 2. s) quantam *A* 2. *C.* t) quod *A* 2. u) egenis *A* 2. v) implenere *A* 2. w) capiens *A* 2. x) *ita* *C*; plusve *A* 1; plus quam *A* 2. y) modios *A* 2. *C.* z) quinos *C*; ut nos *pro* q. *A* 2. a) c&&era que *A* 1; ceterent que *A* 2. b) que *om.* *A* 2. *C.* c) egencium *A* 2. d) *ita* *A* 2. *C;* alico temporibus *A* 1. e) dari *A* 2. f) Tunc *A* 2. g) *ita* *A* 1. *C*; quia *A* 2. h) *ita* *A* 1. *C*; et *A* 2. i) *ita* *A* 2. *C*; ut aut *pro* t. *A* 1. k) *ita* *A* 2. *C*; *om.* *A* 1. l) *om.* *A* 1. m) *ita* *A* 1. *C*; attulit *A* 2. n) *ita* *C*; genuque flexa (*e corr.* flega) *A* 2; semu . que (*om.* fl., *spatio relicto*) *A* 1. o) *ita* *A* 1. *C*; genitorem *A* 2. p) Deum *C*; *om.* *A* 2. q) ita *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* r) *ita* *A* 2; def per *A* 1. s) aegentum *A* 1; egeno *A* 2. *C.* t) vero *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.*

Cap. 14. a) *om.* *A* 1. 2. b) noctem *A* 2. c) densas tenebras *A* 2. d) *periit* *A* 1.

1) A partibus Magnimontensium *add.* *C.*

rabilis Segonus[a, 1] ad[b] cellula sua, basilicam[c] latenter introivit[d], communem[e] Dominum orationibus pulsabat[f]. Quod divinitus viro Dei revelatum est, ascitoque[g] ministro imperat[h], ut concito gradu pergat, tactoque[i] signo, sodales excitet, quia frater [communis[k]] Segonus abdite[l] fores ecclesie penetrando[m] Dominum orationibus pulsat. Quod ita repertum est, atque de industria venerando[n] fratri ospitalitatis munus est impletum.

15.[a] Cumque[b] iam Gallias Francorum regis sue dictione[c], sublato imperii iure, gubernacula[d] ponerent et, postposita rei publice dominatione, propria fruerentur[e] potestate, evenit, ut Theudebertus[f], filius Teuderici[g], Clodovei condam filii, bellum Italie inferret[h, 2], transactis Alpibus[3], Italiam inquietaret; celerque[i, 3] re- 539.
versus, demissis[k] ducibus, quibus[l] summam bellorum commiserat[m], Mumoleno[4] et Bucceleno, ipse ad propriam repedavit. Eo itaque in tempore quidam vir[5] cum quartano inquomodo eger teneretur et pene ultimum anelitum dimissurus expectaretur, germanus eius ad[n] virum Dei properat, festinans advenit donumque eulogiarum cum premessa[o] ad Dominum oratione ad[p] egri[q] solamina humili[r] prece deposcit. Tum ille et orationem atque eulogiarum solamina[s] dare non distulit, sed[t] enim cuivis cum fidei ardore petenti[u] suffragium porrexit: inlatum[v] unum paximacio[w] cum quinque pomorum numero egri deferri iussit. Receptum[x] munus, celeriter[y] ad germanum venit; eum[z] procul positum, adveniente[a] munus eger[b] sensit, hac germanum requirens, dari[c] sibi eologiarum munus deposcit. Cumque ille introiens, deportasset, factis tribus particulas[d] vinoque infusis[e], egro esurienti[f]

Capp. 14. 15. *A* 1. 2.

Cap. 14. a) *ita A* 2; Seg . . . s *A* 1; Sequanus *C.* b) a *A* 2. c) basilica *A* 2. d) oivit *periit A* 1; introivit *corr.* introiit *A* 2. e) *ita C*; C[om]u[ne]m *A* 1, ***ubi inde textus periit, frustulis tantum litterarum relictis;*** et piis *pro* comm. *A* 2. f) pulsans *C.* g) citoque *C.* h) *ita C*; impatus ei ut *A* 2. i) . . . . us s[i]g[no] *A* 1. k) *ita C*; *om. A* 2. l) abscondite *C.* m) penetrans *C.* n) venerande ne frater *A* 2; venerando famulo Dei *C.*

Cap. 15. a) *om. A* 2. b) *ita A* 2 *cum V. Trev.*; p . . a quam *A* 1. c) *ita A* 1; dicioni *A* 2. d) gubernaculas *A* 2; ꞌcula *A* 1. e) *ita A* 2 *cum V. Trev.*; dominabantur *C.* f) *ita V. Trev.*; Theod. *A* 2. g) Teude| *A* 1; Theoderici *A* 2. h) ac ipse *add. A* 2; *om. V. Trev.* i) *ita V. Trev.*; i. cumque celeriter inde reversus *A* 2. k) demi *restat A* 1; dimissis d. *V. Trev.*; dimisso duce *C*; (dem. *om.*) ducibus *A* 2. l) *ita V. Trev.*; cui summam *C*; (q. *om.*) curam b. *A* 2. m) *ita C cum V. Trev.*; comississet *A* 2. n) a *A* 2. o) . . . . essa *A* 1; premissa *A* 2. p) . d *A* 1; ob *A* 2. q) . gri *A* 1; egris *A* 2. r) humili — solamina *om. A* 1 (*habet A* 2). s) solempnia *A* 2. t) sed enim q̄ vis [c]um *A* 1, *inde melius conservatus*; et omni nisi cum *A* 2. u) potenti (?) *A* 1. v) illatoque paxmacio *A* 2. w) p . x . . . cio *A* 1. x) Receptoque munere *A* 2. y) celeriter ad ger *perierunt A* 1. z) eum (eo *A* 2) procul *perierunt A* 1. a) advenietis *A* 2. b) eger sensit *perierunt A* 1. c) d. s. *perierunt A* 1. d) particulis *A* 2. e) *ita A* 2; fusis *A* 1; vini infusione *C.* f) *ita A* 2; esuram *A* 1.

1) *Sequanus Lingonici abbas territorii, Segestri scilicet monasterii conditor, cuius virtutes Greg., Gl. Conf. c.* 86. *enarravit, diem XIV (ita Eptern.) vel XIII. Kal. Oct. (ita Wissenb., Bern.) occupat in Mart. Hieronym., citatus his verbis:* Siggoni *(ita Bern.,* Singoni *Ept.,* Sigonis *Wiss.)* presbyteri. *Biographus eius recens fidem non meretur (Mabillon, Saec. I, p.* 263 *sqq).* 2) *Procop., Bell. Goth. II,* 25; *Marius a.* 539; *Greg., H. Fr. III,* 32. 3) *Ita etiam Procopius:* Φράγγοι τὰς Ἄλπεις ἀμείψαντες, *et infra:* ἐπ' οἶκον ξὺν τάχει πολλῷ ἀνεχώρησεν. 4) *Mummolus legatus Theudeberti ad Iustinianum missus apud Gregorium, Gl. Mart. c.* 30, *commemoratur, ubi in codice optimo* Mummolenus *pr. m. scriptum erat. Buccellinum cum Amingo duce a Theudeberto in Italia relictum esse Paulus, Hist. Lang. II,* 2, *rettulit, Secundo fortasse usus, dum Gregorius, H. Fr. III,* 32, *illum iterum eo missum esse opinatur.* 5) Germanus meus Fidamiolus *C.*

administravit[a]. Cumque ovans cum fidei ardore[b] eologiarum munus sumpsisset, statim pulsa tabe, sospitatem[c] recepit.

16.[a] Quantaque sublimia miraculorum[b] Domini in sanctis[c] suis redoleant exempla, sinibus eclesie[d] in orbem terrarum diffuse[e] personuit[f] adque, elucubranti[g] luce veritatis, fidelibus[h] notum est. Cum eo in tempore[i] segetis, annuam[k] maturitatem confecte, ad praecidendum in supradictum[l] coenubio fuissent paratae, concio fratrum ad segitem praecidendam catervatim[m] properare studuit[n], opusque per totius diei meta[o] peractum[p] adventus tetrae noctis[q] proibuit. Cumque omnes[r] ad coenobium remeassent, imperio seniorum unus e[s] fratribus Claudius nomine ad frugem custodiendam remansit. Qui[t] cum somno caperet, hac intempesta[u] nocte
Cant. 5, 2. evigilans, mentis ardorem ad caelum tolleret iuxta illud: *Ego enim*[v] *dormio, et cor meum vigilat,* coepit cogitare, ne, fessus[w] artus, sodalium[x] membra nimio occubuissent sopore, neglectuque orationis usu, in aurore adventum iustum tramitis usum[y] deferrent[z]. Cumque hec[a] anxio cordis animo trucinaret, vidit subito caelos apertos et micantem globum[1] totum[b] lustrare mundum. Moxque, dum mirando[c] facto mens pavefacta pulsaret[d], alifer gallus solitam[e] vocem adtollens, mundo venturam lucem nuntiavit, signoque tacto, omnis concio[f] fratrum ad orationem cantosque peragendos ecleseam penetravit. Ovans ille, postquam lux dedeta mundo fuit, patri de industria, quid[g] viderit, nuntiavit. Ille, ne[h] stimulo elacionis corruptus[i], mentem pollueret, increpans ait: 'Nequaquam talia te[k] vel corde tumido[l] vidisse praesumas narrare! Quid enim fas[m] est, ut homo sub[n] fragilitate positus et[o] contagione peccatorum[p] maculatus mereatur caelestia contemplare[q]?'

17.[a] Quidam enim[b] vir cum de Parius[c] properae[d] ad patriam remearet, percussus[e] ulcerae pessimo, quod[f] passim[g] per Galiae[h] finibus dilatatum[2] loca[i] plurima
543. pollulabat[k], veniensque ad propriam, petiit, ut sibi[l] de puteo, quem vir[m] Dei benedixerat, et inter[n] septa caenubii sui situs[o] erat, limpa deferretur: moxque[p]

Cap. 15. *A* 1. 2. *Cap.* 16. *A* 1. 2. *C.* *Cap.* 17. *A.* 1. 2.

Cap. 15. a) ministrabat *A* 2. b) *om.* *A* 1. c) s . . itatem *A* 1.

Cap. 16. a) *om.* *A* 1. 2. b) . . . . biliorum *A* 1. c) *ita* *A* 1. *C*; sancto suo *A* 2. d) eclesea *A* 1. e) d . . fus . *A* 1. f) *periit* *A* 1. g) ti luce *perierunt* *A* 1; lucubranti l. *A* 2; elucubrata l. *C.* h) *ita* *C*; . . . . . . b . . *A* 1; f. *om.* *A* 2. i) *ita* *C*; *periit* *A* 1; t. quo segetis *A* 2. k) annu *periit* *A* 1; messium maturitate confecta *A* 2. l) supradicto cenobio *A* 2. *C.* m) cathervancium *A* 2. n) *ita* *A* 2; properare stu . . . . *A* 1; properavit *C.* o) metam *A* 2; metas *C.* p) esse *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* q) ¦ctus *A* 1. r) *ita* *C*; nobis *A* 2; *periit* *A* 1. s) ex *A* 2. t) Qui cum som *perierunt* *A* 1; Qui cum somnum *C*; Quem cum sompnus *A* 2. u) *ita* *C*; i. n. *perierunt* *A* 1; ac per intempestam noctem *A* 2. v) *om.* *A* 2; *habent* *A* 1. *C.* w) f . ssus (artus *periit*) *A* 1; fessis artibus *A* 2; fessi artus *C.* x) *ita* *A* 2. *C*; sadolum *A* 1. y) *ita* *A* 2; . . . sum *A* 1. z) diff. *A* 2. *C.* a) *ita* *A* 1. *C*; hanc *A* 2. b) totam *A* 1. c) *ita* *A* 2; mirandi facta *A* 1; mirandi facti *C.* d) pulsaretur *A* 2. *C, ubi add.* eventu. e) siletiam *A* 1. f) conscio *A* 2; *periit* *A* 1. g) *ita* *C*; . . . . . quid viderit *A* 1; quod viderat *A* 2. h) ine stimulus *A* 2. i) *ita* *A* 1. *C*; corruptam *A* 2. k) cernere *add.* *A* 2; *om.* *A* 1. *C.* l) stumido, *exp.* s *A* 1. m) enim nefas *A* 2; enim num fas *C.* n) suffrag. *A* 2. o) *ita* *A* 1. *C*; aut *A* 2. p) *inde altera manus atramento nigriore* *A* 1. q) *corr.* contemplari *A* 1, *et sic* *A* 2.

Cap. 17. a) *om.* *A* 1. 2. b) autem *A* 2. c) *ita* *A* 1; Parisius *A* 2. d) prope *A* 2. e) est *add.* *A* 2. f) Quid *A* 2. g) *ita* *A* 2; passi simper *A* 1. h) G. f. dilatatu *A* 1; Gallie fines quid per dilatata *A* 2. i) atque *add.* *A* 2. k) *ita scripsi;* poculabat *A* 1; passus fuit. V. *A* 2. l) et intra cepta cenobii *add.* *A* 2 *(habet ea etiam suo loco).* m) viri *A* 2. n) intra cepta *utroque loco* *A* 2. o) : : tus *A* 1. p) *ita* *A* 2; Vox quae se *A* 1.

1) *Similia de Domna rettulit Ionas, V. Burgundofarae* c. 6. 2) *De lue a.* 543. *orbem vexante (v. Scr. rer. Merov. I, p.* 684*) agitur, monente Roverio.*

se fidem haberae[a] sospitatem[b] recepturum. Dericto[c] ministro, laticem cum benedictionem[d] deportat[e]; austaque[f] eger[g], vi[h] doloris[i] incendii vulnus craebuit, adque suspitatem reditus, vitam post incolomis cum[k] superis egit[1].

18.[a] Quanto iam onorae hac veneratione regum Francorum adque nobilium fulceretur, enarrare[b. 2] longum est. Inerrat[c] in eum[d], ut opido[e] iurae dicam[f], omnium virtutum flagrantia[g], corporis castigatio; ieiuniis et orationibus aeque[h] ut iuvenili[i] aetate tulerat, eodem[k] modo et senile portabat: exemplum subditus edocens, ut castrimargiae[3], id est gule, cenodoxiae, id est aelatione[l], arogantiae, id est superbiae, vicia[m] maxima[n], per que conpererat[o] Adam in paradiso deceptum[p], omnimodis[q] plebem subditam cavere[r] suadebat, ne[s] simili modo, sicut Adam his tribus vitiis delapsus[t] adque ad[u] gaudia paradisi segraegatus et deiectus est, simili modo immitatores eius dum ventris ingluviae gule obediendo[v] subcumbunt, dum elationis[w] stimolo[x] inbecillitate animi perturbantur, dum superbiae malum anime Deo dicatae[y] vulnerantur[z], a consorcio[a] iustorum abscise[b] et omni gaudio perpetuae lucis private eterno[c] cruciato damnerentur[d]. Ipse vero ieiuniis et vigiliis vacans, omnibus inlecebris aelisis[e], pullulantibus virtutibus, animi vigore corporis voluptate[f] prohibuit, ut ignitum illo[g] igne animi desiderium, de quo igne Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram; quam*[h] *volo, ut ardeat?* (Luc. 12, 49.) ut omnium virtutum fructus[i] adtraheret, hoc[k] verbum semper corde et ore proferrens: *Concupivit anima*[l] *mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore,* (Ps. 118, 20.) et item: *Ideo dilexi mandata tua super auro et topazion.* (ib. 127.) Fratres[m] cohortans, vultu hilaris[n] et letus facie monebat[o], dicens: *Venite, exultemus Domino*[p], *iubilemus Deo salutari nostro.* (ib. 94, 1. 2.) *Preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Venite, adoremus et procidamus ante Dominum [et*[q] *ploremus ante Deum],* (ib. 6.) *qui fecit nos, quia ipse est dominus Deus*[r] *noster.* (ib. 7.) Operi piissimo corde et corpore

Cap. 17. *A* 1. 2. *Cap.* 18. *A* 1 *(ad v.* 20*).* 2. *C.*

Cap. 17. a) redixit *add. A* 2. b) se *add. A* 2. c) itaque *add. A* 2. d) benedictione *A* 2. e) et *add. A* 2. f) iuxta quod *A* 2. g) dixerat *add. A* 2. h) in *A* 1; vim *A* 2. i) d. nec incendia ulceris deinceps non censit, sed sospitati redditus *A* 2. k) inc. suam usque ad finem peregit *A* 2.

Cap. 18. a) *om. A* 1. 2. b) inar|re *pr. m. corr.* enar|re *A* 1. c) enim *add. A* 2; *om. A* 1. *B. C.* d) eo *A* 2. e) *ita A* 1; opinor *C*; ut o. i. d. *om. A* 2. *B.* f) ditam *A* 1. g) fraglancia *A* 2. h) equa (*corr.* ex qua) ita ut *A* 2. i) *ita A* 1. *B. C*; in veneralem etatem tolleret *A* 2. k) eo m. et s. *B. C*; Et eo m. s. *A* 2. l) elacionis *A* 2. *B. C.* m) vicie *A* 2. n) maxime *A* 1. o) *ita A* 1. *B. C*; perierat *A* 2. p) deceptu *A* 1; deceptus *A* 2. q) omnibus modis fugerent et plebi sibi subdite *A* 2. r) eam *add. A* 2. s) *ita A* 2. *C*; Me *A* 1. t) dil. *A* 2. u) *pr. m. superscr. A* 1; ad *corr.* a *C (Mett.)*; a gaudiis *A* 2. v) obediende *pr. m. corr.* obediendo *A* 1. w) eletionis *A* 1. x) st. inbecillitatis *A* 1; stimulatio (*corr.* stimulo) et inbecillitate *A* 2. y) dec. *A* 1, *corr.* z) et *add. A* 2. a) *ita A* 2. *C*; consorcia *A* 1. b) abscisi et o. *A* 1; abscisis omni *A* 2. c) eternae *A* 1. d) *ita A* 1; damnentur *A* 2; dampnarentur *C.* e) elicis et p. *A* 2 *(non C).* f) voluntate *A* 1; volūptatem *A* 2; voluptates *C.* g) *ita A* 2; ignitum illum a. *A* 1; ignitus illius ignis amore *C.* h) quem *A* 2. i) sibi *add. A* 2 *(om. A* 1. *C).* k) *ita C*; ho^c^ *A* 1; hec verba *A* 2. l) *sequitur V. Eugeniae (inde a verbis* et iussit eam*), versu non interrupto, A* 1. m) vero *add. A* 2; *om. C.* n) ylaris *A* 2. o) *ita C*; manebat eos d. *A* 2. p) ex. in d̄nio *A* 2. q) et pl. a. D. *om. A* 2; *habent C et LXX.* r) deu *A* 2.

1) Cum superis agere *est elocutio Ionae familiaris pro vivere.* 2) *Pro verbis* e. l. est *in C haec leguntur:* ambigit nemo, qui beneficia a predictis regibus prestita per precepta chartarum, quae usque nunc in publicis arcivis predicti condita sunt monasterii, relegere cupit. *Chartas spurias (ed. K. Pertz, Dipl. p.* 113. 125*) in actis instituti Austriaci l. l. p.* 407. *examinavi.* 3) *Adversus gastrimargiam et spiritum κενοδοξίας disputavit Cassianus, Inst. lib. V. et XI.*

2.Thess.3,10. vacans, memorabat[a] sanctum Paulum dixisse, si [quis[b]] non laborasset, panem sine periculo non potuisset sumere. Et requirens instituta sanctorum patrum, inter multas collationes precipue sancti Ysaac[1] abbatis [Scithae[c]] doctrinam meditans, pro Christi dilectione se coartavit et crucem domini nostri Iesu Christi non erubuit[d], sed portavit. Cass. Coll. IX, 3. Semper[e] habens[2] profunde humilitatis inconcussa fundamina, ab omni lubrice impulsationis[f] incursu animum inhibuit et ita paulatim ex contemplatione divina ac spiritali intuitu meruit sublimari. Sollicitudine[g] rerum carnalium preter certas necessitatis[h] generaliter abscidit et nullius[i] negocii causaeve[k] non solum curam, sed nec[l] memoriam quidem[m] penitus admisit. Detractionem, vaniloquia seu multiloquia, scurilitatis[h] pariter amputavit, sciens illud quod sibi quomodum religionis ordo convexerat, hoc aliis utile fore impleri, quicquid scilicet ipse a pube tenus[n] ad senilem etatem perduxerat. Nec prorsus, quamvis fessis[o] artibus, paciebatur finiri[p] silentio, cf. Ios. 6, 5. quod cunctis in commune[q], vocis tuba civitate canente atque salutifera Domini precepta personante, proficeret in augmentum.

28. Ian. 19.[a] Obiit ergo[b] circiter CXX annorum[c], V. Kalendas Februarias, plenus etate corporis et decore religionis. Nec[d] oculis caligavit nec[d] dencium[e] dampna sensit, memoriae[f] vigorem tenacitatem retinens, et[a], ut in plerisque fieri assolet[g], nequaquam etas decrepita, obmisso largitatis usu, avaricie umquam succubuit[h], sed omnia[i] bona, quibus etas iuvenilis succubuerat[k], eque et senectus pollebat[l]. Sepultusque est aut procul a cenobio infra terminos monasterii, loco quem ipse predixerat[3]. Suffectusque est in loco eius abbas Silvester[4] nomine, quem[m] ipse antea vivens fratrum cetui[n] preesse preciperat; qui et religionis forma[o] et regule tenore[p] per vestigia magistri gradiens, longevo floruit tempore[5]. Post quem in supradicto cenobio Mumulinus ex iussu venerabilis viri Silvestri curam regiminis 579/80. suscepit. Qui post Lingonice ecclesie[6] pontifex electus, in loco suo Leubardinum cum consensu fratrum abbatem prefecit, qui sepulcrum, ubi reliquie sancti corporis beati Iohannis condite erant, in loco in quo nunc est mutavit.

20.[a] Nec absurdum videtur huic operi inserere, que tunc in ea sunt acta com-

Capp. 18—20. *A* 2. *C.*

Cap. 18. a) memor erat s. P. precepisse *C.* b) *ita C*; *om. A* 2. c) *ita C*; *om. A* 2. d) *ita C*; eribuit *A* 2. e) que *add. B. C.* f) inpulsionis *B. C.* g) autem *add. A* 2 *(non B. C).* h) *ita A* 2. i) *ita B. C cum Cass.*; ullius *A* 2. k) *ita B. C cum Cass.*; n. secularis se non *A* 2. l) *ita B. C*; ne *Cass.*; etiam *A* 2. m) *ita B. C. cum Cass.*; quid in penis inadmisit *A* 2. n) pubetinis *A* 2. o) fesis *A* 2, *corr.* p) *ita scripsi;* fieri. silencium *A* 2. q) coe *m. al. corr.* cōe *A* 2.
Cap. 19. a) *om. A* 2. b) beatus Iohannes abbas habens *add. A* 2; *om. C.* c) annos *A* 2. d) non *B. C.* e) damna dentium *B. C.* f) *ita C (Mett.)*; memoriam nativitatis ret. *A* 2. g) solet *B. C.* h) subcumbuit *A* 2. i) omnibus rebus bonis *B. C.* k) *ita B. C*; cumbere solet *A* 2. l) *ita B. C*; s. eius portabat *A* 2. m) que *A* 2. n) setui *A* 2. o) *ita C*; formam servans et r. tenorem *A* 2. p) et *add. A* 2; *om. C.*
Cap. 20. a) *om. A* 2.

1) *De Isaac abbate v. Cassian., Collat. IX.* 2) *Sunt verba Isaac abbatis apud Cassian., Collat. IX,* 3, 1. 3) *In textu C a Roverio, Reomaus, Paris.* 1637, *p.* 23, *edito haec addita sunt:* anno Domini DXII, iuxta quod in cyclo beati Victurii episcopi numeratur; *v. supra p.* 502. 4) *Silvester abbas clericum pedibus captum sanavit, teste Fortunato, V. Germani c.* 35. 5) Quievit igitur venerabilis Silvester XVII. Kl. Mai. et sepultus est in aecclesia sancti Iohannis *add. C, consentiente Martyrologio Reomaensi; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 618. 6) *Cf. Greg., H. Fr. V,* 5. In cuius *(Pappoli)* loco Mummolus abba, quem Bonum cognomento vocant, episcopus substituitur. *Mummolus episcopus Lingonensis a.* 583. *concilio Matisconensi subscripsit; cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 161.

mutatione. Nam cum sepulcrum illud a loco in quo positum erat avellere ac commutare voluissent, [et[a] sublata humo undique, nequaquam tamen sarcofagum movere possent], triduani ieiunii subire laborem consilium fuit. Cum[b] iam tercia[c] dies a[d] ieiunio illuxit, — erat enim X. Kals.[e] Octobris[1], in quo die veneranda Sept. 22. festivitas beati Mauricii[2] martiris cum sociis suis mundo clara nitescit[f], — et fessa iam ieiunio membra post matutinos[g] cantus rursum in sopore requiescerent[h], quidam senex ecclesiam [introiens[i], cernit beatos senes], sibique[k] videbatur Iohannem et Silvestrum ante sepulcrum adstare[l] atque his qui cum eis inerant[m], albis vestitis[n] stolis, imperare, ut sepulcrum moverent[o] ac in locum ubi nunc est situm promoverint[p]. Cumque ille audaci animo cerneret, quid ageretur, a Iohanne, ut ipse arbitrabatur, increpatus est: 'Cur', inquid, 'ausus[q] ecclesiam introisti[r]? Sed[s] quia simplici corde tuum cognovi introitum, vade', inquid, 'et concito gradu tam Leubardino[t] quam sodalibus excitato[u], ut ceptum opus cito peragant'. Festinus ille a[p] Leubardinum abbatem cucurrit ac rei geste causam deprompsit[v]. Ille cum suis ovans surrexit, et[w] agnita voluntate [sancti viri] atque permissione[x] proprie devocionis, surgentes atque[y] sepulcrum amoventes, eo[z] in loco ubi nunc est commutarunt. Ubi[a] et sanctum altarium cum consilio episcoporum struxerunt[b], quo[c] Christi hostiae litantur, atque orationum[d] officia persolvuntur, ubi et[e] remedia egris et[f] quorumque votis solamina beneficiorum accommodantur[g], cui est honor et gloria in seculorum secula. Amen.

Cap. 20. *A* 2. *C.*

Cap. 20. a) et — possent *om. A* 2; *ex C ea inserui.* b) Cum enim iam *A* 2; Cumque iam *C.* c) tercius *C.* d) d. ieiunii illuxisset *C.* e) Decembris *add., sed delet. A* 2. f) nitescie *A* 2. g) matutinorum *C.* h) *ita A* 2; quiescerent *C.* i) *ita C*; introiens — senes *om. A* 2. k) ut sibi *C.* l) stare *et add.* qui ei in regimine loci successerat *C.* m) erant *C.* n) *ita C (Mett.)*; vestiti *A* 2. o) moventes in locum perducerent d e s t i n a t u m *C.* p) *ita A* 2. q) es *add. C.* r) introire *C.* s) *pr. m. superscr. A* 2. t) Leopardinum quam sodales *C.* u) *ita C*; excitatis, *om.* ut *A* 2. v) depromit *A* 2. w) ac agni eius v. (sancti viri *om.*) *A* 2. x) permissu *C.* y) et *C.* z) in locum d e s t i n a t u m illud comm. *C.* a) *ita C*; et ad s. *A* 2. b) *ita C*; est (Christum *add., sed delet.*) situm *A* 2. c) *ita C*; ubi christicole letantur *A* 2. d) *ita C*; orationis officio funguntur *A* 2. e) *ita C*; etiam *A* 2. f) *ita C*; cecisque vota solempnia *A* 2. g) attribuuntur *C.*

1) *Eundem diem translatio illa in Martyrologio Reomaensi occupat; cf. 'N. Arch.' l. l.*
2) *Mauricio etiamnunc ecclesia dicata est, quae locum, ubi Iohannes sepultus esse videtur, Corpus sancti (hodie Corsaint) nominatum occupat.*

VITA NICETII EPISCOPI LUGDUNENSIS.

Nicetius episcopus Lugdunensis non tam litterarum quam duri laboris cupidus, ut erat robusto[1] *corpore, 'ecclesias*[2] *erigere, domos componere, serere agros, vineas pastinare diligentissime studebat', simulque orationi deditus, sancte casteque vivebat caritatisque amator et paenitentibus facile indulgebat et pauperum miserias eleemosynis sublevabat: quare ut propter mediocritatem ingenii ab aequalibus haud raro stolidus*[3] *vel 'sensu tepidus'*[4] *existimabatur, ita propter morum probitatem inter praestantiores eius aevi episcopos hodie non immerito enumeratur. Gente senatoria in Burgundia et fortasse Genavae*[5] *a.* 513. *natus, ab Artemia matre summa cum diligentia enutritus litterisque ecclesiasticis iussus est institui. Mulier fortis Florentino marito restiterat, ne se praegnantem relinqueret episcopatum urbis suscepturus, atque viduata filium iam clericum, quocum in domo paterna residebat, ita sibi subditum habebat, ut non alias sibi oboediret quam unus ex famulis, quibuscum domestica opera et ipse faciebat. Qui cum a.* 543. *ab Agricola episcopo Cabillonensi presbyter consecratus esset, matris tamen rei familiari minime deerat, manibus propriis diligentissime laborans; officio autem divino pari studio praeerat, pueros in domo natos, ubi primum loqui coeperunt, litteras edocens psalmisque imbuens, ut, illis cantantibus, cursum ecclesiasticum eo dignius implere posset. Erat nepos Sacerdotis episcopi Lugdunensis, eaque consanguinitate fruitus cursum honorum facile transcurrebat. Cum enim episcopi in urbem Parisiacam ad Saffaracum episcopum exauctorandum iussu Childeberti regis convenissent*[6]*, Sacerdos gravissime aegrotans, nepotis reminiscebatur, cumque rex moribundum visitaret, ab eo impetravit, ut ille ecclesiae Lugdunensis designaretur episcopus, ipsoque a.* 552, *d.* 11. *Septembris*[7]*, decedente, Nicetius primam*[8] *tunc Burgundiae sedem adeptus est, unde 'patriarcha' a Gregorio*[9] *appellatur. Etiam episcopus cantum ecclesiasticum sedulo colens, et psalmos responsorios et antiphonias certis legibus cantari iussit, hasque primus in ecclesiam suam introduxisse dicitur minus recte, cum iam Sidonii*[10] *tempore psalmodia duobus choris alternantibus apud Lugdunenses celebraretur. Synodus eo praesente, ut actio in episcopos quos ipse educaverat Salonium Ebredunensem Sagittariumque Vapincensem institueretur, Lugduni iussu Gunthramni regis habita ibique decretum est, ut facinorum convicti episcopatu privarentur; illi vero gratiae regis nondum expertes ipsius permissu ad Iohannem papam (a.* 560 — 573*) appellabant*[11]*. Extant etiam acta*[12] *synodi Lugdunensis a.* 570.[13] *convocatae, quibus Nicetius*

1) *Greg., V. Patr. VIII,* 5. 2) *Greg., H. Fr. IV,* 36. 3) *Greg., V. Patr. VIII,* 5. 4) *V. Nicetii c.* 5. 5) *Ita Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 427. 6) *Acta concilii Parisiensis ed. Maassen, Concilia I, p.* 116. *Cf. Greg., H. Fr. IV,* 36. 7) *Eius titulum ed. Le Blant, 'Inscr. chrét. de la Gaule' I, n.* 24. 8) *Cf. Duchesne, 'Origines du culte chrétien' p.* 86, *n.* 1. 9) *H. Fr. V,* 20. 10) *Ep. V,* 17 *(Auct. antiq. VIII, p.* 90*).* 11) *Greg., H. Fr. V,* 20. 12) *Ed. Maassen, Concilia I, p.* 139. 13) *Ita Duchesne, 'Fastes épisc.' I, p.* 351.

secundo loco post Viennensem subscripsit, eaque creditur esse eadem, de qua dictum est, licet ibi de unitate episcoporum, de donationibus ecclesiasticis, de disciplina, de litaniis actum neque vero de sacerdotibus scelestis iudicatum sit. Nicetio intercedente, Mundericus[1] *a Gunthramno successor Tetrici Lingonensis episcopi designatus, cum in offensionem regis irruens carcere inclusus esset, liberatus est duosque menses Lugduni apud ipsum degebat, neque vero patronus a rege impetrare poterat, ut in pristinum statum restitueretur. Is autem, cui iam sedes Lingonensis reservata erat, Silvester nomine praematura morte defunctus cum esset, Petri diaconi, Gregorii Turonensis fratris, maleficiis ea attribuebatur, placitumque Lugduni coram Nicetio aliisque episcopis saecularibusque principibus a.* 572. *habitum est, sed accusatus licet sacramento se purgavisset, tamen biennio post a filio defuncti occisus est. Erant res, quae et in iudicio ecclesiastico et in saeculari tractari poterant, cumque Nicetius quondam iudicasset comesque Lugdunensis Armentarius nomine iterum actionem instituisset, ut se ab ea abstineret, episcopus petivit, sed presbytero misso responsum est, multas in conspectu domini sui positas esse causas, quae alterius iudicio finiendae forent. Quae verba satis inverecunda cum ille insipientia fere inaudita ad episcopum detulisset, in offensionem eius cecidit, Gregorio autem diacono intercedente, mox ei reconciliatus est*[2]. *Nicetius episcopatus sui anno* 21. *neque* 22, *ut Gregorius voluit*[3], *aetate sexagenaria a.* 573, *die* 2. *Aprilis, quo colitur*[4], *obiit, titulusque sepulchralis*[5] *ei dicatus est hic:*

Ecce! sacerdotum tenuit qui iura sacerdus,
    Quo recubat tumulo, nomine Nicetius,
Urbs Lugdune, tuum rexit per tempora clerum
    Ecclesiamque Dei, cordis amore colens.
Quique Sacerdotis sanctus bis proximus haeres,
    Sanguine coniunctus, culmine, sede simul,
Vir bonus, indultus cunctis famulisque benignus,
    Quem duro laesit verbere quisque suo,
Mansuetus, patiens, mitis, venerabilis, aptus,
    Pauperibus promptus simplicibusque pius,
Psallere praecepit normamque tenere canendi
    Primus et alterutrum tendere voce chorum.
Noxia temnendi vitans discrimina mundi,
    Inque Deum solum vivere novit opus.
Sic vigiliis sobrius, sic castus carnis ubique,
    Quo nihil in clero dulcius esse potest.
Causarum sprevit strepitus vanosque furores,
    Ut simplex mundo, sed sapiens Domino,
Iura potestatum verbi terrore coercens,
    Iurgia despiciens suspiciensque Deum.
At simul erectus, mitis, pietate serenus
    Transiit innocuus, regna superna tenet.
Illic et is patuit[6] calcatis fortis amicis,
    Iam paradisiacas possidet aptus opes.

Obiit IIII. Non. Aprilis l. V. XXXIII° post Iustinum et indict. sexta.

1) *Cf. Greg., H. Fr. V,* 5. 2) *Greg., V. Patr. VIII,* 3. 3) *Cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 693, *n.* 4) *Cf. Martyr. Hieron. IV. Non. Apr. (AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [38]): Lugduno Gal. depos. Niceci (Nici *Ept.)* aepis(copi). 5) *Le Blant l. l. n.* 25. 6) *Locus corruptus videtur esse.*

Corpus in ecclesia quae hodie ipsius sancti nomen fert sepultum atque a. 1308. *ibi erutum est*[1]. *Presbyter loci, cum post dies lege Romana sanctos, vulgo circumstante, testamentum reseratum a iudice recitaretur, ecclesiae sepulchrali ne solidum quidem legatum esse aegre ferens, in stoliditatem viri sancti multa invectus est*[2]. *Maximas autem iniurias mortuus a Prisco successore suo passus est, qui a.* 573—585. *conciliis subscripsit. Is ex domestico regis*[3] *iussu Gunthramni episcopus factus cum Susanna coniuge filioque in domo ecclesiae residebat*[4], *quam, Nicetio sedente, mulier nulla ingressa erat, ipsaque cellula, in qua sanctus requieverat, sexui iam patebat muliebri. Sanctum conviciis semper consectabantur familiaresque eius multos persequebantur atque interficiebant. Casulam*[2] *eius satis validam, ut corpori convenerat robusto, successor diacono cuidam dono dedit, isque ea utebatur in foro, utebatur in lecto, cappamque abscidens, tegimen pedum sibi inde fecit, ita ut ludibrio haberetur probus Nicetius. Cum autem post Prisci mortem, i. e. ante a.* 589, *Gunthramnus concessisset, Aetherium iam ante illum a populo Lugdunensi expetitum tunc demum eligi episcopum, sancti memoria digno honore culta et non solum lectulus, ubi requiescere solebat, magno cum studio fabricatus*[5], *sed etiam Vita conscripta est.*

Aetherium enim sancto laborasse studio, ut Nicetii res gestae posteris traderentur, neque immerito consuluisse memoriae eius, qui ipsum secundo loco sibi fore successorem praedixisset, clementissimum autem regem, cuius 'praescia dispositio' electioni primo obstitisset, deinde, Prisco defuncto, indulgere eam non distulisset, consensu dato, cum antea fuisset 'pater patriae', iam factum esse 'ecclesiae', in calce Vitae[6] *enarratur, eaque omnino vera esse primo patet aspectu: ita enim rex vivus celebratur, auctorque ignotus sine dubio paucis annis ante a.* 592, *quo Gunthramnus obiit, ad opus suum aggressus est. Cum autem vitam ipsam tam obiter enarraverit, ut ne regum quidem nomina tradiderit, cumque etiam virtutibus, quibus imprimis vacaverit, vix quicquam memorabile insit, liber historiae eius aevi fructui esse non potest, idque fere solum alicuius momenti est, quod ad episcopos Lugdunenses a Gunthramno creatos spectat.*

Eandem opinionem iam Gregorius Tur. de hoc libro habuerat, exilitatem eius his verbis[7] *castigans:* De cuius vita retenetur quidem exinde libellus nobiscum, nescio quo compositus, qui multas quidem virtutes eius pandit, non tamen vel exordium nativitatis conversionisque eius vel seriem virtutum declarat ad liquidum. *Is consanguinitate cum Nicetio per Armentariam matrem, cuius ille avunculus*[8] *fuerat, coniunctus, octo annos natus ad litterarum elementa discenda apud eum versabatur*[9], *deinde adultus, iamque diaconus*[10] *ordinatus, Lugduni eum visitabat, tum defuncti reliquias in ecclesiis dioeceseos suae reposuit*[11]. *Postquam in H. Fr. IV,* 36. *de vita miraculisque sancti strictim rettulit, annoque* 590. *c.* 60. *libri in Gl. Conf. eius virtutibus consecravit, Vita de qua dictum est in eius manus venit, cumque votis minime satisfaceret, ea 'quae ad priorem auctorem non pervenerant etsi rusticiore stilo' in libro V. Patr. c.* 8. *memoriae tradidit idque vivo Gunthramno. Quae ibi de genere, de cursu honorum, de moribus sancti partim testis oculatus conscripsit, ea amore avunculi matris dictata vivam eius imaginem animo repraesentant. Attamen et ipsum miracula post mortem patrata iusto plus occupaverunt, ultimumque*[12] *quod enarravit ad diaconum caecum spectat, quem*

1) *Scr. rer. Merov. I, p.* 695, *n.* 4. 2) *Greg., V. Patr. VIII,* 5. 3) *Eius titulum edidit Le Blant l. l. n.* 26. 4) *Greg., H. Fr. IV,* 36. 5) *Greg., V. Patr. VIII,* 8. 6) *V. Nicetii c.* 17. 7) *Greg., V. Patr. VIII, praef.* 8) *Greg., H. Fr. V,* 5. 9) *Greg., V. Patr. VIII,* 2. 10) *Ib. VIII,* 3; *cf. Virt. Iuliani c.* 2. 11) *Cf. Greg., Virt. Iul. c.* 50, *V. Patr. VIII,* 8. 11; *Fortun., Carm. X,* 10. 12) *V. Patr. VIII,* 12.

'volumen charteum' Vitae vetustioris super oculos posuisse eaque medicina sanatum esse asseruit.

Volumen illud charteum si adhuc superesset, fortasse et editoris caecitatem sanare potuisset, 'ut propriis oculis legens virtutum gesta melius recognosceret', nam duo qui noti sunt codices, scilicet

1) *Parisiensis n.* 11748 *(olim S. Mauri Fossatensis n.* 38, *deinde S. Germani a Pratis n.* 1060, *postea n.* 487*), saec. X, fol.* 132'—133', *et*

2) *S. Eugendi Iurensis iam deperditus, cuius apographon in Museo Bollandianorum Bruxellensi n.* 15. *asservatur, ex eodem exemplari pendentes, admodum depravati sunt, veluti c.* 7. 8. *in c.* 9. *transposita exhibent.*

Editionem principem Fr. Chiffletius, Paulinus illustratus, Divione 1662, *p.* 96—101, *ad codicem* 2 *instituit, eiusque vestigiis G. Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae* 1675, *April. tom. I, p.* 100—101, *codice destitutus ingredi coactus est, sed locos nonnullos e coniectura optime emendavit, aliis temere immutatis.*

B. Krusch.

VITA BEATI NICETII LUCDUNENSIS EPISCOPI.

(1).[a] Quotiens[b] sanctorum gesta virorum lectionis[c] relatio manifesta commemorat, et illis quorum sollempnitatem conventus expetierit populorum debitus honor persolvitur, et audientium devotio ad benefaciendi studium provocatur.

(2). Sanctus itaque Nicecius Lucdunensis urbis episcopus, cuius depositionis festivitatem annis singulis amor populi fideli devotione concelebrat, ab infantia relegionis cultum[a] non minus servavit in sensu, quam suscepit in habitu; in quo iuxta quod[b] amore virtutis aucmentum aetas temporibus ampliata praestitit[c], ita magis sanctitatis praemium Deus auctor infudit.

(3). Quem vir beatissimus Agricola[1] Cavilonensis urbis episcopus ad presbi- 543.
terii provexit offitium. Cuius fama dum certatim bonis operibus exornata cresceret, et sacerdotalis in[a] illo dignitas meritorum splendore floreret, a[b] sancto ac venerabili Lucdunensi pontifice, nomine vel opere Sacerdote, ad pastoralem gradum dinoscitur fuisse praelectus, ut cum ille, impleto vite termino, transitum[c] acciperet, successor eius esse deberet. Quod dispositione divina succedente tempore universe plebis consensus libenter expetiit, et benivolentia principis[2] nutu divino 552 Sept.
cum gratulatione concessit. Qui dum in omnibus se imperio regis divini[d] committeret, dignitatem ipsam nec ausus est latebris effugere nec praemiis voluit comparare. In quo culmine constitutus[e], et serpentis astutiam tenuit[f] et columbae cf. Matth. 10,16.
simplicitate[g] implevit.

(4). Quotienscumque vero honeste conversationis[a] homines ad civitatem eius venerunt, mansiones illis[b] in vicinitate[c] cubiculi sui studiosa sollicitudine praeparare praecepit, ad[d] quos, omnibus offitiis recedentibus, secretius nocturnis horis

Capp. 1—4. 1. 2.

Cap. 1. a) *numeri des.* 1. 2. b) Quoties *semper* 1. c) lectiones 1.
Cap. 2. a) cu eum *m. al. corr.* cultum 1. b) *ita* 2; quoddam a. 1. c) *ita* 2; perstitit 1.
Cap. 3. a) in illo *bis scr., sed corr.* 1. b) et *pro* a sancto 1. c) transito 1, *corr.* d) divine 1, *corr.* e) constitus 1. f) tenet *pr. m. corr.* tenuit 1. g) *bis scr.* 1.
Cap. 4. a) conversationes hominis 1. b) illi 1. c) civitate 1. d) A 1, *corr.*

1) *Agricola a.* 497. *natus annoque* 532. *episcopus Cabillonensis creatus, a.* 580. *diem supremum obiit; cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 802. 2) *Scil. Childeberti I.*

accedens, pedes eorum fideli famulatu diligenter lavare studuit, ut apostolica praecepta compleret nec de minoribus rebus neglegens existeret, cui maiora posse complere gratia divina prestiterat[a], que suis operibus iugiter ostendebat.

(5). Nocturni vel diurni temporis cursus, quos in divinis offitiis institutio[a] vetusta sacre relegionis, fixis terminis, certa lege constituit, ita iugi semper psal-
cf. Ps. 1, 2. lendi studio geminavit, ut numquam de ore vel de corde suo meditatio divine legis abesset. Et si forsitan, dum munia ipsa persolveret, pro occurrentium assiduitate vel occupatio[b] oborta provenit, sic velut a superfluo responsum unde appellatus est reddidit, ut intrinsecus quod agebat offitium perageret. Unde interdum a quibuscumque ignorantibus putabatur esse sensu tepidus, qui spiritali manebat fervore succensus. Sic etiam indubitanter atque ambienter consurgere iugiter ad matutinos studuit, ut exordia ipsius offitii semper ipse cepisset. Ita elemosinam prumtissima voluntate ditissimus hilari est conlatione largitus, ut quicquid pauperibus contulit, hoc se adquirere iudicasset.

(6). Quotiens aestatis tempore contigit desperatio fructuum per siccitatis adventum, cum tanta conpunctione, unanimiter favente populo, celebrare letanias studuit, ut ilico ubertas pluviae succurrisset.

(7). Cumque[a] vero hyemis tempore[b] memoratus sanctus antistes commendata sibi, item sanctae ecclesiae praedia in partibus Provintiae visitaturus accederet, eum in villa cuiusdam inlustris viri Flavii[1] nomine tunc temporis ad mansionem Alacarnum, sole iam in vesperam declinante, ut oportunitas contulerat, advenire[c], ibique nocte[d] silenti quiescendo resumere contigit. Qui cum post divine orationis refectionem vespertinum sacrifitium peregisset, allatus est ante pedes ipsius quidam a parentibus ligatus prae nimio furore in cathedra puer daemonium habens. Cuius famam per sanctissimos viros Catafronium et Eustasium presbiteros[e] conperimus, ut dicerent, se vidisse tanto[f] inibi memoratum[g] puerum freno[h] demonum[i] coartatum, ita actum fuisse, ut cervice poenitus cum collo retorta, dorsique spine miseranda[k] facies[l] simul tristis adclinis[m] hereret.

(8). Quem sanctus vir ut[a] ante suis[b] genibus cum nimio lamento parentum proiectum cerneret, et[c] oratione solita intra sacra[d] oratorii septa peracta benedictoque[e] olei sancto licore[f], signo crucis cum invocato Christi nomine peruncxisset, ilico demonem ab obsesso corpore effugavit, membrisque debilibus in sua conpage reformatis, ad remeandum domum parentibus reddidit[g] sanum. Qui etiam post temporum intervalla de salute sibimet conlata cum suis congratulans, Musturnaco[h] in agro sanctae[i] ecclesiae Lugdunensis ad beatum[k] Nicetium devotus cum pro-

Capp. 4—8. 1. 2.

Cap. 4. a) prestiteret *corr.* prestiterit 1.

Cap. 5. a) *ita* 2; institutis 1. b) *ita scripsi*; occupatio o. pervenit 1. 2; occupatione o. aliquis supervenit *coni. Hensch.*

Cap. 7. a) Cumque (que *om.* 2) — retulerunt (*c.* 7. 8) *post* nuntiavit (*c.* 9) *in* 1. 2 *transposita suo loco inseruit Hensch.* b) temporis 1. c) *ita edd.;* adveniret *in marg. add.* 2; advenit *post* contigit *add.* 1. 2 *(pr. m.).* d) *ita scripsi;* noctis silentii 1. 2 *(pr. m.).* e) presbiterum 1. f) taneo 1. g) memorato 1, *corr.* h) feno 1. i) demonium 1. k) miserandi 2. l) fac(t)ie 1. 2. m) acclinus 2.

Cap. 8. a) cum 2. b) sua genua 2. c) *om.* 1. d) *ita* 1. 2. e) benedictioque 1. f) *ita pr. m.* 2; lucore 1. g) reddit 1. h) Musturna(co *postea add.*) 2; Musturnaca 1. i) sca̅ ęccta 1. k) sanctum *add.* 1, *postea add., sed delet.* 2.

1) *Flavus referendarius Gunthramni regis c. a.* 580. *Agricolae episcopo Cabillonensi successit; cf. Greg., H. Fr. V,* 45.

pinquis revertens ad medicum iam curatus, Christo grates sanctoque simul pontifici retulerunt.

(9). Postquam vero transitum vir meritis dignum accepit, insidiante adversario 573. Apr. 2. humani generis, contigit, ut maximam partem Lugduni[a] civitatis, consurgentibus flammis, gravissimus incendii ignis exureret. Ubi dum undique praecipitantes populorum cunei instanter[b] confluerent, vox subito[c] praeclara personans concurrentis vulgi aures implevit, dicens, sanctum Nicetium in ecclesiae[d] domum corporaliter advenisse vel[e] duabus caecis feminis, restaurato lumine, salutem pristinam contulisse. Tunc ilico[f] vires populi sonus ille restituit, qui adventum sepulti antestitis[g] nuntiavit[h]. Nec mirum est, quod beatus athleta spiritali studuit virtute defendere, ubi corporaliter visus[i] fuerat habitasse, nec sanctificatio exinde ab eodem indulta discesserat[k], ubi etiam post exitum habitabat.

(10). Quidam igitur fidei ardore succensus pulverem ab eius tumulo[a] pro quibuscumque remediis ad praesidium suum reverenter collectum portavit, quem quotiens obiectione fideli, adveniente impetu tempestatis, ostendit, grandinis rigor in aquam resolvitur, et duritia[b] lapidum in liquorem laticis[c] commutatur.

(11). Aliquis itaque[a] decem solidos ad[b] quodam creditore absque cunctatione, fidutia karitatis interveniente, susceperat, quos cum perfidie vellet causa negare, ad sepulcrum beatissimi antestitis, quod eos non suscepisset, perierare[c] disposuit. Ubi statim omnium membrorum[d] vigore deceptus, sicut corde cecus venerat, ita oculis cecatus stabat. Tunc infelix poenitentia sera confusus quae[e] mutuaverat coepit offerre, orationem cum lacrimis fundens, ut visum reciperet. Ille vero[f] sacratissimus pastor, qui meritis et pietate vivebat, cum reliquo robore corporis visum reddidit deprecanti, et sicut pro iustitia terruit[g] perfidum, ita pro misericordia exaudivit afflictum.

(12). Quidam similiter vesani spiritus infestatione repletus ad sepulchrum eius vix tandem sub custodia grandi pervenit; ubi dum tanti furoris fuisset vexatione baccatus, spiritum visus est amisisse. Cui cum sepulture locus pararetur[a], eo quod nocte vel[b] die universo calore vite[c] deceptus iacebat[d], loetifero sopore conpressus exanimis, nutu divino cuidam de observantibus ad memoriam rediit, ut per frontem eius, os vel aures de oleo cecindelis, qui ad sepulturam[e] erat beati pontificis, fideliter crucis signacula faceret, censens, quod qui virtutes reliquas operari consueverat, forsitan et mortuum suscitaret. Qui[f] dum paulatim animatus[g] occulto misterio revivisceret, confestim, Christo propitiante, surrexit.

(13). Quodam namque[a] tempore septem rei[b] ceco carcere constituti, non minus constricti vinculis ferreis, quam afflicti, apud Viennam urbem[c] per diuturnam custodiam tenebantur. Ex quibus unus in visione sanctum Nicecium videre promeruit, quasi quod argumenta[1], quibus constringebantur adstricti, cum suo

Capp. 8—13. 1. 2.

Cap. 9. a) Lugdunensis *postea suppl.* 2. b) instantes 1. c) subi 1. d) ęcclea, *ras.* a 1. e) et 2. f) ilio 1; Illi: *pr. m.* 2. g) antestis 1. h) *c.* 7. 8. *h. l. inserunt* 1. 2. i) iussus 1. k) disce:serat *pr. m.* 1.

Cap. 10. a) tumulu? *pr. m.* 1. b) duritiam 1. c) laicis 1.

Cap. 11. a) item *Hensch.* b) a 2. c) peierare 2. d) bembrorum 1. e) quē mutaverat 1. f) nō(?) *corr.* vero 2; *om.* 1. g) corripuit *Hensch.*

Cap. 12. a) pareretur *pr. m.* 1. b) et 2. c) spiritus *Hensch.* d) iaceret 2. e) memoriam erant *Hensch.* f) *om.* 2. g) ....|natus 2, *et in marg. add.*: *'Legendum hic videtur* obsignatus'.

Cap. 13. a) quoque *Hensch.* b) in *add.* 2. c) urƀ 1.

1) *I. q. vincula, compedes; cf. Ducange h. v.*

baculo tetigisset: statim[a] vigor est ferri confractus, et obserata ostia patuerunt. Qui ad ecclesiam ilico petierunt refugium libere, sanctis intercessionibus liberati.

(14). Set et[a] in basilica, quo eius corpus sacratissimum fidelium devotione[b] veneratur[c], quidam culpa noxius publice praeceptionis imperio cum alio ferreis est nexibus obligatus. Sed cum ad sepulchrum eius inpeditis gressibus advenissent, ligaminum fracta[d] conpago crepuit, et reos publicos occulta virtus absolvit, quod reliquis vicibus[e] simili est misterio operatus.

(15). Qui licet, antequam de hoc mundo ad celestia regna migraret, unde[a] iam aliquas nos constitit praedixisse, plurimas virtutes exercuit[b], etiam latenter[c] demonia ab obsessis corporibus effugavit; sed postquam vir sanctus ab huius saeculi luce migravit, tunc se potius virtute addita esse viventem ostendit, dum iugiter atque indesinenter populo teste clodis gressum, cecis visum, demoniacis remedium, adtractis vigorem integrum omnibusque egrotantibus sanitatis[d] remedium confert, quos ad sepulcrum eius integritas fidei certa perducit.

(16). Unde diversa in[a] eius praeconio[b] multiplici poterant relatione narrari, nisi quod minime necesse est, ut multifaria sermonum dictio per singula[c] disserat, quod eius semper operatio spiritalibus mysteriis manifestat. Et quantum deinceps cursus temporum solvitur, tanto amplius multiplicatis operibus eius virtus augetur.

(17). Cuius sanctissima obtinere possit oratio, ut sicut hanc urbem munivit praesidio sui corporis, ita salutem animarum et corporum conferat universis. Et pro[a] beatissimo antestite Etherio[b] suis precibus intercedat, qui sancto laboravit studio, qualiter vita eius, que etiam post obitum florebat assiduitate operis, panderetur offitio lectionis. Sed non inmerito eius memoriam dilectionis studio sollempniter excolit, qui illum sibi successorem esse secundo[c] loco praedixit, dum de eius conversatione gauderet. Quem licet[d] ilico post eius transitum devotio populi Lugdunensis ad ipsius[e] pontificii[f] gradum ambienter expetiit; sed quod tunc prescia[g] dispositio principis[1] denegavit, eius successore defuncto, indulgere non distulit: hac sic quod[h] sacri antistitis sermo, dum maneret in corpore, prodidit, hoc clementissimi regis cordi Deus auctor infudit; quo etiam obtinente, factum est, ut qui fuit actenus pater patriae, nunc esset ecclesie. Pro qua re orandus Deus est, ut cuius venerantes patrocinium unanimi devotione et[i] sollempnitatem ambientes excolimus, eius semper intercessionibus adiuvemur vel[k] congruis muniamur[l] auxiliis, etsi[m] doceri non meremur exemplis, regnante[n] domino nostro Iesu Christo cum Patre et Spiritu sancto[o] in secula seculorum. Amen.

Capp. 13—17. 1. 2.

Cap. 13. a) que *add. Hensch.*

Cap. 14. a) *om.* 2. b) devotio *m. al. corr.* devotione 1. c) venerantur *pr. m.* 1. d) facta 1. e) vitibus 1.

Cap. 15. a) *ita* 1 *et pr. m.* 2; pl. v. ex. u. i. a. n. c. pr. *m. al. corr.* 2. b) exercuerit 2. c) *ita* 2; letanter 1. d) scitatis 1 *et pr. m.* 2 (*corr.* sanitatis).

Cap. 16. a) *om.* 2. b) *corr.* praeconia 2. c) sigula 1.

Cap. 17. a) probatissimo a. 1. b) *ita* 2; (Euc *m. al. in ras.*)herio 1. c) secundum 1. d) *ita scripsi* (licet — sed *supra c.* 15); libet 1; *om.* 2. e) ipsus, *ras. extr.* s 1. f) *extr.* i *m. al. suppl.* 1. g) prestia 1. h) hac si::: sacri, *m. al. corr.* ac sicut sacri 1. i) *om.* 2. k) et 2. l) muniemur 1. m) acsi *codd.* n) renante 1. o) vivit et regnat *add.* 1.

1) *Gunthramnus Nicetio defuncto Priscum domesticum regium successorem dederat, qui a.* 573—585. *conciliis subscripsit, et tunc demum Aetherium, qui a.* 589. *cum aliis episcopis ad Gundegyselum episcopum Burdigalensem de virginibus monasterii S. Radegundis scripsit; cf. Greg., H. Fr. IX,* 41.

VITA THEUDARII ABBATIS VIENNENSIS AUCTORE ADONE.

Theudarii monasterium primo S. Mariae dicatum in finibus dioeceseos Viennensis situm ibi erat, ubi hodie oppidum Saint-Chef (dép. Isère, arr. La-Tour-du-Pin) extat, de ipsius sancti capite vocatum. Eius Vitam Ado episcopus Viennensis (859—874) conscripsit, qui etiam in Martyrologio die 29. Octobris eiusdem his verbis meminit[1]*:* In Gallia Vienna civitate depositio sancti ac beatissimi Theodarii abbatis et confessoris, et translatio ipsius in loco vallis Rupianae. *Librum fratribus ibidem consistentibus mittens, biographus se negotium suscepisse praefatus est, ut illos 'eius exemplis ad amorem vitae aeternae amplius incitaret', peroransque eos admonuit, ut 'vitam eius imitari pleno amore concupiscerent' neve ab eius vitae conversatione animum vitamque retraherent. Ruinam imminentem providentia episcopi arcere non poterat, nam paucis annis post eius mortem coenobiolum 'sanctae Dei genitricis Mariae sanctique Teuderii confessoris' 'ob huius saeculi varios fluctus' ita in vastitatem deductum est, ut Barnoinus archiepiscopus Viennensis Dervensibus monachis Nortmannos fugientibus ad reaedificandum et restaurandum illud a. 890. concesserit*[2].

De sancto suo Ado tam accurate instructus fuisse videtur, ut dialogi inter eum Caesariumque instituti verba ipsissima c. 4. posteris tradere potuerit, fontes vero, quibus usus sit, non commemoravit, neque inter harum rerum peritos dubium esse potest, quin totam fabulam, ut descripsit, ita ipse etiam invenerit. Sancti pium vitae curriculum verbis multis enarrans, de trivio declinavit neutro, neque legendae quicquam memorabile inest praeter descriptionem urbis Viennensis (c. 7). Ei autem quo liber conscriptus est exhortandi consilio auctor satisfecisse videtur, licet bono patroni exemplo monachi haud ita commoti sint.

Vitas Desiderii, Theudarii aliorumque sanctorum Ado ipse Grimaldo († 872) *abbati fratribusque S. Galli transmisit, id quod ex indiculo Isonis*[3] *codici primario* 1a *praefixo intellegitur. Ex hoc exemplari classis codicum Germanica pendet, dum Francogallica ex altero originem ducit.*

1*a*) *Codex Sangallensis n.* 566, *formae quadratae, saec. IX/X, p.* 113—126.

1*b*) *Codex Monacensis n.* 18546_2 *(Teg.* 546. 2*), formae octavae, saec. X/XI, fol.* 97'—103.

1*b**) *Codices Monacenses n.* 22244 *(Windb.* 44*), formae maximae, saec. XII, fol.* 159'—162, *et*

1) *Surius, De probatis sanct. hist.* (1581) *VII, p.* 1210. 2) *Barnoini privilegium a.* 890. *mense Dec. Dervensibus monachis datum (ed. d'Achery, Spicileg., Paris.* 1723, *III, p.* 361) *Formosus papa a.* 891. *d.* 25. *Nov. confirmavit; cf. Jaffé n.* 3474^{2}. 3) *Vide infra V. Desiderii.*

1*b***) *n.* 9506 *(Ober-Alt.* 6*), formae magnae, saec. XII, fol.* 93′—94′. 101, *libri* 1*b m. al. correcti textum exhibentes ex hoc ipso exscripti videntur esse.*

1*c*) *Codex Vindobonensis n.* 430 *(Salisb.* 404*), formae magnae, saec. XI, fol.* 62′—66′.

2) *Codex Parisiensis inter novas acquisitiones n.* 2261 *(antea Clun. n.* 112*), formae magnae, saec. XI/XII, fol.* 159′—161′.

Biographus licet inter praestantiores saec. IX. auctores Gallicos enumeretur, tamen sermone omnibus numeris perfecto minime utitur, menda committens nonnulla et recentioris (e. gr. c. 3. forisnescientibus, *c.* 6. percernens*) et aevi Merovingici (c.* 10. castrum nuncupante Alarona, *infra* in loco Duodecimo nuncupante[1]; *c.* 13. infra = intra*). Soloecismos accuratissime reddidit codex* 1*a, praeter quem e classe Germanica* 1*b adhibui; pauca autem eorum menda ad librum* 2 *emendari poterant. Laudes sancti miraculaque in translatione patrata praetermisi.*

Vitam excerptam Benedictus Gononus, Vitae et sententiae patrum Occidentis, Lugduni 1625, *p.* 423 *sq., ad Breviarium ecclesiae Viennensis edidit, plenam autem Iohannes Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Paris.* 1668, *Saec. I, p.* 678—681, *eamque editionem satis mendosam iteravit Iosephus van Hecke, Acta sanctorum, Bruxellis* 1884, *Octob. XII, p.* 840—842, *codicis Bruxellensis n.* 8925*a ad classem* 1 *pertinentis lectiones haud spernendas marginibus adscribens.*

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI THEUDARII ABBATIS[b] AC CONFESSORIS CHRISTI.

ADO VIENNENSIS[c] EPISCOPUS FRATRIBUS IN COENOBIO[d] BEATI TEUDARII[e] CONSISTENTIBUS IN DOMINO IESU CHRISTO AETERNAM SALUTEM.

(1).[f] Patris vestri[g] vitam, id est beati Teudarii, idcirco vestrae sanctitati scriptis meis commendare disposui, ut vos eius exemplis ad amorem vitae aeternae amplius incitarem. Cupio enim, eius imitatores et aemulatores vos existere, cuius patrocinium Dei munere[h] adquisisse plurimum congaudeo. Huius igitur viri primus ortus et vitae processus taliter se habet.

(2). Hic beatus vir provincia Viennensi ortus, parentibus secundum saeculi dignitatem clarus, facultatibus mundi honorabilis extitit. Qui cum adhuc puer esset, ad amorem vitae aeternae anhelare piis studiis coepit; et quia claris parentibus ortus, pecuniam non parvam ex censu patrimonii adquisierat, et[a] ut perfectus Christi discipulus existeret, cf. Matth. 19, 29. eam dare pauperibus, ut centuplum acciperet et in futuro vitam aeternam possideret, non distulit. Sarcina igitur temporali exhoneratus ac saeculi veste ad plenum nudatus, ut perfectius domino Iesu Christo serviret, Lyrinense[b] coenobium expetere cogitavit.

(3). Parentibus itaque derelictis ac Deo totum se committens, sub hoc desiderio Arelatem[a] civitatem expetiit, ubi tunc sanctus Caesarius[b] pontifex habebatur, ut solatio

Capp. 1—3. 1*a. b.* 2.

Cap. 1. a) *praescr.* Incipit vita sancti Theuderii confessoris 2. b) abb. ac *om.* 1*b.* c) Viennensis *m. al. corr.* Vienn. *saepe* 1*a.* d) cenob:: *pr. m.* 1*a.* e) Theudari *pr. m.* 1*b*; Theuder. *semper* 2. f) *numeri des. codd.* g) nostri 1*b.* h) vos *m. al. suppl.* 1*b.*

Cap. 2. a) *om.* 2. b) Lirin. 2.

Cap. 3. a) *ita* 3; Arelataem 1*a*; Arelatensem 1*b.* b) *ita* 1*b*; Ces. *constanter rell.*

1) *Cf. L. h. Fr. c.* 53: in loco nuncupante Vinciaco.

pontificis iutus, ut[a] per ipsum facilius iter ad insulam monachorum capesceret[b]. Sed Dei omnipotentis dispositione actum est, ut sancti pontificis consiliis aliquantulum ibi retardaretur. Ferunt namque, quia primo cum se conspexissent[c], propriis ,vocabulis se salutaverunt[d], atque omnipotentis Dei virtus pariter utrumque dono gratiae ita inspiraverit, ut qui ante notitiam sui non habuerant, mox corpore se videntes, quod vere servi Dei essent, compellatione mutua forisnescientibus[1] manifestarent: vere instar illius[e] beatitudinis, ubi plena erit cognitio veritatis, ubi unus integre et veraciter ab alio cognoscetur; quando non per speculum et in[f] enigmate, sed facie ad faciem Deus[g] videbitur, *qui inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium.* cf. 1. Cor. 13, 12. ib. 4, 5.

(4). Rescitis itaque beatus Caesarius desiderii ipsius ardoribus congaudens Deoque omnipotenti gratias referens, sic beatum Teudarium[a] alloquitur: 'O famule Dei, si verbis meis assensum dederis, erit Dominus tecum et consilium cordis tui corroborabit. Maneto aliquantisper nobiscum, et ecclesiastico ordini subditus, quod Dei munere tibi inposuerimus, humiliter sustine, ut, sicut scriptura docet, cum in[b] mansuetudine et humilitate opera tua perfeceris, super omnem gloriam dirigaris'. Cui beatus Teudarius: 'Scio, pater beatissime[c], a Domino suis dictum: *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit;* idcirco tuis monitis ut Domini iussionibus parere non differam'. Substitit itaque ibi beatus Teudarius secundum voluntatem beati Caesarii, et die noctuque ieiuniis, vigiliis et orationibus votum animi sui Deo committens, non parvam laetitiam profectus sui tam pontifici quam clero contulit. cf. Eccli. 3, 19. Eph. 4, 2. Luc. 10, 16.

(5). Evoluto autem[a] tempore, cogitans beatus Caesarius divinis eum amplius vinciri ministeriis, illo diu reluctante et reclamante, diaconii[b] officium ei[a] imposuit, ac sic ei[c] non post longum tempus presbiterii dignitatem, cuncto clero et populo id[d] acclamante, ei largitur. Quod officium ita vir sanctus Teudarius reverenter amplexus est, ut videres eum meritis et gratia[e] ceteros praeeuntem, officio venerabilem, humilitate etiam minoribus se submittentem, cogitans illud Domini dictum: *Qui se humiliat, exaltabitur;* et scripturae dicentis: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Luc. 14, 11. Eccl. 3, 20.

(6). Curriculo autem temporum evoluto, cogitavit vir Dei revisere provinciam suae[a] nativitatis et parentes suos consolari. Itaque voluntatem suam sancto episcopo aperiens, ab ipsoque benedictionem eundi et revertendi expostulans, grandi eum[b] maerore primo affecit. Deinde sancti viri animum se non posse commutare percernens, assensum licet tristis dedit, eumque benedictionibus extra urbem Arelatensem prosecutus, clero et populo flente, quod vir Dei ab eis recederet[c], tandem abire permisit.

(7). Veniens itaque sanctus[a] Teudarius non longe ab urbe Viennensium, perquirere instanter coepit, ubinam cellulam suae habitationis perficeret. Ut[b] igitur paululum articulum scribentis ad Viennensem urbem deflectam, Vienna urbs Galliarum nobilissima ad occidentem et propter aquilonarem partem castris praeminentibus munitur, ut non facile ac-

Capp. 3—7. 1*a. b.* 2.

Cap. 3. a) *ita* 1*a. b (pr. m.). c (pr. m.); om.* 2. b) capesseret 2. c) prospexissent 2. d) salutaverint 1*b*. e) *om.* 1*a. b.* f) *ita* 2 *et m. al.* 1*b*; *om. rell.* g) Dei 1*a. b (pr. m.). c.*

Cap. 4. a) Theud. 1*b*, *ut infra.* b) *om.* 2. c) sanctissime 1*b*.

Cap. 5. a) *pr. m. superscr.* 2. b) dyaconi 1*a*. c) *om.* 1*b*. d) *om.* 2. e) gratiae 1*a. b (pr. m.).*

Cap. 6. a) n. s. 2. b) grandem(?) *corr.* grandi eum 1*a*; grandi:: (eum *pr. m. post* primo *add.*) 2. c) rec:deret *pr. m.* 2.

Cap. 7. a) beatus 1*b*. b) aut? 1*a*, *corr.*

1) *I. e. male nescientibus, ut 'forisconsiliare' pro 'male consulere'.*

cessus sit ad moenia civitatis: castrum primum ad meridiem vergens[a] Crappo[b. 1], cui vicinum est Eumenius; proximo Quiriacus, cui, muro per vallem protenso, iungitur Propiciacus vel Pompeiacus, centum diis apud cultores daemonum quondam insignis; non longe quintum castrum adnectitur, cui nomen vetustas Suspoli dedit. Ipsaque tota civitas cum omnibus suis castris a[c] fluvio usque ad eundem fluvium Rhodanum[d] protenso per colles usque in planum muro cingitur, metropolis inlustrissima et inter Galliarum urbes insignissima.

(8). Cum igitur vir Dei locum sessionis suae requireret, pervenit tandem ad locum solitudini[a] suae aptum, non nimis procul ab urbe, ibique in honore domini nostri Iesu Christi sub veneratione beati Eusebii Vercellensis[b] episcopi et martyris domunculam aedificare coepit. Contigit autem, iam fundamentis iactis, ut collis propter eminens grandi praerupto scinderetur ac ruinam loco praetenderet, sed oratione viri Matth. 17,19. Dei ab illo, qui suis dixit: *Si haberetis fidem tamquam granum sinapis, diceretis*[c] *monti huic: Transi hinc* in mare *et transiret,* mirabile dictu! in parte alia nil aedificationi nociturus subsedit.

(9). Exaedificata[a] domo reliquiisque sanctorum iam altari impositis, iterum vir Dei circumambulans iuxta Iairam[2] fluvium, ubinam cellulam servorum Dei fundaret, secum in cordis secreto volvebat. Arripitur praeterea somno moneturque[b] per visum, ut super ipsam aquam beati martyris Simphoriani[c] basilicam construeret. Factumque est, ac exornato loco, monachos ibi servire Deo delegit. Crescebat autem fama[3] viri Dei ac cf. Luc. 11,33. longe lateque spargebatur, nec enim paciebatur Christus deus noster lucernam sub modio celari.

(10). Accurrentibus ergo plurimis ad noticiam viri Dei, frater eius Arvius[a], sed et propinqui alii visendi gratia inter ceteros quadam die advenerunt. Quos ille blande et paterne amplexus[b], de spe vitae aeternae et remuneratione sanctorum eos[c] pie monebat. Inflammatus vero nimium et ardore sancti Spiritus accensus, venit ad castrum nuncupante[d] Alarona[4], ibique monasterium virorum instituere cupiens, oratorium beatissimi Petri apostolorum principis construxit, ibique orationibus et ieiuniis Deo vacans, per aliquod tempus resedit.

(11). Postmodum veniens ad vicum vel villam parentum suorum, cui vocabulum est Assicia[5], ubi oratorium in veneratione beati Mauricii[a] martyris parentes eius construxerant, prosternens se in oratione, continuis diebus et noctibus rogabat Dei omnipotentis misericordiam, ut condignum locum servorum Dei habitationi ei demonstrare dignaretur.

Capp. 7—11. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 7. a) verges 1, *corr.* b) Cappro 2. c) in 1*b*. d) Rod. 2.
Cap. 8: a) solitudinis 1*a*. *b*. b) Vercellensi *pr. m.* 1*a*. *b*. c) doceretis 1*a*, *corr.*
Cap. 9. a) Et aedificata 1*b*; Exin aedificata 2. b) moniturque *pr. m.* 1*b*. c) Symph. 2.
Cap. 10. a) Arvus 2. b) *corr.* amplexatus 2. c) eius 1*a*; *om.* 1*b*. d) *ita recte* 1*a*; nuncupatum 1*b*; nuncupa:tum, *ras.* n 2.
Cap. 11. a) Mauritii 1*a*.

1) *Castella ita interpretatus est Mermet, 'Hist. de la ville de Vienne' II, p.* 111*: Crappo = Saint-Iust, Eumenius = Pipet, Quiriacus = Sainte-Blandine, Propiciacus vel Pompeiacus (v. d'Arbois de Jubainville, 'Rech. sur la propriété foncière' p.* 294*) = 'mont Arnaud', Suspoli = 'mont Salomon'.* 2) *Gere affluens Rhodani.* 3) *Ita V. Columbani c.* 18. 4) *Loci situs ignoratur.* 5) *Arcisse (comm. de Saint-Chef, dép. Isère), ubi sacellum S. Mauricii etiamnunc extat; cf. AA. SS. l. l. p.* 842.

(12). Cum igitur se sopori dedisset, visus est ei[a] angelus Dei, qui et locum secretum in colle Rupiano[b] signavit et, ut ibi quod[c] ardebat monasterium construeret, praemonuit. Erat tunc temporis isdem[d] locus, utpote silvestris, feris ac serpentibus amicus. Evigilans autem vir Dei venit ad locum sibi divinitus monstratum, ibique aliquantisper Deo orationem fudit. Sed invidus omnis boni diabolus, ut virum Dei ab intentione coepti retraheret, sicut per serpentem primis hominibus venena suae perfidiae propinavit, iterum serpentem ingressus et ferarum iras movens, appetere non timuit. Cuius versutias vir Dei praenoscens, armis orationum se muniens, intrepidus stetit, ac sic[e] fraus diaboli victa evanescendo[f] subcubuit. Annuente itaque Viennensium pontifice, constructa basilica est celeri opere in veneratione sanctae Dei genetricis Mariae, atque de facultatibus tam parentum quamque propinquorum suorum monasteriolum dotatum[g], monachi iuxta regulam sanctorum[h] patrum instituti.

(13). Eodem tempore Philippus[1] venerabilis episcopus vicesimus primus metropoli[a] Viennae habebatur. Consuetudinis erat in eadem urbe, unum de pluribus electum sanctioris vitae in remoto infra eandem urbem ponere, qui vota populi contemplativae vitae solum deserviens Deo familiarius allegaret. Pontifex itaque, cum ex dyocesi virum plenae[b] virtutis requireret, cui et populus imperio ipsius quod ad salutem pertinet secreta[2] sua committeret, beatum Teudarium iam patrem monachorum existentem se habere tanto operi necessarium gavisus est.

(14). Itaque accersiri eum iussit. Sciens vero beatus vir, quo tenore a pontifice quaereretur, gratiae Dei totum[a] se committens, praeposito suo Severiano nomine curam monasterii sui superposuit, et exhortans atque vale dicens fratribus commendansque illos Domino, cui spem suam commiserat[b], ad pontificem ire[c] perrexit. Quem isdem pontifex venerabiliter suscipiens, congregato clero omnique plebe, sanctum virum fisus de misericordia Dei ecclesiae filiis assignavit, ut oratione beati viri lucrum ipse de grege sibi commisso ad Dominum postmodum reportaret[d]. Delegit itaque sibi vir beatus in monte Quirinali locum et basilicam beati martyris Laurentii, ubi[e] die noctuque[f] vacaret. — — — — —

(15). Mansit autem isdem sanctus vir duodennio in loco praeelecto et sibi dulcissimo, Deo semper ardentissimis suspiriis et contritione spiritus ac corporis totum se mactans. Cum autem tempus suae resolutionis instare cerneret, ferventius in alta mentis contemplatione perdurans, quasi vicinior ianuae caelestis vitae, oculum mentis ad alia deflectere aegre ac dure ferebat. Intererat amore conditoris sui visioni[a]: aderant desideriis eius agmina caelestium spirituum, chori apostolorum, multiplicia trophea martyrum, sanctorum in caelis inenarrabilis laetitia; non somnus, non cibus ullus praeter Christum suavis. Inter tam felices et beatos labores aliquantulum vir Dei corpore languescens, plenus et consummatus piis operibus migravit ad Dominum. O virum beatum

Capp. 12—15. 1*a. b.* 2.

Cap. 12. a) *om.* 1*a.* b) *ita* 2; Rupiniano 1*a. b*: vallis Rupianae *Adonis Mart.* c) m. q. a. 2. d) idem 2. e) *om.* 2. f) ęvanascendo *pr. m.* 1*b.* g) *ita* 2; donatum 1*a. b*; et *add.* 2; est *m. al. add.* 1*b.* h) sunt *m. al. add.* 1*b.*

Cap. 13. a) *m. al. corr.* metropolis 1*b.* b) plenum 2.

Cap. 14. a) votum 1*a.* b) commiserit 1*a. b (pr. m.).* c) *om.* 2. d) deportaret 1*b.* e) ubi :: die 2. f) *m. al. add.* Domino 1*b*, orationi 2.

Cap. 15. a) visione 1*a. b.*

1) *Philippus episcopus Viennensis conciliis Lugdunensi a.* 570, *Parisiensi a.* 573. *intererat.* 2) *Presbyteri paenitentiarii officium hic indicari videtur; cf. AA. SS. l. l. p.* 834.

post tot labores gaudiis sanctorum spirituum in societate sanctorum adnumeratum et de[a] visione Domini sui quem semper amavit aeterne consolatum et feliciter laetificatum!

(16). Postquam obitus sancti viri civitati est nunciatus, ruit tota civitas in obsequiis[a] funeris, sacerdotes, reliquus[b] clerus et populi innumera multitudo. Compositum ex more corpus in feretro cooperitur; cumque a circumstantibus presbiteris post officia reddita, ut ad sepulturam ferretur[c], sanctum feretrum adprehensum fuisset, moveri a loco non potuit. Mirantibus et stupentibus omnibus qui aderant et sollicito, quid facto opus sit, quaerentibus[d], sancto[e] pontificis decreto[f] finitum[g] est, quamvis populus contrairet, quatinus ad monasterium suum portaretur: quod est mirabile, ilico tanta facilitate est motum, ut nullius ponderis esse putaretur. — — — — — —

(17). Curatum est ergo sanctissimum corpus digna veneratione et in sepultura, quam olim ipse sibi praeviderat, venerabiliter celatum, ubi se cum Deo vivere crebris miraculis ad laudem domini Iesu Christi manifestat. Quem si patronum apud ipsum, filii et fratres mei, habere desideratis, vitam eius imitari pleno amore concupiscite. Desiderat[a] enim hic beatus vir semper lucra Domini sui et de vestra corona et ipse in Christo gratulari. Numquam enim a vobis aberit[b], si vos de conversatione vitae eius animum et vitam non elongaveritis. Deus autem, qui illi meritum gratiae et praemium aeternum contulit, vobis et desiderium omnis boni augeat et oboedientiam sibi gratam et perfectionem plenam iusticiae donet[c].

EXPLICIT VITA SANCTI THEUDARII[d] CONFESSORIS CHRISTI.

Capp. 15—17. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 15. a) *om.* (1*a*).

Cap. 16. a) obsequium 2. b) que *postea add.* 2. c) ferreretur 1*b*. d) ut *add.* 2. e) sancti: 2. f) secreto *pr. m.* 1*b*. g) definitum 2.

Cap. 17. a) desiderabat 2. b) abierit 2, *corr.* c) qui trinus et unus est Deus per omnia saecula. Amen *m. al. add.* 1*b*. d) Theuderii ::::: conf. (*om.* Chr.) 2.

VITA TIGRIS VIRGINIS MAURIENNENSIS.

Mauriennensi ecclesiae Iohannis baptistae pollicem mirabiliter sibi ostensum mulier quaedam devota e loco sepulchri attulerat, unde urbs ipsa etiamnunc cognominatur Saint-Jean-de Maurienne, eoque thesauro locus vilis vel nobiliorum ecclesiarum aemulationem incurrebat, ita ut Rufus episcopus Taurinensis urbis, cuius dioeceseos ille olim erat, per archidiaconum eo missum reliquias tollere temptaret frustra, cum fur continuo amens effectus animam exspiraverit[1]. *Regio illa quonam tempore in dicionem Francorum redacta sit, parum liquet. Cum Langobardorum duces diversis e partibus in regnum Gunthramni irruentes, a.* 574. *Mummoli virtute devicti et cum paucis in Italiam regressi essent*[2], *compositionis causa Augustam et Segusium civitates 'cum integro earum territorio' Francis traditas esse rettulit Fredegarius*[3]; *sed Segusium potius rei publicae tunc subiectum erat, ubi Sisinnius magister militum resideret*[4], *ideoque veri similius est, urbes*

1) *Greg., Gl. Mart. c.* 13. 2) *Greg., H. Fr. IV,* 44; *cf. Marii chron. a.* 574; *Fred. III,* 68. 3) *Chron. IV,* 45. 4) *Greg., H. Fr. IV,* 44.

illas iure belli a victoribus occupatas esse, eandemque sortem Maurienna locus subiisse videtur. Certe haud multo post Hiconius episcopus Mauriennensis conciliis Gunthramni iussu convocatis Matisconensibus a. 581.[1] *et* 585. *intererat: locus igitur a dioecesi Taurinensi separatus per Francos civitatis iura interim consecutus erat. Ursicinus autem Taurinensis episcopus aegre ferens, 'post captivitatem et depraedationem' paroecias has se amisisse, episcopumque, neglecto se ipso, ibi constitutum esse, Gregorium M. papam adiit, isque ad Theudericum et Theudebertum reges, ut damna repararent, a.* 599. *litteras dedit Syagrioque episcopo Augustodunensi hanc rem tam per se quam apud reges iuvandam commendavit*[2]. *Attamen Hiconius non solum sedem suam obtinuit, sed etiam ut erat homo fortunatus, somnio viso, corpus S. Victoris a.* 601/2. *Genavae repperit*[3].

Primordia ecclesiae Mauriennensis in 'auctoritate' vel charta, quam infra edendam curavi, ita perscripta sunt. Mulier indigena nomine Tigris cum monachos Hierosolymis in Scotiam proficiscentes referre audisset, Iohannis baptistae membra Sebaste humata indeque Alexandriam translata, caput autem in Phoenicen perlatum esse, reliquias repperit, atque Gunthramnus rex ecclesiam S. Iohannis, ubi eas reponeret, Mauriennae aedificari iussit eamque 'episcopo Viennensi, ad cuius dioecesim pertinebat locus, sancto Isychio sacrare praecepit', episcopoque Felmasio constituto ordinatoque ab eodem, Viennensi civitati Mauriennensem ecclesiam cum consensu pontificis Romani subiecit. Haec falsa esse ex iis quae supra attuli colligitur, nam locus Viennensi provinciae hic attributus potius ad Taurinensem pertinuerat. Aevo autem Carolingico, postquam Tarantasiensis archiepiscopatus conditus est, eum ipsum Nicolaus papa Viennensi a. 867. *subdidit, neque vero illi in tribus civitatibus subiectis quicquam derogari passus est*[4]. *Tres in codicibus Notitiae Galliarum interpolatis, e quibus unus est qui ipsam chartam Mauriennensem continet Parisiensis n.* 1452[5], *enumerantur civitates hae:*

civitas Vallensium, id est Octodoro,
civitas Augusta Praetoria,
civitas Morienna a Guntramno rege Burgundionum constructa,

unaque cum Tarantasiensi Viennensem provinciam ab Arelatensi separatam ibi subsequuntur, additis verbis ad quam *(scil. Viennensem)* etiam provincia Alpium Graiarum et Penninarum pertinet[6]. *Maurienna ut hic Tarantasiensi civitati subdita est, ita in epistulis spuriis Viennensibus ex Viennensi pendet directe, unde pro* tribus oppidis vel civitatibus *Tarantasiensi commissis ibi scripta sunt:* in aliquibus oppidis[7]. *Hunc posteriorem rerum statum, id quod W. Gundlach v. c. primus perspexit*[8], *auctor depinxit chartae Mauriennensis. Quae cum in ipsis epistulis adhibita sit*[9] *impostori luculentum testimonium praebens, falsis Viennensibus et ipsa adnumeranda est, ad huius ecclesiae iura stabilienda conficta, idque vel lemma testatur utrique codici praefixum hoc:* Auctoritas, quod ex antiquo Mauriennensis ecclesia Viennensi ecclesie metropoli subdita fuit. *Quae de Iohannis baptistae reliquiis auctor enarravit ea e chronicis Bedae vel potius Adonis deprompsit; in aevo autem Hesychii Viennensis epi-*

1) *Huic anno Duchesne, 'Fastes épiscopaux' p.* 353, *indictionum calculum secutus, concilium attribuit, dum Maassen, Concilia I, p.* 155, *ex annis regis a. post Chr. n.* 583. *computat.* 2) *Gregorii M. Registr. IX,* 214. 226 *(ed. Hartmann p.* 200. 217*).* 3) *Fred. IV,* 22. 4) *Gallia christ. XVI, Instr. p.* 8; *Jaffé n.* 2876. 5) *Notatus n.* 4. *apud Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 599; *cf. p.* 562. 582. 6) *Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' I, p.* 209. 7) *MG. Ep. III, p.* 100. 8) *'N. Arch.' XV, p.* 63 *n.* 9) *Ep. III, p.* 101: Et quemadmodum largiter Guntramnus ecclesiam Maurianensem per consensum apostolicae sedis cum omnibus pagis suis subiectam iure perenni sanctae Viennensi fecit ecclesiae *et q. s.; v. infra c.* 3.

scopi tota via erravit, nam ex epitaphio Namatii, quod adhuc superest, colligitur, vel hunc Hesychii successorem ante regnum Gunthramni, scilicet a. 559[1], *diem obiisse supremum. Hoc errore, qui ex Adone ortus videtur esse*[2], *tota enarratio emota cardine procumbit, neque L. Duchesne licuit Felmasium episcopis Mauriennensibus addere*[3] *ex documento, cuius falsitatem Gundlachium secutus ipse agnoverat. Tigris mulier appellatur neque Euphrates fortasse eo, quod hoc nomen sexui femineo minus conveniebat; posteri autem in flumine offendentes eam Theclam baptizaverunt. Mauriennenses rem ecclesiasticam omnem ad Gunthramni liberalitatem postea referentes, ea quae is Felmasio concessisse dicitur per Lucium papam a.* 1184. *confirmanda sibi curaverunt*[4].

Codices qui supersunt ambo saec. X. exarati sunt eoque ipso tempore charta illa composita videtur esse.

1) *Codex* P a r i s i e n s i s *n.* 1452 *(Colb.* 449, *Regius* 3887*), 'oblatus ad altare sanctae Mariae Aniciensis ecclesiae dono Adelardi eiusdem sedis episcopi' et a canonicis Aniciensibus bibliothecae Colbertinae a.* 1681. *donatus, fol.* 202. 202'. *eam continet*[5].

2) *Codex* M a u r i e n n e n s i s *archivii ecclesiae maioris, cuius lectiones variantes, litteris datis, officiosissime mecum communicavit S. Truchet canonicus Mauriennensis, ad emendandum librum praecedentem haud inutilis est. Praecedit* Carta de Maurienna et de Seusia *(incip.* Sancti Isicii, *ed. Cibrario p.* 323, *Billiet p.* 7*), scilicet locus ad Hesychium primordiaque Mauriennensis ecclesiae spectans, verbisque* Item alia carta *praescriptis, ea quam edituri sumus subsequitur.*

Haec quidem ad confinium Galliae Italiaeque spectans utrobique saepe edita est.

Philippus L a b b e, *Sacrosancta concilia, Parisiis* 1671, *tom. V, p.* 963, *ad apographon codicis* 1 *inter schedas Iacobi Sirmondi repertum primus eam publici iuris fecit, eiusque editionem iteraverunt*

Theodericus R u i n a r t, *Gregorii Tur. opera, Parisiis* 1699, *p.* 1342 *sq.,*

Iohannes H a r d u i n u s, *Conciliorum collectio regia maxima, Parisiis* 1715, *tom. III, p.* 448,

Dominicus M a n s i, *Sacrorum conciliorum collectio, Florentiae* 1763, *tom. IX, p.* 921.

Proximae autem editiones e codice 2 *pendent:*

Ludovicus C i b r a r i o *et Casimirus* P r o m i s, *'Documenti, sigilli e monete appartenenti alla storia della monarchia di Savoia', Augustae Taurinorum* 1833, *p.* 324 *sq.,* (= *Carolus* T r o y a, *'Codice diplomatico Longobardo' Neapoli* 1845, *Vol. I, p.* 40—42*),*

Alexis B i l l i e t *et* A l b r i e u x, *'Chartes du diocèse de Maurienne' ('Académie impériale de Savoie, Documents', Camberii* 1861, *Vol. II, p.* 8 *sq.).*

Denique Bartholomaeus H a u r é a u, *Gallia christiana, Parisiis* 1865, *tom. XVI, p.* 613, *gratias agens 'huic innominato veteris aevi scriptori, a quo tot docemur ad originem Maurianensis ecclesiae spectantia', eius narrationem, quam antiquissimam credidit esse, ad codicem* 1 *editionemque Cibrarii recensuit.*

Cum Vitam Tigris auctor chartae non ultra prosecutus esset, quam ad originem Mauriennensis ecclesiae spectabat, plenum vitae curriculum postea descripsit interpolator

1) *Titulum imperite interpretatus est Hauréau, Gallia christ. XVI, p.* 26; *recte Duchesne l. l. p.* 148. 193. 2) *Cf. Adonis chron.:* Cui successit in episcopatu Isicius, qui et ipse sub Iustiniano floruit. Quatuor fratres, filii Chlotharii, regnum inter se dividunt, — — accepit Guntchramnus regnum Chlodomiri. 3) *Duchesne l. l. p.* 234; *cf. p.* 208. 4) *Gallia christ. XVI, Instr. p.* 298. 5) *Huius codicis exemplar inter Fragm. historiae Aquitan. auctore Estiennot, tom. IV, p.* 87—89 *(cod. Paris. n.* 12767*) extat; cf. Chevalier, 'Collection de Cartulaires Dauphinois' I, p.* 211.

quidam, qui retractans chartam et locos Gregorianos, Gl. Mart. c. 13, *et alias amplissimas interpolationes addidit, veluti de morte sanctae in calce fuse rettulit. Hanc Vitam ex missali membranaceo litteris Gothicis exarato, quod in archivo Mauriennensi asservatur, eruit Daniel Papebrochius, Acta sanctorum, Antverpiae* 1709, *Iun. tom. V, p.* 73—75; *capita autem* 1—3, *in octo lectiones distributa, quae breviario Mauriennensi a.* 1512. *impresso insunt, Bordier, 'Les livres des miracles de Grégoire'* 1857, *I, p.* 399. 400 (= *A. Molinier et C. Kohler, Itinera Hierosolymitana et descriptiones sanctae, Genavae* 1885, *II, p.* 232—237) *edidit, qui etiam chartae vetustioris particulas nonnullas ib. p.* 44. *excerpsit cura Leonis Ménabréa cum codice* 2 *parum diligenter collatas.*

B. Krusch.

Auctoritas[a], quod ex antiquo Mauriennensis[b] ecclesia Viennensi ecclesie metropoli subdita fuit[a].

(1).[c] In diebus praecellentissimi regis Gontramni mulier quaedam Tigris[d] nomine ex territorio Mauriginense orta, oppido quod nominatur Volacis[1] nobiliter nata et sacris litteris educata; quae curam sacerdotum et peregrinorum adventantium non parvi pendebat, sed[e] eo ut facultas ministrabat, semper hospitalitatem et indigentibus victui necessaria impendere curabat. Habebat autem sibi sociam sororem Pimeniam nomine, quae coniugi sociata fuerat, sed in viduitate devota permanebat, iam dictae sorori in omnibus obsequiis divinis obtemperans[f], quorum erant opera in ieiuniis, vigiliis et orationibus, et loca sanctorum visitare nocte[g] ac die indesinenter et sollicite studioseque curabant.

(2). Accidit, bonorum virorum monachorum religiosa facultas ex Ierosolimitanae[a] partibus Scotiam[b] pergere. Hii nutu Dei ad has famulas Dei hospitalitatis gratia persistentes, ibique tribus diebus remorantes et de servitio Dei inter se gratulantes[c], in vigiliis seu[d] ieiuniis perseverabant. A quibus illa audivit venerabilis Tigris de beato Iohanne baptista[e], cuius[f] reliquias anxia querebat, quod membra illius fuissent humata[g] in civitate Samarie[h] que nunc[e] Sebaste[2] vocatur, ac tempore procedente[i] Alexandriam[k] missa, caputque eius Fenice[l] perlatum. His instructa Dei famula dedit operam usque ad inventionem venera-

Capp. 1. 2. 1. 2.

Cap. 1. a) Auctoritas — fuit *m. al. in ras.* 1. b) *ita* 2; Moriensis 1. c) *numeri des. codd.* d) *ita* 2; Tygris *constanter* 1. e) *ita* 1; adeo 2. f) *ita* 2; *om.* 1. g) noct: 1.

Cap. 2. a) Iherosolimitane 2. b) Scociam 2. c) garrulantes *coni. Labbe.* d) vigiliis *repet., sed delet.* 1. e) baptista — nunc *m. al. in ras.* 1. f) huius 2. g) humana 1. h) Samaria 1. i) praecedente *Labbe.* k) Alexandria 1. l) Phoenice 2.

1) *Vologia vel Vallovia locus in confinio dioecesis Mauriennensis situs, altercantibus Ebredunensi archiepiscopo et Leporio episcopo Mauriennensi, terminus constitutus esse dicitur, eiusque situs in actis visitationis ab Anselmo episcopo Mauriennensi a.* 1208. *factae ita descriptus est:* Venimus usque ad pontem de Vallovia, quia scimus vallem Secusiae usque ad dictum pontem esse de episcopatu et iurisdictione Maurianensi. Actum iuxta pontem Valovii in territorio Avilianae (*Troya l. l. p.* 37). *Terminum chartae auctor tuetur, 'ex territorio Mauriginense' ortam esse asserens Volacensem. Quod de loco Valloires prope Mauriennam sito usque adhuc cogitabant, interpretatio haec in nomen supra scriptum certe non convenit.* 2) *In chronicis Bedanis leguntur haec sub Iuliano (Auct. antiq. XIII, II, p.* 297): Pagani apud Sebasten Palestinae urbem sepulchrum Iohannis baptistae invadunt, — — sed Dei providentia adfuere quidam ex Hierosolymis monachi, qui — — ablata ad patrem suum Philippum

bilium pignerum et secundum quod desiderium habebat in veneratione beati Iohannis baptistae[a] in Maurienna[b] ecclesiam edificare disposuit.

(3). Audiens autem gloriosus[a] Gontramnus rex de reliquiis beati Iohannis baptiste[b] et de miraculis, quae[c] ibi Dominus ostendebat, legatos suos Mauriennam[d] direxit, qui ecclesiam inibi fabricarent, cum circumiacentibus episcopis et comitibus, ubi reliquias beati Iohannis baptistae reponerent[e], eamque perfectam episcopo Viennensi, ad cuius diocesim pertinebat locus, sancto Isychio[f. 1] consecrare[g] praecepit[h]. Sinodum vero postmodum in civitate Cabillonis congregare sanctorum episcoporum fecit et ibidem sanctum Felmasium episcopum Maurienne[i] ab episcopo Viennensi ordinatum[k] primum constituit et civitati Viennensi ipsam Mauriennam[l] ecclesiam cum consensu episcoporum subiectam fecit. Ad[m] quam ecclesiam Mauriennensem[n], ubi beati[o] Iohannis baptistae reliquias posuerat, Seusiam[2] civitatem iam dudum ab[p] Italis acceptam cum omnibus pagensis[q] ipsius loci[3] subiectam fecit et consensu etiam Romani pontificis Viennensi ecclesiae iure perenni episcopum civitatis et vici Maurienne[r] subditum esse decrevit.

Cap. 2. 3. 1. 2.

Cap. 2. a) babtistae 1, *ut infra.* b) Morienna 1.

Cap. 3. a) *om.* 2. b) *ita* 2; *om.* 1. c) quibus D. ibi ost. 2. d) Moriennam 1. e) *ita* 2; reponeret 1. f) Isicio 2. g) *ita* 2; sacrare 1. h) percepit 1, *corr.* i) Morigenne 1. k) ordinare 2. l) Moriennam 1. m) At 1. n) Moriginensem 1. o) *om.* 2. p) *ita* 2; habitalis 1. q) *ita* 1. 2; pagis *ep. Sergii papae ficticia, MG. Ep. III, p.* 101. r) Maurigenne 1.

pertulere. Ille confestim haec — — ad pontificem maximum tunc Athanasium per Iulianum diaconum suum mittit, *et sub Marciano et Valentiniano (ib. p.* 304*):* Iohannes baptista caput suum duobus monachis Orientalibus, qui ob orationem venerunt Hierosolymam, iuxta Herodis quondam regis habitaculum revelat, quod deinceps Emissam Feniciae urbem perlatum et digno honore cultum est, *eademque fere Ado expilator in chronico scripsit. Alterutro igitur usus fonte, falsarius fabulam suam confinxit.* 1) *Is compluribus annis ante regnum Gunthramni obierat, cum vel ipsius successor Namatius illud non viderit; v. supra p.* 532. 2) *Asmundus in charta Bosonis regis a.* 887. *appellatur 'Secusinae civitatis vel Maurianorum episcopus'; cf. Gall. christ. XVI, Instr. p.* 292. 3) *In Vita interpolata haec addita sunt:* qui nominantur publici curiales, et cum duabus clusis S. Martini primamque castelli haerentis civitati; concessit autem vallem Cottianam in gyrum Maurianae structam.

VITA DROCTOVEI ABBATIS PARISIENSIS AUCTORE GISLEMARO.

Vincentii martyris Caesaraugustani admirandam virtutem in bello Hispaniensi passus[1] *Childebertus rex basilicam ei sacram Parisiis construxit*[2], *neque vero constat, id quod in L. h. Fr. c.* 26. *traditur, sancti stolam ab episcopo loci petitam eum in Gallias attulisse. Locus quem illa occupabat in suburbio Parisiensi situs hortisque Ultrogothonis reginae contiguus erat, unde sancta limina frequenter visitabat pius rex, quae et ossa eius postea receperunt:*

Hinc[3] iter eius erat, cum limina sancta petebat,
Quae modo pro meritis incolit ille magis.
Antea nam vicibus loca sancta terebat amatus;
Nunc tamen assidue templa beata tenet.

Funera regia[4] *deinceps non pauca ibi celebrata sunt usque ad Chlotharium*[5] († 629), *ideoque idem basilicae illi honor impendebatur, quem antea ea SS. Apostolorum habuerat, postea per Dagobertum regem Dionysiana habitura erat. Nomina autem ei indebantur complura. Vincentii enim quae est apud historicos aevi Merovingici,* basilica beatae Crucis *nomen fert apud Fortunatum*[6], *cumque Germanus episcopus, qui alodum suum 'ad luminaria ecclesiae sanctae Crucis sanctique Stephani protomartyris seu sancti Vincentii levitae et martyris' contulerat*[7], *a.* 576. *ibi sepultus esset*[8], domni Germani *in V. Balthildis c.* 9. *et* domnae Vincente et domni Germani *in charta Vandemiris et Ercambertae*[9] *a.* 690. *appellatur. Monachos officio divino ibi vacasse ex V. Balthildis concludi licet, primusque qui notus est abbas Audcharius eodem a.* 690. *commemoratur*[10].

Droctoveum abbatem ex Germani discipulis summo honore coluit Fortunatus, mittens ei carmen IX, 11.:

1) *Greg., H. Fr. III,* 29. 2) *Ib. IV,* 20. 3) *Fortun., Carm. VI,* 19; *cf. Greg., H. Fr. IV,* 20. 4) *Scilicet Chilperici a.* 584, *Chlodovechi anno insequenti, Fredegundis a.* 596/7; *cf. Greg., H. Fr. VI.* 46. *VIII,* 10; *L. h. Fr. c.* 37. 5) *Fred. IV,* 56. 6) *V. Germani c.* 42. 7) *Cf. Guérard, 'Polyptyque de l'abbé Irminon' II, p.* 117. 8) *Cf. Greg., H. Fr. V,* 8. *VIII,* 33; *Gl. Conf. c.* 88. 9) *Ed. Pardessus, Dipl. II, p.* 209. 10) *In charta Vandemiris et Ercambertae l. l. Idem Autharius abbas etiam in charta Gammonis (Pardessus, Dipl. II, p.* 243) *falsa nominatur, quae a.* 3. *Childeberti III. die* 6. *Aprilis data vult esse, licet eodem anno eodemque mense Waldromarus (Pardessus l. l. p.* 428) *monasterio praefuerit. Hanc ad Childeberti I. regnum referentes monachi Sangermanenses saec. XI (Aimoinus, De gestis Franc. II,* 20, *ed. du Breul p.* 61; *Ann. S. Germani, SS. III, p.* 166) *Autharium crediderunt primum a condito monasterio fuisse abbatem; cf. J. Quicherat, 'Critique des deux plus anciennes chartes de l'abbaye de Saint-Germain des Prés') ('Bibl. de l'école des chartes'* 1865, *XXVI, p.* 531).

Ad Droctoveum abbatem.

Vir venerande, sacer meritis et honore colende,
Droctovee, mihi semper amore pater,
Qui de discipulis Germani iure beati
Norma magisterii factus es ipse sui;
Cuius pontificis sacra per vestigia currens
Despicis hic mundum, dum cupis ire polo:
Perge libenter iter caeli mansurus in orbe,
Et pro me famulo, quaeso, precato Deum,

salutemque[1], *occasione data. Eum Vincentii basilicae praefuisse etsi probabile est, tamen minime constat. Monachi autem Sangermanenses saec. IX. id pro certo affirmabant, colentes eum patronum primumque abbatem, unusque eorum Gislemarus*[2] *nomine, qui inter monachos Ebroino abbati (a.* 841—847*) subditos paenultimum locum occupabat*[3], *affectu dilectionis memoriam eius litteris tradidit, vetustiorem Vitam cum aliis bibliothecae libris affirmans tempore Nortmannorum incendio periisse*[4]. *Utut haec res se habet, Nortmanni, monasterio S. Germani a.* 845. *magna ex parte destructo*[5], *a.* 857. *cellario*[6] *ignem intulerunt, anno autem* 861. *locum penitus concremaverunt*[7], *eorumque tempore 'ecclesiam nostram' non semel sed bis incensam esse Gislemarus c.* 14. *conquestus est. Ei igitur de Droctoveo disserenti praeter Fortunati carmen subsidia genuina nulla praesto fuerunt, atque ipse operi suo refragantes negantesque veritus est, 'longo senio aevi eius gesta tradita oblivioni ullum penitus memoriale sui nostrae mandasse aetati'*[8]. *Citavit quidem 'tomos antiquissimos' in archivis monasterii S. Germani asservatos, sed cum ex eis solam Droctovei electionem deprompsisse voluerit, de pluribus vix cogitandum est, et sine dubio chartula immunitatis Germani nomine ficta*[9] *intellegitur, quam eadem occasione c.* 19. *attulit, quaeque ei episcoporum, quos consecrationi ecclesiae S. Vincentii affuisse finxit, nomina suppeditavit. Denique 'Gesta Francorum' inter fontes suos enumeravit, in quibus historiam conditae basilicae politicamque legerat, Fortunatique carmen non solum ad Droctoveum (IX,* 11*), sed etiam de ecclesia Parisiaca (II,* 10*) textui inseruit, ad suam ecclesiam hoc referens fortasse recte. Germani autem historiam, id quod non commemoravit, ad eius Vitam a Fortunato conscriptam enarravit, Passionibusque praeterea usus est Symphoriani Vincentiique.*

'Instructus igitur amoris patroni voto'[10] *magis quam documentis authenticis biographus opusculum exile et omnino inutile texuit, cuius fontes adhuc supersunt, Vitaque hodie fortasse in occulto lateret, idque non sine merito, nisi ingenio C. Lenormant*[11] *auratis radiis iam splendesceret. Vir enim doctissimus cum Vitam sermone rhythmico compositam esse perspiceret, neque compertum haberet, idem dicendi genus in his scriptis*

1) *Fortunati carm. IX,* 13, 9*:*

Droctoveo dulci, clero et concivibus oro,
Quod praesens facerem, vos adhibite vicem.

2) *Versus in calce prologi positos (Vita c.* 4*), ex quibus auctoris nomen colligitur, acrostichon facere licet Gislemarus ipse in ultimo indicaverit* (Pars horum prima praesignat vatis onoma), *tamen editorum nullus intellexit; cf. 'Hist. litt. de la France'* (1740) *V, p.* 397. 3) *Cf. laterculum monachorum monasterii S. Germani ('Notices et documents publiés pour la soc. de l'hist. de France', Parisiis* 1884, *p.* 55*).* 4) *Vita c.* 2. 5) *Mirac. S. Germani, SS. XV, p.* 15. 6) *Aimoini Miracula II,* 10 *(AA. SS. Mai. VI, p.* 803*); Ann. Bertin. a.* 857. 7) *Aimoini Mirac. l. c.; Ann. Bert. a.* 861. 8) *Vita c.* 3. 9) *Ed. Quicherat l. l. p.* 541 *sqq.* 10) *Ita Gislemarus in fine, quem praetermisi.* 11) *'Restitution d'un poëme barbare' ('Bibl. de l'école des chartes' tom. I, p.* 321—335*).*

tam commune esse, quam sint capilli in capite, carmen quoddam barbarum saec. VI. repperisse sibi visus est idque statim restaurabat, attribuens ei inter cetera expeditionem Childeberti Hispaniensem: cum autem hanc Gislemarus ex 'Gestis Francorum' exscripserit ipsaque vel citaverit in praefatione neque citaverit carmen recens detectum, cumque vix aegreque credi possit, inter epigonos quendam melius auctore ipso de eius fontibus instructum fuisse, ratiocinatio C. Lenormant quamvis doctissima recta tamen esse non potest.

Vita Droctovei ad nos integra minime pervenit, nam codex unicus cum reliquas Vitas imperfectas tantum continet, tum huic praescripta habet haec: Incipit prefatio in excerptione vitae s. D., *ipseque male conservatus ne excerptionem quidem plenam exhibet, ita ut miracula, ad quae biographus non semel provocavit*[1], *exceptis primis versibus, perierint tota. Nobis autem ea quae supersunt affatim sufficiunt eaque ipsa contraximus, carmina Fortunati laudesque hagiographicas tollentes Vitamque in ipsa Droctovei morte finientes.*

1) *Codex Parisiensis n.* 11752, *'ex bibliotheca abbatiae sancti Germani* 494, *olim* 464', *formae magnae, saec. XII, paginis bipartitis, scriptus, fol.* 249—251', *mutilus desinit, cum extrema pagina liquore acido suffusa foliumque insequens excisum sit. Litteras evanidas m. saec. XV. restaurabat.*

1*) *Lectiones de S. Droctoveo (praescr.* Incipit prefacio in excerptione vite s. D. a., d. s. G. e.*), quae in eodem codice fol.* 252 *sqq. m. s. XV. exaratae extant, ex* 1 *exscriptae sunt.*

Eodem codice usi eodem anno 1668. *et Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis, Saec. I, p.* 252—257, *et Henschenius Papebrochiusque, Acta sanctorum, Antverpiae, Mart. II, p.* 33—40, *V. Droctovei ediderunt, hi quidem doxologiam proprio Marte adicientes, quasi liber integer esset.*

B. Krusch.

INCIPIT PRAEFATIO IN EXCERPTIONE VITAE SANCTI DROCTOVEI ABBATIS, DISCIPULI SANCTI GERMANI EPISCOPI.

(1).[a] Priscorum permaxima semper cura fuit et intentio, ne ingenii sui sagacitas ac facundiae claritudo omnino deperiret inertia vel silentio; unde monimentum sui reliquere posteris non moribus vel operibus probis, sed potius rerum figmentis[2] et scriptis; si ergo hos fingere falsa non puduit, cur veridica Christi fidelium monimenta nos litteris mandare pigebit?

(2). Vitam igitur sanctissimi Droctovei abbatis, discipuli scilicet beatissimi Germani patroni nostri, quae[a] in eversione nostrae ecclesiae tempore Danorum[3] cum aliis bybliotecae libris incendio disperiit, ne aliquatenus mentio eiusdem almifici viri in reliquum aevum oblitteraretur, stilo digessi, illius devotione magis instigatus, quam praesumptionis supercilio nisus. Et insuper[b] operam dedi eius laudem quibusdam deflorare[4] virtutibus; et hoc quidem non puto fore indignum: si enim

Capp. 1. 2. 1.

Cap. 1. a) *numeri des.* 1.

Cap. 2. a) quae — disperiit *m. coaeva in ras. scr.* 1. b) *pr. m. superscr.* 1.

1) *Vita c.* 3. 17. 2) *Cf. Sedul., Carm. pasch.* 1, 1: Cum sua gentiles studeant figmenta poetae Grandisonis pompare modis *et q. s.* 3) *Quibus annis Nortmanni monasterium S. Germani non semel, sed bis (v. infra c.* 14*) incenderint, supra p.* 536. *exposui.* 4) *I. q. floribus ornare; cf. Ducange h. v.*

laus sanctorum Deus est, Deum vero laudare dignum est: sanctos igitur laudare non indignum est. Dum enim sanctus vir laudatur, Deus utique laudatur; qui cf. Ps. 33, 2. iuxta psalmistam semper laus Christi fuit in ore eius.

(3). Sed ne quispiam refragetur huic nostro operi, cum non perpendit ibidem digesta miracula sancti, quia, cum liber vitae eius, ut dixi, incendio[a] crematus sit, longo senio aevi eius gesta tradita oblivioni nullum penitus memoriale sui nostrae mandavere aetati, extant tamen quidam de eo versiculi a beato Fortunato[1] editi sibique ab eodem directi, quos in calce huius operis annotare curavi. Porro haud dubium constat, illum sanctimoniae ditatum munere, quem peritorum peritissimus studuit in suis opusculis commendare. Addidi praeterea etiam illud, quo videlicet instinctu nostrum a gloriosissimo rege Childeberto sit fundatum coenobium, quia hoc repperitur in gestis Francorum. Nec vero illud omisi, qualiter idem piissimus vir Droctoveus a beato Germano primus abbas delectus sit ibi, sicut in thomis repperitur antiquissimis, qui servantur in archivis nostri monasterii.

(4). Iuvat autem prius in Christi laude paucis praeludere versibus sanctumque virum obnixis deposcere precibus, quatinus operi de se coepto opem[a] ferat propitius, nostrumque memoriale commendetur in futuris generationibus, sicque finiatur huius operis prologus.

Gloria, vita, salus, sanctorum spes, bonitas, lux
In genitore pio, genito vel flamine sacro
Subsistit, trinus colitur qui semper et unus.
Laus cuius superis simul et celebratur in imis,
Et sceptrum regni retinet sine fine perenni,
Magnificat proprios hic caeli dote ministros,
Aurea pro meritis concedens praemia iustis.
Reddere nunc decet his sed in ipso munia laudis,
Virtutis specimen quia sanctis contulit idem;
Ioh. 15, 5. Sanxit quippe suis: *Sine me nihil esse potestis.*
Ergo[b] laudandi parili problemate sancti,
Dum divina manus cunctorum vendicat actus
Illorumque sibi laudes laudabilis addit.
De quibus excolimus, veneramur pectore, cultu
Inter praecipuos te, Droctovee, patronos.
Te flagrant animi calamis extollere nostri;
Haud tibi digna meis referam praeconia verbis.
Agnoscis fragiles quas noli spernere vires;
Exiguos apices, exiles accipe laudes,
Commendans Domino[c], qui te commendat in aevo.
Pars horum prima praesignat vatis onoma.

EXPLICIT PRAEFATIO.

(5). Inter agmina christicolarum, quorum dogmate edocta et pio exemplo illustrata fulget, ut sole[a] luna, sancta mater ecclesia, conspicuus nitet beatissimus Droctoveus[b]

Capp. 2—5. 1.

Cap. 3. a) i. cr. sit *in ras.* 1.

Cap. 4. a) *ita coni. edd.*; pedem 1. b) s(cilicet) sunt *m. al. superscr.* 1. c) s(cilicet) illum *m. al. superscr.* 1.

Cap. 5. a) *ita* 1 *et pr. m.* 1*; *corr.* sol et l. 1*. b) Doctoveus 1.

1) *Fortunati Carm. IX,* 11. Ad Droctoveum abbatem.

velut clarissima stella, cuius iubare obumbrantur cetera astra. Qui vir pietatis eximiae occiduas partes, scilicet Galliae, suo exortu irradiavit divino munere, respersusque vitali lavacro, linitus etiam christi olivo, fraglabat virtutum nectare sacro. Nam bene excolens hortulum suae mentis, studebat illuc serere multimoda semina virtutis, unde exstirpabat noxia quaeque germina carnis. Hic igitur tantus ac talis meruit secus decursus aquarum (cf. Ps. 1, 3.) transplantari, ut velut palma floreret in domo Domini et fructum suum daret in tem- (cf. ib. 91, 13.) pore suo in atriis Dei nostri.

(6). Nam ea tempestate urbs Edua speciali nitebat decore, redimita viro sanctitatis praecipuae, Germano[1] scilicet, pollenti nobilitatis stemmate, qui, veluti cedrus in Libano (cf. Eccli. 24, 17.) et quasi cipressus in monte Syon, infima spernendo, caelestia amplectendo tendebat ad alta virtutum augmenta[a]. Cumque folia eius, scilicet verba semper veritate virentia, cunctis ferrent medelam, et fructus eius, opera videlicet, satietati forent fame periclitantibus non modica, insonuit auribus Nectarii praedictae civitatis antistitis tanti viri excellentia.

(7). Est in eadem urbe Christi testis Symphoriani monasterium insigne, qui olim sub persecutionis rabie martyrium passus est sub Aureliano[2] principe, qui ceu rosa decoris et praecipui odoris purpureo sanguine tinctus caelumque meritis nactus, in eadem ecclesia iacet humatus. Huius anima felix iuncta civibus aethereis cum una concrepet alalagma[3] tonanti, superna dispositione, quae sanctos suos et in hac vita mirificat meritorum titulis, iugiter turba fratrum monastici ordinis ante eius mausoleum concinit aeterno regi dulciflua carmina laudis. Horum itaque fratrum a pontifice iam dicto Germanus praeficitur pastor sacraturque abbas nomine dignus et merito.

(8). Sanctitatis igitur praeconio venerandus pater oves sibi commissas monebat sagaciter, corrigebat prudenter, tolerabat patienter et ad pascua vitae aeternae invitabat alacriter. Qui inter reliquos, quos hortatu simul et exemplo Christi mancipavit tirocinio, beatissimum Droctoveum insignire[4] studuit scemate monastico atque ascivit discipulatui[5] suo. Quem pie, ut vere piissimus, aluit et iuxta normam sanctorum patrum, Antonii scilicet et Basilii, — nam sceptriger huius ordinis, beatus scilicet Benedictus, necdum his erat in partibus notus, — vivere instituit. Tradensque sibi iura oboedientiae, inculcans lenitatem patientiae, replicans munditiam continentiae, hortans sectari iter iustitiae, edocens amplecti virtutem prudentiae, iubens insigniri stabilimento constantiae, suadens moderari placore temperantiae, inter omnia etiam monebat viam humilitatis tenere. Quae omnia aure sedula percipiebat vir sanctissimus atque animo ruminabat frequentius necnon opere complebat attentius. — — —

(9). Porro illo in tempore Francigenum regnum Childebertus rex inclitus sua tenebat ditione, qui torrens[6] pulchritudinis fonsque praecipuae ubertatis, speculum etiam extitit pietatis et aequitatis. Recolens etenim viri sapientis dictum, quod redemptio viri (cf. Prov. 13, 8.) propriae divitiae sunt, non pluris habuit thesaurizare copiosum censum gazarum, quam

Capp. 5—9. 1.
Cap. 6. a) augmento 1.

1) *Ea quae de Germano Gislemarus enarravit ex Vita eius a Fortunato composita pendent; cf. Auct. antiq. IV,* 2, *p.* 11 *sqq.* 2) *Cf. Symphoriani Passionem, ed. Ruinart, Acta mart., Ratisb.* 1859, *p.* 125. 3) *Ἀλάλαγμα est iubilationis et laetitiae clamor; cf. Ducange h. v.* 4) *I. q. instruere, Gall. 'enseigner'.* 5) *Cf. Fortun., Carm. IX,* 11, 3: de discipulis Germani. 6) *Carmen barbarum quod sibi restituisse visus est C. Lenormant ab his verbis voluit incepisse, eaque cum loco V. Eligii I,* 14: Dagobertus torrens, pulcher et inclytus *W. Wattenbach, 'GQ.' I, p.* 112[6], *comparavit: hic autem* torrens *adiectivum est (cf. Prolog. L. Salicae:* Chlodoveus torrens et pulcher*), dum Gislemarus substantivo utitur.*

illud distribuere in usus egenorum. Christo igitur erat subditus, hostibus erectus, christicolis carus, perfidis invisus; humiles autem sibique parentes exaltabat, protervos atque rebelles forti dextra proterebat. Religiosis etiam Christoque sinceriter famulantibus non se ut principem et dominum, quin magis exhibebat ceu fidelissimum famulum.

(10). Huic itaque cum non fortuitu, sed, ut creditur, potius superno nutu Germanus beatissimus occurrisset[1] aliquando, eiusque sanctitatis praeconium attolleret populi multitudo, princeps serenissimus iocundatus in Domino sanctum virum praesulatu Parisiacae sedis sublimavit ilico. Decesserat enim nuperrime Eusebius[2] episcopus civitatis praedictae. Fit inde permaximum tripudium ecclesiae, quae tali se cernebat donatam antistite; gratulabatur plebeia turba, quae tali rectori fuerat commissa. Felix plaude[3] Lutecia, quae dum nites Dyonisii macharii gloria, hac etiam ditaris speciosissima[a] gemma!

(11). Procedente igitur tempore, Childebertus Hiberorum[4] regnum petiit cum valida expeditione, iuncto sibi Chlothario fratre. Qui Caesaraugustam civitatem aggressi, undique eam vallarunt valida manu militari. At cives urbis obsessi, cum non quirent resistere tantae multitudini, ei qui oraculo prophetico hortatur unumquemque, inquiens:
Ps. 49, 15. *Invoca me in die tribulationis tuae; eripiam te et magnificabis me,* spem suae commisere salutis. Nam conversi ad Dominum, indictoque ieiunio sibi, induti etiam ciliciis, cum tunica beati Vincentii martyris, eiusdem civitatis olim archydiaconi[5], cum hymnodiis circuibant muros civitatis. Mulieres quoque pullis[a] amictae palliis, cinerem imponentes capiti, sparsis crinibus, sequebantur reliquum vulgus eiulando planctibus nimiis. Enimvero ita spem suam omnino in Domino statuerant, ut diceretur ibi Ninivitarum ieiunium celebrari, nec dubium foret alicui, quin eorum precibus interventu sancti martyris Dominus misertus eos ab imminenti exitio liberaret quantocius. Quae res nequaquam eos fefellit. Nam hostes ignari, quid obsessi agerent, dum eos civitatis muros processionaliter circuire viderent, putabant, quod aliquid maleficii perpetrarent, apprehensumque unum de[b] civibus coeperunt, quid hoc esset, perquirere attentius. Qui ait: 'Tunicam beati Vincentii', inquit, 'deportamus, et ut nobis sancti martyris precibus misereatur Dominus, flagitamus'. Quod cum relatum esset regi piissimo, flexus ad misericordiam pectore mitissimo, a Caesaraugustanis accipiens stolam sancti levitae et martyris in munere gratissimo, una cum fratre se reddidit genitivo solo.

(12). Veniens igitur Parisius, in suburbii loco, qui olim nuncupabatur Lucoticius[6], in honore beati Vincentii ecclesiam acceleravit construere propensius. Oppresserat[7] vero idem rex inclitus dudum Amalricum regem Gothorum causa sororis, quam isdem Amalricus cum consensu[8] amborum fratrum, Childeberti videlicet et Clotharii, in matrimonium iunxerat sibi. Sed cum esset Arrianae sectae, dum regina venerabilis frequen-

Capp. 9—12. 1.
Cap. 10. a) preciosissima 1* *cum edd.*
Cap. 11. a) nigris *L. h. Fr.* b) unum rusticum de civitate *L. h. Fr.*

1) *Cf. V. Germani c.* 12. 2) *Eius praeterea solus Chlodovaldi biographus (Scr. rer. Merov. II, p.* 356*) meminit auctor dubiae fidei, sicut Gislemarus.* 3) *Extant hymni incip.* Felix, plaude; *cf. Chevalier, Repert. hymn. I, p.* 363. 4) *Expeditionem Childeberti Chlothariique Hispaniensem ad L. h. Fr. c.* 26. *Gislemarus enarravit.* 5) *Cf. Vincentii Passionem, ed. Ruinart l. l. p.* 400. 6) *'In loco qui appellatur Locotitie' prope muros Parisienses S. Vincentii ecclesiam constructam esse charta Childeberti regis spuria testatur, quam Quicherat l. l. p.* 513 *sqq. recte statuit post Gislemarum confictam esse. Is autem monasterii sui primordia ad L. h. Fr. l. l. enarravit.* 7) *Quae insequuntur ea ex L. h. Fr. c.* 23. *deprompta sunt.* 8) *Cf. L. h. Fr. c.* 19.

taret limina catholicae ecclesiae, eam vir suus diversis contumeliis afficiebat cotidie. Quem, ut praelibavimus, rex christianissimus opprimens bellico iure, recepta sorore, ex Toletana urbe, qua idem Amalricus sedem habebat, asportavit crucem [1] auream pretiosis gemmis redimitam necnon ex opere Salomonis, ut fertur, XXX [a] calices, XV patenas, XX quoque euangeliorum capsas. Quae omnia, ut vere princeps Christo omnino devotus, maluit ecclesiis distribuere potius quam retinere in proprios usus.

(13). Gratia igitur vivificae crucis ecclesiam sanctissimi martyris, ubi ipsam cum aliis pretiosissimis ornamentis delegavit, in modum crucis aedificare disposuit. Cuius basilicae opus mirificum describere nobis videtur superfluum, qualiter scilicet distincta fenestris, quibus pretiosissimis marmorum fulta columpnis, quove modo crispante camera compta auratis laqueariis, necnon parietes, ut Christi decebat aulam, quo decore nitebant pictura aurei coloris, strato inferius pulchro emblemate pavimenti. Tectum vero ipsius basilicae coopertum adprime deaurato Cipro aere, repercussum [2] solis iubare, sic flammigero rutilabat fulgore, quatinus intuentium aciem reverberaret nimia claritudine. Unde prae nimio decore non inmerito olim ipsa domus per metaforam inaurati Germani aula vocabatur vulgi ore.

(14). Sed ne quis incredulus existat nostrae assertioni, proferamus in medium, quid de hac domo disertissimus vir Fortunatus in suis opusculis ediderit. Ait enim [3]:
— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

His ita praelibatis, videlicet de pulchritudine miri operis nostrae ecclesiae, quae postea peccatis exigentibus non semel, sed bis incendio pene [a] disperiit [4] Danorum tempore, prosequamur reliqua coepto ordine.

(15). Hunc itaque [locum [a]] princeps serenissimus, ditatum plurimis pretiosisque ornamentis, affluentissimis quoque villarum copiis, beatissimo Germano Parisiacae urbis antistiti delegavit, supplicansque obnixe sanctissimum praesulem, gregem monastici ordinis ibidem institui, post regni gubernaculum, quod administraverat, heu! parvo tempore, diu vexatus incommodo febris, Parisius civitate X. Kl. Ian. [5] feliciter migravit, 558/9. Dec. 23.
regnaturus cum caelesti principe. Quam beata res publica foret, si tantae pietatis principem adhuc servare voluisset! Sed quia vita iustorum in terris non est, sed in caelo,
— sanctis enim vivere Christus est et mori lucrum, — dolendum est, quod cito terris cf. Philipp. 1, 21.
raptus sit, consolandum est, quod ad meliora transierit. Ad eius itaque exequias funeris non solum vicina urbanitas utriusque ordinis, verum etiam limitanei et extimi undique innumeri affuere populi. Instabat quippe natalis Domini dies sacratissima, et ad regis praesentiam, quem adhuc vita excessisse ignorabant, tam episcoporum quam principum et procerum occurrerat multitudo quam plurima.

(16). Cernens igitur beatus Germanus tantam multitudinem populi, satius duxit

Capp. 12—16. 1.
Cap. 12. a) sexaginta *L. h. Fr.*
Cap. 14. a) d. p. 1, *corr.*
Cap. 15. a) *om.* 1; *add. Boll.*

1) *De cruce aurea neque apud Greg., H. Fr. III,* 10, *neque in L. h. Fr. quicquam legitur.* 2) *Cf. Verg. Aen. VIII,* 23: sole repercusso. 3) *Fortunati carmen II,* 10, *inscriptum* De ecclesia Parisiaca, *quo in praecedente quoque ecclesiae descriptione Gislemarus usus videtur esse, praetermisi. Quod re vera ad S. Vincentii ecclesiam spectare iam constat (cf. J. Quicherat l. l. p.* 549 *sq.), licet alii de seniore ecclesia cogitaverint.* 4) *V. supra c.* 2. 5) *Childebertus a.* 558. *teste Mario, anno autem insequenti ad calculum codicis Oxoniensis (cf. 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 478; *Auct. antiq. XI, p.* 492) *diem obiit supremum.*

sub eadem die[1] ecclesiam dedicare commissam sibi. Cumque prius patefecisset cunctis huius causam negotii, dumque exultantibus animis universos conspiceret annuere suae benignissimae voluntati, adminiculantibus sibi sanctis praesulibus, videlicet Nicetio Lugdunensi archipraesule, Praetextato Cabilonensi[2] antistite, Eufronio Nivernensi episcopo, Felice Aurelianensi[a], Domitiano Carnotino, Victorio Cinomannico, anno[b] incarnati verbi DXXXIX.[3] in honorem vivificae Crucis almique Vincentii levitae et martyris praedictam ecclesiam consecravit.

(17). Et quia, ut praetaxatum est, eadem basilica in modum crucis aedificata fuerat, quatuor altaria continebat. Ex quibus principalem aram in honore sanctae Crucis sanctique Vincentii martyris, ubi etiam ipsius stolam, quam gloriosus rex Childebertus asportaverat ab Hispaniis, recondidit, eam vero quae ad aquilonem in veneratione sanctorum martyrum Ferreoli et Ferrutionis, porro illam quae ad meridiem sub titulo sancti martyris Iuliani Brivatensis necnon illam quae ad occidentem Domino in honore sanctorum Gervasii et Protasii, [Nazarii[a]] et[b] Celsi pueri sanctique Georgii martyris consecravit. Ad meridianam quoque plagam aedificatum fuerat quoddam oratorium in honore sancti Simphoriani martyris, ubi idem Dei sacer Germanus postmodum sepeliri se mandavit. Necnon aliud[c] ad aquilonis partem erat oratorium Domino in veneratione sancti Petri apostoli consecratum, ubi, sicut declarabitur in sequentibus, quoddam Dominus singulis noctibus ob speciale meritum sancti apostoli inusitatum patrabat miraculum[4].

(18). Expletis igitur sollempniis dedicationis apparatu regi congruo, astante universo populo, complentur a pontificibus[a] funeris exequiae, omni aetate[b] et sexu fletui indulgente. Sed ne forte demus tristia funebria glorioso principi, quem divitum et pauperum simul vox deplangebat flebilis, supersedendum est universorum lamentationi.

Capp. 16—18. 1.

Cap. 16. a) Aurelianensis 1, *corr.* b) a. i. verbi :XXXVIIII *in rasura scr.* 1; 559 *m. s. XVI. in rasura* 1*.

Cap. 17. a) *om. codd.; cf. chartam spuriam Childeberti, Quicherat l. l. p.* 515. 528. b) et C. p. *superscr.* 1. c) *om.* 1* *cum edd.*

Cap. 18. a) *m. al. corr.* pontifice et reliquis praesulibus 1, *et ita* 1* *cum edd.* b) *ita edd.*; etati et sexui fletu 1.

1) *Etiam Usuardus (ed. Bouillart p.* 204*) eodem die* 23. *Dec. et dedicationem basilicae et regis depositionem rettulit his verbis:* Parisius dedicatio basilicae in honore sanctae Crucis et sancti Vincentii martyris et depositio domni Childeberti regis, *atque a.* 872. *in praecepto quodam domestico utriusque festi mentio fit ita:* in dedicatione ecclesiae vel anniversario Childeberti regis. *Quod autem res eodem die gestas eidem anno attribuit Gislemarus, eius coniecturam falsam esse demonstravit J. Quicherat l. l. p.* 532 *sq.* 2) *Legendum est* Rotomagensi, *cum Cabillonensi urbi Agricola tunc praefuerit, neque insequentium episcoporum sedes recte indicatae sunt: Eufronius enim Turonensis (a.* 556 — 573*), Felix Namnetensis, Domitianus Andegavensis, Victorius Redonensis episcopi erant, iique omnes una cum Germano concilio Turonensi a.* 567. *intererant (Concilia, ed. Maassen I, p.* 135*), ubi Nicetius solus desideratur suspectus per se, cum Lugdunum tunc ad Gunthramni regnum neque ad illud Chariberti pertinuerit (v. supra p.* 518*). Nomina falsasque sedes praeter eam Victorii Gislemarus ex Germani chartula immunitatis vel cessionis exscripsit, ibique etiam quos praetermisit reliqui concilii Turonensis episcopi, scilicet Domnolus Cenomanensibus recte attributus, Caletricus, Leodebandus afferuntur. Actis igitur auctor chartulae usus est, quam non multo ante Gislemarum confictam esse putarim. Necessitudinem hanc cum non animadvertisset J. Quicherat l. l. p.* 541 *sqq., documenti fidem tueri poterat, cuius exemplar papyraceum extat specie autographi descriptum saec. X.* 3) *Potius a.* 559. 4) *Hoc miraculum in exemplari mutilo desideratur. Mab.*

(19). Quamvis igitur longa serie orationis, necessaria tamen huic operi a proposito coepto digressi, iam nunc ad idem reflectamus intentionem sermonis. Beatus ergo Germanus locum sibi delegatum a praefato rege non segni studuit ordinare dispositione. Instituens enim ibi gregem monachorum Deo iugiter famulantium, patrem eis instituit ex suis discipulis unum, de quo in principio sermonis coepimus exordium, beatum scilicet Droctoveum. Sed ne forte aliis praesulibus ipsius urbis in hac re daretur occasio, quo scilicet per succedentia temporum curricula ibi abbatem quem velint instituere aut aliquid vel ipsi vel cuiuslibet alius dignitatis praeter regiam maiestatem ibi praesumant disponere, privilegium immunitatis procuravit manu propria describere et regis Clotharii[1] auctoritate episcoporumque vel nobilium virorum qui interfuerant ecclesiae dedicationis sollempnitati[a] studuit corroborari stipulatione[2]. — — — — — —

(20). Ad postremum dignus[a] iam repraesentari in convivio aeternae felicitatis VI.° Idus Martii[3] ab[b] huius saeculi caeno manibus angelorum vectus in astris, cum Christo regnat sine mora[c] pro certo felix. — — — — — — Mart. 10.

Capp. 19. 20. 1.

Cap. 19. a) *post* sollempnitate *(ita codd.)* 1¹/₄ *versus eras.* 1, *neque vero quicquam deesse videtur.*
Cap. 20. a) *ultima pagina fere evanuit* 1. b) *ita* 1; ad 1*. c) *ita* 1*; moeta *m. s. XV.* 1.

VITA DALMATII EPISCOPI RUTENI.

Dalmatius episcopus Rutenus vir honestus humanusque et caritatis opera strenue exercebat neque officiis ecclesiasticis deerat[4], *sed non adeo constans fuisse videtur, quare fortasse factum est, ut ab adversariis 'delirus et fatuus' existimaretur. Rutena autem urbs Wisigothorum post pugnam Vogladensem a Francis occupata*[5], *deinde, Chlodovecho defuncto, amissa erat, unde Quintianus*[6] *episcopus primo inter episcopos Wisigothorum concilio Agathensi a.* 506, *deinde inter eos Francorum Aurelianensi*[7] *a.* 511. *subscripsit, tum Gothis suspectus*[8] *ad Arvernos fugit, quibus a Theuderico rege a.* 516. *episcopus praepositus est. Damna post Chlodovechi mortem contracta sarcire studentes Franci c. a.* 533/4. *iterum in dicionem suam redegerunt*[9] *urbem, quae Austrasiorum regi obvenit. Theudoberto rege consentiente, Dalmatius aliique episcopi in Arvernam urbem a.* 535. *convenientes*[10], *non solum disciplinam ecclesiasticam confirmaverunt, sed etiam, litteris ad*

1) *Chariberti regis a.* 5. *data est quae extat chartula immunitatis Germani nomine ficta (ed. Quicherat l. l. p.* 541*), eiusque regis anno insequenti concilium Turonense (ed. Maassen l. l. p.* 135*) convenit, cuius ex actis episcoporum nomina falsarius deprompsit. Gislemarus non solum in regis nomine erravit, sed etiam eo, quod Germani manu propria privilegium exaratum esse affirmavit, quod potius a notario scriptum esse vult.* 2) *Praetermisi et Droctovei laudes et Fortunati carm. IX,* 11. 3) *Eodem die ab Usuardo (ed. Bouillart p.* 45*) idem commemoratur:* Parisius depositio sancti Drochtovei abbatis, discipuli beati Germani episcopi. 4) *Greg., H. Fr. V,* 46. 5) *Ib. II,* 37. 6) *Eius vitam enarravit Greg., V. Patr. c.* 4. 7) *Concilia ed. Maassen I, p.* 9. 8) *Quintiani fugam ante bellum Wisigothicum posuit Greg., H. Fr. II,* 36, *sed eam post a.* 511. *factam esse recte contendit post Valesium Pagiumque A. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 518. 9) *Greg., H. Fr. III,* 21. 10) *Maassen l. l. p.* 70.

regem datis, possessiones in alteris regnis sitas stabiliendas curaverunt[1]. *Dalmatius praeterea concilio Aurelianensi a.* 541. *intererat*[2], *additisque* 15 *paroeciis Arisitensis vici, quem Gothis ereptum proprio episcopo Franci primo subiecerant, dioecesim suam admodum amplificavit*[3]. *Ecclesiam quam aedificare coeperat, displicente structura, frequenter destruxit, quare imperfectam eam reliquit*[4], *defunctus c. a.* 580. *Post eius mortem more solito non pauci episcopatum ambiebant, maximeque Transobadus, qui archidiaconus eius quondam fuerat, Gogonis regis nutricii suffragiis fisus, ad eum aspirabat, licet indignus inter eos esset, qui sancto turpissime maledicerent. Cum autem ipsius testamentum praesentibus Childeberto proceribusque lectum esset, quo regem obtestatus erat, ne extraneus, cupidus, coniugio nexus sibi substitueretur, Theodosius, qui tunc archidiaconatu urbis fungebatur, episcopus ordinatus est.*

Sermo quo V. Dalmatii conscripta est tumidus poeticisque flosculis non solum Vergilii, unde toti versus[5] *deprompti sunt, sed etiam Ennii*[6] *exornatus aevo Merowingico attribui nequit; phrases autem inanes*[7] *studiumque verbis multis pauca dicendi horasque*[8] *determinandi, dum anni in incerto relinquuntur, auctoris recentioris videntur esse, inscientiam suam callide et occultantis et dissimulantis. Sancti sui virtutem et gloriam parem fuisse Martino multis exponens*[9], *biographi Genovefae vestigia secutus est*[10], *atque consensu sane mirabili idem cum virgine Parisiensi*[11] *iter Dalmatium*[12] *fecisse voluit Aurelianis Turonos, idem navale, idem, daemonibus infestantibus, valde periculosum. Itaque non dubitandum est, quin Dalmatii biographus Vitam Genovefae vetustiorem cognitam habuerit neque ante saec. VIII. ex. vixerit, licet credi voluerit, se sancto fuisse aequalem*[13]. *Eodem sermone Vita miraculaque Amantii conscripta sunt, quae ad textum V. Dalmatii emendandum adhiberi possunt. Ea quidem ultimus editor saec. VI. attribuit, sed ipse demonstravit*[14], *Marcomannorum qui ibi citantur nomen saec. IX. revixisse, Nortmannis in Gallias irrumpentibus, eosque ipsos eo designatos esse.*

Vita Dalmatii in iisdem codicibus atque V. Eptadii[15] *legitur, unde eodem fere modo ea depravata est.*

1) *Codex Parisiensis n.* 17002, *saec. X, olim Moissiacensis, deinde Claudii Ioly canonici Parisiensis, tum S. Mariae ecclesiae ibi sitae, fol.* 131—132'.

2) *Codex Parisiensis n.* 3809 *A (Colb.* 776, *Regius* 3653*), saec. XV, fol.* 47'—49.

Menda orthographica in codice 1 *deprehenduntur pleraque non adeo communia eaque in omnibus quas continet Vitis. Quae cum ad auctores ipsos referenda esse parum verisimile sit, rudem scribendi rationem aliquo modo emendare visum est*[16].

Ph. Labbe, Nova bibliotheca manuscript. librorum, Parisiis 1657, *tom. II, App., unicam V. Dalmatii editionem ad codicem* 1 *instituit.*

B. Krusch.

1) *Maassen l. l. p.* 71. 2) *Ib. l. l. p.* 97. 3) *Greg., H. Fr. V,* 5. 4) *Ib. V,* 46. 5) *Cf. c.* 7. 10. 6) *Cf. c.* 10: caeli palatum (*codd.* palla). 7) *Cf. c.* 9: Diem hunc nox pepulit, noctem crastinam lux seclusit. 8) *Cf. c.* 9: Hora paene diei secunda reus ad dampnationem producitur. 9) *Cap.* 9. 10) *V. Genovefae c.* 14. 44. 11) *Ib. c.* 45. 12) *Cap.* 8. 13) *Cf. c.* 1: qui nuper se universis terre provinciis — — propalavit; c. 3: non longi temporis meta determinat. *His testimoniis vel auctores Hist. lit. Franc.* (1735) *III, p.* 645, *fidem haud magnam habuerunt, cernentesque biographum de sancto minus instructum fuisse, eum saec. VII. ex. attribuerunt.* 14) *AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 273. 15) *V. supra p.* 185. 16) *Non admisi:* praestitid; h *male additam* (archis, cathaclysmum, cathenis, ha, haedificatam, hamnis, hos *saepe,* huterque, inhormitas, matheriae, perhimere, preherat; *at* hac *servavi*); *geminationem male aut admissam* (auffugisse, commites, detullisset, ennarratur, occulus) *aut omissam* (comotus, comune, discesiset, disiliunt, incasum = 2, sumitas, sumum).

INCIPIT[a] VITA SANCTI DALMATII[b] RUTENE URBIS EPISCOPI. INCIPIT PROLOGUS.

(1).[c] Triumphalem hac venerabilem Dalmatii[d] Rutene urbis pontificis vitam caelis inclytam terrisque diffusam ad novum huius temporis miraculum proferendum[e] cupimus, si ipse sanctus dicendi[f] vires ingesserit, nunc stilo retexere, qui nuper se universis terre provinciis per palmam gloriae et virtutum miracula munere aethereo[g] propalavit.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA SANCTI DALMATII[a].

(2). Igitur beatissimum Dalmatium Rutena urbs civem habuit, locique illius indigena fuit, nunc apud Deum meretur[b] habere patronum. Ipse autem, cum Githarum[c] feritas territorio in quo altus est dominaretur[d], Narbonensium[e] urbem, in qua tunc solium Gotorum[f] tyrannus habuisse refertur, adivit. Nam cum in Arrianae heresis tunc temporis populus ipse detinetur errorem, ibi tamen aepiscopus preerat christianus, qui metropolitano iure cunctis illius provinciae cetu aeminebat. Beatus itaque Dalmatius, licet adhuc sub tenera corporis pubertate, iam tamen Christi adleta maturus, cui nunc urbi patronus[g] est, tunc ab eodem papa episcopus ordinatur[h]. Nam [cum[i]] post discessum inclyti triumphatoris primique patroni dompni Amanti[k] huius urbis[l] episcopi inflicta diversarum gentium per totam Galliam bella detonarent, licet virtute[m] locupletem, opibus tamen pauperrimam hanc ecclesiam Christi confessor invenit. Tanto ibidem[n] iusto laboravit studio, ut non dicam[o], quod[l] ceterioribus aecclesiis nunc minor sit, sed etiam cunctis olym fundatis atque antiquioribus munere divino iam praecellit.

(3). Igitur aliqua de virtutibus eius dicenda[a] sunt, qua[1] non longi[b] temporis meta determinat. Cum Narbona frequenti iteratu[2] tam pro consolandam religionem quam pro non arduam longinquitatem ipsius civitatis sanctus accederet, quadam vice, cum in hac urbe venisset ad locum, ubi severitas iudicum[c] caerolo[d, 3] detruserat reus mortique destinatus ergastulo, sanctus accessit recordatusque est, humana iuditia alios sontes iactanter absolvere et alios innocentes crudeliter trucidare et per varios casos insontes[e] simul ac criminosos perimere. Ad huius ergo locum[f] carceris coepit vir sanctus pro condempnatis orare Dominum et indesinenti quadam[g] oratione deposcere hac dicere: 'Domine Iesu Christe, qui es rerum omnium primus conditor et ultissimus[h, 4] reparator, presta mihi servo tuo ad omnes

Capp. 1—3. 1. 2.

Cap. 1. a) prologus de *add. et om. infra* I. prologus 2. b) Dalmacii 1. c) *numeros om. codd.* d) Dalmacii *semper* 2. e) praeferendam 1; preferenda 2. f) discendi (*om.* v.) 2. g) hederio 2.

Cap. 2. a) cuius celebratio est IIII. Nonas Novembr. *add.* 1; episcopi urbis Rustene, quod est IIII. Nonas Novembris *add.* 2. b) mereretur *pr. m.* 1. c) *ita* 1. 2. d) dominarentur 2. e) Narbonencium 2. f) Gothorum 2. g) patronos 2. h) *ita* 1; ordinatus 2. i) *ita scripsi*; cum *om. codd.* k) Amancii 2. l) *om.* 2. m) virtutem 2. n) in *add.* 2. o) *ita m. al. corr.* 1; dicant 1 (*pr. m.*). 2.

Cap. 3. a) *ita* 2; dicendas qua 1. b) longe 1, *corr.* c) iuditium 1. (2). d) c:erolo 1; cerolode 2; querulum d. reum *Labbe.* e) *ita* 2; insonte simul :: cr. 1. f) *ita scripsi* (*supra v.* 27. ad locum); lucem 1 (*pr. m.*). 2; *m. rec. corr.* limen 1. g) quidam 2. h) *ita* 1; ultimus 2; altissimus *Labbe.*

1) Qua *neutr. plur. pro* quae; *cf. Bonnet, 'Latin' p.* 395. 2) *Iteratus pro iteratione accipi videtur.* 3) *Caerulus poetice pro fusco aut nigro ponitur; cf. Forcellini h. v.* 4) *Ultissimus pro ultimo accipitur; cf. Ducange h. v.*

hos qui his clavibus[a] retinentur libertatem; et si[b] iustorum hic et peccatorum commune periculum, hos pro innocentia qua[c] merentur elibera et illos pro misericordia licet noxios, tamen absolve: sitque his omnibus salus, corum fuit hactenus commune periculum'. Et hac oratione conpleta, discessit ab eodem loco. Non enim incassum suo[d] preces fuderat creatori: continuo in morem cere calibis[e. 1] resoluta[f] materies solvitur; dissiliunt arta[g] vincla, dampnatis[h] ianua carceris divinitus reseratur, libertatem recipiunt absoluti.

(4). Unum[a] tamen ex illis ad ostendendum summum divine misterium pietatis sublimiori[b] quodam[c] arcis in loco praeceptio aeterna[d] subvexit. Qui[e] admiranti se universo populo clamitabat, quo ingenio discessisset a carcere, quoque arbitrio huius scandisset macheriae summitatem, se[f] omnino nesciret. Stupebant omnes varia rerum vice perterriti, dicentes, si a carcere forsitan ingeniosa argumentatione[2] videatur suos aufugisse[g] comites, quomodo in hac summitate prosilivit? Alii commentum fraudis esse, licet inpossibile, inaniter clamitabant; tandem inter omnes una vox tollitur, Dei hunc misterium fore pontificisque illius qui illic ante paululum oraverat esse[h] tropheum. Atque inde argumentoso[3] populi more depositus, vitam simul recepit et libertatem.

(5). Alio quidem tempore ad[a] Gotorum Amalarici regis[b] Narbona venit occursum. Qui[c] dum veterano[d] errore sui populi patrumque suorum longevo ritu infelix est haereticus et universos christicolas despiceret[e] atque omnes[f] catolice aecclesiae episcopos execraret, illi tamen instinctu divini nominis mirum in modum insolitos[g] onores hac novas venerationes exibuit, ita ut nec suis umquam tantum[h] pro ritu sacerdotibus[i] nec[k] christianis pro veneratione debita detulisset; potuitque[l] mens ceca iustum, instigante Domino, venerare, ut cunctis credentibus spem futurae conversionis ostenderet.

(6). Scilicet posteaquam[a] pia atque inclita et christiane religionis cultrix Francorum ditio Rutenam urbem, coniurante[b] sibi populi eius favore, subiecit, desiderio refectus[c] pontifex christiani regis Theudoberti tendebat videre praesentiam. Cumque ad illum devotissimus ardue festinaret, in Ultralegeretanis[d] partibus quodam loco, ubi aliqua, ut dicam, prope legio[e] Bretonum manet, vespertinam ospitalitatem habuisse narratur, caelebrantique[f] ei in crastina missas puella quaedam spiritibus vexata malignis occurrit. Que dum diversis ac[g] crudelibus baccaretur in modis, tandem per os eius nequissimus ille furor demonis satellis exclamat: 'Dicito mihi, Dalmati, quia iam tuis affecti tormentis hic manere nequimus, qua[h]

Capp. 3—6. 1. 2.

Cap. 3. a) *ita scripsi*; laudibus *codd.*; aedibus *Labbe.* b) *ita pr. m.* 1; sit 1 *(e corr.).* 2. c) *ita* 2; quia *corr.* qua 1. d) pr. f. s. 2. e) calibus *codd.* f) resolutam matheriae solv. 1. (2). g) *ita scripsi* (*cf. Mirac. Amantii, AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 285. *c.* 7: arta ferri vincla dissiliunt); d. ad v. (vincula 2) *codd.* h) dampnati *codd.*

Cap. 4. a) unus *codd.* b) sublyori 1. c) quoddam *codd.* d) aeternae *codd.* e) Quid admiranti 1; Qui admirantis 2. f) sed 1. g) aufigisse 2. h) *ita* 2; ęssęt 1.

Cap. 5. a) a 1, *corr.* b) regem *codd.* c) Quid *codd.* d) vetera non 2. e) despic&r& 1. f) omne 1; omni 2. g) insulitos 2. h) *ita* 2; tantam 1. i) sacerdoribus 1. k) ne *codd.* l) patuitque *codd.*

Cap. 6. a) postea quem *codd.* b) coniuravit 2. c) *ita recte* 1 (*cf. V. Amantii l. l. p.* 277, *c.* 3); refertus 2. d) in ultra legeret . annis 1; inulta legeret amnis 2. e) logio Brethonum 2. f) caelebratique 1; celebrataque 2. g) a *codd.* h) quia *codd.*

1) *Cf. Lucan. VI,* 797: Aeternis chalybum nodis et carcere Ditis
Constrictas plausere manus.

2) *I. q. inventio; cf. Ducange h. v.* 3) *I. q. callidus; cf. Ducange h. v.*

mihi licet e[a] parte istius corpusculi, in quo vexor, egredere'. Audiens venerandus antestis, abbatem suum nomine Venerianum[b] ire praecepit ad puellam, qui eius oculos obtestans Dominum[c] consignaret, metuens, ne, dum in corpore illo sevus iam diutius manere non poterat inimicus, perinde temptaret egredere, quo vas in quo fuerat laceraret. Exin per aurium[d] meatus se demon ille minitabat exire; abbas vero signum crucis per aurem utramque constituit. Post haec cum iam nullum ad egrediendum aditum in superna corporis parte poterat reperire, ad digestorium locum digno sibi adito crudelis inimicus effertur, indeque egressus est. Tanto[e] scilicet locum quo sacre inpendebantur aeterno regi cerimoniae[f] paedore replevit, ut nullum[g] alium foret inditium, nisi illinc[h] diabolum processisse[i]; reliquidque intemeratum corpus, ut sancti Dalmatii publycam gloriam demonstravit. Nam perinde rediens[k] pontifex gloriosus, invenit in eodem locum[l] pro sua virtute ab incolas eius loci baselicam celso[1] aedificatam fastigio.

(7). Nec longo post tempore ad Aurelianensium urbem accersitus pro conciliabulo[a] sinodalem[2] sanctus properabat antestis. Et quoniam Biturice urbis territorium[b] itineri eius interiacebat, Biturico[c] veniens, dum ad missas celebrandas consistorio baselice illius resideret, demoniacus quidam ad eum[d] ferreis[e] artatus conplexusque catenis adducitur. Et sedente[f] sancto vultu simplici vel mente sincera, crudelis Belial per os vexantis exclamat, his orsus[g]: 'Quid istud est quod agis[h], Dalmati[i], dure mentis, vultu crudelis, et nobis semper adversare dissimulas et infinitis hac execrabilibus[k] poenis nosmet ipsos[l] exerces? Vel quo[m] iure est ista simplicitas, ut homo ore taceat et conscientiae[n] iaculis clam vulneret[o] inimicum?' His dictis, sanctus silentio solito ora conpescuit, sed ab intimis fybris[p] celo orationem transmisit[q]: ilico frustra blaterantem demonem ab[r] hominibus archana dispellit, effugitque inimicus ipse *par*[s, 3] *levibus ventis similisque sompno volucri*[t], ceu[u] solet pectora humana deludere.

(8). Igitur postquam ab Aurilianense[a] urbe egressus est, ad[b] beatissimi Martini baselicam, quem pium sibi confessorem Toronica[c] urbis[d] tenet membris[e] conditum, sed toto orbe[f] diffusa praestat virtute patronum, pro glorificande orationis praemium beatissimus Christi pergebat confessor. Nam quia Liger fluvius inter has[g] urbes navalem fecit esse discursum, modica lintre delatus scandit[h]: recordans, quid ei ante aliquod dies multitudo vexantium apud Breviam Corretiam[4] vicum, sancti Martini[5] baselicam, minitarent[i], quod ipsi in Ligere fluvium insidias[6] prae-

Capp. 6—8. 1. 2.

Cap. 6. a) aperte 2. b) Verianum 2. c) *ita Labbe*; dominicum signaret *codd.* d) aurum 2. e) tantos *pr. m.* 1. f) *ita m. rec. corr.* 1; cerimonia pudore 1 *(pr. m.)*. 2. g) *ita Labbe*; nulla 1. (2). h) illic 2. i) *ita scripsi*; proiecisse *codd.* k) eherediens 2. l) *om.* 2.

Cap. 7. a) consiliabulo 2. b) territorio *codd.* c) *ita scripsi*; interiacebat vico *codd.* d) eom 1, *corr.* e) *ita* 2; *om.* 1. f) sedentes 2. g) *ita Labbe*; orsa est *codd.* h) magis 2. i) Dalmatii 1, *corr.* k) execrebilibus pennis 2. l) ipsum 1, *corr.* m) quod 1. n) consciencia 2. o) vulnere 1. p) fabris 2. q) *ita* 2; *om.* 1. r) *ita* 2; aput hominibus barchana 1. s) p *codd.* t) *om.* 2. u) seu 2.

Cap. 8. a) Aurel. 2. b) a 1. c) Tur. 2. d) *ita* 1 *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 360*)*; urbs 2. e) *m. rec. corr.* menibus 1. f) orbis 2. g) virtutes atque *add.* 2. h) candit *codd.* i) militarent 1, *m. rec. corr.*

1) *Cf. V. Genovefae c.* 56: celsum protullit aedificata fastigium. 2) *V. supra p.* 544. 3) *Verg., Aen.* II, 794: Par levibus ventis volucrique simillima somno. 4) *Hodie Brives-la-Gaillarde (dép. Corrèze).* 5) *Discipuli S. Martini Turonensis; v. Greg., H. Fr. VII,* 10. 6) *Dalmatius Genovefae vestigia secutus est, eadem in eodem itinere navali pericula perpessae; huic autem postea daemones profitebantur, eorum se fuisse auctores; cf. V. Genovefae c.* 45.

pararent, sed fidus oratione perrexit. O crudelis et semper adversa bonitati fraudes[1] tua, diabole, tortuose celenter[2] hac lubrice! Ubique bonum videris, adversaris; quicquid[a] praeclarum hac sublimem perspexeris, conaris evertere. Quid multis[b]? Cum primum radiis suis mundum Titan[c] parat[d. 3], ac roseum Aurora[4] iubar adduxerat[e], venire[f] subito visa est ante ipsius oculos confessoris demonum turba nigrorum et navem eius in dirarum ceu[g] Sirtium scopulus ceroleique gurgitis alta compellere. Impletur tunc navis invisa[h] promissio! Illic Sirenica[i. 5] lintri cautis opponitur, et comminuta cumba per tot[k] amnis fluenta conspargitur. Et de mediis fluctibus gloriosus confessor veluti e[l] mari Petrus et[m] Iordane Eliseus[n] sospes cum suis omnibus liberatur[o] nec quicquam de rebus ullis pertulit dampnum, que fuerunt ipsius inmixtis[p] conlaticiis.

cf. Matth. 14,31. 4. Reg. 2, 8.

(9). Pange[6] nunc iustam[a] confessionem lingua peccatrix, expedire coepta[b] ne desinas, quia non est tuum ipsa quod loqueris; pange virtutum, si quantum vales, insignia. Adest gloriosus ille Dalmatius, qui a te sine suo favore non dicitur; dabit fandi munificentiam[c], qui bona gerendo sic meruit. Videlicet in Brivatensem[7] vicum, Arverne[d] civitatis oppidum, Dalmatius sanctus advenit, ubi a[e] quodam tribuno reus ad patibulum ultimo dampnatus supplicio ducebatur. Rogare tribunum beatus antestis pro vite huius indulgentia coepit instanter; qui omnino negavit nec voluit iusti preces confessoris accipere, sed durum peragi[f] praecepit imperium. Ille tamen Dominum pro eius vita[g] fideliter exoravit. Hora paene diei secunda reus ad dampnationem producitur[h] hac sublimitate[i] ultima aeculeo sublevatur. Diem hunc nox pepulit, noctem crastinam lux seclusit: reus semper pependit patibulo, et qui iam olym credebatur mortuus, vivens ab eis in crastina[k], qui ad eum sepeliendum venerant, invenitur. Perculsa est tanto plebs universa miraculo, ut cuius exequies[l] orbi parentes, uxor viduae lamentatione solita prosequebantur, et illi novum se credebant edidisse[m] filium, et illa cominus[n] nova nupta procedat in gaudio. Nec[o] ista Dalmati Martino minor virtus adscribitur, qui mortuum legitur[8] suscitasse. Ille vitam revocavit in corpore, iste contenuit. Ille iam vagantem animam homini reddidit, iste[p] fecit in corpore vivere tumulatam. Ille absolutum spiritum a[q] corpore remisit[r] in corpore, iste dampnatum in corpore absolvi non permisit a corpore: par[s] est utriusque virtus et gloria?

Capp. 8. 9. 1. 2.

Cap. 8. a) quiquid 2. b) multa 2. c) Tita 2. d) perat 1. 2. e) abduxerat *codd.* f) veniri 1. g) seu *codd.* h) iniussa 2. i) *ita scripsi*; yrneca *codd.* k) *m. rec. corr.* tota 1. l) emere P. 1. 2. m) e *Labbe.* n) Helyseus 2. o) liberaretur 2. p) *ita scripsi*; inmixta (innixta 1) cum laticis *codd.*; i. undis l. *Labbe.*

Cap. 9. a) *ita* 1; iuxtam confessionem 2; iustum confessorem *Labbe.* b) ceptam non d. 2. c) munificentia 1. d) Arverne 2. e) ad 1. f) peragi:, *ras.* t 1. g) *om.* 2. h) perducitur 2. i) *ita* 2; sub litate 1. k) crastinam, *et iterantur* lux seclusit, reus semper pependit 2. l) *ita* 1. 2. m) *ita* 2; et dedisse 1. n) *ita* 2; quominus 1. o) *ita Labbe*; hec *codd.* p) reddidit (iste — tumu *om.*)latum 2. q) ha 1; *om.* 2. r) r. in c. *om.* 2. s) pars 1, *m. rec. corr.*

1) *'Fraudes' pro 'fraus', ut 'urbis' pro 'urbs'; cf. supra p.* 547, 28. 2) *I. e. chelyndre (v. Ducange h. v.) vel potius chelydre.* 3) *Cf. Verg., Aen. IV,* 118:

In nemus ire parant *(Aeneas Didoque)*, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan radiisque retexerit orbem.

4) *Cf. Verg., Aen. VI,* 535. 5) *Cf. ib. V,* 864: Iamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat. 6) *Hymnos incip.* Pange lingua *enumeravit Chevalier, Repert. Hymnol. II, p.* 284 *sqq.* 7) *Hodie Brioude; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 492. 8) *Cf. Sulp. Sev., V. Martini c.* 7.

Quid multis? Apud Evodium[1] illius urbis comitem vite adhuc pendenti reo longeva securitas obtinetur.

(10). Haud[a] procul post hac virtute transacta aream famulis suis triturare praecepit antestis. Cumque iam reiecta palea necdum purgatum triticum iaceret[b] prostratum, orrere mundum[c] aeterno cahos coepit ceruleisque[d. 2] nubibus imbre submittere et tonitruo; crebro velut caeli palatum[e. 3] concutere, decedente[f] luce, nox intempestiva concrescere. Concurrent exsanguis[g] famuli, beato pontifici nunciantes, tantam summam[h] tritici deperisse, quod nec recondi illa in hora possit nec imber imminens revocari. Non est commotus ista[i] vociferatione tunc pontifex, sed

duplices tendens ad sidera[k] palmas, Verg., Aen. I, 93. 94.
Talia voce refert:

'Quo ruetis, famuli? Qua aesitatione estotes ipsi turbati? Ite, ne videamini a[l] coepto labore recedere, exercite[m] operam quam coepistis[n]; scio enim de solita Domini mei pietate, quia nobis non aufert[o] istas quas dedit ipse substancias'. Dixerat haec; illi consternata[p] mente discedunt. Ruitque inmensa tantum e[q] caelo pluvia, ut secundum crederes cataclysmum terras obtegere; ita se circum area[r] illa imbris diffudit inormitas, ut infra, vel ubi fratrum congestus stetisset, vel famuli, nec unius gutte impetum[c] descendisset. Nam et trium valde hoc miraculo similitudo facta est puerorum, quos Babylonius rex conburendos suo praeceperat incendio; cf. Dan. 3.
illos circumdatos igne ros madefecit, istos serenitas circumfultos nubibus operuit; illi digni fuerunt inter pyras algire, isti meriti sunt inter ymbrium cumulos aestuare.

(11). Sed iam sistere gradum dicendi debemus hac tantorum miraculorum metam[a] concludere. O quantas beatissimus Dalmatius in quinquaginta sex annos aepiscopatus sui virtutes fecit in saeculo! Quantas nunc post discessum suum ad eius tumulum Dominus operare dignatur! Ibi e caelo caecorum lumen redditur, et surdorum reformatur auditus, et demonum sevitiae[a*] refringuntur, et egrotantium[b] medicina refertur[c]: quarum omnium[d], ut dicam, ultimas has septem virtutes[e] verax fama commemorat. Sed ne dicendi[f] schema[g] destinata transiret, et numerus desideratus accederet[h], stili huius brevitate pauca perstrincximus, ut si[i] septem[k] his virtutibus septiformis spiritus enarratur et septem stelle[4], huius dictionis[l] si quid obscurum videtur, in[m] lumine perscriptoque[n] in libro vite cum septem oculis[5] suis agnus id relegat et cum septem cornua, si quid superfluum fuerit, eiciat. Et dominus noster Iesus Christus, qui tantam[o] gratiam beatissimo confessori praestitit, per ipsius intercessionem veniam nobis peccatorum largire dignetur, et sit[p] beato Dalmatio confessori[q] Domini misericordia[r] et veritas in vitam aeternam[s], in saeculá saeculorum. Amen.

Capp. 9—11. 1—2.

Cap. 10. a) aut 2; ut 1. b) iacere 2. c) *ita codd.* d) curuleisque 2. e) *ita scripsi*; palla *codd.*; palatia *Labbe.* f) decidente *codd.* g) *ita* 2; haec sanguis 1. h) *ita* 2; fumum 1; cumulum *Labbe.* i) ita 2. k) *om.* 2. l) haccepto 1; accepto 2. m) exercere 2. n) coepisti (1). o) affert 1, *m. rec. corr.*; auferis, *exp.* i 2. p) consterna 2. q) ex 2. r) aerea 2, *corr.*

Cap. 11. a) *ita scripsi;* m(o)etu *codd.* a*) sevitia 1. b) egrotaneum 2. c) reficitur 2. d) hominum 2. e) virtutem 1, *corr.* f) discendi 1. g) sthema 1. 2. h) accideret 2. i) sit 2. k) semptem 2. l) ditionis 1. m) *ita* 2; *om.* 1. n) *ita* 2; perscriptaque l. 1. o) tantantam 1. p) sic 2. q) confessoris 1. r) misericordias v. 2. s) eternam custodiatur per infinita secula seculorum. Amen *desinit* 2.

1) *Evodii praefecti meminit Sulp. Sev., V. Martini c.* 20. 2) *Cf. Verg., Aen. VIII,* 622: caerula nubes. 3) Caeli palatum *Ennius apud Cic., De nat. deorum II,* 18, 49. 4) *Cf. Apoc.* 1, 20. 5) *Cf. ib.* 5, 6.

VITA ET VIRTUTES EPARCHII RECLUSI ECOLISMENSIS.

Eparchius Petrocoricae urbis incola clericus factus Ecolismam se contulit, cellulaque aedificata collectisque paucis monachis, orationi assidue vacabat, omniaque caritatis opera exercens, pauperum necessitatibus subveniebat captivosque redimebat: subsidia autem ad haec perficienda a devotis ei offerebantur, tantaque ubertate munera accepit, ut eo vivo panis in cellula coctus numquam esse feratur. Miseris illis culpae obnoxiis ut indulgerent, iudicibus publicis tanta alloquii dulcedine persuadebat, ut ei negare nihil possent, et fortasse furem illum, pro quo per monachum quendam deprecatus erat comitem, liberasset, nisi populus obstitisset; ipso autem orante monachoque procul attendente, suspensus ille terrae restituebatur mortique iam ereptus ad pedes iudicis se prosternebat teste Gregorio[1], *qui* haec, *inquit,* ego ab ipsius comitis ore cognovi, *etsi postea memoria lapsus miraculum post sancti mortem et ad eius sepulchrum factum esse rettulit*[2]. *Eparchius a.* 581. *post* 44 *reclusionis annos defunctus, comitante magna redemptorum caterva, extra cellulam sepultus est. Eius in altera tantum Martyr. Hieronymiani recensione mentio fit his verbis d.* 1. *Iulii:* Egolisna civitate depositio beati Eparci episcopi[3], *quasi episcopus fuisset sanctus abbas, sed Usuardus*[4] confessoris *substituens mendum sustulit. Eparchii monasterium in suburbio Ecolismensi situm Pippinus rex Aquitaniae* († 838) *iussu patris in monasticum redegit ordinem, suppresso canonicali*[5], *fratribusque ibidem constitutis villas a Launo episcopo loci concessas, veluti Tomolatum ad Dordoniam fl. situm, Carolus rex a.* 852. *confirmavit*[6]; *Nortmannis autem incursantibus, c. a.* 861. *nullus monachorum ibi habitabat*[7], *ideoque canonicalis ordo rediit.*

Biographus, sicut ipse in prologo professus est, quae veraces esse noscuntur Eparchii enarravit virtutes, eaque quae 'sub oculis omnium' peracta erant. Erat igitur non solum veritatis studiosissimus cultor, sed etiam coaevus. Virtutum illarum veracitas ut paucis illustretur, capreola afferatur, quae lactans orantem sanctum adoravit (c. 3*), avisque, quae ipsius benedictione commota pullos reliquit illaesos (c.* 4*). Talia perficiens signa, cum 'ipsa publicatio saeculi esse horribilis' coepisset, magus christianus inclusionem expetivit, profectusque duos mortuos in itinere resuscitavit (c.* 5*). Inclusus autem duo milia hominum 'de collatis muneribus' redemit, id quod auctor diligentissimus per chartarum volumina, facta ratione, subduxit (c.* 20*). Attamen sanctus ipse nullo parcius modestius-*

1) *H. Fr. VI,* 8. 2) *Gl. Conf. c.* 99. 3) *Ita cod. Weissenburgensis et similiter Bernensis; cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [85]. 4) *Ed. Bouillart p.* 109. 5) *Cf. Ademari Hist. III,* 16, *SS. IV, p.* 120. 6) *Chartam ed. Bouquet VIII, p.* 521. *Quod Ademarus, SS. I,* 148, *a Carolo M. privilegium a.* 769. *monasterio datum esse rettulit, Sickel, Acta Karol. II, p.* 366, *sine dubio recte coniecit, avum cum nepote male commutatum esse.* 7) *Cf. Ademari Hist. III,* 19, *SS. IV, p.* 122.

que vivebat, nam vinum aliaque potus genera semper refutavit, nullusque ex suis, ne secretissimus quidem minister, eum edentem vidit (c. 21). Historiae tales sane satis mirae vel extraordinariae iudicantur, sed apud Sollerios auctoresque Hist. litt. Gallicae[1] *scriptori auctoritatem derogare nequeunt, nam 'ea sinceritate, candore et simplicitate sua profert, ut apud maxime incredulos omnem suppositionis suspicionem prorsus effugerit'. Quod si verum esset, iam in eius fidem inquirere minime liceret; interim autem incredulitas adeo increvit, ut vel homo tam sincerus, tam candidus, tam simplex in suppositionis suspicionem adducatur. De fure liberato fabulam eandem atque Gregorius enarravit (c. 10) eoque ipso melius instructus videtur esse, nam et rem ablatam, scilicet vas melle plenum, et nomina possessoris, comitis, monachi delegati non ignoravit. Ramnulfus autem comes quomodo a iudice Gregoriano differt! Hic sancti precibus libenter annuisset, nisi vulgus restitisset, reoque restituto coram abbate facile veniam dedit; ille severissimus non solum sanctum deprecantem recusavit, sed etiam e furca elapsum per equites persequi iussit. Haec biographus a monacho delegato se accepisse iisdem fere verbis affirmans, quibus Gregorius comitem ipsum testem oculatum produxerat,* haec, *inquit,* gesta de eius ore cognovimus. *Alterutrum igitur scriptorem mendacii reum esse patet, sed non minus patet, talem suspicionem in Gregorium nostrum cadere non posse, qui praeterea in Vitae c. 20. expilatus videtur esse. Totam autem Vitam confictam esse, vel ex nominibus propriis intellegitur. Felix enim pater, Felicissimus avus erat sancti (c. 2), 'quidam restitutus ipsius vocabatur Redemptus' (c. 10), scilicet is cui vas ablatum erat, Arthemii autem nomen et archidiacono et defensori Ecolismensi (c. 7) et recluso Santonico (c. 14) inditum haud minus ter adhibetur. Ut est falsariorum mos, biographus annos non curans, de horis accurate indicandis sollicitus erat neque eas variavit, nam duas res diversas 'hora diei tertia' gestas esse voluit (c. 9. 22). Basilica sepulchrum ambiens cum eius tempore locum occuparet (c. 23), ubi cellula Gregorii aevo sita fuerat, haud mediocre intervallum inter utrumque scriptorem statuendum est, sermoque rudis*[2] *aevo Carolingico, scilicet saec. IX. in., congruere mihi videtur, ita ut, reformato monasterio S. Eparchii, Vita conscripta sit.*

Virtutes post sancti sepulturam patratae, quae ab ipso biographo[3] *additae esse volunt coaevo*[4]*, propter sermonem rhythmicum saec. IX. vetustiores esse nequeunt; menda autem grammatica in illis deprehenduntur satis multa, veluti* baselicam, maris *n. sing.,* adfictus *(= affixus; cf. Scr. rer. Merov. I, p. 938), verba activa pro depon., praepositiones* a, de, pro *(constanter) c. acc., anacolutha aliaque. Fabulae ibi enarratae ut verae historiae repugnant*[5]*, ita utilitatibus monasterii proficiunt; nam sanctus aegrotos cuiuscumque generis sanans, raptores rerum ecclesiasticarum severitate maxima puniens, et famae loci consulebat et opes acquisitas fortiter tuebatur, advèrsariique e c. 16. colligere poterant, praediolum quoddam Santonicum monasterio testamento legatum esse.*

1) *Codex Parisiensis n.* 5306 *(Colb.* 775, *Regius* 3654*), saec. XIV, fol.* 154—156', *Vitam cum virtutibus continens a nobis collatus et descriptus est. Qui cum unicus textum primigenium exhibeat, dolendum est, quod librarius verba fortasse dictata frequenter minus recte reddidit; sed ab interpolationibus abstinuit sermonemque rusticum,*

1) *'Hist. litt. de la France'* (1735) *III,* 407. 2) *Biographus declinationes permutavit (c.* 15. digita = *digiti, c.* 18. fabribus = *fabris, c.* 13. portis = *portubus), verbum passivum pro activo (c.* 17. ablatus fuit = *abstulit), gerundium pro infinitivo (c.* 3. 6. eundi permisit; *v. supra in V. Aviti) accepit atque loco 'iubere' et 'iussum' scripsit c.* 10. 16. ordinare *et c.* 8. 10. ordinatio *(v. supra p.* 167, 23*) more Francogallico.* 3) *Cf. II,* 1. 4) *II,* 10: Nigasius quidam nunc tempore Egolinensis episcopus; *cf. II,* 15: quod nostris temporibus actum, *subsequente loco Gregoriano.* 5) *Cf. II,* 2.

ut erat et ipse indoctus, servavit. Corruptelas alias per coniecturam, alias ope editionum tollere licuit.

Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae 1573, *tom. IV, p.* 29—32, *codice perantiquo usus Vitam solam edidit, sermonem vero more solito passim immutavit, unde haec editio textui restituendo prodesse nihil potest.*

L) Labbeus, Nova bibliotheca manuscriptorum, Parisiis 1657, *II, p.* 519—525, *Vitam virtutesque ad Sanctorale Bernardi Guidonis pluresque alios mss. codices recensuit.*

M) Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis 1668, *Saec. I, p.* 267—270, *Vitam edidit, codice ignoto usus.*

S) Sollerius, Acta sanctorum, Antrerpiae 1719, *Iul. tom. I, p.* 112—115, *Vitam ad Passionale membranaceum coenobii Bodecensis (dioec. Paderbornensis), Iul. CCXII, p. B, quod a.* 1641. *Gamansius cum Bollando communicaverat, edidit, virtutes autem p.* 116—117. *ex editione Labbeana iteravit.*

Labbei codex primarius nostri 1 *simillimus erat neque vero idem (cf. II,* 2*), iique hiatu eodem (I,* 6*) laborantes, classem unam faciunt; M. S autem cum Surio ex altero exemplari pendent. Codex Bodecensis, in quo primigeniam elocutionem deprehendisse sibi visus est Sollerius, cum Suriano propinquitate coniunctus, admodum retractatus erat; editores autem et ipsi sermonem intellectu difficilem expoliebant aut, veluti Labbeus, ea quae assequi non poterant praetermittebant. Itaque editiones a codice* 1 *haud raro ita differunt, ut omnem earum discrepantiam afferre supersederim peculiaresque singularum lectiones in universum suppresserim.*

Vitae virtutumque recensionem vetustiorem Bollandiani in codicibus

B 1*) Parisiensi n.* 5321, *saec. X/XI, fol.* 15—18, *et*

B 2*) Parisiensi n.* 5323, *saec. XII, fol.* 93'—96',

repperisse sibi visi sunt, ex quibus prior virtutes tantum initio mutilas, posterior autem praeter eas etiam Vitam exhibet. Opinionem eorum falsam esse textumque illum non solum retractantis, sed etiam interpolantis librarii manum subiisse, et ex Vita, cuius finem ipsi in Catalogo codd. hagiogr. bibl. Paris. II, p. 227 *sq. ediderunt, et ex virtutibus editis ib. p.* 200—202 *(ad c.* 15. *nostrae editionis) colligi licet, locusque unus II,* 4. *comparatus cum textu nostro ad contrarium demonstrandum sufficiet:*

Vita primigenia.	*B.*
Waragulphus comitivam exercens miliciam.	**Waragulfus quidam, consularis officii gerens militiam.**

Hanc recensionem, quae ad virtutes recensendas, aliis subsidiis deficientibus, alicuius momenti est,

Benedictus Gononus, Vitae et sententiae patrum Occidentis, Lugduni 1625, *p.* 428—431, *'ex Breviario et antiquis MS. codicibus monasterii Engolismensis' edidit imperfectam. Vitae enim c.* 15—17. *desunt totusque finis inde a c.* 21, *virtutesque cum ea coniunctae non insunt nisi selectae, scilicet II,* 15 *(locus Gregorianus, H. Fr. VI,* 8*). II,* 16. 12—14. 17, *quo in capite ultimo locus* et plures — temperatus *desideratur.*

B. Krusch.

I.
INCIPIT VITA SANCTI AC BEATISSIMI EPARCHII CONFESSORIS CHRISTI[a].

(1).[b] Potissimum autem[c] est illas enarrare virtutes, quae veraces esse noscuntur. In hac ergo sancti Eparchii vita nulla a[d] me superflua aliquis putet esse adiecta[e], cum haec quae dixero sub oculis omnium fuerint[f] peracta, etsi non urbanitate sermonum, vel[g] rudi tamen verborum eloquio[h] transcripta[i]. Unde precor, ut[k] cui sapientissimo[l] viro fuerint prolata, placita[m] bonitate emendet, et[n] legentes fidem potius adhibeant factis, quam reprehensionem exerant[o] dictis. Ergo quid[p] per ipsum est veritas[q] in hoc saeculo, auxiliante[r] Domino, gestum[s], referam[t].

(2). Eparchius igitur Petrugorice[a] urbis genitus fuit, cuius pater Felix[1] sive Oriolus nomine, mater vero Principia vocabatur. Cum[b] ipsum felix partus exposuit[c], Deo iugiter laetabatur innocens infantia. Cum[d] annis ageret[e] circiter[f] septem, in urbe praefata litteris traditur edocendus; et cum, inspirante Domino, plenius[g] didicisset[h], exinde ab avo suo Felicissimo tunc temporis comitive[i] est receptus, quem ille cancellarium sibi instituit. Quam rem magis adolescentiae causa detentus exercuit, quam animi voluntas permitteret; et cum apud ipsum ter quinos[k] annos, relicta saeculari militia, insciis omnibus Sedaciaco[l][2] expetiit[m] monasterium, seque pedibus Martino[n] abbati prostravit[o] et se monachum fieri postulavit. Et cum, intercedente[p] Dei misericordia, licet invitis parentibus, est impletum quod petiit, iniunctum est ei et[q] vineam colere[r] et terram proscindere et omnem servitium, ut moris[s] est, adimplere. Quod ille benigne suscipiens et cuncta perfecte[t] perducens, indicabat[u] eius habitus pauper, ubi Christus proficiebatur dives. Ieiunabat

I. Capp. 1. 2. 1. *L. M. S.*

Cap. 1. a) quod est Kls. Iulii *add.* 1, *ubi V. Eparchii c.* 96. *facit.* b) *numeros om.* 1. c) *om. edd.* d) *om.* 1; a me *om. S.* e) adiectum 1. f) fuerunt 1. g) *ita scripsi*; vel rudimenta 1; saltem rudimento *L. M*; vel eruditate *S.* h) *ita scripsi*; in loco 1. *S*; in hoc loco *L. M.* i) *ita* 1. *S*; conscripta *L. M.* k) *ita* 1; ut si cui *S*; ut a quocumque *L. M.* l) sanctissimo 1. m) placitate em. 1. n) *ita* 1. *S*; et ut l. p. f. *L. M.* o) egerant *corr.* exerant 1; exerrent *S*; inferant *L. M.* p) qui 1. q) *ita* 1; est veritas *om. edd.* r) augiliante 1. s) sit *add. edd.* t) *ita* 1. *S*; referemus *L. M.*

Cap. 2. a) *ita* 1; Petrocoricae *S*; Petragoricae *L. M.* b) vero *add. L. M*; Cum — infantia *om. S.* c) in *add. L. M.* d) autem *add. edd.* e) ageretur *S.* f) *om.* 1. g) eas *add. L. M.* h) *ita* 1. *L*; didicit *M*; fuisset edoctus *S.* i) *ita* 1; comite *edd.*; benigne *add. L.* k) ageret *add. M*; fuisset *add. S*; egisset *post* annos *add. L cum Surio*; *om.* 1. l) Sedacianum *S cum Surio.* m) expecii 1; expetit *S.* n) Martini abbatis *S*; abbatis Martini *L. M.* o) stravit 1. p) intercedenter 1. q) ut (1). *M*; *om. L; textum immutat S.* r) *ita* 1; coleret, t. proscinderet et — adimpleret *M.* s) mores sunt 1. t) *ita L*; et c. p. ducens 1; et c. ad perfectum perducens *M*; *haec om. S.* u) iudicabit 1.

1) *Ademarus Cabann., Hist. III,* 36 *(SS. IV, p.* 133*):* Monasterium Tomolatense *(hodie Trémolat, dép. Dordogne),* quod actenus semper fuerat in dominio coenobii Engolismensis situmque est in territorio Petragoricensi, habens ecclesiam in honore genitricis Dei, ubi velut in proprio iure paterno sepulti sunt Felix Aureolus Petragoricensis comes, pater sancti Eparchii, et Principia mater eiusdem confessoris. 2) *De Seyssac (comm. Saint-Aquilin, dép. Dordogne) Castellanus cogitavit, sed fortasse locus destructus Saint-Cybard praeferendus est, cuius ecclesia sola iam extat sita prope Mouleydier (dép. Dordogne); cf. de Gourgues, 'Dict. topogr. du dép. de la Dordogne' p.* 287.

cotidie, vigilabat et orabat assidue perseverabatque[a] in misericordiae[b] operibus; multos quidem languidos vel a daemonio vexatos sua purgabat oratione.

(3). Cum idem[a] fere tempore Lemoialo[b,1] agello monasterii cum Victoriano[c] monacho iussus carperet iter, vidit capreolam summa velocitate currentem[d]; fetus[e] suos quos relinquerat[f] festinabat lactare[g]. Orans secum vir beatus, ut eum expectaret, querula[h,2] non solum expectandi praebuit officium se[i], verum etiam, humiliato capite, ipsum adorare cucurrit[k] et eius manus osculavit[l]; quam[m] ille tacta[n] manu lenivit[o] et signum crucis armavit atque[p] eundi permisit in pace.

(4). Aliquando[a] ad Senocella[3] ad[b] orationem vel occursum sancti Aquilini cum Munderico[c] monacho properabat. Invenit autem[d] super pullos suos[e] sedentem avem[f]; ad illius orationem immobilis adstitit[g], et[h] illam vel pullos suos cum benedictionis alloquio manu[i] propria perlustravit, et relinquid in pace et inlesa.

(5). Dum haec quae diximus vel alia multa[a], Domino iubente, perficeret, coepit ipsa publicatio saeculi esse horribilis; sicque occulte suum deserens monasterium, totum se Christi[b] misericordiae[c] committens, perrexit inclusione[d] inquiri. Et dum circuiret, in[e] pago Egolinense[f] puero nomine Gratulpho[g] morte peremptum in villa Anglesis[h] ad supplicatione monachorum vitam[i] restituit et alium in Burdegalense[k] sua revocavit oratione.

(6). Cum loca singula peragraret[a], et Equalisina[b], iubente Domino, pervenit; secretius voluit pertransire. Agnitus a civibus, indicatum est Apthonio[c,4] ipsius

I. Capp. 2—6. 1. *L. M. S.*

Cap. 2. a) *ita* 1. *L*; et p. *S*; que *om. M.* b) *ita L. S*; misericordia operibus 1; misericordiae opere *M.*

Cap. 3. a) *ita* 1; eodem *edd.* b) *ita M*; Lemoiallo ag. monasterii *L (lectio var.)*; Levivialum agellum monasterii (m. a. *Surius*) *S cum Surio*; Lemovicino ag. monasterii 1; ad Lemovicini agelli monasterium *L (in textu).* c) Victuriano *M.* d) quae *add. L*; et *add. S.* e) *ita* 1. *L*; foetum suum quem *M. S.* f) *ita* 1. g) lactari 1. h) *ita scripsi*; que illa 1; quod illa *S*; cui illa *L*; at illa *M.* i) *ita* 1; (se *om.*) verum etiam *L*; sed etiam *M. S.* k) *ita* 1; occurrit *L. M*; i. a. c. et *om. S.* l) *ita* 1; osculari *M*; osculata est *L*; osculabatur *S.* m) quem illa 1. n) *ita* 1; tactam manu *L*; tactu suae manus *M*; tracta manu tangens *S.* o) *ita L*; lenuit 1; leniit *M*; leniter (*om.* et) *S.* p) *ita recte* 1 (*v. infra p.* 555, 3); licentiam *h. l. add. L, post* eundi *M*; aditum *post* eundi *add. S.*

Cap. 4. a) *ita scripsi*; Alioquin dua cenocella 1; Alio quidem (namque *M*) tempore ad Senocellam *L. M*; Quodam enim tempore cum ad cellam *S.* b) causa orationis vel ad occ. *L. M*; *haec om. S.* c) Underico 1; Ruderico (Munderico) *L*; Manderico *M.* d) *ita* 1; avem *edd.* e) cum benedictionis *add.* 1 *(v. infra).* f) *pro* avem *habent* quale *L*, simili modo *M*, quae simili modo *S.* g) perstitit *M. S.* h) *ita* 1; at ille p. *L*; et ipsam vel p. *M*; et ipsam cum p. *S.* i) pavit *M*; *textum immutat S.* k) reliquit in pace avem illaesam *L*; reliquit illaesam *M.*

Cap. 5. a) a *add.* 1. b) Christum m. 1; Christo et m. *L.* c) operibus *add. L*; iure *add. M.* d) *ita* 1; p. ad inclusionem inquirendam *L*; p. locum inclusionis requirere *M*; coepit locum reclusionis inquirere *S.* e) c. pagum *L. S.* f) *ita* 1; Equolisminse *M*; Equilinensem *S*; Engolismensem *L.* g) *ita* 1; Gradulfum *L. M*; Graculfum *S.* h) *ita M. S cum Surio*; Anglensis 1; Anglesis (Anglensi) *L*; Englesi *Gononus.* i) vitae r. *L*; r. vitae *M*; sanum r. *S.* k) Burdegalinsi *M.*

Cap. 6. a) peragravit *M.* b) et Equalis in ea 1; et Equolisma *M*; ad urbem Egolismam *L*; et E. — pervenit *om. S.* c) *ita* 1; Aphthon., *infra* Apton. *L*; Aphton. *semper S*; Abthon. *semper M.*

1) *Hodie Limeuil (cant. Sainte-Alvère, dép. Dordogne) castrum prope Trémolat monasterium et haud procul a Saint-Cybard (Mouleydier) situm; cf. de Gourgues l. l. p.* 178. 2) *Cf. Martial. VII,* 31: Et fetum querulae rudem capellae *et Petron., Satyr.* 133: Querulae suis fetus *(Forcell.).* 3) *Fortasse Saint-Avit (dép. Lot-et-Garonne) locus olim 'Sanctus Avitus de Senesellis' appellatus, qui ad dioecesim Petrocoricam olim pertinebat; cf. de Gourgues l. l. p.* 285. 4) *'Abthonius episcopus ecclesiae Ecolisnissis' concilio Aurelianensi a.* 549. *subscripsit.*

urbis antistite[a]. Quem ille[b] — de ipso praecellens fama iactaverat — plenius recognoscens[c], gavisus factus, eum cum magna exultatione suscepit; et cum causa eius devotionis sollicite[d] intellexit, eundi[e] eum longius non permisit, sed ipsum cum pleno cordis amore secum adstrinxit atque locum quod desiderabat, tamquam heremi solitudinem[f] desertum, ostendit. Quo viso[g], vir beatus non tantum loquebatur ex ore, quantum gaudebat ex corde, eo quod esset[h] locus remotus et[i] civitas procul et desuper latere montis fons aquae fluens[k] manaret, et Carantonis[l. 1] fluvius ab alio excluderet latere.

(7). Post haec dum proferret[a] ex ore, quod exul coepisset esse in terris et valde nimium[b] civitate esset detentus, noluit absque nutu[c] sui pontificis vel abbatis debere[d] recludi. Sic ipsum vir sacratissimus Apthonius episcopus cum missis suis, id est Frontonium archipresbyterum, qui postea meruit[e. 2] episcopali dignitate accipere[f], Arthemium[g] archidiaconum verum[h] per omnia Christi famulum et item[i] Arthemium[k] defensorem, ad Sebaudem[l. 3] episcopum vel ad suum abbatem ad pacem percipiendam[m] vel ad obtinendum quod voverat[n] destinavit. Qui regressi, etsi vix tandem, optime[o] cuncta nuntiant benigne permissa.

(8). Cum autem in civitate[a] moraret, et ei mansio fuit praeparata condigna, cum omnes intra domui[b] septa sompno ceperunt, ille singulus[c], nullo sciente, relicto stratu, ad locum qui ei debebatur[d] recludi ambulavit per nocte. Cumque cursu vel oratione peregisset[e], sublato lapide ad capud suum posuit[f]. Et cum se in eodem loco soporem dedisset, vox Christi ad eum facta est, desuper dicens: 'Eparchi[g], hic permane, iam amplius noli vagare[h]'; quam ordinationem fratribus ore proprio[i] referebat.

(9). Et[a] cum in civitate fuisset regressus, sub hora diei tertia venit ad carcerem, in quo[b] vincti plurimi tenebantur. Et cum[c] custos carceris ibidem esset, emisit aforis piissimas[d] preces. Nec[c] multum defuit, quod suggessit[e]: hostia carceris sub arduo sunt aperta imperio, et virga ferrea foris fuit eiecta et per[f] plurima

I. Capp. 6—9. 1. *L. M. S.*

Cap. 6. a) *ita* 1. b) *ita* 1. *L. M et add.* sicut *L*, ut *M*; Nam ea quae de eo fama divulgaverat, plenius *Gononus*. c) reg|noscens 1. d) *ita* 1; sollicitus *M*; sollicitius *S*; *om. L*. e) *ita* 1 (*cf. supra p.* 554, 8); ire *edd.* f) sollitudinem desertim 1. g) *ita edd.*; iussu 1. h) *ita* 1. *L*; l. r. e. *M*; r. l. e. *S*. i) *ita S*; et — montis *om.* 1. *L*; et procul a civitate et superne e montis uno latere *Surius*; et propinquus et desuper de l. m. *M*; licet civitati propinquus, a superioris l. m. *Gononus*. k) *ita* 1 *cum S*; fluentis *L*; perennis *M*. l) *ita* 1 *cum S*; Carantonus *L. M.*

Cap. 7. a) proferet 1. b) *ita* 1; nimium fuit in civitate *S*; nimia vicinitate *L. M.* c) nutus in p. 1. d) *ita* 1 *cum S*; deberi *M*; in optato loco *L*. e) *ita* 1; meruit episcopalem dignitatem a. *L*; episcopatus m. a. (a. *om. S*) dignitatem *M. S.* f) acciperet 1, *corr.* g) Asthemium archipresbyterum 1. h) *ita Surius et M*; virum 1 *cum S*; *om. L*. i) *ita* 1 *cum S*; iterum *M*; *om. L*. k) Artenium archidiaconum virum ad 1. l) *ita* 1 *cum S*; Sabaudem *L. M.* m) precip. 1. n) noverat 1; voluerat *L*. o) *ita* 1. *L. S*; obtinere *Surius*; obtenta *M*.

Cap. 8. a) civitate moraretur *L. S*; civitatem oraret (1) *cum M.* b) *ita* 1; domus *edd.* c) singulis 1; singularis *M*; singullatim *S*; solus *L*. d) *ita* 1; debebat *L*; ostendebatur *M. S.* e) peregit *M*; vox Christi ad eum facta est desuper dicens *add.* 1 *(etiam suo loco extant; v. infra).* f) disposuit *M*; supposuit *S cum Surio.* g) Eparchii 1, *ut infra.* h) vacare *L*; vocare 1. i) propiore (*exp.* re) r. 1; p. conferebat *M*.

Cap. 9. a) Et dum *L*; (Et *om.*) cum *M*. b) qua victi p. tenebatur 1. c) *om.* 1. d) piissimam precem *S*; aptissimam precem *M*. e) secessit *M*; devote postulavit *S*. f) per *om.* 1.

1) *Charente fl.* 2) *Frontonius episcopatu Ecolismensi per unum annum functus ante a.* 580. *obiit; cf. Greg., H. Fr. V,* 36. 3) *Is episcopis Petrocoricis adnumeratur; cf. Galliam christ. (*1720*) II, p.* 1452.

loca quassata[a]. Et cum omnes carcerarii ad ecclesiam confugium darent, cunctus populus hec[b] per[c] Eparchium factum[d] adfuisse clamabant et laudem Domini manibus adplaudebant.

(10). Cum iam gradu presbyterii, Apthonio tradente[a], accepit et[b] reclusione fuit[c] positus, referam pauca de pluribus. Quidam restitutus ipsius vocabatur Redemptus; habebat vas cum melle repositum, et ad quendam furem fuit sublatum. Sollicite perquirens, eumque[d] cum ipso manifestum[e] invenit. Et cum Ramnulfo[f] comiti ad[g] ipso fuit suggestum, in sua praesentia omnia manifestius fuerant[h] adducta, et latro ipse[i] tormentis gravissimis applicatus; et tam hoc quam alia maiora confessus, suspendi eum omnimodis ordinavit. Pro cuius vitae obtentu vir beatissimus deprecatus fuit, dum diceret, pro sua causa mori non poterat[k]; sed nulla ratione apud ipsum obtinere potuit quod plurimum postulavit. Sic vocatum unum de fratribus, Graciano presbytero, — haec gesta de eius ore cognovimus, — iussit ei, collectis infirmis et matriculis [1], ad portam civitatis rei expectaret[l] eventum. Cumque miser fuisset suspensus, et eum morti traditum reliquissent, furca ipsa tota comminuit, et ligamenta[m. 2], unde erat conligatus, soluta sunt; ad civitatem[n] validissimo arripuit cursu. Videns haec comes, militibus iussit, equos ascensos[o], antequam ecclesiae adtingeret limina, eum praeoccuparent. Cumque ad ordinationem[p] eius non minima multitudo post eum coepit equitari[q], mirum adfuit, utique[r] omnes ante conspectum comitis in medio tabescerent iter[s]. Et ille occupatus a matriculis, vitam habuit ad eius orationem ereptam.

(11). Item alio insequente comiti[a] pro alicuius[b] vita suppliciter exoravit. Quod non solum non[c] praestavit[d], sed inversis eum pedibus pependit: simili modo ad eius orationem in vesperum de longinquo spatio ad ipsius pervenit presencia.

(12). Clara vero sive[a] Aranea[b] ex genere nobili procreata toto corpore evenit[c] contracta; ad famam beatissimi viri[d] pervenit[e] in carruca. Cum in eius praesentia introivit, magna voce rogavit, ut eius pietas subveniret. Cum apud ipsum septem[f] diebus fuisset[g] commorata, per eius orationem pristinam sanitatem recipit[h].

(13). Quanta fides in[a] illa invaluit, ut cum litteras[b] eius receptas, quasi[c] munus retineret absconsas! Dum in domo sua super litus maris aderat, vidit nautam gravissimo perferre periculo; set[d] currens, accepta epistola, festinanter ad

I. Capp. 9—13. 1. *L. M. S.*

Cap. 9. a) cassata 1. b) hoc *M. S.* c) p 1. d) *ita* 1 (*cf. infra p.* 557, 3); factum fuisse *M*; facta fuisse *L*; esse factum *S.*

Cap. 10. a) trahente 1. b) in *add. L. M.* c) fuisset repositus *L*; positus esset *M.* d) que *om. edd.* e) *ita* 1; manifeste *L*; manifestus *M.* f) Cramnulfo *L*; Chramnulfo *M.* g) *ita* 1; ab *edd.* h) fuissent add. *L. S*; fuerunt inducta *M.* i) ipso 1. k) *ita* 1; oportere *M. S*; debere *L cum Surio.* l) *ita M*; exspectarent *S*; expectare 1. *L.* m) lingamenta 1; et de impedimentis ligationum absolutus ad *M. S.* n) reversus *add. M*; versus *add. S.* o) *ita M*; equis ascensis *S*; e. ascendere 1. *L.* p) *ita recte M. S*; ad orationem 1; *haec om. L.* q) *ita* 1; equitare *edd.* r) utique o. ut a. 1; quod utique o. a. *L*; uti o. a. *M*; ut o. a. *S.* s) *ita* 1 *cum M.*

Cap. 11. a) *ita* 1. b) alicui 1; illius *L.* c) *om.* 1. d) *ita M*; prestitit 1. *L. S.*

Cap. 12. a) sibi *L. M.* b) *ita Gononus*; Arenea 1; Arania *S*; Araniola (Aranea) *L*; Araniola *M.* c) *ita* 1 *cum M*; *om. L.* d) viri *om.* 1. e) pervenerat in c. *L*; in c. pervenit *M. S.* f) septimana una *M*; una septimana *S.* g) fuit *M*; esset *S.* h) *ita* 1; recepit *edd.*

Cap. 13. a) *ita* 1; nulla *M*; in ea *S*; *haec om. L.* b) *ita L*; litteris — receptas — absconsas 1; litteris — recepta — absconsa *M.* c) quas minus 1, *corr.* d) sic *M*; et *S.*

1) *I. q. matricularii; cf. Ducange h. v.* 2) *Greg., Gl. Conf. c.* 99: disruptis ligaminibus.

ripam maris advenit, porrectis manibus eam econtra[a] extendit et[b] alta voce exclamavit, dicens: 'Serve Dei Eparchi, salutem Christi per haec pignora litterarum ad liberandos nautas[c] operare[d] dignare!' Nec haec sine divino adfuit[e] nutu, quod navis ipsa, omnibus portis[f] relictis, fluctibus valde oppressa, ubi[g] adstabat, ad eius pervenit praesentiam.

(14). Genesiam feminam lepram percussam mundavit, tribus cecis lumen restituit, de Gaudemia[a] daemonum[b] legionem egessit[c].

(15). Quidam vir Arthemius nomine de parentibus non infimis, cum scripturis sanctis tractaret et servus Dei esse cupiret, nec clericus ordinatus, in Sanctonico reclusit. Cum non minima annorum curricula in ipsa reclusione consisteret, et crines ei longissimi[a] propagarent[b], daemonio[c] correptus, exinde egressus, dicens ad Childebertum[d] regem iturum, et quod minus facultas donaretur, eius regni viribus exploraret. Cum haec parentes sui viderent non sanis mentibus meditari[e], iter assumptum, quasi cum ipso ad regis properarent praesentiam, per viam aliam ad Eparchium[f] eum coeperunt adduci. Cum autem adpropinquasset[g] ad urbem, recognoscens se ad dompni Genesi[1] vicum, quod Equalisina[h] ducebatur, nec tardius[i] erupit in voce, ad Eparchii[k] aspectum nollet[l] ire. Cum haec nimium[m] recusaret, manibus iniectis occupaverunt eum qui cum ipso erant; super equo positum, manibus ligatis et pedibus sub ventre equi perstrictis, ad Eparchium eum perduxerunt invitum. Quo intromisso, coepit crinibus concuti et pludere se[n] sanctitatis comparem non habere. Cum haec ageret et conviciis pessimis ab ore proferret[o], digita[p, 2] sua palmis nimium dure[q] fuerunt adfixa.

(16). Cum sanctus Eparchius ad fenestram accessisset, manus suas[a] ad signandum[b] intulit; quas cum signavit[c], cum[d] graves illius voces ad sanitatem adduxit[e]. Die autem[f] insequenti ordinavit eum more laico tondere. Ille clamabat, quis audax esset[g], qui eius crines amputaret; adtamen vix tandem fuerunt incisi. Die alia clericum tamen[h] fieri ordinavit[3]. Cum hec[i] fuit impletum, statim obmu-

I. Capp. 13—16. 1. *L. M. S.*

Cap. 13. a) *ita M. S*; hec contra 1; contra *L.* b) ex 1. c) nautes 1. d) *ita* 1; operari *S*; subvenire *M.* e) *ita M. S*; fuit 1. *L.* f) *ita* 1 *cum edd.; cf. Forcellini s. v.* portus. g) *ita M. S*; ibi 1; u. a. *om. L.*

Cap. 14. a) femina *add. M*; alia femina *S.* b) demonem l. 1; l. daemonum *L*; l. daemoniorum *S.* c) *ita* 1; eiecit *edd.*

Cap. 15. a) *ita L. M*; longissimas 1; longissime *S.* b) *ita M*; properarent 1; fuissent propagati *S*; accrescerent *L.* c) *ita infra p.* 558, *l.* 6; demonum arreptus 1; a daemone arreptus *L*; a daemonio correptus *M. S.* d) ad nicħ debitum 1. e) meditavit 1. f) parchium 1. g) *ita* 1; appropinquassent ad u. *L*; adproximaret urbi *M*; approximarent ad urbem *S.* h) Equalis signa 1; Agolismam *L*; Equolisma *M. S.* i) nec tardas erumpit in voces *M*; erupit tandem in vocem *S.* k) *ita* 1. *L*; Eparcium aspectus *M*; Eparchii aspectus *S.* l) *ita* 1; se nolle ire *L*; ire non velle *S*; non velle adire *M.* m) nimirum r. *S*; minime reticeret *M.* n) plus de res (*om.* se) 1; plurimum plaudere *M*; nimium plaudere *S*; pro capillis dicens *L.* o) proferet 1, *corr.* p) dignita sua 1; digitis suis — affixis *L*; digiti sui — adfixi *M. S.* q) *ita M. S*; d. f. *om.* 1. *L.*

Cap. 16. a) eius *L. M*; *om. S.* b) signaculum 1. *L.* c) *ita* 1; signasset *edd.* d) *ita* 1; *om. S*; cum gravi i. voce *L*; *haec om. M.* e) reduxit *M*; perduxit *S.* f) D. autem alia *L*; Die sequente *M*; Sequenti autem d. *S.* g) esset — amputaret *om.* 1. h) eum f. *L. S*; illum (*om.* f.) *M.* i) *ita* 1; hoc fuisset *edd.*

1) *Saint-Genis-d'Hiersac (dép. Charente); cf. Longnon, 'Atlas hist. Texte expl.' p.* 199. 2) Trea digta *apud Bernardum; cf. Ducange s. v.* digtum. 3) *Ordines minores conferendi ius etiam presbyteris concessum erat; cf. Thomassinus, Vetus et nova ecclesiae disciplina P. I, L. II, c.* 23, *n.* 11; *Löning, 'Kirchenrecht' II, p.* 277.

tuit[a], diebus[b] multis nullum appellavit, nullusque[c] de eius ore interdum[d] sermo processit. Nec multo post eum sanum restituit, et postea diaconus adfuit[e]: usque[f] ad obitum suum sanus perseveravit.

(17). Salamon[a] unus ex suis nomine caballum ipsius tempore hiemali diligendum[b, 1] acceperat. Veniens servus Hebrulfi[c], quem prae omnibus diligebat, furtim eum[d] ablatus fuit. Cum[e] ab ipso fuisset perductus, daemonio correptus, coepit miser voce clamare[f] valida quod fecerat. Sic simulata petitione, quasi langore aliquo teneretur[g], eulogias[h] sancti Eparchii petiverunt[i]. At ubi introgressi[k] qui venerant, post datam suggessionem statim eis dedit responsum, quod fallaciter[l] eius munia postularent. Nam ipse servus adhesit[m], qui suum furatus fuerat[n] equum; sed nec multo morati, caballum ipsum ad eius reduxerunt praesentiam. Obstupe autem[o] facti ad invicem loquebantur, quomodo omnia potuisset agnosci[p]. Eulogias tamen non denegavit[q], sed infelix ille antequam eas acciperet, in suo scelus[r], ipso daemone perpetrante, interiit. Et quantumcumque aliquis an[s] bene sive male in eius fama iactabat, omnia praescius eius auribus intimabat.

(18). Servus quondam Leoncii[a] ex urbem Sanctonicam pro sua facinora boia gravissima fuit impeditus. Et cum iam diutina laceratione ipsius pedes[b] deficerent, audiens laudem beati viri, ad eum fecit confugium; proiectus in faciem obsecrabat eum, ut ipsum sua liberaret oratione[c]. Videns haec sanctus Eparchius, quod esset arciore[d] constrictus ingenio, licet non desperabat[e] de divino artifice, sed ut videret, si apud[f] hominem potuisset exsolvi, convocatis[g] fabribus, ut eum suo eriperent magisterio. Cumque exundique[h] percuterent, et infelix ille voces intollerabiles emitteret[i], dicens enim[k] plus nequiter non vidisse inpeditum nec eum a se liberari posse; quorum[l] sanctus Eparchius dixit[m]: 'Date malleum in manibus ipsius'. Ps. 145, 7. Et prostratus in oratione cum lacrimis, surrexit, dicens: *Dominus solvit compeditos;* et praecepit[n] ei, ut feriret[o]. Et sicut estimari potest, quem tam gravis dolor vexabat, quam[p] leve sibi intulit colapum! Et[n] statim ut feriit tribus vicibus[q], confractus[r] ad pedes eius salivit.

(19). Et[a] cum praeliator Christi semper contra daemones dimicaret, com-

I. Capp. 16—19. 1. *L. M. S.*

Cap. 16. a) obmutavit 1. b) et per dies multos *M. S.* c) nullus (*om.* que) *M*; neque ullus *S.* d) *ita recte* 1; interim *M*; vanus *L*; *om. S.* e) *ita* 1; factus fuit *L*; postea factus diaconus *Surius*; p. (que *add. S*) d. effectus (factus *S*) *M. S.* f) *ita M. S*; usque ad obitum suum sanus permansit *Surius*; usque — perseveravit *om.* 1. *L.*

Cap. 17. a) *ita* 1; Salomon *edd.* b) *ita recte* 1; dirigendum *L. M*; hyemandum *S.* c) Eurulfi (Ebrulphus) *L*; Ebrulfi *S*; Earulfi *M.* d) eum appellatus fuit 1; eum (*om. M*) abstulit *M. S*; eum sustulit *L.* e) Et cum *L. M*; Cumque *S.* f) val. cl. *M. S.* g) tenerentur *L*; detineretur *M. S.* h) eulogia 1. i) petierunt *M. S*; precipuerunt 1; quaesierunt *L.* k) sunt *add. L. S*; progressus est servus qui venerat *M.* l) *ita edd.*; feliciter 1. m) erat *L*; in morte *add. S;* adhesit — multo *om. M.* n) erat *L. S.* o) *ita recte* 1 *(per tmesin, ut apud Commodianum; cf. Forcellini h. v.);* Obstupefacti a. *edd.* p) *ita* 1; agnoscere *L*; cognoscere *M. S.* q) denegasset *L*; negavit *M.* r) *ita* 1; scelere *edd.* s) *ita* 1. *S*; sive *L. M.*

Cap. 18. a) Leontiae *M.* b) pe 1. c) oratio (1). *M.* d) arcior 1; arcto *L*; arctiori *M.* e) *ita* 1; desperaret *edd.* f) *ita* 1; ab homine *L. M*; arte hominum *S.* g) *ita* 1; convocavit fratres *L*; convocavit fabros *M*; iussit fratres convocari *S.* h) *ita M*; exeundique 1; undique *L*; malleo *S.* i) *ita* 1. *L*; v. emisisset i. *M*; dabat v. i. *S.* k) d. se ita impeditum *L*; d. plus se nequiter impedimentum fecisse *M*; dicebant se nequius compeditum fuisse *S.* l) q. *om. L*; quibus s. *S*; *haec om. M.* m) ait *M. S.* n) praecepit — et *om. L.* o) *ita M. S cum Surio*; ut fieret ita 1. p) quem 1. q) locis *M. S cum Surio.* r) confractis 1, *corr.*; confregit et a pedibus e. s. *M*; confracta ad p. e. cecidit *S*; confracta cecidit ad p. e. catena *L*; rupta catena ad p. e. cecidit *Surius.*

Cap. 19. a) Sed cum *L*; Cum enim *S*; Dum *M.*

1) *I. q. studium impendere, et equus a mulomedico diligitur in V. Eligii II,* 46.

pellebat necessitas, ut ad energuminos[a] cathezizandum[b] ampullam cum oleo loco[c] quo posuerat accipere deberet. Festinus adfuit[d] inimicus: cum ille manum ad ipsam accipiendam extendit[e], serpens immanissima[f] ipsum in manu percussit. Et cum intelligeret, multa esse[g] figmenta diaboli, non se carminibus sanum effici postulavit, sed ad suam orationem continuo sollicite[h] accessit. Manus vero nec intumuit, et[i] sic eum Dei pietas incolomem reservavit.

(20). Cum autem tempus vigilandi evenisset[a], non diebus nec[b] noctibus a cursu cessabat[c] et monachis suis non solum laborare, sed nec pane etiam quoquire[d. 1] umquam permisit, nisi tantum orationi insistere. At ubi non solum victu habendi[e], sed nec panem ad vescendum se habere conspicerent, vultu triste clamabant[f] ei, dicentes, quod periclitarentur fame. At ille laeta facie sedula praedicatione monebat eos, dicens: 'Fides[2] famem non timet', et fabulas[3] heremitarum eis saepius Hier. exponebat. Qui vero cum eorum dissimularet[g] conloquia et cursu inceptu psalleret iugiter, numquam[h] defuit, quod undique[i] non veniret exenius[k], unde et ipsi reficerent et egenis substantia ministrarent. In quantum per cartarum volumina, facta ratione[l], subtraximus, duo milia populi de conlatis muneribus noscitur redemisse.

(21). Ne in narratione signorum volumen[a] extendam[b], cetera que facta sunt pretereo, ne pro[c] ipsa prolixitate sui[d] fastidium lector incurrat. Nam quantis vicibus carcerem rupit, vel quantos ab immundis spiritibus vel a[e] diversis infirmitatibus[f] liberavit, longum est dinumerare[g] per singula. Vestitum[h] quoque eius ac[i] victum asperrimum[k] fuit; vinum vero et reliqua poti[l] genera refutavit, et nullus ex suis nec secretissimus minister umquam[m] vidit eum edentem. Sub quanta vero afflictione quadragesimae diebus erat, quam creber in orationibus, quam humilis in suscipiendis fratribus, severus in corripiendis[n], alacer in exhortandis esset[o], non est nostre possibilitatis revolvi[p]; nam continenciam nullam unquam infirmitas fregit.

(22). Et ut ad[a] extremum veniamus, cum annis triginta et[b] novem in reclusionem explevit[c], nullo tedio[d] fatigatus, die K. Iulii emisit spiritum. Grande hoc Iul. 1.

I. Capp. 19—22. 1. *L. M. S.*

Cap. 19. a) ad denergii minos 1. b) catechizandos *L. S.* c) *ita* 1. *S*; de l. q. eam p. *M*; *haec om. L.* d) adfuit *om.* 1. e) *ita* 1. *L*; extendisset *M. S.* f) *ita* 1; immanissimus *edd.* g) esset 1; fieri *M.* h) sollicitus *S*; *om. M.* i) *ita* 1. *S*; (et *om.*) sic *M*; sed *pro* et sic *L.*

Cap. 20. a) t. v. eveniret *L*; pervigil *pro* t. v. e. *M. S.* b) *ita* 1; neque *L*; non *M. S.* c) cessaret *M. S.* d) *ita* 1; quaerere *S*; coquere *rell.* e) *ita* 1; *om. edd.* f) *ita* 1; acclamabant *edd.* g) *ita* 1; dissimulaverit *M.* h) vero 1. i) *ita* 1. *S*; undecumque *M.* k) *ita* 1; exenium *M*; exenia *L*; exeniae *S.* l) *ita* 1. *L*; oratione *M*; sancti viri *pro* r. *S.*

Cap. 21. a) *ita S cum Gonono*; voluimus (1). *M*; volumina *L.* b) *ita* 1. *L cum Gonono*; extendere *M*; extendere videar *S.* c) pro *om. M*; pro i. *om. L.* d) in *M*; *om. L.* e) adversis *S.* f) varias *add.* 1. g) ire *M. S.* h) *ita* 1; vestitus *L. M*; vestimentum *S.* i) *ita L*; a 1; et *M. S.* k) *ita* 1. *S*; asperrimus *L. M.* l) *ita* 1; potus *L. M*; potionum *S.* m) eum u. v. *M. S.* n) quam *add. L. M.* o) *om. L. S.* p) *ita* 1; revolvere *L*; evolvi *M*; evolvere *S.*

Cap. 22. a) (ad *om.*) tremum 1. b) *om. L. M.* c) explevisset *L*; explesset *M. S.* d) tegio 1.

1) *Cf. Greg., H. Fr. VI,* 8: Panes in cellula illa, eo vivente, coctus numquam fuit, sed a devotis, cum necessitas exegisset, inferebatur. 2) *Ita Hieronymus in epistula XIV. ad Heliodorum (Opp. ed. Vallarsius I, col.* 36*).* 3) *Cassiani Collationes intelleguntur, monente I. Mabillon.*

exstitit[a] spectaculum[b], ut in triginta et amplius exinde milibus in vico Viegio[c], hora diei tertia, dum quedam puella a daemonio torqueretur, transitum ipsius enarravit[d] in voce; et relictis omnibus, iter quo numquam fuerat tanto[e] avidissimo cursu arripuit[f], ut eo[g] die vesperam[h] in eius baselicam expectaret. Die subsequenti a nequissimo est mundata spiritu.

(23). Convenerant enim cives ad beatissimi viri funus[a]. Dum eius planctum lugerent, simul etiam, quo sepeliretur, tractarent, dum multi multa conferrent et basilicarum eligerent loca, a[b] ceteris vir clarissimus Alexander nomine ingressus baselicam locum in quo iacuit[c] ostendit; sed in quantum ad rei veritatem pervenimus, eo[d] loco dormierat, quando Christi audierat vocem[1]. Et[e] illud preterea silencio non transibo, quod tonna[f] vini, dum ad eius baselicam hedificandi[g] dispensaretur et valde[h] iam pervenisset ad imum[i], noctu redundavit[k] expleta. Haec et alia quam[l] plura ab ipso noscuntur esse peracta, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et[m] Spiritu sancto vivit et regnat in[n] secula seculorum. Amen.

II.

DE[a] OPERE ET VIRTUTIBUS[b] SANCTI EPARCHII PRESBITERI ET CONFESSORIS CHRISTI.

(1).[c] Tempore illo peracto felici, transitum beatissimi Eparchii presbiteri inmemorem caritatem vestram esse non reor, qualiter nobis[d] singula de vita[e], moribus, virtutibus vel operibus memorati viri, quousque eum Dominus vocare dignatus est ad requiem, conscripta[f] et, recitante lectore, vobis manifeste cognita sunt. Nunc vero, quanta vel qualia post humatum corpusculum ad locum sepulcri vel per multarum[g] terrarum spacia, ubique articulorum reliquie condite sunt, virtutes Dominus per servum suum revelare conatus est, et per cunctorum revelationem, que gesta fuerant, agnita sunt, vestris auribus, in quantum permiserit Dominus, intimabo.

(2). Igitur quodam[a] tempore, cum inclite memorie Haribertus[2] rex ad regendam

I. Capp. 22. 23. 1. *L. M. S.* *II. Capp.* 1. 2. 1. *L.*

Cap. 22. a) stitit 1, *corr.*; adstitit *M.* b) exspectaculum *fortasse recte S*; miraculum *L.* c) *ita S cum Surio*; Viegrio 1; Ivegio *lectio varians et in textu* Mugrio *L*; Inegio *M.* d) narravit *M. S.* e) *ita* 1. *S*; tam *L. M.* f) c. arripuerit *L*; arrepto c. *M.* g) ea *M. S.* h) *ita* 1; ad vesperam *L*; ad vesperum *S*; vesperi *M.*

Cap. 23. a) et *add. L. M.* b) *ita* 1; prae c. *L*; unus e c. *M. S.* c) *ita* 1. *L*; iacet *M*; sancta eius deberent membra iacere *pro* i. *S.* d) in *add. L*; eumdem locum praedixerat *M*; in eadem hora dignoscitur dormisse in Domino, in qua prius veniens in reclusione, audivit Dominum dicentem sibi: Eparchi, hic permane et iam amplius noli vagari *pro* eo — vocem *S et similiter Surius.* e) Illud etiam *L*; Illud quoque *S*; Et — expleta *om. M; locus etiam miraculis retractatis insertus est (cf. Catal. Paris. Bolland. II, p.* 202, *c.* 15*), sed desideratur apud Gononum.* f) *ita* 1. *L*; vasculum *S.* g) aedificandam *L. S.* h) pene *L*; iam *om. S.* i) ymnum 1. k) renundavit 1. l) complura *L*; quam plurima *S.* m) *om.* 1. n) r. Deus per omnia s. *M*; r. Deus in cuncta s. *S.*

II. Cap. 1. a) *ita* 1; Item de virtutibus eiusdem sancti Eparchii *L.* b) utibus 1. c) *numeri des.* 1. d) *ita scripsi*; noctis vigilie 1. e) vite 1. f) conscriptam et recitandi lectorem 1. g) multorum 1.

Cap. 2. a) quantum 1.

1) *Cf. supra c.* 8. 2) *Charibertus I. rex, de quo auctor cogitasse videtur, licet Ecolismensium civitatem fortasse possederit (cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 553*), tamen multo ante Eparchium obiit; alter autem rex Aquitaniae anno demum* 629. *Aquitaniam a fratre Dagoberto regendam suscepit.*

patriam Narbonensensem[a], salva vota multa quam cetera, iussu Domini advenisset[b] in gloriam, quam plures et quam ex Francorum genere nobilissimi viri, proceres, optimates et sodales cunctorumque adunatio in eius more regio advenisset[b] regio[c] obsequio, ex quibus unus e plurimis Dulciadus[d] nomine in territorio Egolinensium comitivam optinuit dignitatem: cum vero pro lucrandam orationem properasset ad baselicam antistitis, ubi[e] velum, quod matrona devocionis animo[f] ad sepulcrum contulerat et ostium introitus ecclesie adfictus pendebat, primus intuere cepit et oculus[g] nequam quodquod[h] conspexerat concupivit, turbo[i] vultu abbatem comminare[k] cepit et omnes inibi aspicientes suis obtutibus presentari precepit. Explevit scelus[l] opere, quemadmodum serpens, qui repit pectore, repit et ventre et[m] venenum habet in ore. Verbis per puerum innuit, nisi velum sue gratie dirigeret, gravis eorum iniurias hominibus perpetraret. Illi vero zelantes de famulis, velum[n] direxerunt causa muneris; quod[o] cum leto animo recepisset, super stratum ponere precepit. Cum noctis tempore iugiter advenisset crapulatus a[p] vino, in eodem lectulo prostratus occubuit; sed cum animo dedisset in sompno, in gravem febrem irruit tedio. Vocavit puerum, ut velum reportaret[q] ad tumulum; sed membratim distendebatur in vulnere, longum tabefactus dolorem in corpore, et velum reddidit et vitam[r] in ipso[s] tedio finivit in scelere.

(3). In ipsius regis[a] tempore duos viros eius comes palacii cathenarum vinculis suis pueris precepit poni, quasi ad victimas. Qui per virtutem sancti Eparchii iurantes ac[b] clamantes se esse insontes; noctis vero tempore, cum custodes a sompno fuissent fortiter depressi, cathene super ipsos effracte sunt. Cursu veloci currentes ad basilicam, properantes ad vitam, periculo liberati sunt.

(4). Waragulphus comitivam exercens miliciam, morbo regio contractus, nervorum debilitatem[a] adflictus, ad sepulcrum beatissimi viri deportatur[b] in feretro, quasi ut sepeliretur[c] in tumulo; sed pius Dominus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, per servum suum Eparchium restitutus est corporis sanitatem. cf. Ezech. 33, 11.

(5). Albinus vir Sanctonice civitatis magnificus longo tempore langore[a] detentus lectulo, carri postulavit veiculum, ad memorati[b] viri sepulcrum devoto animo expetivit auxilio; sed et ipsum Dominus sanum precepit ad suum redire presidium.

(6). Iolita femina, viri magnifici Fingonis[a] filia, oculorum pupille subtracto[b] lumine, per aliquod tempus in domo orbata[c] sedebat et debilis. Resipiscens post paululum ad sepulcrum expetiit sancti Eparchii; per paucos dies deprecando Dominum lumen recipere meruit pristinum.

(7). Quedam[a] idemque matrona nomine Dodolena febribus vexata corpore, allata[b] bovum veiculo, ad sanctum pervenit cenobium[c]. Deprecati fuerunt matriculi[1] et pauperes; continuo indubitanter recipere meruit pristinam sanitatem.

II. Capp. 2—7. 1. *L.*

Cap. 2. a) *ita B*; Carbonensi 1. b) advenisse 1. c) regi 1. d) *ita L cum B*; Diis 1. e) *ita scripsi;* viri 1. f) anime 1. g) oculos 1. h) quos quod 1. i) *i. e.* torvo. k) comi|mirare 1. l) *ita L*; *om.* 1. m) *ita L*; et — ore *om.* 1. n) velum quasi direxit causa muneris *B*; verum dixerunt causam numeris 1. o) que 1. p) *ita L*; animo 1. q) reportare 1. r) utam 1. s) ipsa 1.

Cap. 3. a) regi temporis 1. b) adclamantes 1.

Cap. 4. a) dubitatem 1. b) deportatus 1. c) sepelitur (?) 1.

Cap. 5. a) lagore 1. b) memoratum viris 1.

Cap. 6. a) *ita L*; Fingone 1. b) subtracta 1; p. acie subtracta *B*. c) *ita L*; caeca *B*; orabat 1.

Cap. 7. a) Quadam 1. b) *ita L*; ablata 1. c) veiculum *corr.* cenobium 1.

1) *I. e. matricularii.*

Iul. 1. (8). Verum quia Kl. Iulii vir Dei de seculo vocatus est ad celestes epulas, et cum per annos singulos sua celebraretur festivitas, cecus lumen desiderans ad eius festinabat accedere limina. Adibitum quendam[a] puerulum, qui ei prestabat ad eundum[b] adminiculum, sed cum in ponte super Carontonis alveum inter catervam[c] populi venisset in pervium, puer malum ferens animum, se[d] inter duos[e] pontes medii[f] fluminis abstraxit ab[g] eo. Clamabat cecus voce qua poterat: 'Sancte Eparchi, tuum presta auxilium, ut merear ad sanctum tuum properare sepulcrum'. Tunc de celo venit oriens, suos quasi palpans[h] oculos; effuso sanguine, perfectum recepit lumen. Statim carpens viam, ad
cf. Marc. 10, 48. Dei hominis pervenit memoriam. Nec mirum hoc: qui[i] cecum sedentem in via, clamantem[k] clarum restituit lumen, potuit et hic per intervencionem Dei hominis prestare visum[l] caelitus pauperi[m] supplicanti.

(9). Duas quasdam feminas de baptismi[a] lavacrum caritate connexas, antiquus hostis invidus inter eas seminavit discordiam; sed cum una alteri[b] de causa reputata esset obnoxia[c], iusiurandum constituit, ut se ad sepulcrum sancti Eparchii consignaret[1] ydoneam[2]. Sed pro obturbatione[3] populi ad locum destinatum nequid[d] accedere; fidem habens, que[e] causam iniunxerat[f], sermonem dedit alteri, ut tantum verbum iusiurandi in loco qua constabat veraciter adfirmaret. Sed [de[g]] causa rei conscia manus levare[h] ad sanctum sepulcrum voluit; sed minime adimplevit, nisi in terra cadens, pro admissa[i] noxa confessionem coram omnibus dedit.

(10). Nigasius[4] quidam nunc[a] tempore Egolinensis episcopus in civitate Burdegala ecclesiam in honore sancti Eparchii sacro ordine devotus constituit, ubi et reliquiarum pignora cum magna gloria, Deo auxiliante, collocavit. Quodam[b] tempore cum naves Britanicas armatas velo et remigia[c] pro exercenda negocia ad portum civitatis accederent pro comercia, maris[d], vento flante, tumuit, et insistente procella, carina mergere cepit. Tunc omnes lassantes quasi ad mortem remigia, voce qua poterant cum lacrimas proclamabant: 'Sancte Eparchi[e], manum porrige miseris, libera perditos, quos hostis iniquus vult previdere captivos'. Statimque[f] pius adfuit Dominus; cum voce proruperunt[g], magnum
cf. Matth. 8, 26. miraculum videre meruerunt. Statimque iuxta verbum euvangelicum dictum *imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna.* Hii vero qui in puppi sedebant ad sanctam Dei ecclesiam ovantes cum gaudio pervenerunt et munera qua poterant fide integra matriculis intulerunt.

(11). Quidam dives Alurdio[a] pro suo implendo desiderio deganciam[5] vini ad festa sollempnia beati presulis dirigens, ut pauperum esset refectio, similiter et matricule[b]; sed missus inmisericors subtrahere voluit, quod voluntas sepe dicti viri ad saciandum comiserat pauperes. Mediatum vasculum vini liquorem in helemosinam dederat tantum;

II. Capp. 8—11. 1. *L.*

Cap. 8. a) quedam 1. b) *ita L*; eundem 1. c) *ita L cum B*; cathenam 1. d) *ita B*; sed 1. e) inter duos spontes 1; *haec om. L cum B.* f) *ita* 1; medio *B.* g) *ita scripsi*; ab illo *B*; a puero 1. h) *ita B*; palmans 1. i) *ita L cum B*; quia 1. k) vivens *add. L.* l) *ita L*; iussum petenti celeriter 1. m) paupere 1.

Cap. 9. a) baptismum 1. b) *ita B*; altera 1. c) obnoxa 1. d) nequid accideret 1; nequivit accedere *L.* e) qui 1. f) iniuxerat 1. g) *ita scripsi*; *om.* 1. h) levaret 1. i) amissa 1.

Cap. 10. a) *ita* 1; tunc temporis *L.* b) Quadam 1. c) *ita* 1. d) *ita* 1 *cum B.* e) Eparchii 1. f) Stıque 1. g) prorumperunt 1.

Cap. 11. a) *ita* 1 *cum B*; Almodio *L.* b) matricula 1.

1) *I. e. probare per signa; cf. Ducange s. v. 'consignatio'.* 2) *I. e. innocens; v. Ducange h. v.* 3) Constipatione *B.* 4) *Nicasius, quo sedente falsarius degisse vult, actis concilii Matisconensis a.* 585. *subscripsit.* 5) *Species vasis seu dolii. Ducange.*

alium sue voracitatis ingluviem reportabat. Rota carri cominuit, vasculus fractus cum vino in foveam cecidit. Ostensa est inibi[a] avaricia et malicia hominis, ut non lucrum sue gulacitatis[b] adipisceret nec mercedem, de quo comissum ei[c] fuerat, impetraret[d].

(12). Quidam homo afflatus spiritu pallas[a] desuper sanctum sepulcrum abstraxit more furtivo; sed quantum putabat, iter arripere ad eundum[b], tantum velociter regrediebatur[c], unde furtum fecerat. Ad sepulcrum amens, infelix et perfidus pallas reddidit et recedit[d] confusus.

(13). Eonaldus quidam homunculus contractus corpore, ita ut nec gressum facere possit, ad basilicam antistitis[a] venit; repertam celestem[b] medicinam, propriis pedibus, erecto corpore, ad locum unde venerat remeavit.

(14). Claudius faber noctem per effractam[a] vitream in basilicam introivit, argentum desuper ipso[b] sepulcro furtim abstrahere voluit; sed, mente in suo scelere reperta[c], cum grandevi metu quod fraudare ceperat presentavit*.

(15). Sed et[a] hoc non silendum puto, quod nostris temporibus actum fuisse discernam[b]; sed quod veraciter contigit[1] adsignabo[2]. — — — — — —

(16). Waldericus Sanctonice civitatis vir perspicuus devocionis animo[a], monasteriorum et pauperum necessitatum[b] non inscius, prediolum super Carantonis fluvium, cui constat Montem esse vocabulum, testamentari[c. 3] in honore sancti Eparchii, et cum egressus fuisset de seculo, monachis ipsum decrevit recipere pro remedium anime sue. Crotharius[d] vir iniquus et pessimus, potestatem superbie accinctus, per[e] socerum suis dictionibus conatus est possidere agrum. Cui pater monasterii Rusticus sepius postulavit et usque eius genua quasi provolutus descendebat, ut redderet[f], unde pauperes, quibus[g] delegatum fuerat, sustentarentur[h]; sed ille non solum illum[i] non[k] reddidit, verum etiam fructus inde[l] provenientes suis horreis recondebat. Indictum monachis per abbatem triduana ieiunia; quod sagacitas disperaverat, accensus[m] febre valida[n], sthomacum superfluentem, cum gemitu clamabat miser et trepidus: 'Sancte Eparchi[o], reddo quod abstuli; remitte malum quod perpetravi'. Missum festinanter misit, qui vas argenteum ad[p] cenobium deportaret et reddenda villa nuncium adsignaret; sed iussum Domini, sicut Anania (cf. Act. 5.) et Saphyra severitatem sancti Petri percussi sunt, et iste avarus et cupidus iudicium sancti Eparchii et villa reddidit et vitam finivit.

(17). Sed quanta Dominus per servum suum ostendere dignatus est miracula,

*) Illud — — plenum *locus Vitae c. 23. hic interpolatus est B (om. Gononus).*

II. Capp. 11—17. 1. *L.*

Cap. 11. a) *ita L*; mihi (?) 1. b) *ita* 1; gulositatis *L*; voracitatis *B*. c) eis 1. d) imperaret 1.

Cap. 12. a) *ita L*; palmas 1. b) eundem 1. c) *ita scripsi*; egrediebatur 1; ingrediebatur *L*. d) *ita scripsi*; resedit 1; rediit *L*.

Cap. 13. a) antistis 1. b) celestis 1.

Cap. 14. a) *ita B*; anfractam 1 *cum L*. b) ipsos 1. c) reperto 1.

Cap. 15. a) ex hoc in silendo 1. b) *ita scripsi*; discernat 1; discerno *L*.

Cap. 16. a) *ita L*; anime 1. b) *ita scripsi*; necessitatem non in suis 1. c) testamentarii 1. d) Gratharius *L*. e) pro socero *L*. f) rederet *pr. m.* 1. g) *ita L*; cuius 1. h) sustaretur 1. i) illam 1. k) *ita L; om.* 1. l) *ita L*; anni preventus 1. m) *ita L*; accinctus 1. n) validum 1. o) Eparchii 1. p) a 1.

1) *Cf. prooemium Vitae (I, 1), cuius et ipse auctor vult esse falsarius (II, 1):* enarrare virtutes, quae veraces esse noscuntur. 2) *Sequitur locus e Greg., H. Fr. VI,* 8, *depromptus hic:* Gregorius Turonice urbis episcopus d.: Obiit Eparchius — — exequiis, *quem praetermisi.* 3) *I. e. donare per testamentum; cf. Ducange h. v.*

longum est dicere per singula. Nam multi, qui oppressis corporibus a diabolo vexabantur, liberati sunt, et plures infirmi et imbecilles[a] a diversis langoribus, febricitantes typo frigoris, quartanis et cotidianis et stromatibus[b] ac secretiores infirmitates medelam corporis receperunt[c] ac sanitatem; nonnulli cathenarum vinculis et a catasti tormenta, pedum ferreis vel carcanis[1] ligneis absoluti sunt. O vere vir beatus, constans in opere, largus in helemosinis, promptus in oratione, non longe a civitate mansurus, erat quasi in vasta solitudine[d] constitutus! Iustus et fortis, prudens et temperatus! Nam quicumque habens infirmitatem[e] devoto animo et promptissima voluntate ad eius sepulcrum expetierit sanitatem, letus ad domum suam rediit cum magna alacritate, prestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et potestas per immensa seculorum secula. Amen.

II. Cap. 17. 1. *L.*

Cap. 17. a) imbecillens ac d. 1. b) *i. e.* strumis. c) recipientes (*om.* ac) 1. d) sollit. 1. e) *ita L cum Gonono*; in civitate 1.

MIRACULA MARTINI ABBATIS VERTAVENSIS.

Vertavensis monasterii prope Namneticam urbem siti ecclesiam antiquam monachi ipsi everterant, ut venustiorem instaurarent, novumque opus iam tres ex pavimento ulnas altum erexerant[2], *cum repente, Nortmannis irrumpentibus, refugere a.* 843. *coacti sunt, locusque florentissimus in solitudinem redactus est*[3]. *Exules, patroni corpore assumpto, in Ensionense quod sui iuris erat monasterium se conferentes, cum qui ibi erant canonici eos recipere recusarent, Pippinum regem adierunt praeceptumque regium elicuerunt, ut locus subditus sibi restitueretur*[4]. *Itaque iam Ensionense monasterium occupaverunt Vertavenses corpusque patroni primo in ecclesia S. Iohannis iuxta ossa Iovini, ex quo locus hodie Saint-Jouin-de-Marnes (dép. Deux-Sèvres) appellatur, deinde in ea S. Petri*[5] *deposuerunt. Martinus cum miraculis iam in itinere clarescere coepisset multisque locum novum illustrasset, Usuardi Martyrologio*[6] (875) *illatus est, die scilicet* 24. *Octobris:* Vertao monasterio sancti Martini abbatis, *ipsiusque etiam is meminit, qui Wandalberti Martyrologium*[7] *interpolavit:*

Martinumque suum celebrans Vertavus adornat.

Ensionensi autem Iovini monasterio post translationem nomina ecclesiae maioris accesserunt et Martini et Vertavensis[8], *cumque haec ipsa postea restituta esset, tamen praepositurae*[9] *titulum solum adipisci poterat ei ipsi ecclesiae subiecta, in quam quondam dominata erat.*

1) *I. q. collarium; cf. Ducange h. v.* 2) *Cf. Miracula Martini c.* 8. 3) *V. Martini* § 19 *(AA. SS. Oct. X, p.* 810*).* 4) *Mirac. Mart. c.* 9. 5) *Ib. c.* 10. 6) *Ed. Bouillart p.* 174. 7) *Ed. E. Dümmler, MG. Poetae II, p.* 597. 8) *Cf. Chartularium S. Iovini a L. Grandmaison editum ('Mém. de la société de statistique du dép. de Deux-Sèvres'* 1854, *tom. XVII) a.* 876: monasterium sancti Martini Vertavense vel sancti Iovini Hensionense *(p.* 12*), a.* 1069: coenobium Hensionense in honore Dei et sancti Iohannis euangeliste et sanctorum confessorum Iovini et Martini constructum *(p.* 21*), sed a.* 1120: abbatia sancti Iovini *(ib. p.* 27*).* 9) *Cf. Grandmaison l. l. p.* 97.

Monachus quidam peregrinus ad Ensionense monasterium perveniens iussu Rainaldi praepositi totiusque congregationis Vertavensis exulantis primo Vitam, deinde miracula Martini et inprimis eversionis historiam translationemque duobus libris descripsit, de fontibus adhibitis haec praefatus[1]*: Vitae quidem librum in castro Toarcense olim exustum esse, sed exiguum volumen superfuisse, quod inter varia carmina ipsius sancti breviorem Vitam rhythmice compositam continuisset; hanc a se ipso sermone pedestri redditum fratribusque rogantibus aliquantulum dilatatam esse, scilicet in libro priore, in posteriore autem ea quae seniores etiamtunc viventes meminissent litteris mandata esse, quippe qui librum illum exustum et ipsi vidissent memoriaeque mandassent, unumque eorum affert Rainaldum nomine. Duo illi Vitae libri, et amplior iam deperditus et brevior, per Hincmarum satis noti sunt, cumque auctor inter miracula post sancti mortem patrata, quae a Siguino archidiacono partim descripta esse affirmavit, de iuvene Tolosano rettulerit caeco et claudo, qui Martinos et Turonensem et Santonensem frustra adiisset, sanatus solus per Vertavensem, cumque vel verba nonnulla cum V. Remigii concordent:*

V. Remig., auct. Hincm. c. 9.	*Mirac. Martini c.* 6.
Quaedam puella ab urbe Tolosa, preclaris orta natalibus,	fuit quidam iuvenis Tolosanus, claris parentibus ortus,

manifestum est eum magni illius Remensis falsarii vestigiis ingredi neque ante a. 878. *acta Martini scripta esse posse. Alanus III. rex Britanniae, qui in Mirac. c.* 5. *commemoratur, a.* 877—907. *regnavit, neque vero ultra saec. IX. vergens transgredi licet, cum biographus Arnulfum quendam, qui 'ex antiqua Vertavensis monasterii familia' fuerat, a Nortmannis utraque manu privatum Attarde ipse visitavisset*[2]*. Ea quae de eius industria scripsit ideo attulit, ne 'ficta' de Martino referre ipse crederetur, atque etiam in praefatione miraculorum quam vehementissime affirmavit, de fide sua nullo modo dubitandum esse, multis verbis exponens, quam turpe vitium sit mentiri. Attamen nemo eo impudentius insulsiusque mentitus est, id quod ex ipso miraculorum exordio intellegi potest. Iter Italicum quod ibi enarravit Martini Maximinique episcopi Trevirensis in huius Vita legerat, ubi prior nimirum celebris Turonensis est episcopus; ipse vero non solum hanc totam fabulam ad Vertavensem suum rettulit, unde is cum Maximino plus quam duobus saeculis ante vivente convenit, sed etiam testem produxit Rainaldum Andegavorum vicecomitem seque ipsum pelles subolum ursi illius quo uterque sanctus usus esset vidisse asseruit Roma allatas. Neque insequentia miracula melioris notae sunt, ita ut priori parti, scilicet c.* 1—7. *auctoritas nulla accedat; historia autem et cladis Nortmannicae et translationis alicuius momenti est, et miraculis posterioribus, quae auctoris tempore gesta esse dicuntur, fortasse maior fides tribui potest, sed ad historiam politicam fere nihil faciunt, unde perpauca tantum admisimus.*

Auctoris fallacia etiam in ipsa Vita deprehenditur, ad quam confirmandam librum illum deperditum mentitus est. Felix enim episcopus Namnetensis († 582) *quomodo Martinum diaconum constitutum in civitatem Herbadillam paganis ritibus addictam ad fidem christianam praedicandam misisse poterat, cum e Gregorio, Gl. Mart. c.* 89, *constet, pagum Arbatilicum ad Pictaviensem potius dioecesim saeculo VI. pertinuisse? Anno demum* 851. *ea illius pagi pars, ubi Herbadillam sitam esse necesse esset, Ratiatensis scilicet regio, quam Pictavis olim paruisse idem Gregorius, Gl. Conf. c.* 53, *aperte testatur, cum territorio Namnetensi coniuncta est, postquam haec aliaque Karolus rex Britannis cessit*[3]*, atque manifestum est, totam hanc fabulam antea excogitatam esse non posse.*

1) *Praefatio miraculorum e codice* 1a *a Bollandianis, Catalogus codd. hagiogr. bibl. Paris. III, p.* 316, *primum edita est.* 2) *Mirac. Martini c.* 3. 3) *Cf. Ann. Bertin. a.* 851; *Longnon, 'Atlas histor. Texte expl.' p.* 86. 102. 148.

Herbadillae autem civitatis nemo praeterea meminit eiusque interitus exemplo Sodomiticae ruinae confictus videtur esse, neque mulier desideratur, quae respiciens in lapidem mutata esse fertur. In silvam Dumen Martinus se recepit fortasse, quia alter eiusdem nominis sanctus abbas fuerat Dumiensis, antequam episcopus Bracarensis creatus est. Regula 'a Transalpinae regionis partibus' allata, scilicet S. Benedicti, in sanctum saec. VI. parum convenit. Denique lis inter Vertavenses et Durivenses de corpore sancti exorta nonne illam Aurelianensium Dunensiumque in memoriam redigit de corpore Aviti certantium[1]*? Praeter V. Aviti auctor etiam eam Melanii*[2] *adhibuisse videtur.*

Vitam primigeniam A in sermonem planiorem redegit alter auctor B, cuius librum e codice Ultraiectino S. Salvatoris eruit V. de Buck. Quem etsi potius vetustiorem esse idem statuerat, tamen contrarium facile demonstrari potest, comparatis utriusque recensionis locis his:

Vita A.	*Vita B.*
§ 1. sanguine cretus (= *V. Aviti c.* 1).	§ 1. ortus.
§ 6. in hac tam sibi contigua urbe (*cf.* § 5. urbs Namnetensi contigua civitati).	§ 2. in tam vicina sibi urbe (*cf.* § 2. urbs Nannetis contigua).

Tertia denique Vita (C) e codicibus Compendiensi et Vertavensi edita post restauratum Vertavense monasterium composita videtur esse, id quod ex calce concludi licet, ubi de miraculis in mausoleo accidentibus relatum est[3].

Vita ficticia praetermissa, miracula tantum edenda nobis erant selecta, sed referre piget, unum solum codicem hodie extare eumque satis imperfectum.

1*a*) *Codex Parisiensis n.* 15436, *olim capituli S. Marcelli Parisiensis et a.* 1667. *a Petro de Blanger bibliothecae Sorbonicae dono datus, fol.* 77'—81'. *Vitam A prologo destitutam (praescr.* Incipit vita sancti Martini abbatis, quae VIII. Kl. Novembris, *incip.* Fuit vir venerabilis vitae*), fol.* 81'—84. *miracula continet, scilicet c.* 1. 5. 7. 12 —16. *una cum praefatione, quae in editionibus desideratur. Clausula c.* 16. *addita est haec:* glorificans cunctipotentem atque protectorem omnium in se confidentium dominum nostrum Iesum Christum, cuius maiestas fulget in excelsis per infinita saecula saeculorum. Amen.

1*b*) *Codex monasterii Vertavensis, qui hodie latet, post Vitam C miraculorum c.* 1. 5—7. 2—4. *hoc ordine exhibebat*[4].

2) *Codex monasterii Silvae maioris, qui item latet, post Vitam A miracula integra continebat, sed praefatio aberat.*

In codicibus 1*a. b idem enuntiatum c.* 5. *desideratur, iique ex eodem exemplari pendent, cui pauca tantum capita inerant. Praestantior liber* 2 *maximam miraculorum partem solus servavit, ibique etiam praescriptiones capitum legebantur; sed dolendum est, capitum* 1—4. 6. 7. *exordia tantum a Mabillonio ex apographo, quod ei praesto erat, edita esse, unde textus illius partis fere solus libris mutilis nititur.*

1) *Supra p.* 384. 2) *Verba V. Martini* § 3 *(AA. SS. Oct. X, p.* 806*):* ut maerentibus laetitiae gaudium *et q. s. cum V. Melanii c.* 3 *(supra p.* 373*) fere conveniunt.* 3) *Vita C incipiens* Praeclara caeli *in codicibus Parisiensibus n.* 17006, *saec. XII/XIII, et n.* 5353, *saec. XIV, extat.* 4) *Eadem, scilicet Vitam C (praescr.* Vita sancti Martini Vertavensis inter abbates nobilissimi*) et miracula (praescr.* Miracula quaedam de vita sancti Martini*), eorum autem ne primum quidem caput integrum (desinunt:* Maximianus custos aselli*), codex prioratus S. Iacobi Tilmiacensis continebat deperditus, cuius apographon in codice Parisiensi n.* 11768, *fol.* 219—222, *inter schedas Benedictinorum extare ex Henrico Omont amico doctissimo accepi.*

I. Mabillon, Acta sanctorum ord. S. Benedicti, Parisiis 1668, *Saec. I, primo Vitam C et miraculorum eam partem, quam codex 1b continet, p.* 371—378. *publici iuris fecit, deinde autem codicem* 2 *nactus Vitam A eaque miracula quae in 1b desiderantur p.* 681—692. *adiecit.*

V. de Buck, Acta sanctorum, Parisiis 1869, *Octob. tom. X, p.* 802—304. *Vitam B, p.* 805—817. *Vitam A cum miraculis edidit, sed codice destitutus neque editione Mabilloniana satis prudenter usus parum profecit.*

B. Krusch.

INCIPIUNT[a] MIRACULA POST MORTEM.

De beati Martini Vertavensis vitae qualitate vel virtutum numerositate pauca admodum diximus; restat, ut promissionis[1] nostrae memores, quae vel ipsi vidimus vel scripta legimus sive etiam fidelis famae opinione didicimus, quae vel ipse vivens vel post obitum exercuit, addere curemus. Ipsius est enim, quicquid virtutum de Martino dicitur, qui in quo et per quem vult hominem operatur, id est Christus, quem in principio locutionis nostrae rogantes[b], ut infundat nobis de Martino suo loquentibus sapientiae suae rorem et ariditatem pectoris nostri irroret alluvio dulci fontis aeterni. Nos autem vix pauca de viro Dei Martino dicturi sumus, quia liber vitae ipsius olim in castro Toarcinse[2] exustus[c] est, cum quo etiam ornamenta beati viri paene incomparabilia perierunt. Superfuit autem volumen exiguum, in quo varia continebantur carmina, inter quae ipsius sancti viri adbreviata invenitur vita, dulci et tinnulo rithmo depicta. Itaque cum venissem ego indignus soloque habitu monachus ad coenobium[3], quo nunc eiusdem sancti viri menbra quiescunt, compulsus sum a fratribus loci maximeque a venerabili viro Rainaldo, qui eodem in loco praeposituræ fungitur officio, ut de eodem rithmo[d] planae orationis texeretur conscriptio. Quod quia rennuere non potui, prout Deus concessit, cuncta quae libellus protulit, exceptis his quae poetice dicebantur, planiori oratione contexui et more interpretis non verbum e verbo, sed sensum ex sensu expressi et iuxta fratrum petitionem aliquantulo dilatavi. Verum quia seniorum aetas usque ad nostra duravit tempora, qui ex libro vitae beati viri memoriae commendarant[e] plurima, quorum unus, id est Rainaldus[f], usque hodie venerabiles exigit annos, quicquid eorum relatu comperimus, quae in libello iam dicto inserta non erant, velut alterum voluminis corpus efficientes, separatim ponendum existimavimus, incipientes quae ipse vivens in corpore gessit et pertingentes ad ea quae post sui obitum, Christo per se operante, complevit. De fide autem dictorum nulli ambigendum suademus, qui noverimus, quae vota sint voluntatis voto mentiri. Maxime namque de his quae veritas[g] gessit falsitas fugienda est. Quamvis enim per se sit ipse culpabilis, ex comparatione tamen veri, quod depravare nititur, eius torti-

Praef. 1*a*.

Praef. a) *praefationem solus codex* 1*a exhibet.* b) *ita* 1*a.* c) *ita coniec. Bolland.*; exutus 1*a.* d) (rith *in ras. maiore*)mo 1*a.* e) ra *in ras.* 1*a.* f) Raineldus 1*a, corr.* g) verita 1*a.*

1) *Cf. V. Martini Vertav.* § 19 *(AA. SS. Oct. X, p.* 810*)*: Eversionis itaque historiam sequenti libello reservabimus; ea etiam quae de Martini adhuc inventis operibus fidelis fama vulgavit addere curabimus, aliqua etiam ex his quae per diversa loca, dum sacrae eius asportarentur exuviae, Christum per Martinum cognovimus effecisse, sive etiam quae ipsi vidimus in loco ubi nunc Christo propicio iacet tumulatus. 2) *Thouars (Deux-Sèvres).* 3) *I. e. Ensionense.*

tudinis[1] deformitas amplius manifestatur. Vos autem, discipuli Christi, iuvate precibus, quem iussione cogitis, et quod arripere compellitis, Christo, ut perficiatur, attentius commendate.

1. De[a] urso ad officium sumpto.

Beato Martino voti[b] semper erat[c] continue[d] Romam ire, beati Petri apostolorum principis sedem et sepulchrum videre, quorum memoriam[e], dum domi esset, dulcissime consueverat flere; curaque maxima illi erat, sicubi via foret difficilis, in pontibus sternendis, lapidibus quoque, interdum etiam maximis rupibus exaequandis. Quod qui Romam hinc vadunt, si studium adhibent, quam bonae intentionis[f] iste vir fuerit, perpendere possunt. Sane quia haec cunctis notissima sunt, ad narrationis[g] nostrae seriem convertamur[h]. Dum beatus vir[i] vice quadam ab Urbe rediret, solatio ei erat beatus Maximinus[2], — qui postea factus est Treverorum[k] episcopus, — quibus ad supplementum sarcinae deportandae[l] solus tantummodo habebatur asellus. Itaque cum venissent[m] ad civitatem quae Sutrium dicitur, beatus Martinus pro coemendis necessariis oppidum petivit[n]; Maximinus aselli[o] custos mediis in competis[p] manet. Quo paululum soporato, miser asellus, dum pastu occupatur, viae limen excedit et ab obvio[q] urso intercipitur et sine mora consumitur. Reversus Martinus ab opido vectorem sarcinae requirit, cum custode conqueritur, quid de asino factum sit. Denique inquirentes inveniunt[r] ursum ambesi[s] cadaveris reliquias[t] insidentem et cruentos[u] ore proprio ungues lingentem. Fraus non est in ambiguo, dum fraudator convincitur ore cruento. 'Quia', inquit Martinus, 'nobis intulisti[v] dampnum solatii, arripe officium asini, ut cuius factus es invasor sanguinis, fias[w] successor in administratione laboris'. Ad quam vocem consurgit ursus, et cervice deiecta, manibus famulorum Dei mansuefactus subditur, sarcinamque[x] suscipiens, praedo socius beatorum efficitur: nec praecipientis Martini fera[y] imperium abnuere non[z] potuit, quia virtutem[a] pectori eius inesse persensit. Cumque ad eum locum ventum[b] esset, qui Urseria[3] vallis dicitur, ne iactantiae videretur, quod feram in suo obsequio haberent, iubent sancti abire bestiam evidentia secum sarcinae signa gerentem. Nam ubi cingulum pectorale et postula[4] fuit, ademptis pilis, cutis nuda apparuit; qui etiam hoc[c] honore donatus est, ut a[d] nemine captus, nativo[e] fine deficeret omnesque[f] germinis sui soboles hisdem[g] insignibus redimitas[h] propagaret. Vidimus etiam nostris diebus quosdam Roma redeuntium ex eodem genere iuxta[i] incolarum testimonium pelles

Praef. 1*a*. *Cap.* 1. 1*a. b.*

Cap. 1. a) *lemmata solus codex* 2 *exhibet.* b) *ita codd.* c) inerat 1*a*. d) *ita* 1*a*. 2; continuo 1*b*. e) memoria 1*a*. f) *ita* 1*a*; institutionis v. iste 1*b*. g) rationis 1*a*. h) convertemus 1*a*. i) *om.* 1*b*. k) Treveronum 1*a*. l) deportandi *corr.* deportandae 1*a*. m) *ita* 1*b*; pervenissent 1*a*. n) *ita* 1*a*; petit 1*b*. o) *ita* 1*a*; c. a. 1*b*. p) compitis 1*b*. q) ovio 1*a*. r) invenientes 1*a*. s) ab esi 1*a*. t) reliquias insidendentem *(sic)* 1*a*; reliquiis insidentem 1*b*. u) cruentas 1*a*. v) abstulisti 1*a*. w) *ita* 1*a*; s. f. 1*b*. x) que *om.* 1*a*. y) *ita* 1*a*; i. f. 1*b*. z) *ita* 1*a*; *om.* 1*b*. a) *ita* 1*a*; p. e. Christi v. 1*b*. b) *ita* 1*b*; perventum 1*a*. c) *ita* 1*a*; cum 1*b*. d) anime c. 1*a*. e) nativa 1. f) *ita* 1*a*; omnisque 1*b*. g) *ita* 1*a*; iisdem 1*b*. h) redimita 1*a*. i) *om.* 1*a*.

1) *Cf. V. Martini* § 4 *(ed. de Buck p.* 806*):* ut a malitiae tortitudine resipiscerent. *Tortitudo est iniustitia, Gall. 'tort'; cf. Ducange h. v.* 2) *Miraculum, quod de Maximino Trevirensi Martinoque Turonensi Lupus, V. Maximini c.* 7 *(supra p.* 77*) enarraverat, ad Martinum Vertavensem referens biographus huius aequalem Maximinum fecit plus quam duobus sa culis ante viventem.* 3) Ursarii villa *V. Maximini.* 4) *I. q. postilena; cf. Ducange s. v. 'postella'.*

emisse et domum nihilominus pro indicio detulisse. Cuius rei testis est venerabilis Rainaldus Andegavorum vicecomes, qui haec et alia plurima de Martino stupenda narrat miracula.

2.[a] De filia principis transmarini a legione sanata.

Erat quidam[b] princeps, cuius nomen excidit, transmarinis in partibus, qui filiam habebat, quam atrox daemonum legio vexare consueverat; qui dum multimode nititur opem ferre filiae, nequicquam! cotidie tormenta exaggerabat puellae. Tandem insonat daemonium per os obsessae: 'Martini Vertavensis precibus legionem exituram, et quantum temporis nobis superest, o socii, expulsionis nostrae vindicate fugam'. Ad hanc vocem tot stridoribus, tot motibus agi coepit puella, quot spiritibus tenebatur astricta. Quid faceret anxius pater? Martinum nesciebat; quibus oris eum inquireret, invenire non poterat. Legatos dirigit, qui cunctas lustrarent provincias, sicubi Martinus inveniretur et inventus honore cum maximo ad se evocaretur. Emenso[c] maris pelago, post multos viae circuitus Martinum, Deo volente, inveniunt, adorant, venerantur causamque suae navigationis exponunt. Vir autem Domini cum eos humanissime suscepisset, postquam eos omni caritate pii solaminis fovit, causas vexationis puellae percunctari coepit. Quod cum ipsi dicerent ab infantia ei id morbi causa accidisse[d]: 'Potens est', inquit, 'Dominus facturam suam de manu impii vastatoris liberare'. Itaque, uno suorum secum assumpto, cum legatis vadit, et transmisso aequoris spatio, ad principis iam dicti patriam venit. Legatorum quidam praecurrunt, famulum Dei nuntiant. Princeps occurrit, gaudens vehementer, quod effectum sui desiderii invenire potuerit, iamque salutem filiae tenens corde, vestigiis reverendis viri Dei advolvitur, gratias agit, quod pro se indigno vir sanctus laborem tanti itineris assumpserit. Cum ergo vir Domini palatio cum principe properaret, subito auditur confusarum multitudo vocum Martini praesentiam adclamantium. Non sustinens ergo iniqua legio, se sancti viri conspectibus praesentari, multum discerpens vexansque puellam, confusa et turbida tenues recessit in auras[1]. Vir autem Domini ingressus iacentem puellam erexit, et impresso fronti eius salutiferae crucis signo, sospitem patri repraesentat eamque nec invitam Christi sponsam sacri velaminis impositione consignat. Laetissimus ergo pater pro salute filiae multam auri et argenti congeriem beato viro iubet offerri; qui nec oculos ad haec retorquere dignatus, cuncta pauperibus iussit dari. Aliquibus etiam ibi commanens diebus, omnem principis illius domum fideli satis devotione Christo mancipavit.

3. De disco undis impulso nec merso.

Viderat sane vir Domini Martinus in aula principis supradicti discum marmoreum[2] mirae magnitudinis miraeque venustatis; quem[a], ut consecraret Christo aram, a principe postulavit. Qui libentissime annuens, etiam subvectionem disci ad litus maris usque providit. Sanctus autem vir, cunctis rite peractis, reverti disposuit et ad mare usque properavit, ubi opperiebantur eum, qui subvectionem disci fecerant et ex iussu principis transponere ponto debebant. Quibus vir Domini,

Cap. 1. 1*a. b.* *Capp.* 2. 3. 1*b.*

Cap. 2. a) *ita* 2; *c.* 2—4. *post c.* 7. *transposuit* 1*b; haec om.* 1*a.* b) *ita* 2; autem 1*b.* c) *ita coni. de Buck;* Immenso 1*b.* d) accidisset 1*b.*

Cap. 3. a) *ita* 2; qui 1*b.*

1) *Cf. Ovid., Heroid. I,* 79: hoc crimen tenues vanescat in auras. 2) *Iste lapis creditur is esse, qui nunc Vertavensis ecclesiae nostrae maiori altari impositus cernitur. Mab.*

ne in eundo vel redeundo aliqua generaretur molestia, vale dicens, eos redire imperat potentique Domino suam evectionem commendat; impressoque in disco crucis vexillo, eum undis impulit, seque eodem sancto vallans munimine, cum fideli socio lapidem conscendit eademque die portum Neustriae tranquillime[a] appulit, mirumque in modum tantae molis saxum super undas veluti molle papaver cucurrit, et nec ventorum procella deviare lapidem potuit, nec pondus residentium in aliquo cf. Matth. 14,31. titubare coegit: nimirum ipse Christus sustinuit et veluti altero Petro, fortioris tamen fidei, benignam manum porrexit. Ipse gubernator, ipse proreta fuit. Mox ergo ad litus ventum est; data evectione, discum illum Martinus Saviniaco[1] villa deportari imperat, et subsecutus, super altare eiusdem loci ecclesiae in honore Christi coaptat, ubi usque hodie Christus deus per Martini suffragia praebet petentibus multa beneficia. Huius rei quam diximus licet adsint multi testes, ipsaque res suis utatur testimoniis, unus praecipue est Arnulfus, cui barbara Normannorum utrasque abstulit manus. Nam hic ex antiqua Vertavensis monasterii fuit familia locumque adhuc incolit qui Attarde[2] dicitur, ubi corpus viri Dei divisis transiit aquis, sicut iam supra[3] dictum est; in quo etiam loco nos fuimus et cum eodem homine saepe confabulati sumus. De quo mirabile est, quia quamvis utrasque manus perdiderit, venationis industriam non amisit, adeo ut apros, qui in loco eodem ferocissimi habentur, non solum pedicis, sed etiam hasta adsecutus sit. Haec ideo diximus, ut quae de Martino scribimus, ficta non esse cunctis innotescamus[4]. — — —

5. De eodem baculo, quomodo coaluerit, et quae signa per eum ostensa sint.

Dicturi autem sumus rem admirabilem de baculo, quem vir Dei post ariditatem multorum annorum[a] medio plantavit claustro[b]. In magnae etenim arboris molem coaluit et multis, sicut vir Dei praedixerat, hactenus saluti fuit. Nam[c] febricitantibus variisque languoribus oppressis ramusculi eius avulsi remedio sunt[c]; si alia[d] occasione avellantur[e], inpune non cedit. Unde ipsa arbor nimis horrida et ab imis stirpibus tota videtur comata, quam et ipsi vidimus et amore patris nostri totiens deosculati sumus. In tanta autem admirationis veneratione ab incolis habetur, ut proceres Britonum[f], quorum iuris eadem regio est, si quando ibi[g] accesserint, prius ad arborem[5] venientes ibidem Christum adorent[h] et postmodum ecclesiam intrent[i]. Quod rex Alanus[6] facere consueverat et morem hunc avitis parentibus suis fuisse dicebat. Est autem id genus arboris aptum spiculis

Cap. 3. 1*b*. *Cap.* 5. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 3. a) *ita* 1*b*.

Cap. 5. a) *ita* 1*b*. 2; in *add.* 1*a*. b) clastro 1*a*, *corr.* c) Nam — sunt *om.* 1*a*. *b*, *habet* 2 *solus*. d) *ita* 1*a*. 2; aliqua rami occ. 1*b*. e) avellatur 1*a*. f) Britorum 1*a*; Brittonum 2. g) *ita* 2; *om.* 1*a*. *b*. h) adorarent 1*a*. i) *om.* 2.

1) *Savenay (dép. Loire-Inférieure).* 2) *Locum credunt esse eum qui hodie appellatur Portillon (dép. Loire-Inférieure); cf. Auber, 'Hist. de Saint Martin de Vertou' ('Mém. de la société des antiquaires de l'Ouest'* 1868, *XXXIII, p.* 124*).* 3) *V. Martini* § 18 *(ed. de Buck p.* 810*).* 4) *In capite* 4 *(inscr.:* Quod severus fuerit et de baculo eius*), quod praetermisi, praeter Herbadillam etiam alia loca Martino auctore aquis submersa esse dicuntur et mors sancti iterum describitur, descripta iam in Vita.* 5) *Cernitur etiamnum illius arboris truncus, cuius particulas incolae avide expetunt ac religiose servant. Mab.* 6) *Alanus III. rex Britanniae a.* 877—907. *De Buck.*

et arcubalistis[a]; vulgo enim dicitur ivus[1]. Cumque post multa tempora ibidem Nortmanni[b. 2] venissent, duo eorum ascendentes arborem, arcus sibi demere scrutabantur. Unus[c] repentino crepitu oculos amisit, alter[d] decidens colli sui integritatem moriens contrivit; alter nihilominus dum descendere nititur, et ubi pedem ponat, nescit, lapsus ilico coxam sibi malesanus confregit[e]. Quod videntes ceteri, pavore percussi[f], praesumere talia[g] ulterius non sunt ausi. Locus autem idem per multa temporum curricula nobilissime[h] floruit patresque strenuissimos habuit, donec ex permissu pii iudicis paganorum inmanis rabies excrevit. Ex quibus patribus[i] unus fuit Launegisilus[k], cuius industria et sagacis animi sollertia[l] legenti[m] praeceptorum nostrorum tenorem lucide poterit esse manifesta. Miraculorum quoque copia[n] non defuit, quae partim ignavia[o] oblivioni tradita, partim a venerabili Siguino archidiacono sunt descripta. Quae pauca hic inserimus[p], ut ad transmigrationis historiam ordine[q] veniamus.

6.[a] De caeco et claudo curato.

Eo[b] tempore cum idem locus clare polleret, fuit quidam iuvenis Tolosanus[c. 3], claris parentibus ortus, cui a primaevo nativitatis exordio eundi et videndi officia negata sunt. Qui per somni quietem audivit: 'Si Martini tumulum petas, ilico sanitate gaudebis'. Ignorans hic, cuius Martini suffragium petere iuberetur, Turonis urbem subvectus, a beato Martino de recipiendae sanitatis gaudio auditus non est. Post haec Salionum[4] petens, cum nihil proficeret, rursum iubetur in somnis Vertavum adire: de hoc Martino sibi iussum fuisse. Qui consurgens afferri se praecepit et ad Vertavum die quae dominica habebatur maturius advenit. Sed antequam ad monasterii limina peraccederet, audivit voces fratrum in principio missae antiphonam *In voluntate tua*[5] canentium. Quo audito, caput erigens, clare monasterium coepit intueri, exsiliensque de lectica qua vehebatur, absque ullo adminiculo ad beati viri venerandum accessit sepulchrum. Ubi diutius prae gaudio lacrimatus, cum surrexisset, sciscitantibus fratribus cuncta explanat et locum eundem pro posse muneribus satis honorat. Fratres laeti et alacres innumeras Christo et fideli eius famulo referunt gratiarum actiones.

7. De Centulfo regis consiliario punito.

Rex Dagobertus Francorum rei publicae[a] princeps cum multis et variis bellorum eventibus[b] premeretur, de coenobiis sanctorum multa abstulit, quae suis mili-

Cap. 5. 1*a*. *b*. 2. *Cap.* 6. 1*b*. *Cap.* 7. 1*a*. *b*.

Cap. 5. a) *ita* 1*a*. 2; arcubalisticis 1*b*. b) Notmanni 1*a*; Normanni 1*b*. 2. c) eorum *add.* 1*a*. d) vero *add.* 1*a*. e) con(fregit *in ras.*) 1*a*. f) concussi 1*a*. g) *ita* 1*a*. 2; u. t. 1*b*. h) nobilisseme 1*a*, *corr.* i) *om.* 1*a*. k) Launegisinus 1*a*. l) *ita* 1*a*. 2; sollicitudo 1*b*. m) pr. morum legenti t. 1*a*. n) *ita* 1*b*. 2; non d. c. 1*a*. o) *ita* 2; ignave 1*a*; ignaviae 1*b*. p) inserim 1*a*. q) ordinem 1*a*, *corr.*

Cap. 6. a) *totum c.* 6. *om.* 1*a*; *habent* 1*b*. 2. b) *ita* 2; Eodem 1*b*. c) Thol. 1*b*.

Cap. 7. a) Romani populi *pro* rei publ. 1*a*. b) eventus *m. al. corr.* eventibus 1*a*.

1) *I. q. abies, Gall. 'if'; cf. Ducange h. v.* 2) *Nortmanni hanc regionem a.* 843. *et* 853. *depraedati sunt; cf. Ann. Bertin. h. a. et infra c.* 8. 3) *Cf. V. Remigii auct. Hincmaro c.* 9: Quaedam puella ab urbe Tolosa, preclaris orta natalibus *et q. s., miraculumque quod ibi enarratur auctor imitatus est.* 4) *Est Saujon vicus prope Santonas situs, ubi Martinus Santonicus abbas colitur (cf. Greg., Gl. Conf. c.* 56*; Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 550*), neque Saumur, sicut Mabillon interpretatus est.* 5) *Est introitus missae dominicae XXI. post pentecosten. De Buck.*

tibus partitus est. Haec autem ut praesumeret[a], persuasus est Centulfi[b] consilio, qui erat princeps aulicus nimis callidus et suasioni[c] idoneus. Cui[d] cum rex iussisset, ut[d] consilii sui[d] ipse exsecutor foret, coepit facultates sanctorum locorum inquirere et medias tabulis[e] fiscorum regalium inscribere. Quod exsequens, similia[f] cum facturus Vertavum venisset, ubi nobilissima[g] habebantur praedia, mediam eorum partem fisco addidit et mediam fratribus reliquit; qui licet dolerent, tamen quia his solis censura haec non processerat, tacendum putaverunt. Centulfus ad regem profectus, eam quae residua fuerat praediorum partem integris possessionibus aliorum sanctorum mentitus est esse maiorem suadebatque regi dividere[h] id quod remanserat, sufficere dicens tertiam partem fratribus, quos in loco eodem se vidisse dicebat, adiungens: 'Ut quid hi, quibus iubetur victu et mediocri habitu contentos[i] esse, magnorum erunt possessores praediorum? Vivant et nobis militantibus et domino regi servientibus potiora[k] habere permittant'. Quod dicens, suasit regi sic fieri*. Rex ergo inquit ad eum: 'Vade Vertavum et quod intimasti mihi exerce negotium'. Centulfus vero exiens confestim perrexit ad locum mentitusque est fratribus loci illius, dicens: 'Pro certo scitote, vel[l] invitum ad hoc peragendum regis venisse mandatum'. Cui fratres respondentes dixerunt: 'Si invitus, ut asseris, venis, procul dubio manifestabis'. Quo dicente, habere se[m] dominum et eius se spernere non posse mandatum, fratres admodum tristes[n] et impotes[1] rebellionis monasterii[o] se recipiunt claustris. Centulfus laetus et alacer dapsiliter pransurus accubat, seque sociosque inter pocula ad maturandum propter quod venerant sermonibus armat[p]. Fratres noctem ducunt[q] pervigiles, et sacris cineribus Martini adstantes, inportunis vocibus querimonias ingeminant, suffragia postulantes. Centulfus epulis oppletus, pulcherrimo componitur lectulo contemptumque sanctorum animo destinat exaggerare superbo: cum ecce! tempore conticinii[r] videt in conspectu suo duos adstare viros specie terribiles et veste fulgentes. Qui cum atroci vultu perquirerent, an dormiret, solita usus superbia, respondit: 'Quis es', inquiens, 'tantae dementiae, qui me audeas suscitare?' 'Nos', inquiunt, 'Iohannes[2] et Martinus en[s]! adsumus quos despexisti, quibus[m] insultans praedia huius loci inmeritus usurpasti. En morere et commissi supplicium vel invitus lue!' Quo dicto, prior Iohannes ventri eius fortiter elisit[t] calces, et omnia eius exta ventris eiectione protinus sunt[u] effusa. At ille exurgere[v] conatus, apertis iam oculis, vidit sibi Martinum baculo insistentem et semet in[w] capite graviter ferientem; et diro implens clamore[x] locum, expergefactis[y] sociis, multationis suae auctores heiulando clamitat et sic celeri morte ad tartara festinat. Quo ita patrato[z], defuit, qui eo tempore res sancti Martini invaderet vel fratribus eius loci molestiam inferre temptaret.

*) et ad hoc peragendum ipse executor missus est. Qui veniens cum a fratribus non ut hostis susceptus esset, asserit se i. ad p. r. *pergit* 1*b*.

Cap. 7. 1*a. b.*

Cap. 7. a) praesumeretur 1*a*. b) Centulph. 1*b*. c) suasionis 1*a*. d) *ita* 1*a*; *om.* 1*b*. e) tabulas 1*a*. f) cum s. 1*a*. g) *ita* 1*a*; nobilia 1*b*. h) *ita* 1*a*; id q. r. d. 1*b*. i) contemptos 1*a*. k) *ita recte* 1*a*; pauciora 1*b*. l) *ita* 1*a*; *cf. infra l.* 30. m) *om.* 1*a*. n) testes 1*a*. o) monasteriis incipiunt 1*a*. p) amant 1*a*. q) *ita* 1*a*; p. d. 1*b*. r) continui video 1*a*. s) hi(c *in ras.*) 1*a*. t) *ita* 1*a*; elidit 1*b*. u) *ita* 1*a*; s. e. *om.* 1*b*. v) *ita* 1*a*; surgere 1*b*. w) *ita* 1*a*; gr. in c. 1*b*. x) clamare 1*a*. y) expergefactus 1*a*. z) punito, *om.* defuit 1*a*.

1) Impotes *etiam in V. Martini* § 7. *legitur.* 2) *In honorem Iohannis baptistae Martinus coenobium Vertavense aedificaverat; cf. Vitae c.* 14 *(AA. SS. l. l. p.* 809*).*

8.[a] Namnetensis clades per Normannos.

Igitur anno dominicae incarnationis octingentesimo sexagesimo quarto[1], cum nomen gentis Normannicae apud nostrates nec auditum foret, repente de vagina suae habitationis exiens, nancta piraticam, contigua mari Britannico depopulata loca navibusque longis alveum ingressa Ligeris, Namneticae properat ad moenia urbis, speciem praeferens multitudinis negotium exercentis. Dies tunc festivus 843, Iun. 24. cunctum ad ecclesiam invitarat populum, — nam erat sancti praecursoris nativitas, — nec erat suspicio bellici tumultus et intrabatur portis semper patentibus. Sanctus etiam pontifex Gunhardus in ecclesia beati Petri apostoli super ara Ferreoli martyris, quae est ad laevam illius sedis, reverenter sacris instabat missarum sollemniis. Igitur, nullo prohibente, ingressi Normanni sub vestibus arma celant gladiosque subumbrant, intrantesque ecclesiam, enses denudant ipsumque pontificem 'sursum corda' dicentem iuxta sacram victimam obtruncant[2]; bacchantesque per populum, nulli aetati parcendum putant. Ipsaque urbe vastata ecclesiaque incensa, cum grandi captivorum multitudine et pretiosa civitatis supellectile naves conscendunt et in insulam quandam contubernium faciunt. Inde eruptionibus crebris maritimis infensi oris multa fortitudine pressos incolas ignotas cogunt perquirere terras. Unde fratres nimium solliciti Vertavenses, quippe cum ipsi Namneticae civitati contigui essent et interposito Ligeris et Viennae[3] alveo vix tribus milibus ab ea dirimerentur, colligunt quae possunt et in sex magnis navibus componunt, effossoque a loco sepulturae beato viro, loculo imponunt aureo, gemmis nobilibus insignito. Tamen dum morantur et more humanae fragilitatis turbatio illis non modica est, duae navium impatientia ventorum obrutae et cum omnibus rebus pessumdatae sunt. Antiquam ecclesiam ipsi everterant et maioris venustatis instaurare disposuerant, quod oculis hodieque conspici licet. Nam idem opus tribus a pavimento ulnis porrectum nobilitatis et potentiae eorum qui aedificare coeperant testimonio est. Collegerant autem cooperiendae aedi immensam plumbi molem, quae ab eis terrae obruta et a nobis nuper inventa est. Quidam etiam coram positis nobis eiusdem massae quippiam furto abstulit, et ne ab aliis id praesumeretur, ilico contractis nervis diriguit; confessusque reatum et ad beati sepulchrum sese tradens, nobis videntibus, sanitatem adeptus est. Alias quoque res pretii non ignobilis iidem fratres abscondere, quae a nobis sciuntur et tempore suo manifestabuntur.

9. Quomodo corpus eius sanctum a Pictavinis sit repudiatum, et quid de hoc Pipinus rex decreverit.

Tempore illo mandram[4] huius loci regebat abbas Raimbaldus[5], vir consiliis providus et portandi infortunii forti animo praeparatus; qui, ascito advocato loci cui nomen erat Bodilo[a], fugam parat, et ut idem tutelae sit, iubens exorat. Qui libenti animo respondit se potius cuncta relinquere, quam beato viro debitum servitium denegare. Loculo itaque sancti viri ossa gerente in lecticam diligenter

Capp. 8. 9. 2.

Cap. 8. a) *insequentia om.* 1*a. b, sed c.* 12—16. *in* 1*a extant a me praetermissa.*
Cap. 9. a) Badilo *h. l.* 2.

1) *Potius a.* 843. 2) *Cf. Ann. Bertin. a.* 843: Pyratae Nordmandorum urbem Namnetum adgressi, interfectis episcopo et multis clericorum atque laicorum sexusque promiscui, depraedata civitate, inferioris Aquitaniae partes depopulaturi adoriuntur. 3) *Potius Separis (la Sèvre) rivus apud Namnetes Ligerem fl. influit, neque milia constare videntur.* 4) *I. q. monasterium; cf. Ducange h. v.* 5) Rainaldus *infra appellatur.*

composito, cum tota supellectile mobili, cum omni familia, cum omnigenis vehiculis et immenso iumentorum apparatu, flentibus cunctis et nimio luctu deditis, Vertavus relinquitur, et ignotae sedes novis exulibus requiruntur. Ventum autem ad locum qui Noviheria dicitur, ubi beatus Veteranus quiescit humatus, et ibi aliquanto tempore commoratum. Dicere autem impossibile est, quantas virtutes omnipotens Deus per singula fecerit loca, per quae sancti viri beatissima sunt evecta membra. Inde ergo moventes, ad cellam sui iuris tendunt quae Ension[1] dicitur, in quo loco more Vertavi duo sunt constructa coenobia: in montis quidem vertice sancti Iohannis baptistae et ad orientem versus sancti Petri apostoli dicatum honori[a]. Porro in ecclesia sancti Iohannis corpus requiescit sancti Iovini eiusdem loci abbatis. In hoc ergo loco canonicis qui eo tempore videbantur quidam Fulradus praepositus erat; quibus abbas Rainaldus ceterique fratres mandant, ut corpus beati viri seque recipiant et iuris viri Dei Martini locum eundem fuisse cognoscant. Qui, inter se consilio habito, verentesque monachorum dominium, eos suscipere recusant et finium suorum excedere terminos mandant. Quibus cedentes, Arvernicum expetunt pagum, hanc et alias querimonias coram Pipino deposituri, qui per id tempus regnator erat Aquitanorum[2]. Qui Branziacum[3] cunctis cum appendiciis eis reddidit, et rogante Landrico[4], qui his rebus eatenus beneficiatus fuerat, praeceptum regiae auctoritatis ex hoc fieri praecepit; misitque ad comitem Pictavorum, Ensionense eis monasterium reddi praecipiens: et canonicorum qui monachicum habitum voluissent, manerent; qui vero noluissent, pellerentur. Qua auctoritate fratres animaequiores facti, Pictavum pagum repetunt, sancta pii secum referentes ossa patroni. In quo itinere quae vel qualia operata sit Christi clementia, nostra expedire non sufficit lingua; de quibus vel unum dicemus, ex quo ceteris fidem astruere valeamus.

10. Miraculum de Bodilonis vulnere curato.

Itaque dum cum pretioso apparatu sanctum inde fratres eveherent et in quodam saltu refectionis gratia consedissent, subito duodecim latrunculi erumpentes equos eorum invadunt. Quod ubi Bodilo eorum advocatus animadvertit, e medio fratrum exiliens, correptis armis, acriter praedonibus occurrit, quos partim sternit et reliquos in fugam cogit: et graviter latus saucius, cuncta tamen quae fures diripuerant revocavit. Cumque grandi rivo sanguis eius deflueret, a flentibus monachis vulneri particula adipis imponitur, et sic astricta fascia colligatur. Rogant igitur illum aliquid capere cibi; quo refutante, luctu et lacrimis in eodem loco totam pervigilem duxere noctem. Valde enim eum amabant, et pro sui bonitate omnibus reverentiae erat. Aurora itaque diei erumpente, seminecem eum equo imponunt et maesti iter assumunt. Cumque in cuiusdam vallis obliquo convenissent loco, titubantibus equis qui sanctum gerebant, paene fuit, ut scrinium caderet, ni idem saucius equitando accurrens, sui oblitus manus opposuisset. Cumque iniquitatem loci evasissent, descendit, et cingulo equum fortius astringens, fasciam

Capp. 9. 10. 2.
Cap. 9. a) honore 2.

1) *Monasterii Saint-Jouin-de-Marnes (dép. Deux-Sèvres) hodie appellati ruinae tantum supersunt; cf. Grandmaison l. l. p. I.* 2) *De regno Aquitaniae inter Pippinum et Karolum tunc certatum est; cf. Ann. Bertin. a.* 844; *Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reiches' I,* 244 *sqq.* 3) *Loci Braciacus (hodie Brassac) nominati complures extant; cf. d'Arbois de Jubainville, 'Recherches sur l'origine de la propriété foncière' p.* 352. 4) *Landricus comes Santonicus a.* 866. *interfectus est; cf. Dümmler l. l. II,* 142[2].

qua constrictus erat dissolvit; nihilque de hoc intellegens, suum equum ascendit et particulam adipis, quae loco vulneris imposita fuerat, sinu suo calidam inesse praesentit, putansque se visceribus vacuum, confestim mori timuit et cum ingenti clamore fratribus hoc indicavit. Qui festinanter equo deponunt, et locum vulneris invisentes, eum sanissimum, acsi illaesus fuisset, et omnino integerrimum reperiunt; videbatur autem semita quasi fili tenuissimi coloris sanguinei per eum locum, quem ictus aperuerat ferri. Qui ilico surgens sanissimus, beatum Martinum innumeris effert laudibus et ingruentem de sui sospitate laetitiam cunctis affert fratribus. Pervenientes igitur ad Ensionense coenobium, iuxta membra viri Dei Iovini corpus tumulant sancti Martini; unde non post multum tempus elatus et in ecclesia sancti Petri, de qua iam diximus[1], IIII. Nonas Decembris, annuente Domino, venerabiliter Dec. 2. translatus est. Quae autem vel qualia ibi Christus ad laudem sui strenui bellatoris operatus sit, partim, prout ipse dedit, sequens sermo declarabit. — — — — — —

18. Rainoldus dux ob invasa monasterii praedia caeditur.

Nec inter plurima maximum praetermittendum miraculum, in quo cupido non valuit obtinere vim possibilitatis. Rainoldus[2] quippe nobilis prosapiae, qui erat dux regionis Franciae, decore suffultus civitatis Cenomannicae, inflammatus facie iniquitatis nefariae, beato Martino voluit rapere, quod adquisierat diutino tempore. Videns itaque res sancti Martini communem terminum habere cum suis, coepit eas revocare sibi cum singulorum reditibus annorum. Cum vero ingens rumor populi almi Martini hoc monachis nuntiaret, miserunt ad eum ex se imploraturos, ne tantum nefas fieret. Qui renuens apud se quod postulaverant impetrare, non solum quod usurpaverat non reddidit, verum etiam alia se ablaturum vita comite promisit. Sed Deus omnipotens, ne fieret, distulit. Illi quidem maesto corde abeuntes, renuntiaverunt ceteris nihil eundem dimissurum, quod decreverat animo se facturum. Unanimes autem solita arma, videlicet orationis, sumentes, prostrati corpore solo, quaesierunt auxilium a Domino, quo possent beato servire Martino in ipso coenobio. Sed exauditor omnium nolens frustrare preces servorum, misit eis sanctos suos, scilicet Petrum et Iohannem baptistam nec non et praedictum Martinum, in adiutorium. Venientes igitur ante eum quadam nocte iacentem in lecto, interrogaverunt, an dormiret. Eo quippe, cuius rei gratia veniebant, sciscitante, dixit Iohannes: 'Mittimur certe a Deo scire, cur sanctorum praedia aut Dei audeas invadere. Cum et ipsi iam cum eo regnent sine fine, cum iste nec alii mali tibi nihil commiserint, cur hunc qui est in praesentia virum tam vehementer dehonestasti?' Deinde: 'Iube', inquit, 'Petre', conversa ad eum facie, 'praeceptor caelestis ianuae, quid poenae debeat sustinere'. At ille, reserata caelesti clave, iussit tribus eum verberibus donare. Tum quippe iussioni oboedientes apostolicae, tria quasi de funiculis fecere flagella, et Petrus horum primus singulari verbere percutiens, eum duobus reliquit caedendum, quorum prior Iohannes, alter vero Martinus novissime singulari, ut Petrus, ceciderunt verbere. Tribus quidem flagellatus ictibus non opus dicere an fuerit castigatus ex verbere, qui non solum quod abstulerat reddidit, verum etiam quod iuste possidebat obtulit. Nos itaque, quia pauca de huius sancti disseruimus virtutibus, interim de ceteris sileamus, nobis sapientioribus relinquentes quae supersunt, ut ea describantur in posteriorum notitiam.

Capp. 10. 18. 2.

1) *Supra p.* 574, 9. 2) *Raginoldus dux Cenomannicus a.* 885. *a Nortmannis occisus est; cf. Dümmler l. l. III, p.* 247 [2].

VITA ARIDII ABBATIS LEMOVICINI.

Aridius Lemovicinae urbis incola genere valde ingenuo fortunisque magnis ornato ortus, ut ad cursum honorum saecularium praepararetur[1], *patria relicta, puer ad urbem Trevericam migravit, ubi Theudoberto regi (a.* 533 — 548*) traditus aulicisque palatinis adiunctus est. Nicetius autem episcopus loci, nescio quid divini in vultu eius animadvertisse sibi visus, eum litteris divinis erudiendum in cellulam suam admisit tonsoque capite, in clericatus*[2] *ordinem adscripsit, in quo ad presbyteratum pervenit. Defuncto patre, in Lemovicinum rediit, Pelagiam matrem consolaturus, eique et fortasse Renosindo*[3] *fratri, ne ab oratione impediretur, rem familiarem administrandam totam commisit, scilicet curam domus, correctionem familiae, cultum agrorum vinearumque; ipse vero ex facultatibus domesticis ecclesias aedificavit reliquiasque sanctorum comparavit, tonsisque famulis familiae propriae monachisque institutis, coenobium condidit, quod Attanum vulgo dicitur, apud Gregorium autem praeter conditoris nomen nullum ferre videtur, ut Saint-Yrieix (dép. Haute-Vienne) oppidum hodie vocatur inde exortum. Filio famulisque ad regulas Cassiani, Basilii aliorumque vitam religiosam instituentibus mater victum vestitumque exhibebat, quae ipsa inter opera exercenda ab oratione numquam cessabat. Interim Aridius reclusorum more minime vivebat, sed stimulo peregrinandi concitatus cellulam haud raro relinquebat, per Gallias vagaturus. Turonis, sedente Euphronio episcopo (a.* 556 — 573*), diu commorabatur*[4], *locaque sancta visitaturus vel festa Martini celebraturus cum Gregorio eius successore saepe conveniebat*[5]*; etiam Iuliani, quem aeque patronum colebat, basilicam Brivatensem fontemque non semel adibat, cuius in honorem basilicam quoque aedificavit, quam et eius reliquiis instruxit*[6]. *Fortunatus poeta, quem cum Gregorio inter amicos numeravit, eum sanctamque eius genetricem, carmine V,* 19. *misso, et suo et Agnetis Radegundisque nomine salutavit, pomorum quoque, quae ad Cantumblandum villam ipsum visitans comederat, versibus celebravit saporem (VI,* 7*). Vulfilaicus Langobardus, qui unicus eius discipulus commemoratur, socius itineris et ad Martini basilicam Turonicam et ad monasterium Lemovicinum cum eo profectus est, qui postea monasterium et ipse construxit in monte Eposii*[7]. *Negotiis publicis Aridius sese vix immiscuit; regem autem Gunthramnum una cum episcopis nonnullis et Antestio laico a.* 585. *adiit, pro Desiderio duce deprecaturus, veniamque re vera impetravit*[8]. *Matri, quae anno insequenti, scilicet eo quo 'globus ignis magnus apparuit', obiisse videtur*[9], *per*

1) *Greg., H. Fr. X,* 29*; cf. Waitz, 'VG.' II,* 2*, p.* 108[3]. 2) *Greg., V. Patr. XVII.* 3) *Etiam fratrem, Aridio redeunte, iam mortuum fuisse Gregorius quidem, H. Fr. X,* 29*, asseruit, sed ex Virt. Mart. II,* 39*, intellegitur, eum vel multis annis post, scilicet inter a.* 576 — 581*, superstitem fuisse patronumque familiae praefuisse.* 4) *Greg., Gl. Conf. c.* 9. 5) *De primo congressu Greg., Virt. Iul. c.* 41. *et Virt. Mart. II,* 39 *(v. n.* 3*), rettulit. Deinde festis Martini Aridius assistebat post a.* 582 *(Virt. Mart. III,* 24*) et a.* 589*, die* 4. *Iul. (ib. IV,* 6*). De ultimo itinere Turonico v. infra.* 6) *Greg., Virt. Iul. c.* 41. 7) *Greg., H. Fr. VIII,* 15. 8) *Ib. VIII,* 27. 9) *Greg., Gl. Conf. c.* 102.

paucos tantum annos superstes erat, cumque supremum diem praevidens ad Martini sepulchrum se contulisset Gregorioque vale dixisset, in cellam suam reversus, ordinatis omnibus, dysenteriae morbo a. 591. *e vita excessit*[1].

Aridius 'vir summae bonitatis ac sanctitatis'[2] *iam inde a pueritia e praesagiis divinis colligere poterat, cum Trinitate ipsa necessitudine intima se esse coniunctum. Nicetius enim quondam somniaverat, per universum orbem retia se extendere more Petri piscatoris hominum nullumque sibi adiutorem adsistere praeter puerum istum*[3], *atque, tonso iam capite, cum in ecclesia adesset, columba e camera descendens super ipsius caput assedit, veluti in baptismate Salvatoris nostri,* illud indicans, ut opinor *(scilicet Gregorius*[4]*),* eum Spiritus sancti gratia iam repletum, *neque eum reliquit, licet non sine pudore reniteretur, donec in cellulam ingressus erat episcopi admiratione attoniti. Spiritu igitur sancto repletus in patriam rediit, eaque sine dubio virtute factum est, ut tanta mox miraculorum copia claruerit, quanta ne famosissimi quidem magi gloriari poterant. Aquam e terra arida, virga sua vel reliquiis sanctorum adhibitis, elicuit*[5] *exemplo Moysis Clementisque, quin immo nubes per orationem suam divisit, ut inter pluvias gutta nulla super ipsum descenderet*[6]. *Pulvis, aqua, oleum, quae e locis sanctis sublata domum asportabat, iam in itinere mira operabantur: e gr. parvum pulveris sepulchri Martini ita accrevit, ut non solum capsam repleret, verum etiam inter iuncturas redundaret*[7], *quo miraculo bonus Vulfilaicus ita commotus est, ut iam totam spem in magistri virtute poneret, et sicut Aridius ipse omnipotentem Deum testabatur, aqua ex fonte Iuliani hausta in balsamum commutata est*[8]. *Morbos autem, quotquot in orbe reperiebantur, vi reliquiarum suarum sanavit, caecique, energumeni, febricitantes, frigoritici, paralytici pallam reliquiarum*[9] *admoventes vel aquam ex puteo Martini haustam bibentes*[10] *vel oleo de eiusdem sepulchro ablato perfusi*[11] *ipsius arte sanitati restituti sunt, neque vero haec ei opus erant medicamenta, sed solo signo crucis unicuique aegro mederi poterat, ipseque vir Dei asserebat, 'sensisse se quasi beati Martini manum, cum quondam infirmae membra, imposito signo crucis, tactu salutari palparet'*[12]. *Unde aegroti ad eum confluere coeperunt totque bonam valetudinem per eum recuperaverunt, ut singuli enumerari nequeant neque numerus colligi possit*[13], *sed* unum, *inquit Gregorius*[1], tantum novi, quod quicumque ad eum aeger advenit, sospes abscessit.

Tot miraculorum auctorem Gregorius minor natu fere ut semideum[14] *venerabatur curiosusque de novis signis eum interrogabat, ubicumque cum eo convenit; ille autem, 'sicut erat verecundissimus, diu cunctatus, tandem haec et valde invitus exposuit'*[15]. *Tantae verecundiae diffidere nonne sacrilegum erat? Num 'mendacii nube obumbrari poterat, quem Deus saepius ab imbrium nube protexit?'*[16] *Re vera 'si de tali relatore dubitatur, de beneficiis Dei diffiditur', id quod quam maxime cavit probus Gregorius: fides igitur, quam apud eum consecutus erat, ne impudentissimis quidem mendaciis concuti poterat, hodieque admiramur artificium callidissimi illius simulatoris.*

Aridius paulo antequam obiit, testamentum condens heredes instituit Martinum Hilariumque teste Gregorio[17]. *Testamentum autem quod extat*[18] *non solum Aridio sed*

1) *Greg., H. Fr. X,* 29. 2) *Ita Greg., Gl. Conf. c.* 109. 3) *Greg., V. Patr. XVII,* 5. 4) *H. Fr. X,* 29. 5) *Greg., H. Fr. X,* 29; *Gl. Mart. c.* 36. 6) *Greg., H. Fr. X,* 29; *V. Patr. c.* 17. 7) *Greg., H. Fr. VIII,* 15. 8) *Greg., Virt. Iul. c.* 41. 9) *Ib. c.* 43. 10) *Greg., Virt. Mart. II,* 39. 11) *Greg., Gl. Conf. c.* 9. 12) *Greg., Virt. Mart. IV,* 6. 13) *Greg., Virt. Iul. c.* 45. 14) *Vide ea quae de Aridio scripsi in Scr. rer. Merov. I, p.* 457 *sq.* 15) *Greg., Virt. Iul. c.* 41. 16) *Greg., V. Patr. c.* 17. 17) *H. Fr. X,* 29. 18) *Ed. Pardessus, Dipl. I, p.* 136 *sqq. In linguam Francogallicam versum est ab Arbellot, 'Bulletin de la soc. archéol. et hist. du Limousin'* (1875) *XXIII, p.* 175 *sqq.*

etiam Pelagiae attributum multoque ante datum est, scilicet a. 17. *Sigiberti regis tribus annis ante defuncti* († 575) *vel a.* 11, *quod in aliis codicibus legitur, auctorque Martinum solum heredem scripsit, praetermisso Hilario, fratremque sancti affert Eustadium, qui Renosindus a Gregorio appellatur. Cum igitur cum huius relatione documentum quod habemus nullo modo conciliari nequeat, ab aliis pro vetustiore recensione habitum, ab aliis*[1] *autem ut spurium omnino reiectum est. Formula quidem quae ei subest cum genuinis aevi Merowingici testamentis concordare videtur, sed ea quae dixi argumenta gravem suspicionem movent, cumque auctor soli basilicae Martini Turonensis consuluerit, cui non solum hereditatis dimidium, sed etiam patrocinium monasterii Attanensis adscripserit, quod per medium aevum illa exercebat, ipsius iura ita stabilivit, ut in eius gratiam laborasse videatur. Sane cum chartae eiusdem basilicae, Nortmannis inruentibus, maxima ex parte combustae essent, quas Carolus rex, pancharta data, a.* 854. *canonicis renovavit*[2], *cumque res ecclesiasticae ab hominibus potentibus infestarentur atque monasterium Attanense Emenus quidam usurpavisset, Hilduinus abbas patribus ad synodum Tussiacensem convocatis 'testamentum S. Aredii de rebus a se sancto Martino datis, quod ipse manu sua conscripsit et sub maximis attestationibus confirmavit', a.* 860, *mense Nov., obtulit effecitque, ut legata sibi confirmarentur*[3]*: hac occasione canonici Turonenses primum in lucem protulerunt documentum illud perutile eaque ipsa conici licet idem ab iisdem esse confictum.*

De Aridii Vita per Gregorium nostrum optime instructi sumus, qui eam in H. Fr. X, 29. *breviter descripsit multaque in libris Miraculorum attulit dicta factaque amici. Praeterea Vita eius extat duplex, quae Cupero videbantur esse 'duo venerabilia antiquitatis monumenta, quae severiores etiam critici pro genuinis habent et merito venerantur', et prolixior in codice Sangallensi Gregorio ipsi attribuitur. Dictiones autem, monente Mabillonio, eidem insunt et Gregorii M.*[4] *et Benedicti, ideoque Ruinartius potius de monacho quodam Attanensi cogitavit, ipsumque haud multo post obitum sancti degisse voluit, quia miracula quam plura asseruit (c.* 62*) 'infra pauco tempore' acta esse. Intervallum illud non adeo breve fuisse Vitamque post a.* 613. *compositam esse neque Gregorio Tur. adiudicari posse certis argumentis probavit de Foncemagne*[5], *examinans ea quae de regibus Francorum in c.* 46. *relata sunt. Materiam biographus, ut recte monuit Ruinartius, ex Gregorii Tur. operibus potissimum collegit neque vero deprompta ad verbum exscripsit, sed callidus ut erat, ea retractavit moreque expilatorum incerta relicta ipse determinavit*[6]. *Cum ea quae de Aridio apud Gregorium legebat ei minime sufficerent, audacter et alia quae idem rettulerat facta in propositum suum redigens, sancti sui ipse addidit benignam efficacemque praesentiam, veluti in tributis a regibus impositis*[7] *et in lue*[8] *a.* 580, *ibique eum manifestum est mala fide uti. Mores hominis dolosi eiusque aevum ex altero quem adhibuit fonte multo apertius detegi licet, nam, id quod nemo adhuc perspexit, Vitae Eligii verbis eam Aridii magna ex parte enarravit, ita ut origo (c.* 3 *sqq.), mors sepulturaque (c.* 50 *sqq.), totum miraculum (c.* 61*) iam utrique sancto communia sint, atque utriusque Vita eandem fere praefationem (c.* 1*), eundem finem (c.* 62*) habeat.*

1) *Cointius, Ann. Franc. a.* 591, *n.* 6. 2) *Cf. Mabille, 'La Pancarte noire de Saint-Martin de Tours' p.* 95. 3) *Privilegium ediderunt Ph. Labbe, 'Meslange curieux de plusieurs titres anciens' p.* 464 *sqq. aliique; cf. Mabille l. l. p.* 108. 4) *Vita c.* 4. 5) *'Que S. Grégoire de Tours n'est pas auteur de la Vie de S. Yrier' ('Hist. de l'académie royale des inscriptions et belles lettres', Parisiis* 1733, *VI, I, p.* 278—280*).* 6) *E. gr.* dies plurimos *Gregorii, H. Fr. X,* 29, *vult esse* XXX *(c.* 7*), eiusdemque* mulier devota *(Virt. Mart. III,* 24*) ab ipso appellatur* Ricovera nomine coniunx Toronici monetarii *(c.* 33*).* 7) *Vita c.* 38*; cf. Greg., H. Fr. V,* 28. 8) *Vita c.* 40—42*; cf. Greg., H. Fr. V,* 34.

Benedicti regulam[1] *Eligii biographus neque is Aridii legerat, verbaque 'infra pauco tempore' illius sunt neque huius. Contrariam rationem inter utrumque scriptorem intercedere non posse, ex Sedulii Carm. pasch. I,* 10*:*

Clara salutiferi taceam miracula Christi?
Cum possim manifesta loqui,

intellegitur, nam versus hi plenius in praefatione V. Eligii quam in ea Aridii exscripti sunt:

V. Eligii.	*V. Aridii.*
cur nos christiani salutiferi taceamus miracula Christi, cum possimus sermone — pandere?	Ideoque silere non audemus, cum possimus sermone — pandere.

Expilator cum divinare vix posset, utramque Vitam quemquam inter se comparaturum esse, hunc fontem fere ad verbum audacter exscripsit; sed auctoris sui satis litterati sermonem non plane intellegens, textum locis nonnullis tam imprudenter depravavit, ut compositio sensusque omnino hient:

V. Elig. II, 33.	*V. Aridii c.* 50.
post monachorum virginumque multitudinem copiosam Deo traditam coenobiisque mancipatam,	post monachorum coenobiorumque mancipatum,
ib.	*ib.*
si ad finem usque perduceret, id quod per longa vitae spatia iugi instantia tenuisset,	si ad finem usque perduceret, *omissis reliquis,*
ib. II, 37.	*ib. c.* 54.
exultat Lesiae *(= Elysiis)* in campis cum cunctis,	exultat ecclesiae cum cunctis,

tantaque ipsius erat neglegentia, ut locum eundem V. Eligii I, 20. *et in c.* 10. *et in c.* 37. *exscripserit. Vita Eligii, etsi ab Audoeno* († 686) *composita esse vult, tamen aevo Carolingico attribuenda videtur esse, eodemque manifestum est eam Aridii a falsario fraudulenter confictam esse. Qui cum c.* 39. *Catuliaci vici meminerit miraculumque de messe c.* 15. *enarraverit persimile illius quod in V. Genovefae c.* 50. *legitur, etiam hanc legisse videtur. Erat autem monachus Attanensis monasterii, ut recte coniecit Ruinartius, nam illuc chrismarium sancti viri venerabiliter deportatum esse asseruit, cuius magicas vires haud uno loco descripsit*[2]*.*

Litterarum peritia tam exigua imbutus erat, ut vix crederes eum auctore V. Eligii esse posteriorem, nam quae hic scripserat verba Erat enim *ipse immutavit in* Erat quippe[3] *(c.* 37*), pro* ne *scripsit* ut ne *(c.* 6. 39. 63*), participia pro verbis finitis posuit*[4]*, nominativo absoluto usus est*[5]*, ablativo absoluto subiectum adiecit*[6]*, nominativos apposuit dativo*[7]*. In grammatica igitur parum profecerat, sive quod ipse mediocris ingenii erat, sive quod litterarum studia apud Lemovices aevo Carolingico nondum satis colebantur.*

1) *V. Aridii c.* 5. *cum Benedicti regula (c.* 4*) fere conveniens ex V. Eligii I,* 9. *depromptum est.* 2) *Vita c.* 56*; cf. c.* 13. 3) *Coniunctio* quippe *auctori valde familiaris erat, quam textui V. Eligii saepe inseruerit; cf. c.* 49. 50 *(bis).* 4) *Vita c.* 7: dum cursum tenens purissimae conscientiae *et q. s.* 5) *Ib. c.* 44: illi qui — vexabantur, adiciens oleum cum benedictione, — liberati sunt. 6) *Ib. c.* 27: At ille crucis signo superinposito, *et q. s.* 7) *Ib. c.* 33: Quae utrisque benedictio aequanimiter profecit, et ille qui petenti dedit, et petens quae meruit.

Codices, ad quos Vita prolixior edenda erat, pauci supersunt iique propter librariorum incuriam pigritiamque aut defectus causa plerique mutili.

1) *Codex* Sangallensis *n.* 551, *saec. X, p.* 339—447, *plenus est.*

2) *Codex* Romanus *bibliothecae Victoris Emanuelis, antea Farfensis, n.* 29 (341), *saec. IX, fol.* 32—52, *V. Aridii continet, cui c.* 13. *deest. Tituli Aridii, quorum alter Vitam praecedit, alter eam subsequitur, in Appendice I. editi sunt. Librum O. Holder-Egger v. c. contulit.*

3) *Codex* Parisiensis *n.* 5365, *olim Lemov. n.* 264, *deinde Regius n.* 3594$^{4\,b}_{1}$, *saec. XII. Ei insunt*

fol. 61—64. *V. Aridii, quae, foliis perditis, a verbis* apud suos *(c.* 37*) incipit,*

fol. 234—235. De sancta Pelagia, matre sancti Aredii abbatis (*incip.* Gloriosissimae Christi famulae) *dissertatio ieiuna*[1] *ex operibus Gregorii, qui et ipse citatur his verbis:* sanctus pontifex Gregorius inter memorias sanctorum inseruit suis codicibus *(Gl. Conf. c.* 102*), collecta, quam stemma excipit in Appendice II editum.*

4*a et* 4*b*) *Codices* Parisienses *n.* 740, *olim Lemovic. n.* 120, *deinde Regius n.* 338$\overset{2}{4}$, *saec. X, fol.* 126—127, *et n.* 1253. *'Breviarium ad usum monasterii S. Martialis scriptum', saec. XI, fol.* 83—85', *lectiones solas exhibent, scilicet alter c.* 3—7 (descensurum), *alter c.* 3—6 (diligentibus se).

Codices singuli ita inter se differunt, ut 1. 2 *unam faciant classem,* 3 *et* 4*a. b alteram:*

c. 47. astra] 3 *cum V. Elig.*; caeli *add.* 1. 2.
c. 49. vel] 3 *cum V. Elig.;* et 1. 2.
ib. iure arbitrioque] 3 *cum V. Elig.;* arbitrio iurique 1. 2.
c. 50. cum] 3 *cum V. Elig.;* autem *add.* 1. 2.
c. 62. irrogemus] 3; inrogamus *V. Elig.;* ingerimus 1. 2.
c. 5. Crescebatque ei] 4*a. b cum V. Elig.;* ei *om.* 1. 2.
c. 6. semper est] 4*a. b cum V. Elig.;* est semper 1. (2).

Libri igitur 1. 2 *ex uno eodemque exemplari locis nonnullis depravato interpolatoque pendent; praeterea autem suo quisque more aut immutatus aut interpolatus est aut hiat:*

c. 37. hoc iugiter comitatus incedebat exercitu] 1 *cum V. Elig.;* In hoc i. c. incumbebat in e. 2.
ib. reconditur] 2 *cum V. Elig.; om.* 1,

eaque menda, calculo 3 *adiecto, tolli poterant:*

c. 51. tuoque semper protegantur auxilio] 2. 3 *cum V. Elig.; om.* 1.
c. 54. placet] 2. 3 *cum V. Elig.;* exsequiis *add.* 1.
ib. exutum] 2. 3 *cum V. Elig.;* angeli *add.* 1.

Codex 3 *licet veram lectionem frequenter exhibeat rudemque grammaticam nonnumquam solus servasse videatur, ipse tamen reliquis magis librarium temere immutantem passus videtur esse. Sunt igitur libri omnes interpolati:*

c. 49. explicare] 2 *cum V. Elig.;* curavero *add.* 1; contendam *add.* 3.
c. 51. suspirans] 1 *cum V. Elig.;* ait *add.* 2; ita dicens *add.* 3,

neque satis certa recensendi ratione uti licet nisi ibi, ubi fontes ipsi adhuc supersunt. In priore autem Vitae parte, ubi 3 *deficit neque* 4*a. b adsunt, maxima exoritur difficultas, cum lectio vera et in* 1 *et in* 2 *latere possit. Orthographica codicis vetustissimi* 2 *praeferenda esse consentaneum erat.*

Brevior Aridii Vita, quae propter simpliciorem sermonem ipsiusque brevitatis causa

1) *Eadem codici Parisiensi n.* 2627. *inest; cf. Catalogum Bollandianorum I, p.* 143.

altera vetustior et non diu post mortem sancti litteris mandata esse credita est, ex prolixiore potius pendet, id quod ex ipso exordio intellegitur:

Vita I, c. 3.

Igitur beatissimus Aridius Aquitaniae provinciae in ulteriore Gallia, quae ad plagam respicit occidentalem, parentella nobili generatus, Lemovicum civitatis oriundus fuit.

Vita II, c. 1.

Aredius igitur beatissimus in Aquitaniae provincia ultima occidentalis plagae Gallia ex Lemovica oriundus.

Verba enim minutioribus litteris expressa biographus prolixior ex V. Eligii I, 1. *deprompsit eaque immutata leguntur in altera Vita. Interim sanctus ad nobilitatem tantam provectus erat, ut parentela regia frueretur, eoque commodo damnum compensari poterat, quod in amplitudine Vitae perpessus erat. Auctor enim brevioris maximam prolixioris partem, scilicet c.* 8 — 30. 37 — 49. 54 *ad finem, praetermisit, sed satis obliviosus verbis hisce:* Lemovicensis pontifex urbis in superioribus memoratus nomine Ferreolus *ad ipsum quod praetermiserat Vitae I, c.* 30. *provocavit. Cum imprimis ea quae ad urbem Turonicam sanctumque Martinum spectant admiserit, eum verisimile est huic basilicae adscriptum fuisse.*

Denique quae Bernardi Guidonis tempore in monasterio Attano extabant Aridii 'insignia gesta in quattuor libris digesta stilo perpulchro et alto atque magnis sensibus pleno' periisse videntur[1].

Utriusque Vitae editionem principem Iohannes Mabillon instituit, scilicet prolixioris in Veteribus Analectis, Parisiis 1685, *IV, p.* 194 *(ed. alt. Parisiis* 1783, *p.* 198 — 208*) ad codicem* 1, *cuius apographon Hermannus bibliothecarius Sangallensis ei transmiserat, brevioris autem in Actis Sanctorum ord. S. Bened., Parisiis* 1668, *Saec. I, p.* 349 — 352, *ad codicem Maiorismonasterii a Fiacrio Aubry Benedictino exscriptum. Ex ipso editores insequentes pendent, nam codicibus destituti et Theodericus Ruinart, Gregorii Tur. Opp., Parisiis* 1699, *p.* 1283—1307 *(= Bordier, 'Les livres des miracles de Grégoire de Tours', Parisiis* 1864, *IV, p.* 162 — 208*) prolixioris et Guilielmus Cuperus, Acta Sanctorum, Antverpiae* 1741, *Aug. tom. V, p.* 178 — 194, *utriusque Vitae editionem Mabillonianam iteraverunt.*

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI AC BEATISSIMI ARIDII ABBATIS ET CONFESSORIS.

(1).[b] Quotiens sanctorum gesta narramus et in eorum actibus et[c] exemplis[d] mentem figimus vel imitatores esse desideramus, ne in huius exilii erumna laqueo capti teneamur, tantum[e] igitur a superna gratia inlustramur, quantum[f] humiliato corde ad altam[g] Dei contemplationem conscendere valemus[f]. Ideoque silere non audemus, cum possimus sermone vel tenui aedificationis pandere historiam plebi; praesertim cum[h] apostolica ammoneamur[i] auctoritate de sanctorum vita seu virtutibus[k] nonnulla V. Elig. Praef.

Cap. 1. 1. 2.

Cap. 1. a) *praescr.* VIII. Kl. Septembres natl. sancti Aredii. I. v. s. ac b. Aredii a. et c. 2; In nomine domini nostri Iesu Christi prologus sancti Gregorii Turonici episcopi de vita beati Aridii Lemodicini abbatis 1; I. v. s. Aredii c., *omisso prologo* (*c.* 1. 2) 4*a. b.* b) *capita parum apte distinguuntur in* 1, *omnino non in rell.* c) *pr. m. superscr.* 2. d) *ita* 1; exempla 2. e) *ita* 1; tanto 2. f) *ita* 1; qualiter — valeamus 2. g) *ita* 1; alta D. contemplanda 2. h) ecclesiastica traditione et *add. V. Elig.* i) *ita* 2; admonemur 1. k) *ita* 1; virtutes 2.

1) *Labbe, Nova Bibl. Mss. I, p.* 631.

V. Elig. Praef. commemorare, ut scriptum est: *Laudemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi, ut sit memoria eorum in benedictione, et nomen illorum permaneat in aeternum,* et illud: *Memoria sanctorum cum laudibus.* Cumque[a] ergo anniversario curriculo sanctorum sollemnia celebramus, aliqua[b] ex eorum gestis ad aedificationem convenientibus christianis in laudibus[c] Christi recitare debemus. Quoniam igitur omnium pene miracula confessorum et multiplices martyrum victoriae iam monimentis[d] litterarum habentur inditae, nos modo iuxta qualitatem ingenii vel exiguum aptare temptavimus[e] hunc libellum. In quo de ortu vel vita seu et de glorioso sancti ac beatissimi Aridi[f] confessoris obitu, adiuvante gratia Christi, explicare curamus[g], ut cuius est vita cum Christo, memoria eius cum gloria celebretur in mundo.

(2). Sancti scilicet patres nostri studuerunt in saeculo nihil[a] amare, ut legaliter[b] ac perfecte proximos diligerent, ut in una caritate conglobati coheredes Christi efficerentur[c] et participes. Plerique vero a primaeva aetate, nonnulli in adulescentia vel in iuventute, multi in senectute militantes Deo adherere conati sunt, ut qui dudum temptamenta mundi toleraverunt, quandoque ad Christum sine macula remearent. Plus namque aedificat exemplum boni operis cum simplicitate vigoris, quam multa praedicatio[1] cum tumore vanae gloriae. Praedicator 1. Cor. 1, 27. vero egregius, doctor gentium perhibet, dicens: *Stulta mundi elegit Deus, ut con-* ib. 3, 19. *fundat fortia,* et illud: *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Electi[d] vero in prosperis mundi non elevantur, ut adprehendere valeant post triumphum coronam; quia si consideremus, quae et quanta nobis promittuntur in caelis, vilescunt[2] animo, quae cernuntur in terris.

V. Elig. I, 1. (3). Igitur beatissimus Aridius[a] Aquitaniae provinciae in ulteriore[b] Gallia, quae ad plagam respicit occidentalem, parentella nobili[3] generatus, Lemovicum[c] civitatis oriundus fuit, ut esset lucerna cunctis fidelibus, Domino condonante, militibus suis. Pater vero eius cognomento Iocundus[d, 4], genetrix scilicet[e] beata Pelagia[5] vocitata est, quibus[f] vita testatur esse religiosa, ut imitantes exemplum Zachariae[g] et cf. Luc. 1, 6. Elisabeth[h], nisi quod Iohannes in medio non erat, incedentes in[i] mandatis Dei, ut essent sine querella.

V. Elig. I, 3. (4). Natus ergo Aridius atque nutritus est in fide recta. Denique a parentibus christianis catholica religione inbutus[a], iam pueritiae annos excedens[b], aevum adulescentiae cum magna industria gerebat[c]. Cum autem cernerent parentes eius in adulescentia filium salubrem[d] vitam adeptum, studio religionis[e] ornatum, traditur[f] litteris

Capp. 1. 2. 1. 2. *Capp.* 3. 4. 1. 2. 4*a. b.*

Cap. 1. a) *ita* 2; Cum 1; Quotienscumque *V. Elig.* b) vero *add.* 2. c) laudem 2. d) monumentis 2. e) temptabimus 2. f) Aridii 1; Aredi 2. g) valeamus 2; explicandum suscepimus *V. Elig.*

Cap. 2. a) nil 2. b) longanimiter perfecteque 2. c) *pr. m. superscr.* 1; et *om.* 2. d) Electos v. prospera m. n. elevant 2.

Cap. 3. a) Aredius *semper* 2. 4*a. b.* b) ulteriori Galliae 2. c) Lemodiae 1. d) Iucundus 2. e) vero 1. f) quorum 4*a. b.* g) Zacchariae 2. h) Helisabet 4*a. b.* i) omnibus *add.* 2.

Cap. 4. a) est *add.* 2. b) exercens 2. c) regebat 4*a. b.* d) salubrem vita 4*b*; salubri vita 2. e) religionem 4*b.* f) tradunt l. erudiendum 1.

1) *Cf. Greg. M., Dial. Praef.:* Et sunt nonnulli, quos ad amorem patriae caelestis plus exempla, quam praedicamenta succendunt. 2) *Cf. Greg. M., Moral. IX,* 23: Sed cum praesens vita vilescere, cum conditoris amor dulcescere coeperit, sese contra se animus accendit. 3) *Cf. Greg., H. Fr. X,* 29: non mediocribus regiones suae ortus parentibus, sed valde ingenuus. 4) *Ita in testamento Aridii (Pardessus I, p.* 139*) pater appellatur.* 5) *De ea v. Greg., Gl. Conf. c.* 102*; supra p.* 576.

erudiendus[a], in tantum[b] divina gratia inlustratus[c], ut multi mirarent[d] eius eloquentiam in[e] verbis[f], cuius sermo dulcis ore mellifluo flagrabat cunctis. Cor[1] senile gerens, nulli[g] animum voluptati dedit, ne captus erumna saeculi[h] teneretur obnoxius[i]. Greg. M., Dial. II, Praef.

(5). Interea regi praecellentissimo Theodeberto[a] commendatur, ut eum instrueret[b] eruditione palatina. Greg., H. Fr. X, 29. Invenit ergo Aridius gratiam coram Domino V. Elig. I, 9. et coram rege, et ferebatur eius testimonium ab omnibus in tantum, ut cancellarius[2] prior ante conspectum[c] regis adsisteret. Crescebatque ei[d] honor cum magno favore de die in diem; omni ex[e] parte probatus, vernabat in aula devotus[f]. A quo tanta familiaritate habitus est, ut plurimis felicitas eius ingentem[g] gigneret odium. Oderat quippe superbiam, diligebat veritatem; sed plane illum boni admirabantur. Sectabatur itaque[h] indeficienter caritatem, mansuetudinem et humilitatem. Diligebat enim Dominum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente sua. Erat quoquè serenus aspectu[i], tranquillus moribus. Semper opera bona factis amplius quam verbis ostendebat; spem suam semper Christo committens, orationi frequenter incumbens nihilque amori Christi praeponens, semperque mens[k] eius praecepta caelestia meditabatur.

(6). His ita gestis, non post multum tempore[a], cum iam virilem ageret aetatem, Ib. I, 7. cupiens se vas Deo exhibere sanctificatum ac metuens futura[b] tremendaque iudicia, ut ne aliqua suum pectus delicta fuscarent, omnia acta adulescentiae suae coram conspectu viri beatissimi Niceti[c] episcopi confessus est. Denique commonitus[d] Greg., H. Fr. X, 29. interea divinitus per praefatum Nicetium Treverorum[e] civitatis episcopum, ut[f] relinqueret saeculi pompam[g], fugiens mundi oblectamenta, ac regalis palatii vanas superstitiones et indisciplinatas[h] sociorum fabulas declinaret[i] et se sub regulae subderet[k] censura ad contemplandam caelestis patriae palmam. Sicque sibi austeram inponens paenitentiam, coepit viriliter conluctationi[l] carnis spiritus V. Elig. I, 7. fervore resistere. Proponebat[m] namque sibi adversus praesentes[n] carnis ardores futuri supplicii ignes, in laboribus scilicet secundum apostolum, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in suavitate, in patientia multa atque in caritate non ficta. Precabatur igitur[o] Dominum pro donis caelestibus, orabat Christum diebus ac noctibus, adimebat sibi saturitatem panis, ut posset caelestem[p] sibi promerere[q] panem. Ora quidem eius[r] ieiuniis[s] pallebant, corpus quippe[t] eius valde aridum marcescebat[u], sed mens quoque[v]

Capp. 4—6. 1. 2. 4*a*. *b*.

Cap. 4. a) Qui mox *add.* 1. b) autem *add.* 4*a*. *b*. c) est *add.* 1; inlustrabatur 4*a*. *b*. d) *m. al. corr.* mirarentur 1 *et sic* 4*a*. *b*. e) eius *add.* 1. f) infusam *add.* 4*a*. *b*. g) nullius (nullis is 4*b*) animi v. deditus 4*a*. *b*. h) *om.* 4*a*. *b*. i) obnixius 4*a*. *b*.

Cap. 5. a) *ita* 4*a*. *b*; Theodoberto 2; Theothberto 1. b) instruere 4*b*. c) conspectu 4*a*. *b*. d) *ita* 4*a*. *b*; *om.* 1. 2. e) *ita* 1 *cum V. Elig.*; in o. p. 2. 4*a*. *b*. f) *om.* 1 *(habet V. Elig.)*. g) *ita* 2 *(sed* tem *in litura)*. 4*a*. *b cum V. Elig.*; ingens 1. h) autem 4*a*. *b*. i) *ita* 2. 4*b cum V. Elig.*; conspectu 1. (4*a*); et *add.* 4*a*. *b*. k) semper querens 4*a (pr. m.)*. *b*.

Cap. 6. a) *ita* 2; temporis 1; tempus 4*a*. *b*. b) futuram tremendi iudicii diem, ut 4*a*. *b*. c) *ita* 2; Nicetii 1; Nicecii 4*a*. *b*, *ut infra*. d) commonetur 4*a*. *b*. e) Trevir. 1. f) ut r. *om.* 1. g) pompas 2. h) disciplinatas 4*a (non* 4*b)*. i) declinando se 1. k) *ita* 4*a*. *b*; *om. rell.*, *sed add.* contulit *m. al. in marg. ante* palmam 1, accenderet *post* palmam 2. l) conluctacione 4*a*. *b*. m) Praeponebat 2. n) praesentis 4*a*. *b*. o) iugitur 4*a*; iugiter *pr. m. superscr.* 4*b*. p) s. c. 4*a*. *b*. q) promereri 1. r) e, *sed eras.* 2. s) ieiunia 4*a*. *b*. t) *ita* 2; que 1; vero 4*a*. *b*. u) marciscebat 2. v) *om.* 1.

1) *Haec de S. Benedicto scripsit Greg. M., Dial. II, Praef.* 2) *Insulsum mendacium! Puer aulicis palatinis Theudeberti regis adiunctus et a Nicetio episcopo Trevirensi in palatio repertus est; cf. Greg.,* H. *Fr. X,* 29.

V. Elig. I, 7. eius amore[a] aeternorum aestuabat. Semper autem praesentis vitae terminum intuens ac futuram Dei sententiam seu metuenda iudicia[b] formidabat, sciens[c], quod scriptum est: *Beatus homo qui semper*[d] *est pavidus*, nec non et illud, quod[e] Iob dictum[f] est: *Semper enim, quasi tumentes super me fluctus, timui Deum*[g], et illud apostoli: *Cum timore et tremore vestram salutem operamini.* Ante Dei namque conspectum[h] noctibus iacebat, manibus pectus tundens, genas lacrimis rigans, oculis ad caelum levatis[i]; illum semper respiciebat, quem fortasse vel[k] in minimis delinquendo[l] offendisse timebat, ac cum lacrimis Davitica[1] voce haec verba[m] enixius deprecabat[n]: *Tibi soli peccavi. Miserere mei, Domine*[o], *secundum magnam misericordiam tuam.* Et semper ad illud[p] tendens, quod apostolus[2] dixit: *Quod*[q] *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae*[r] *praeparavit Deus diligentibus se*[s]. Haec igitur[t] meditando, quantum[u] plus proficiebat, tanto amplius humiliabatur, ut[v], — iuxta quod veritas[w]
Luc. 14, 11. in euangelio dicit: *Qui se humiliat exaltabitur, et qui se exaltat humiliabitur*, —
V. Elig. I, 7. quanto[x] plus humiliatus fuisset, tanto amplius proficeret; et[k] ut etiam, quanta fuit ei maestitia, tanta fuit[y] et venia. O profunda benignitas Dei[z], o felix[a] paenitentia! Frequentique ieiunio[3] misericordiam quam poscebat a Domino inpetraret[b]. De talibus quippe per[c] prophetam Dominus dicit: *Dedi ei timorem, et timuit me et a facie nominis mei pavebat*[d]. Hinc iterum scriptum est: *Qui timet Dominum nihil trepidabit et non pavebit,*
V. Elig. I, 8. *quoniam ipse est*[e], et rursus: *Timor Dei expellit delictum.* Inter haec autem Dominum pleno vigore deprecans[f], ut eius paenitentia ante Dei[g] conspectum esset accepta. Deinde his[h] initiatus armis, in Christi militia se artius stringens, ad normam inradiabat ecclesiae.

Greg., H. Fr. X, 29. (7).[a] Quadam die, dum[b] cursum tenens purissimae conscientiae, veniens columba, delapsa[c] de camera[d], consedens super eius[e] caput, pergebat cum eodem comitata per plateam. Quam rennuere a se vir Dei Aridius non poterat, donec sui pontificis ingrederetur cellulam. Cum vero declinaret dies ad vesperam[f], rediebat[g] ipsa qua venerat. Mane autem[h] facto, revertente iam clero[i] ad ecclesiam, ipsa[k] super caput[l] eius, sicut prius fecerat, descendebat. Qua per dies XXX[4], sicut ipse secrete locutus est, non cessante[m] columba, hanc verecundiam[n] vir Dei pertulit[o], data superna gratia praesagabat[q], ut aperte daretur intellegi, iam tunc divina largitione[q] sanctum super eum Spiritum descensu-

Cap. 6. 1. 2. 4*a* *(ad v.* 14*)*. *b (ad v.* 11*)*. *Cap.* 7. 1. 2. 4*a*.

Cap. 6. a) *ita* 2; amorem aeternum 4*a. b*; (amore *om.*) aeternorum (desiderio *m. al. suppl.*) 1. b) iud. iugiter f. Tu autem et sc. 4*a. b*. c) namque *add.* 2; autem *add.* 4*a. b*. d) *ita* 4*a. b cum V. Elig.*; est s. 1. (2). e) a *add.* 1; in *add.* 4*a. b*. f) dixit: S. 2. g) *ita* 2 *cum V. Elig.*; Dominum 1. 4*a. b*. h) conspectu 4*a. b*. i) *ita* 4*a cum V. Elig.*; levans 4*b*; elevatis 1. (2). k) *om.* 2. l) se *add.* 1. m) Deum *pr. m. add.* 2. n) *ita* 4*b*; deprecabatur *rell.* o) Deus *Vulg.*; *om. V. Elig.* p) ill(ud *in ras.*) 2. q) *ita* 4*a. b*; *pr. m. superscr.* 2; *om.* 1. r) *ita* 4*a. b*; quod 1. (2). s) *desinit* 4*b*. t) iugiter *V. Elig.* u) quanto 1; etiam *add.* 2. v) ut *post* humiliabitur *ponit* 2. w) v. in e. *inter scrib. corr.* in e. v. 2. x) quanto — *l.* 22. ecclesiae *om.* 4*a*. y) *ita* 2 *cum V. Elig.*; fieret v. 1. z) Domini 1. a) *ita* 2 *cum V. Elig.*; silex *m. al. corr.* simplex 1. b) *ita* 2 *cum V. Elig.*; impetrarat 1. c) Malachiam *add. V. Elig.* d) pavebit 2. e) spes eius *add. V. Elig. cum Eccli.* 34, 16. f) *ita* 2; deprecatus est 1. g) *ita* 2; Deo *V. Elig.*; Christi 1. h) (h. *om.*) intiaturi 2.

Cap. 7. a) c. 1. *incipit* 1. b) d. vir sanctus c. suum t. purissima consciencia 4*a*. c) delap(sa *m. al. in ras.*) 1; dilabsa *corr.* dilapsa 4*a*. d) regis *add.* 4*a*. e) capud eius 4*a*. f) vesperum 4*a*. g) *ita* 1; redibat 2; via *add.* 4*a*. h) *om.* 2. i) clerico 4*a*. k) columba *add.* 4*a*. l) eius capud 4*a*. m) recedebat 4*a*. n) reverentiam *pr. m. in litura* 2. o) quae: (*ras.* per) datam eius supernam gratiam 4*a*. p) *ita* 1; praesagebat 2. q) largitate 2.

1) *Ps.* 50, 6. 3. 2) 1. *Cor.* 2, 9. 3) *Haec verba ad paenitentiam spectant, quae 'ieiunio peccatorum virus excludendo non prius destitit, quam misericordiam impetraret'; cf. V. Eligii l. l.* 4) plurimos *Greg.*

rum[a]. Unde et veritas discipulis testatur, dicens: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et*[b] *pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus;* quia dignum erat, ut qui[c] innocentiam mentis custodisset[d], ei visitatio Spiritus sancti adesset. Ioh. 14, 23.

(8). Tum deinde audita vir beatissimus morte patris[1] pro matris suae consolatione Lemovicum regressus est. Igitur beata Pelagia, mutato saeculari habitu, induitur[a] sanctimoniale vestimento[2]; efficitur in Dei amore religiosa, filium bene conversum Dei ortatur ad praemium. Qui mox vir beatus heremum petiit, et in concavum saxum se retrudens, ibique diebus ac noctibus sine cessatione Dominum[b] supplicabat et hostem invisibilem orationibus et precibus repellere iugiter contendebat, pugnans ore, non gladio, precibus, non ferro, orationibus, non telo. Cunctis horis, cunctis namque[c] diebus Dei flagitabat praesidium, ut dignus post mundi labem[d] posset pervenire ad bravium. Cum per aliquod[e] dies inibi esset cum magna abstinentia, audita[f] haec, genetrix ad pedes filii provolvitur, rogatur[g] eum exinde egredere[h], ut monasterii cellulam, ubi prospere aspiceret[i], in villis[k] amoenis aedificaret. Greg., H. Fr. X, 29. V. Elig. I, 9.

(9). Tunc etiam locum amoenum vir Dei Aridius repperit de[a] eodem saxo, in quo erat retrusus, fere trium milium, ibique monasterii cellulam aedificare cum magna industria coepit, quod coenobium nuncupavit Atano. Ibique orationi intentus et incumbens[b] lectioni[c] vacabat; venerabilis mater eius laborans per agros, alimoniam[d] corpori quaerebat[e]: quae vero post conversionem[3] vita acta sit. Greg., H. Fr. X, 29. V. Elig. I, 9. Greg. l. c.

(10). Deinde pollebat vir beatus magis magisque in vigiliis et ieiuniis vel in orationibus atque in caritate. Coepitque eius fama divulgari[a], confluebantque[b] ad eum undique viri religiosi, advenae vel monachi. Multitudo etiam pauperum, sicut apes ad alvearium[c], ad[d] eum conveniebant in tantum, ut quanticumque pauperes ad eum confluebant, nullus vacuus ab eo recederet. Quid plura? Quicquid ex possessione parentum nobilium habuit, totum in[e] pauperibus vel in[e] coenobiis, praecipue ad beati Martini[4] Toronensis[f] vel ad sancti Helarii[g] Pectavensis ecclesiam[h], seu quippe[i] per diversas ecclesias vel etiam monasteria[k], omnem possessionem distribuit; auri vero[e] argentique metalla in[e] pauperibus dispersit, sciens apostoli praeceptum: *Habentes autem victum et vestitum, his contenti simus*[l], et: *Qui volunt divites fieri in hoc mundo, incidunt*[m] *in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa in-* Greg. l. c. V. Elig. l. c. V. Elig. I, 10. ib. I, 11. ib. I, 20. ib. I, 11. Greg., H. Fr. X, 29. V. Elig. I, 11.

Capp. 7—10. 1. 2.

Cap. 7. a) *desinit* 4a. b) et p. m. d. e. *om.* 2. c) *ita* 2; *om.* 1. d) custodiebat, visitationem s. Sp. mereretur 2.

Cap. 8. a) induetur 2. b) Domino 1. c) *ita* 2; cunctisque momentis D. 1; cunctis autem diebus *V. Elig.* d) luem *V. Elig.* e) *ita* 2; aliquot 1. f) *ita* 2; auditis his eius g. 1. g) *m. al. corr.* rogavitque 1; rogat 2. h) *ita* 1; egredi (2). i) *ita* 1; aspiciebat 2. k) *ita* 1; villas amoenas 2.

Cap. 9. a) ab e. quoque s., in quo fuerat 2. b) *ita* 1 *cum V. Elig.*; imminens 2. c) quo *add.* 1. d) *ita* 1; alemonia 2. e) *om.* 2.

Cap. 10. a) dev. 2. b) et confluebant 2. c) *m. al. corr.* alvearia 2; ita *add.* 1. d) *ita* 2 *cum V. Elig.*; c. ad eum 1. e) *om.* 2. f) *ita* 2; Turon. 1. g) *ita* 2; Hil. Pict. 1. h) ecclesias 2. i) *ita* 2; *om.* 1. k) *ita* 2; monasterio suo o. 1. l) *ita* 1 *cum V. Elig.*; sumus 2. m) incedunt 2.

1) Genitore ac germano defunctis *minus recte Greg.; v. supra p.* 576. 2) *Immo rem familiarem administrandam suscepit, cum Aridius filius operibus divinis impeditus esset, neque ea quae de hoc ipso infra exposita sunt, a Gregorio confirmantur.* 3) *Hanc igitur conversionis vitam a Pelagia postea actam esse biographus iam affirmat, ut cum Gregorianis ea conciliaretur.* 4) *Utrumque sanctum heredem instituit teste Gregorio l. l.*

[V. Elig. I, 11.] *utilia et nociva, quae mergunt hominem in interitum et perditionem.* Considerans quippe, [Luc. 11, 41.] quod scriptum est: *Date elemosynam, et omnia munda sunt vobis:* et veritas ait: [Matth. 19, 29. Tob. 12, 9.] *Centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit:* et alibi scriptum est: *Elemosyna a morte liberat, et qui eam fecerit, non ibit in tenebras:* hoc[a] quoque agebat, haec certe [V. Elig. I, 20.] adimplebat. semper ad elemosynam largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in humilitate profusus, in caritate perfectus. Numquam otio[b] indulsit, quo non aut lectioni vacaret aut opus Christi perficeret, aut certe manibus opus aliquod ageret, aut denique[c] sacros codices scriberet. Maxime autem decreverat, ut in vicinas dioceses[d] sacros codices, quos ipse manibus suis scribebat[e], distribueret[f], memo- [cf. Iac. 4, 4.] rans illud, quod apostolus dixit, quia otiositas inimica est animae. Ad ista igitur omni tempore numquam cessabat.

(11). Cum autem iam monasterii cellulam[a] aedificasset, quo opus coeptum peregisset, necesse est, ut de ipsius miracula[b] aliquid, Christo auxiliante, explicare valeamus. Qualiter elemosynis, vigiliis et orationibus se Dei servus indulserit, [Greg., H. Fr. X, 29.] praedicanda miracula publicaverunt alacriter, de[c] quibus multis brevissime credidimus pauca narrare.

[ib.] (12).[a] Accidit homini Dei, Arvernis[1] iter ut ageret et, inruente nocte, aquam non inveniret, ut ad manendum se conderet. Cumque quaererent ministri eius huc atque illuc, et non invenissent, tum Aridius defixit[b] in harena baculum. Quo retracto, de terrae foramine fons abundans exilivit, ut fluenta aquae unda[c] sufficeret[d] et in tantum postea inrigaret[e], ut illic pecora biberent. Sic[f] vir iste magnus fuit in miraculis, et Moysi typum gerens, qui [cf. Exod. 17, 6.] percutiens petram, aquam populo[g] in solitudine praebens.

(13). Dedit[a] deinde operam comitesque[b] sui itineris, quos religio claros reddebat, elegit. Collecto sane coeto omnium, orationum suffragia postulat, ut venturo itineri solamen largitor pietatis tribuat; et sic cum eisdem Christo duce ad locum, ubi sancti Dei martyris Iuliani membra sancta fuerant sepulta[2], accedit, agnitis qui secum clementis iudicis voluntate adessent. Cumque ad eum locum pervenissent, postulat, ut reliquias sancti martyris votiva mente suscipere mereretur, sed custos basilicae beatissimi martyris petenti denegavit. Moratus ibi paulolum et quaerens, nec prorsus inveniens, progressus exin, accedit ad locum, ubi venerabilis martyr a persecutoribus, transactis iam longevis temporibus, decollatus[c] fuerat[3], et cum plenissima devotione de eodem loco parvissima saxorum, quod vulgo sabulum[4] dicitur, in crismarium quod collo suo gestabat laeto animo

Capp. 10—12. 1. 2. *Cap.* 13. 1.

Cap. 10. a) *ita* 2; (h. q. a. *om.*) haec autem cottidie adimpl. 1. b) otium duxit 2. c) *ita* 1; nempe 2. d) diocesis 2. e) scriberat *m. al. corr.* scripserat 1. f) destr. 1.

Cap. 11. a) *ita* 1, *ut supra*; cellam 2. b) *ita* 2; miraculis 1. c) *ita* 1; quia de m. b. p. curavimus enarrare 2.

Cap. 12. a) *c.* 2. *incip.* 1, *et sic deinceps.* b) *ita* 1; defixo in arena baculo 2. c) *ita* 2 *cum Greg.*; undantis 1. d) *ita* 1 *(pr. m.).* 2; sufficerent *m. al.* 1. e) *ita* 2; inrigarent 1. f) Sed 2. g) *ita* 2; populis in s. praebuit 1.

Cap. 13. a) *totum caput, scilicet* Dedit — dignatus est *om.* 2. b) comites qui *pr. m.* 1. c) decolatus *pr. m.* 1.

1) Sancti Iuliani martyris ad basilicam *Greg.* 2) *I. e. Brivate, hodie Saint-Julien de Brioude; cf. Greg., Virt. Iul. c.* 1. *De Aridii itinere Brivatensi v. Greg. l. l. c.* 41. 3) *Prope basilicam S. Ferreoli, hodie Saint-Ferréol les Minimes; cf. Greg. l. l. c.* 3. 4) *Aridius aquam ex fonte Iuliani hausit, quae in balsamum commutata est (cf. Greg. l. l. c.* 41*),*

pro sacratis sancti martyris reliquiis[a] condidit. Cumque de eadem provincia remeare coepisset, tanta hominum multitudo, qui a malignis spiritibus vexabantur, eius vestigia cum magnis clamoribus prosequebantur, ut tantorum vix scribantur tot nomina. Pervenit ergo fama beati viri ad aures pontificis civitatis illius[1]. Qui ilico cum suis sancti viri vestigia prosecutus et mox eius pedibus provolutus, coepit ab eo petere, ut tandem ad tumulum sancti martyris remearet et sacras eius reliquias deportaret. Tunc ille ait: 'Hoc quod mihi omnipotens Deus largitus est munus, cum eodem iturus, ipso comitante, pergam; nam creator omnium Dominus duo virtutum miracula in eodem loco ostendere dignatus est'. Cumque vir Dei suum crismarium aperuisset, repperit diversos pretiosos lapides de saxis, quae de fonte abstulerat, ut mira virtus sancti martyris per diversa terrarum loca declararetur, et viri Dei fides probaretur et multis ostenderetur. Cumque ad locum hunc, ubi vir Dei oratorium condiderat, sacrum munus cum magno gaudio condidit, ibi quoque omnipotens Deus multa signa et mirabilia declarare dignatus est.

Greg., Virt. Iul. c. 45.

(14). Nec[a] hoc praetereundum est, quod Christi famulo conlatum est: quadam die viator dum[b] iter arreptum incederet, flante ventorum turbine, cum pluvia talis circa Aridium sic fremeret, ut rivos[c] imber evolveret, ipsum agmen ac suos ministros[2] gutta nec una perfunderet; quod[d], divisa tempestate, alicubi[e] turbo se[f] verteret, et ipsa nubila aerem[g] fugarent, dum pavescunt viatorem. Si igitur conditori omnium *mare et venti oboediunt*[h] in fluctibus, *et facta est tranquillitas magna,* immo et fideli suo iussit hanc virtutem cunctis videntibus ostendendam.

Greg., H. Fr. X, 29.

cf. Matth. 8, 27. 26.

(15). Quodam tempore cum ad maturitatem se[a] segetes aristis armassent et iam se adgravatae meti[3] poscerent a cultore, inormitas[b] erupit pluviae, ne quisquam fruges colligeret, ut[c] in suis spicis grana lactantia germinarent. Interea suggeritur ipsi a populo; facit vigilias intercessor. Sequenti igitur die, reliquiis sanctorum adprehensis oportune et venerabiliter coopertis de palleolo[d] serico, diacones in albis exeunt ad[e] processum; plebs clamat non[f] posse ire pro nimborum incursu. Quibus vir sanctus respondit: 'Qui iussit aquas[g] creari, potens est hunc imbrem sedari[h]'. Tunc mox de templo progressi sunt: subito nubes exscissae[i] sunt, sol in claritate reducitur, serenitas caeli mundo redditur, ad opera cultor trahitur, et ad manipulos colligendos messor frugibus[k] invitatur.

(16). Nec illud praetereundum est[a], simili causa quod gestum est. Dum Noniaco colonica[4] sua in honore beati Iuliani martyris oratorium[5] conderet, et imber gravis inrueret, ipso vero orationem[b] dominicam memorante, nimbus impetum

Cap. 13. 1. *Cap.* 14—16. 1. 2.

Cap. 13. a) reliquias 1.

Cap. 14. a) *redit* 2. b) dum *pr. m. ante* viator *superscr.* 2. c) *ita* 2; rivis ymber efflueret et i. 1. d) quo *codd.* e) *ita* 1; aliubi 2. f) *ita* 1; saeviret 2. g) aerum 2. h) oboedierunt 1.

Cap. 15. a) *ita* 2; (se *om.*) seg. aristas 1. b) inormitate, *om.* erupit 2. c) sed 2. d) palleolo 2. e) *ita* 1; in 2. f) *ita* 2; n. p. ire *om.* 1. g) aquam 1. h) *ita* 2; sedare 1. i) excissae 1. k) frugum 2.

Cap. 16. a) in *add.* 1. b) *ita* 1; oratione dominica 2.

pulverem vero e sepulchro Martini abstulit: quod in capsulam positum ad collum meum *(scil. Vulfilaici)* dependit. *Chrismarium igitur est capsula.* 1) *Scil. Arvernae.* 2) *Etiam sociis pluviam pepercisse Greg., H. Fr. X,* 29, *affirmavit, sed in Vita Patr. c.* 17. *idem negavit.* 3) *Miraculum ex V. Genovefae c.* 50. *biographus deprompsisse videtur.* 4) *I. q. colonia.* 5) *Aridium in honorem S. Iuliani basilicam aedificasse Greg., Virt. Iul. c.* 41, *ret-*

detorsit, tempestas reppulit turbinem, pluvia[a] abscessit, locum vel sanctum virum Aridium cadens gutta non tetigit.

(17). Addatur[a] hoc in pagina, quo rerum crescunt miracula. Quadam die, eodem sancto viro in oratorio orante, Actardus quidam, Nivardi filius, adulescens exanimatus deportatur[b]; ante sacrum altare in oratorio beati Iuliani martyris[c] deponitur a parentibus. Rogatur, ut vivus reformaretur a Domino. Tunc vir reverentissimus, pietate scilicet motus, lacrimis vim ingerens[d], aspiciens ad caelum, Dominum deprecans[e], dehinc appellat infantulum, sed corpus iacet[f] exanime. Hora fere transacta, exsuscitatur puerulus, clausos aperit oculos et loqui posse incipit[g] redivivus. Sic[h] fidelis miles tantis virtutibus pollens et gratia divina
cf Luc. 7. accinctus, ut[i] sicut creator omnium rerum filium viduae adulescentem resuscitavit[k] de grabatto et reddidit matri suae inlaesum, ita vir Dei Aridius valuit optinere orationibus suis apud Dominum, adulescentem[l] esse vivificatum.

(18). Quaedam mulier grande vulnus habens in facie occurrit sancto Aridio, sanari exorans[a]. Tum illa[b] vexillo crucis signata[c], ilico, circumstante populo, tumor vulneris aperitur, et in similitudine nucis minoris velut petra de ipso progreditur. Quae sine dilatione sana domi revertitur.

(19). Adiciatur operi res adiecta mysteriis. Filius Dulcissimi quidam Ingratius[a] nomine in grabatto iacens, funeri[b] exhibitus a patre, tantum distentus tumore, ut intra se sua lumina ablata fuissent. Tum vir Domini Aridius, oratione pro eo data, de oleo benedicto perunguit[c] oculos eius. Quod cum inliniret ex fide, mox quicquid morbi[d] fuerat, tacto fugit ab unguine.

(20). Dum ad profectum sancti viri atque[a] ad altam Dei contemplationem se sublevant, in[b] quantum poposcerint, divinitus accipere[c] credendum est. Quodam tempore affectu pietatis Lemovicum civitatem veniens, audit conplures nuper[a] mortis sententia damnatos teneri in carcere vinctos. Aridius ergo memor verbi
Matth. 25, 36. ib. v. 40. Domini dicentis: *In carcere eram, et venistis ad me,* et: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis,* cogitans[d], si quomodo posset[e] liberare eos. Cumque ad requirendos reos[f] adpropinquasset carceri, confestim divino nutu, velut magno ferientis inpulsu, confractae serae, dissipati[g] cardines, ostia carceris patefacta et omnia vincula compeditorum resoluta[h] sunt. Eadem nocte quasi solis claritas intus apparuit[i], lux in tenebris emicuit[k], custodes pressi a somno, et ad tumulum sacratissimum sancti Marcialis antistitis cuncti fugierunt[l] de ergastulo, sicque orationibus beati viri de carcere vel de morte liberati sunt.

Capp. 16—20. 1. 2.

Cap. 16. a) *ita* 1; pluviae abstersit 2.

Cap. 17. a) Addantur haec 2. b) et *add.* 1. c) *om.* 2. d) (in *pr. m. suppl.*)gerens 1. e) *ita* 2; deprecatur 1. f) tacite exanima 2. g) *ita* 2; inc::pit *m. al. corr.* incepit 1. h) *ita* 1; Sed 2. i) *ita* 1; et quia cr. 2. k) resuscitat 2. l) hunc *add.* 2.

Cap. 18. a) *ita* 1; exorat 2. b) ille *pr. m. superscr.* 2. c) *ita* 1; signatam 2.

Cap. 19. a) Ingracius 2. b) *ita* 1; furore exibitus 2. c) perungitur (*om.* oculos — fide) et mox 2. d) *ita* 1; morbidum f., tactu sacri olei pristinae redditur sanitati 2.

Cap. 20. a) *om.* 2. b) *ita* 2; (in *om.*) q. poscunt 1. c) *ita* 2; eos ac cr. 1. d) *ita* 2; cogitavit 1. e) possit 1. f) eos 2. g) dissipate 2. h) resolata 1, *corr.* i) et *add.* 1. k) emicabat 1. l) *ita* 2; fugerunt 1.

tulit. Noniacus locus idem fortasse, qui hodie Saint-Julien-le-Vendômois (dép. Corrèze) appellatur (cf. Longnon, 'Géogr.' p. 527), monachis Attanensibus legatus in testamento legitur; cf. Pardessus, Dipl. I, p. 138: Nonniacus domus nostra.

(21). Prosit auribus populi res, quae profuit lumini. Nivardi praefati filia nomine Actefledis[a] lumen oculorum perdiderat, ut nullatenus videre potuisset. Quadam die deducta ad virum Dei Aridium a parentibus suis, ut inluminaretur, exoratur[b]. Cumque[c] prosternerent se ad sacerdotis vestigia, tunc vir sanctus signatis eius oculis atque[d] intra se Dominum rogans, mox incolomis reddita: quae fuerat duce[e.1] pertracta, ducatrix[f] redit ad propria.

(22). Exempla[2] quoque iustorum avidius instruunt sequaces, quam sermo praedicationis multorum. Dum quadam vice properaret vir Dei Burgundiam ad regem pietatis pro causa, invitatur sedulo[a] a duce Antestio[3], ut diverteret ad eius domum, cui[b] semiviva filia decubabat in lectulo. Quae cum ad extremum exalaret spiritum, ingressus vir Dei Aridius domum, data oratione pro ea, laetificata domus adipiscendo remedium, puella redit de transitu. Ille etenim, qui iussit cf. Marc. 5,42.
filiam archisynagogi intra cubiculum resuscitari mortuam, petenti se tribuit, ut et haec de morte reverteretur ad vitam.

(23). Quaedam mulier nomine Bessa[4], prae infirmitate debilitatis membris, digitis adtractis, incurvatis articulis suis[a], gressibus inbecilla, prona precatur se sanari, devota[b] supplex attenuata. Moxque[c] Aridius cruce[d] sancta manu facta[e], extenditque[f] in pagina, nervi laxantur in organa, et diutius praestolata[g] tandem sese membra recognoscere meruerunt; sicque orationibus sancti viri sana facta est.

(24). Adscribantur praeconia, quae iuste referuntur ad palmam. Quaedam mulier prope iam morti credita vulnus in collo gestabat. Occurrit sancto viro, obsecrans[a], ut super hoc[b] sanctae crucis armaret vexillum, mori timens. Cumque super vulnus Christi signum deprimeret, repente mortui sunt vermes; femina redit incolomis.

(25). Dum maiora miracula sanctorum conspicimus, et[a] amplius in[b] amore Dei et[c] enixius convertimus[d]. Puella namque de urbe Petrogoricus[e] ad Dei hominem veniens taliter contracta, ut de suis calcaneis[5] adhaesa sibi tangeret crura, longo iam tempore gressibus condemnata. Quam vir sacratissimus non prius[f] eam abire permisit, nisi prius languor dimitteret, et pedibus incederet, quae prius manibus ambulabat. Igitur sciscitans studiose, an haberet in Christo spem, V. Elig. I, 23.
si se crederet sanandam quandoque[g]. Illa autem in omnibus fidem dante, fixit genua

Cap. 21—25. 1. 2.

Cap. 21. a) *ita* 1; Actiflides 2. b) *ita* 1; exorant 2. c) *ita* 1; Tunc prosternentes se protinus ad s. v., at vir 2. d) *ita* 1; quae 2. e) *ita* 1; f. alio ducente tracta 2. f) *ita* 2; ductrix r. ad patriam 1.

Cap. 22. a) sedula *pr. m.* 1. b) cuius 2.

Cap. 23. a) *ita interpungit* 2. b) de(vota supplex *m. al. in ras.*) 1. c) que *om.* 1. d) *ita* 2; a *add.* 1. e) *ita scripsi*; tacta *codd.* f) *ita* 2; erum tendit 1. g) postulata 2.

Cap. 24. a) *ita* 1; obsecrat 2. b) *pr. m. superscr.* 1; signo *add.* 2.

Cap. 25. a) eo *add.* 2. b) (ad *m. al. in litura*) amorem D. 2. c) *ita* 2; *om.* 1. d) *ita* 1; (in *pr. m. in litura*)citamur 2. e) Petregorgius 2; Petrocoria 1. f) *ita* 2; (pr. dimisit quam *m. coaeva in ras. minore*) l. (largor *pr. m.*) eam dim. 1. g) sanandam. Quandoque *interpungit* 1.

1) *Cf. V. Genovefae c.* 24. 2) *Ita supra c.* 2. 3) *Hanc fabulam biographus sibi formavit, usus loco Gregoriano (H. Fr. VIII, 27) hoc:* Desiderius vero dux cum aliquibus episcopis et Aridio abbate vel Antestio ad regem Guntchramno properavit. *Iter a.* 585. *factum est; v. supra p.* 576. 4) *Bessus presbyter in V. Genovefae c.* 39. *commemoratur.* 5) *Cf. Greg., Virt. Mart. III,* 58: contractis in poplite nervis, calcaneis ad crura deductis.

V. Elig. I, 23. Aridius[a] in terra et prolixe oravit; deinde oculos pariter ac manus ad caelum tendens, dominum Iesum Christum fide plenissima[b] promissionis suae admonuit[c], qua[d] dicit: *Quicquid credentes*[c] *petieritis, fiet vobis*, et: *Si habueritis fidem, non solum haec signa facietis, sed maiora horum facietis.* Cumque haec pleno vigore ac devotione deposceret, conversus ad puellam dixit: 'Si fideliter credis in nomine domini Iesu Christi, surge et sta super pedes tuos'. Et mox surrexit, consolidati[f] sunt pedes et membra eius, et sana facta est ex illa hora.

(26). Item de eadem urbe altera[a] veniens femina, simili infirmitate condemnata; cumque sancti viri manu adtrectata fuisset[b], directa redit ad propria et senior cucurrit viam, quam non transcendit iuvencula.

(27) Quotiens ad alta Dei omnipotentis animum elevamus, vilescunt[1] animo, quae in terris conspicimus, ut, accepta gratia divinitus, supernam patriam penetremus: ut puta[a] vir iste, qui tantis virtutibus adornatur, terreno contagio non obfuscatur. Quidam vir cognomento Addo, filius cuiusdam Proculi, ad beatissimi viri venit praesentiam sic debilis, ita[b] ut de calcaneis vestigium faceret, nec potuisset separari res infeliciter glutinata, tunc quaerens a sancto Aridio remedia. At ille crucis signo superinposito, qui clodus[c] genibus venerat, directus pedibus ambulans, baside[d] sua reducunt vestigia.

(28). Adiciantur virtutes operum, quibus vera esse creduntur. Vir aliquis de territurio[a] Betorico[b], contractis nervis, vestigio debilitatus occurrit, ad monasterium concitus venit, et ut sibi vir sanctus succurreret[c], deprecabatur suffragia[d]. Suscepit vir Dei Aridius causam[e] mercedis; oratione pro eo fusa cum benedictione, reddidit[f] incolome sancta manus, quod tetigit.

(29). Adquiratur[a] paginae, quod praestitit[b] gratiae. Leonastis[c] quidam insania corporis ita demens effectus, ut aliud non esse crederetur quam rabies, cuius furor horribilis nimis non ferebatur, et nimis vinctus manibus ac pedibus alligaretur in vinculis, et[d] violentia oppressus, adhuc catena[e] constringeretur, hac superadditus[f] dolor poenae conlideret, et sic crudeliter fremens, tandem[g] ad sanctum Dei Aridium perductus est. Nec mora aliqua facto[h] signo[i] crucis fronte armatus, in momento ab hoste antiquo liberatur simul et vinculo. Qui postea clericus effectus est[k]; ad meliora opera cum cantico[l] Christo dependit servitium. Sed mira dispensatione[m] omnipotentis Dei agitur, ut quos praemia divina ad meliora non invitant, temporalia flagella erudiant.

(30). Eodem vero tempore, quo miles Christi degebat in terris, Ferreolus[2]

Capp. 25—30. 1. 2.

Cap. 25. a) in t. Aredius 2. b) pl. (depo *in litura*) (scit pro *pr. m. in marg.*)missionis 2. c) recordari *pr. m. in litura* 2. d) *ita* 2; quae 1. e) *ita* 1; orantes 2. f) *ita* 2 *cum V. Elig.*; solidati 1.

Cap. 26. a) *ita* 2; a. ad eum venit 1. b) fuisset *om.* 2.

Cap. 27. a) pute 2. b) *om.* 1. c) *ita* 2; claudus 1. d) *ita* 2; basium suarum reductus est vestigiis 1.

Cap. 28. a) *ita* 2; territorio 1. b) Betonco 2. c) succurrerit 1. d) suffragium 2. e) causa merc. 2. f) rediit incolomis 1.

Cap. 29. a) Adquirantur 2. b) praestet 1. c) Leonast(es *m. al. in ras.*) 1. d) et v. *om.* 2. e) catenas constr. 1; catena constringeret 2. f) superadditum dolorem poena 2. g) tamen 2. h) facta 2, *corr.* i) signum 1. k) et *add.* 1. l) canticis 2. m) *ita* 1; dispositione (2?).

1) *Eadem supra, c.* 2. *ex., leguntur.* 2) *Ferreolus episcopus Lemovicinus Marcum referendarium Chilperici regis iussu exactiones illicitas requirentem e gravi quod populus Lemovicinus in eum intendebat (Greg., H. Fr. V,* 28*) periculo a.* 579. *eripuit et S. Martini basilicam*

pastor ad gubernandam plebem sibi commissam Lemovicum civitate[a] praesul venerandus aderat; sed quotiens ipse[b] pontifex febribus urguebatur, aut aliqua egritudine[c] in gravi dolore atterebatur, ad virum Dei Aridium dirigebat nuntios, ut pro eo plenius ad Dominum intercederet. Qui[d], celebratis pro eo vigiliis, optinebat pro pastore, venerabilis abba pro antistite[e], abiectus et humilis pro sublime.

(31). Et quia crescens pagina maiora[1] tegit[a] miracula, proferatur in medium de quodam caeco clarum[b] mysterium. Vir aliquis lumine deceptus, longo iam tempore tenebris pressus, crassa caligine nubilus ad beati viri cellulam pedetemptim[c] deducitur; quem vir sanctus miseratus ut vidit[d], visum orando restituit, et remeat ad regionem, claro iam lumine inlustratus.

(32). Iocundum est proferre[a], quod[b] gloriosum fuit memorari[c]. Quidam vir nomine Vistrimundus[d], cognomento Atto[2], tam crudeliter[e] dolorem dentium incurrerat, ut, nulla intercedente venia, dolor eum[f] imminens[g] relaxaret. Tunc ad sanctum virum, cum beato Martino occursum devote redderet, veniens et interrogatus, cur eius una maxilla videretur inflatior, et[h] ille se torqueri dolore dentium gravissimo responderet, tum vir Dei faciem turgidam palpavit tactu mollissimo[i], dicens: 'Sanaberis a Domino, optinente Martino famulo Dei fidelissimo'. Itaque mox, ut a iusto inchoatus sermo compleretur[k], salus denti refunditur, dolor cum tumore curatur. Greg., H. Fr. X, 29.

(33). Quaedam mulier Ricovera nomine, coniunx[a] Toronici[b, 3] monetarii, cum sancto[c] viro mediam ampullam cum oleo benedicendi causa fideliter optulisset, tunc Aridius[d], facto crucis signaculo, et alteram[e] ampullam, in qua de oleo beati Martini continebatur, proferens de chrismario, superiecta gutta ampullae mediae, tanta inundatione olei virtus exilivit, ut repletae ampullae alibi oleum[f] tolleret, ne[g] aliquid de redundanti benedictione periret. Quae[h] utrisque benedictio aequanimiter profecit, et ille qui petenti dedit, et petens quae meruit. Greg., Virt. Mart. III, 24.

(34). Hoc quoque paucis concedetur[a], ut tantis miraculis miles Christi ametur. Decreverat quippe vir reverentissimus, ut pro lucranda caelestis patriae palma Toronis[b] ad beati antistitis festivitatem occurreret. Denique quodam tempore accidit, ut ad[c] praefatam urbem vir sanctus properaret. Igitur cum pontifex[4] civitatis illius cum clero in ecclesia psallendi officium nocturno tempore enixius

Capp. 30—34. 1. 2. 4*a. b.*

Cap. 30. a) civitatis 2. b) *ita* 1; ipsum pontificem f. urguebat(ur *eras.*) 2. c) *ita* 1; egritudo — atterebat 2. d) Qui *om.* 2. e) et *add.* 1.

Cap. 31. a) texit 2. b) *ita* 2; claro 1. c) pedetemtim 2, *corr.*; pede tendente 1. d) ei *add.* 1.

Cap. 32. a) referre 2. b) quid 1. c) *ita* 2; memoriae 1. d) *ita* 2; (Wi *m. al. in ras. minore*)strimundus 1. e) *ita* 1; crudelem d. d. incurrit 2. f) d. inmanis quiesceret. Cum autem isdem sanctus vir ad beatum Martinum occursu devoto pergeret, inquisivit ab eodem viro, quur una eius m. 2. g) non *add. Mab., quod sensu requiritur.* h) *ita* 1; infl., dixit, quia ex dolore dentis gravissimo. Tunc *fortasse recte* 2. i) mollisissimo 1. k) completur 2.

Cap. 33. a) coniux 2. b) Tur. 1. c) *pr. m. post* viro *superscr.* 2. d) Aridi:::us 1. e) altera ampulla 2. f) *bis scr. erat* 2. g) nec 1. h) Quod veris quae benedictis 2.

Cap. 34. a) *ita* 2; conceditur 1. b) *ita* 2; Turonos 1. c) *pr. m. suppl.* 1.

apud Brivam-Curretiam a. 584. *concrematam postea restauravit (ib. VII,* 10*). Erat inter eos qui concilio Matisconensi a.* 585. *subscripserunt; cf. Maassen, Concilia I, p.* 172. 1) *Cf. Greg., H. Fr. X,* 29: De maioribus quoque miraculis parva proponimus. 2) Tattonis *Greg., qui addit:* civis Turonici. 3) *Cum 'in quodam loco' Gregorio teste miraculum illud contigerit, mulier Turonica minime erat.* 4) *Eufronius vel Gregorius.*

ageret, diaconus namque[a] eius, dum in ecclesia caneret, somno gravatus[b]. Cumque eum episcopus cerneret dormientem, ait ad eum: 'Quare obdormis[c], frater?' Qui de[d] somno evigilans, ait: 'Videbam te, domine mi, egredientem ad[e] fores ecclesiae et in obviam beati viri Aridii properantem'. Cumque diaconus vix sermonem complesset, statim nequam spiritus in quodam homine exclamavit, se sancti Aridii praesentiam ferre non posse. Quo audito[f], episcopus cognovit, quod vir Domini[g] Aridius adveniret. Mox quippe[h] in obviam abbatis episcopus cum cereis accensis pro fores[i] ecclesiae occurrit, ac cum magno gaudio et exultatione in ecclesiam[k] ingressi sunt et pene tota nocte[l] divinis officiis perdurarunt. Nam multi aegri vel diversis infirmitatibus adstricti sano vigore orationibus vel intercessionibus eius ad propria regressi sunt.

Greg., Virt. Mart. IV, 6. (35). Alio rursus tempore cum ad eandem festivitatem[1] Toronis[a] occurrisset[b] et alicuius paralitici[2] crura blanda adhibitione contrectaret vir Dei Aridius, testabatur, quod sancti Martini manum vidisset, qualiter debilia membra dirigeret, et sic paraliticus, sancti dextera[c] tangente[d], se suis vestigiis protinus direxisset. Tanta vero curationum virtus divina gratia illi Greg., H. Fr. X, 29. conlata praemicuit, ut quisquis[e] infirmus advenisset, pleno vigore sana- Virt. Iul. c. 45. tus[f] incolomis recederet. Inerguminis[g] vero tam celeris[h] salus est reddita, ut ingentis[i] multitudinis non praescriberentur tot nomina.

(36). Si per singula recenseantur miracula, valde incongruum non est, ut credantur tantae virtutis[a] alloquia. Quodam tempore vir Dei egressus de basilica, Greg., Gl. Conf. c. 102. peractis nocturnis vigiliis, vidit globum[3] luminis de caelo descendisse super eiusdem cellulam. Credens[b], splendorem ipsum ab homine fieri, interrogat vir Dei a suo discipulo, quis est ille, qui cum facula per ortum hora tali ambularet. Interea cum hoc admiraret[c], protinus globus ipse, qui apparuerat desuper cella, revolvit[d] ad sidera; ipse vero cum metu et tremore, expansis manibus, divinae potestati[e] luminis gratiam deferebat. Scilicet interrogatur a monacho, qui hoc cum eodem videbat, quid esset hoc miraculum, tantae claritatis visio, ut taliter revelarentur beatissimo[f] sacerdoti mysteria. Cui respondit vir sanctus: 'Sile, sile, ib. insipiens; cognosce, quia beatissimus Martinus visitat[4] hanc cellulam dignatione praecipua et ad caelos remeat cum lucis splendore[g] fulgida gloria'. Sed quem divina gratia protegebat, dignum erat, ut, inlustrante Spiritu sancto, acciperet visitationem. Sed amicus Dei cavens iactantiae vitium, praecepit[h] discipulo, ut nulli hanc visionem diceret, quousque[i] migraret ad Dominum. Sic[k] fidelis cf. 1. Tim. 2, 5. miles regulam magistri mediatoris Dei et[l] hominum tenuit, qui transfiguratus in cf. Matth. 17, 9. monte discipulis praecepit, ut nemini[m] visionem quam viderant dicerent, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Perpende igitur, quanto igne amoris Dei et[n]

Capp. 34—36. 1. 2.

Cap. 34. a) *ita* 2; *om.* 1. b) est *add.* 1. c) dormis 2. d) *ita* 1; a 2. e) *ita* 2; egr. foras eclesiam 1. f) *ita* 1; auditu 2. g) Dei 2. h) *ita* 2; moxque 1. i) *ita* 2; foribus 1. k) ecclesia 2. l) in *add.* 1.

Cap. 35. a) *ita* 2; Turonos 1. b) *ita* 1; occurreret, *om.* et 2. c) dextra 1. d) tangentis et s. 2. e) quis 2. f) sanitatis 2. g) Energuminis 1; Inerguminorum 2. h) celeri salus 2. i) *ita* 1; ingens multitudo non praescriberetur 2.

Cap. 36. a) virtutes *pr. m.* 2. b) que *add.* 1. c) *ita* 2; admiraretur 1. d) revolavit 2. e) potestatis lumini 2. f) *ita* 2; beatissimi sacerdotis 1. g) *ita* 2; l. (spl. *om.*) fulgidae 1. h) praececepit 1. i) ipse *add.* 2. k) *ita* 1; Sed 2. l) *ita* 2; et h. *om.* 1. m) nemni 1. n) ac 2.

1) *Miraculum a.* 589, *d.* 4. *Iulii, gestum est.* 2) *Erat paralytica.* 3) *Miraculum post mortem Pelagiae a.* 586. *contigit.* 4) Martinus venit ad transitum Pelagiae *Greg.*

proximi vir iste accensus erat, qui tale[a], revelante spiritu, divinitus meruit accipere donum; quia Deus ignis consumens est, Iacobo attestante, qui ait: *Omne datum optimum et donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum.* Iac. 1, 17.

(37). His ita gestis, vir sanctus iugiter intentus manebat divinis officiis. Non enim poterat invenire in eo humani generis inimicus, nec quod fraude deciperet, nec quod simulatione fuscaret. V. Elig. I, 20. Erat quippe[a] in elemosynis[1] largus, in oratione devotus, in vigiliis sedulus, in humilitate profusus, in doctrina praecipuus, in sermone paratus, in locutione cautus, in conversatione sanctissimus, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris[b], in temptatione tutissimus, in hospitalitate latissimus, inter odia beneficus, in prosperis etiam et adversis semper in[c] caelum intentus, in caritate, quod est vinculum perfectionis[d] Christi, perfectus. Ib. I, 38. Sinceritatem quidem mentis vultus serenitate monstrabat et pietatem cordis ostendebat in lenitate sermonis. Ib. I, 20. Nihil[e] risu gravius, nihil prorsus tristitia suavius, nihil quippe eius animo clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Si pauperem vidisset, sustentabat, si divitem, ad bene agendum cohortabat[f], Deum invocans testem pro ipsius nomine cuncta haec agere, illud iugiter memorans, quod veritas in euangelio dicit: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur;* necnon et illud: *Verumtamen date elemosynam, et ecce! omnia munda sunt vobis;* et alibi: *Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum*[g]. Haec praecepta iugiter memorans enixius adimplebat. Eratque pes claudorum et[h] oculus caecorum, orfanorum pater, viduarum consolator. Quem autem caecum non suum vocavit heredem, aut quem debilem non eius sustentavit manus? Hoc[i] iugiter comitatus incedebat exercitu, in his etiam Christum conspiciens se amplectere gestiebat, atque his indumenta tribuens, Christi sub inopis veste se tegere membra credebat. Et ob hoc cum Domino suo[k] pecuniam dividens, substantiam suam gaudebat cum Christo sociare[l], ut Christus faceret eum caelestium sibi regnorum coheredem; sciens namque scriptum, quod illa bene hereditas reconditur[m], quae Domino custode servatur. Eius namque monita apud[n] suos nihil fuerunt aliud, quam divina magisteria[o] et fundamenta sacrarum scripturarum. Dignum est enim, ut eum boni diligant et imitentur, noxii timeant, quem[p] divina virtus inlustravit, ut[2] donum a Deo perceptum cum doctrina melliflua et sancto Spiritu condita, de Christi[q] desiderio salsa[r] et de aeterna beatitudine[s] semper sollicita.

(38). Si consideremus, quae et quanta omnipotens Deus per sacerdotem suum operatus est, prolixior pagina stili promulgatur. Solent plerique[a] homines pessimi, male blandientes consiliis[b], regibus terrenis corda subvertere iuxta Salomonis[3] vocem: *Conloquia mala corrumpunt bonos*[c] *mores.* 1. Cor. 15, 33. Quodam tempore accidit, ut populis[d] tributa vel census[e] a regibus fuissent descripta, quae conditio universis urbibus per Gallias[f] constitutis summopere est adhibita. Scilicet[g] pro hac re vir

Cap. 36. 1. 2. *Capp.* 37. 38. 1. 2. 3 *(a l. 26).*

Cap. 36. a) *om.* 2.

Cap. 37. a) enim *V. Elig.* b) hilares 1. c) ad 2; semper caelo *V. Elig.* d) *om.* 2. e) eius *add.* 1; *om.* 2 *cum V. Elig.* f) *ita* 2; cohartabat 1. g) *ita* 1 *cum V. Elig.*; peccata 2. h) *ita* 1 *cum V. Elig.; om.* 2. i) *ita* 1 *cum V. Elig.*; In hoc i. c. incumbebat in e. 2. k) suam 2. l) sociari 2. m) *ita* 2 *cum V. Elig.*; *om.* 1. n) *ab* apud *incipit* 3. o) misteria 3. p) quam 3. q) Christo 3. r) salita *V. Elig.* s) sit *add.* 3.

Cap. 38. a) plerumque (1). b) c. suis regum (*om.* t.) 2. c) m. b. 3. d) ut, iubente rege, populus per G. constitutus tributa vel censum solveret. Qua de re vir r. 2. e) censa 3. f) legatos 3. g) Sed licet 3.

1) *Hunc locum biographus supra c.* 10. *iam expilaverat.* 2) *Verba* sub laicali etiam habitu habuerit *add. V. Elig.* 3) *Haec non est sententia Salomonis, sed apostoli Pauli,* 1. *Cor.* 15, 33. *Cuperus.*

reverentissimus pietate motus ad regis[1] praesentiam properavit, ut suggestionem daret[a] pro civibus, qui gravi censu publico fuerant edicto adstricti; sed cum (Prov. 21, 1.) scriptum sit, quia[b]: *Cor regis in manu Domini,* quicquid petiit[c] sanctus vir a rege[d] devotus obtinuit.

(39). Accidit igitur, ut, revertente eo de itinere quodam[a], vico Catuliaco[b. 2] veniens, eodem scilicet die, quo resurrectionis dominicae celebrarentur[c] sancta mysteria, invitatus a populo, coepit sanctis vacare officiis. Celebrante autem eo divina sollemnia, puella quaedam, quae[d] a daemonibus graviter urguebatur[e], exclamavit se sancti viri non posse ferre praesentiam; quae tamen nomen ipsius incognita invocabat. Qui videlicet iuxta morem[f] solitum exercens opera pietatis, peractis[g] divinis mysteriis, ad orationis portum[h] profugiens, ut ne diutius ab antiquo hoste puella vexaretur, intercessor adsistit. Erant enim in ea septem nequissimi spiritus. Qui dum orationi incumberet, statim quinque daemonia expulit deprecando. Resedentibus adhuc duobus, praecepit vir beatissimus parentibus puellae, ut ab ecclesia non discederet, donec quod residuum fuerat maligni adversitas[i] expelleretur e[k] corpore. Igitur veniens vir sanctus ad ecclesiam, ubi eam stare praeceperat, adhibitis secum monachis suis, prostratus oratione[l], a Domino valuit obtinere[m], ut duo daemonia quae[n] resederant[o] expulsa fuissent[p], qualiter mente sincera sensuque[q] firmato[r] remearet ad propria.

(40). Alio quoque tempore, cum vir Dei pro huiuscemodi condicione quasi occulte[a] eventu[3] regis expeteret[b] praesentiam, properavit itinere. Cumque Parisius[c] (Greg., H. Fr. V, 34.) civitatis claustra fuisset ingressus, populus urbis[d] huius[e] g r a v i f e b r e d e s i n t e r i a e[f. 4] m o r b o p e s s i m o[g] l a b o r a b a t, ita ut nec numerus corporum prae multitudine morientium per[h] diebus singulis, p r a e c i p u e infantium t u r b a, aestimari[i] potuisset. Quadam vero die dum a[k] pontifice civitatis illius non inmerito[l] venerabatur affectu, petiit, ut eum secum paucis diebus officio[m] caritatis retineret, ut intercessor pro[n] populo existeret ad[o] Dominum. Igitur dum petitionibus suis[p] vir Dei Aridius[q] optemperare[r] voluisset, contigit aliquibus[s] e[t] suis in eodem taedio pessimo graviter incidisse[u]. Scilicet[v] vir beatissimus confidentiae tenore[w] in Domino

Capp. 38—40. 1. 2. 3.

Cap. 38. a) ut s. pro ovibus d. 3; ut supplicaret pro c. 2. b) *ita recte* 3 *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 666*); om.* 1. 2. c) q. vir Dei Aredius a r. petivit d. 3. d) rege rex devote complevit 2.

Cap. 39. a) v. q. 3. b) Cataliaco 3. c) celebrabantur 2. d) gr. que a d. 3. e) urgebatur 1; vexabatur 3. f) more solito 3. g) *om.* 3. h) portu 3. i) *ita* 2. 3; adversitatis 1. k) a 3. l) *ita* 3; in oratione 2; orationi 1. m) obtineri 1. n) qui 2. o) resid. 1. p) expellerentur, quatenus m. 2. q) sensoque 3. r) formato 3; firmo 2.

Cap. 40. a) *ita* 3; q. occult: advent: *corr.* q. occulto adventu 1; quod occultę eventum 2. b) expetere 2. c) *ita* 2; Parisius civitate 3; Parisii civitatis 1. d) orbis 1, *corr.* e) illius 3. f) desenterię m. 2, *ut infra*; d(issenteria *m. al. in ras.*) et m. 1. g) pessimę 2. h) *ita* 3; *om.* 1. 2. i) aestimare 3. k) ad pontificem 3. l) inmeritu 1, *corr.* m) officium 3. n) *pr. m. superscr.* 2. o) a Domino 3. p) *ita* 3; eius 1. 2. q) Aredius *constanter* 3. r) obtemperaret, contigit 3. s) aliquos 2. t) de 3. u) incidere 2. v) sed licet 3. w) c. teneret 3; confidens (*om.* t.) 2.

1) *Chilpericum regem tributa nova graviaque imperasse atque Lemovicinos ea de causa rebellasse e Greg., H. Fr. V,* 28, *constat; ea autem quae de Aridii intercessione biographus rettulit omnia mentitus est.* 2) *De Catuliaco vico in praefatione V. Genovefae, supra p.* 205, *egi.* 3) Eventu *biographus pro 'adventu' accepit; v. infra c.* 60. 4) *Hanc luis a.* 580. *grassantis descriptionem biographus e Greg., H. Fr. V,* 34, *deprompsit, Aridii affingens intercessionem.*

securus sollicite[a] pro plebe civitatis illius exoravit[b], quos blanda exhortatione suis sanctis sermonibus consolare[c] non desiit[d], ut nullus de pietatis dominicae[e] misericordia[f] desperaret. Qui videlicet iussit sibi oleum benedictum exhiberi et singulorum cum crucis signaculo[g] manu propria in[h] eorum auribus[i] naribusque perfundit[k], dicens ad eos: 'Consolamini in Domino et vicissim vos adhortamini, fratres; omnes vos incolomes restituet[l] dextera Christi'. Et ad suos ita locutus est[m], dicens: 'Nolite, quaeso[n], fratres mei, nolite contristari, sed potius vos viriliter confortamini et de misericordia Domini enixius confidite[o], quia omnes vos divina potentia restituet[p] incolomes regioni propriae'.

(41).[a] Interea revolvens in animo suo[b], ubi regis sciret esse praesentiam[c], scrutatus deberet expetere, relictis igitur fratribus in eadem civitate, cum paucis comitantibus properavit, tenus[d] cognomento Brinnaco[e. 1] carpebat iter. Dum procul dubio[f] viator adsisteret[g], sequentibus se dixit: 'Regem[2] gravi cognoscite vi[h] febrium perurguere[i] et pene vitae ipsius terminum[k] hactenus inminere, sed clementia Domini pro respectu pauperum, nobis[l] eum salubriter visitantibus, liberabit. Hoc quoque secretius retenete[m]; post hos vero paucos dies proles ipsius, qui[n] adhuc sospites[o] esse videntur, migrabuntur[p] a[q] saeculo'. Per spiritum scilicet prophetiae cognovit vir Dei Aridius, quod postea probavit eventus. Cum[r] vero ad locum memoratum sanctus Dei famulus pervenisset, cognito rex suo[s] adventu cubiculum[t] suum eum introduci praecepit, credens se suis[u] orationibus in Domino adiuvaturum[v]. Quapropter cum introgressus fuisset, reddito salutationis officio, coepit eum manibus suis palpare, qui intra se Dominum precibus[w] postulabat, ut petitionibus suis rex praeberet adsensum. Qui dum commodius de anxietate[x] suae infirmitatis inter sacras manus beatissimi viri coepisset habere, suae causam[y] condicionis exposuit; sed favente Deo[z], qui cuncta regit et omnia disponit[a] suaviter, Sap. 8, 1.
quicquid Dei sacerdos apud regem poposcit, facili[b] obtentu potuit promereri. Adiciensque rex, ut ipsos[c] libros, quibus inscriptus[d] pro gravi censu populus Greg., H. Fr. V, 34.
regni eius tenebatur afflictus, sancti etiam viri pro respectu vel stabilitate[e] sua[f] manibus suis[g] tradidit, ut ipsos[h] sua[i] auctoritate incendio concremaret. Tunc Aridius, receptos[k] libros, iussit prunas parari; quo facto, adprehensis[l] mani-

Capp. 40—41. 1. 2. 3.

Cap. 40. a) *ita* 3; solit: *m. al. corr.* solita *et m. coaeva in marg. suppl.* prece 1; solite 2. b) exora(bat *m. al. in ras. scr.*) 1; illius cepit exorare 3. c) consolari 1. d) *m. al. corr.* desinit 1; coepit *pro* non d. 2. e) divinae 2. f) *ita m. al.* 1; misericordi(a)e 2. 3. g) signaculum 3. h) in eorum *m. al. del.* 1. i) *ita* 3; ora naribusque 2; ora naresque 1. k) *ita* 3; perfundi 2; perfudit 1. l) restituit 1. m) *om.* 1. n) vos *add.* 1. o) confidete *pr. m.* 1. p) restituit i. 1; i. restituet 3.

Cap. 41. a) *distinctio nulla* 1. b) *om.* 2. c) ut *add.* 1. d) attenus 3. e) Brennaco 2. f) *om.* 3. g) exsisteret 2. h) *ita* 3; (vi *om.*) f. (febre 1) 1. 2. i) *corr.* perurgeri 1 *et sic* 2. k) *ita* 3; *om.* 1. 2; finem *post* hactenus *add.* 1. l) s. n. eum 3. m) detinete 3. n) quae 1. o) sospes 2. p) *ita* 3; migrantur *corr.* migrant 1; migrabunt 2. q) e 2. r) Dum 3. s) *ita* 2; a. suo 3; eius a. 1. t) in c. s. 2; cubiculo suo 3. u) eius 1. v) *ita* 2; adiuturum 3; adiuvandum 1. w) *om.* 3. x) anxietatis suae infirmitate 3. y) causa 2; cause 3. z) Domino 2. a) dispensat 3. b) facile 3. c) l. i. *pr. m. corr.* i. l. 1. d) inscriptos 3. e) stabitate *pr. m.* 2. f) regni sui *pro* sua 3. g) eius 1. h) libros *add.* 3. i) sui 1. k) receptus libros *corr.* receptis libris 1. l) apprehensos 1.

1) *Berny-Rivière (Aisne). Paulo post synodum Brinnacensem Dagobertus Chlodobertusque, Chilperici regis filii, defuncti sunt; cf. Greg., H. Fr. V,* 50. 2) *Chilperici morbum mortemque filiorum per Greg., H. Fr. V,* 34, *biographus cognovit.*

Greg., H. Fr. V, 34. bus suis, ipsos libros, multis namque[a] circumstantibus[b], incendio concremavit[1]. Obtentu[c] namque petitionis suae causa[d], post diem tertium principi[e] vale dicens, quodam[f] die[g], priusquam Parisius perveniret, hoc quod suis comitibus non longe aliter[h] dixerat, ilico conprobavit eventus. Referente procul dubio nuntio, cognovit vir Dei regis obisse filios, quos iam ante[i] ipse praedixerat, et cum magna funeris[g] turba Parisius deportandos[2].

(42).[a] Qui dum aliquatenus ad praefatam[b] urbem rediens pervenisset, repperit populum civitatis illius iam a[c] desinteriae morbo[d] divino auxilio liberatum. Invenit etiam quendam de suis collegis[e] nomen[f] Constantino gravi[g] mortis periculo subiacere[h]. Nonnullos[i] vero, quos[k] mortuos fuisse comperit[l], orationibus suis incolomes reddidit. Tum[m] deinde hortatur[n] a suis, ut ille qui pessimo subcubuerat tedio in loco aliquo commendaretur[o] personae, ut cum de hac luce transiret, cespitis[p] humili tumulo clauderetur: ita dumtaxat[q] iam[r] fuerat vicinae morti propinquus. Sed vir beatissimus miseratione motus, solita pietate promptus allevans[s] eum supra[t] vehiculum, quod[u] sedere consueverat, regimine ducitur alieno. Qui[v] dum videlicet iam in[w] tertia die iter[x] assisteret[y], afflictus tedio, mortis ictu percussus, corruit exanimatus[z] in terra[a]. Quod dum[b] cerneret beatissimus vir, conpuncto corde, cum gemitu et lacrimis enixius orationi[c] vacare[d] coepit. Qui cum ab oratione surgeret, conversus ad corpus, dum manibus[e] suis eum palparet, coepit oculos suos[f] aperire et non post longum horarum spatium, praeda mortis evictum[g], redditur luci iam pristinae incolomis; qui fuerat desperatus de vita, restituitur[h] sanitati[i] continuo. Qui igitur lento sermone aquam sibi dari[k] poposcit. Cum[l] vagantes[m] cuncti huc atque illuc anxie quaererent et[n] minime invenirent[o], quia locus[p] ille aquae[q] erat[r] procul dubio sterilis; sed sanctus Dei sacerdos paulisper se[s] declinans percutiensque ictu baculi[t] terram, aqua prosilivit[u] abunde[v]. Qui mox petenti in vasculo detulit[w]. Sic sitis[x] ardor conprimitur[y], pallor a facie fugatur, vultus in rubore[z] mutatur, erigitur pedibus[a]; et qui fuerat mortis occasu damnatus, sospes patriae praesentatur[b]. Qui postea multorum[c] annorum duxit[d] corricolum[e].

(43).[a] Adnectendum est virtutum miraculis, quo[b] corda audientium in-

Capp. 41—43. 1. 2. 3.

Cap. 41. a) etiam 1. b) in *add.* 1. c) Obtenta ergo p. 1. d) causae 2. e) pr. (principe *pr. m.)* valedixit 1. f) quadam 2; vero *add.* 1. g) *in ras.* 1. h) ante 1. i) antea pred., *om.* et — deportandos 3.

Cap. 42. a) *distinctio nulla* 1. b) praefatum 1. c) de 3. d) morbum 3. e) *ita* 1 (*v. infra c.* 45); collocantibus 3; sociis 2. f) *ita* 3; nomine Constantinum 1. 2. g) gravis 1, *corr.* h) *ita* 3; subiacentem 1. 2. i) Nonnullis 3. k) quod 3. l) *m. al. in marg. suppl.* 1; putabat 3. m) Tunc 3. n) deortatur 3. o) tali *add.* 1. p) cespites 3; cespitis humi t. cl. 1; sepeliretur *pro* c. — cl. 2. q) namque 2. r) f. iam 3. s) elevans 2. t) super 3. u) quo ipse sedere 3. v) *ita* 1; Quod v. i. 3; Qui v. cum i. 2. w) *om.* 2. x) itineri 1. y) *ita* 3; insist(eret *in litura*) 1; ageret 2. z) examinatus 1. a) terram 1. b) cum b. v. c. 2. c) oratione 3. d) incubuit *pro* v. c. 2. e) quippe *add.* 2. f) *om.* 3. g) evicta 1. h) restituetur 2. i) sanitate continua 1. k) *ita* 2; s. p. expetendi 1; s. d. petiit 3. l) que *add.* 3; Tunc 2. m) vacantes 3. n) *om.* 1; quererentes m. 2. o) invenerunt 2. p) i. l. 1, *corr.* q) aqua 3. r) p. d. st. e. 2. s) *om.* 3. t) baculo 3. u) a. prosili:|vit 1; aquae prosiliunt 1. v) abunda 3. w) et *add.* 3. x) siti 3. y) deprimitur 3. z) robore 1; ruborem 2. a) e. super pedes 2. b) praesentatus 1. c) plurimorum 2. d) vixit 3. e) curricula 2.

Cap. 43. a) *c.* 31. *et sic deinceps* 1. b) quod 1; quo e. c. a. i. 2; quod ordo a. illustratur e. 3.

1) *Libri descriptionum concremati sunt neque vero ab Aridio; cf. Greg. l. l.* 2) *Alter in basilica S. Dionysii Parisiensi, alter autem Suessionis sepultus est; cf. Greg. l. l.*

lustrentur exemplo. Cum iam[a] e vicino patriae iungeretur vico quodam Argentomaco[b, 1], ibidem Artemius quidam unus de monachis oportune suggessit, ut alimonia fratribus conparare[c] deberet. Cui ille ait: *'Quaerite primum regnum Dei, et* [Matth. 6, 33.] *haec omnia adicientur vobis,* et illud[d] psalmistae vocem[e]: *Inquirentes autem Domi-* [Ps. 33, 11.] *num non deficient*[f] *omni bono.* Sed haec a me accipe, frater karissime: cum fluminis huius alveum pertransieris, leva oculos in parte[g] dextera[h]; oportunum invenies locum, ubi possumus[i] nos vel[k] vehiculi nostri famis inopiam temperare'. Cumque ad locum eundem[e] sibi praeceptum venisset[l], repperit ibidem mirae[m] magnitudinis duos pisces adhuc maxime vivos. Quibus assatis, vir Dei Aridius ex ipsis in refectionem[n] partem accepit, et plerique ex ipsis usque ad satietatem visi sunt comedisse. Sed[a] ille, in cuius nomine retia laxaverunt[o] apostoli in fluctibus et [cf. Luc. 5.] trahere illa non valebant prae multitudine piscium, et hic[p] distribuit esurientibus cibum.

(44). Dum iterantur virtutes sanctorum, fidelium mentes[a], velud sitientes[b] profunda Dei mysteria[c], satiari[d] desiderant. Quodam tempore[e] positus[f] in itenere, carpebat[g] viam. Adpropinquans[h] cuidam vico Argentomaco, concionatus est[i] sequentibus dicens: 'Tacite[k] transeamus, ne nobis inducatur mora itineris'. Scilicet[l] erat hic[m] locus profanus[n] superstitionis[o] antiquae daemonum cultibus consecratus, quorum[p] huic loco populus[q] christianus inhabitans non potest[r] ferre miseriam, qui[s] et infirmitatibus variis subiacens, vel etiam ab ipsis[t] assidue agitatur[u]. Cumque voluisset vir Dei Aridius latenter fugire[v] a[w] populo et[x] dum secrete oraret, commota est infirmantium multitudo populi, proprium nomen ipsius invocantes; quia procax daemonum turba se[y] a sancti viri adventu celare non poterant[z]. Igitur dum eum sequeretur populi[a] multitudo languentium, respiciens posterguin[b], stetit[c]; protinus ad orationis studium se in terra[d] prostravit, rogans pro[e] illis Dominum, ut iuxta fidem illorum essent[f] salvati. Cumque ab oratione fuisset[g] erectus et[h] crucis vexillum ilico[i] super singulos inpressisset, tum[k] hi[l] qui languoribus variis detinebantur vel illi qui ab spiritibus inmundis vexabantur, adiciens oleum cum benedictione[m], Domino gratias referentes[n], sanitati[o] pristinae ab infirmitatibus vel a daemonibus[p] liberati sunt[q].

(45). Quos elegit Deus ante constitutionem mundi, hos despicit sublimitas reproborum[a]. Hic vir sanctus abiectus fuit inter homines et minimus a saeculi

Capp. 43—45. 1. 2. 3.

Cap. 43. a) *om.* 3. b) *ita* 3; Argentomao *semper* 1. 2. c) comparari 1. d) illam 1. e) *om.* 2. f) minuentur *Vulg.* g) partem dexteram 1. h) et *add.* 3. i) possimus 3. k) et vehicula nostra 2. l) *m. al. in litura* 1. m) d. m. m. 1. n) refectione 2. o) a. laxaverant, *om.* in fl. 3. p) his 1.

Cap. 44. a) *om.* 3. b) scientes 3. c) misteriorum 1. d) sicientes desiderantur 3. e) dum *add.* 1. f) in itinere p. 2. g) carperet 1. h) v. dum adpropinquaret c. 2; a. c. *om.* 3. i) se *h. l. add.* 1, *post* seq. *add.* 3. k) Tacete 3. l) scilicet. Erat *interpungit* 3. m) *ita* 1; ibi 2; illic 3. n) profanis 3. o) supersti::tionis, *ras.* tu? 1; superstitionibus 3. p) quo in loco 1. q) *om.* 3. r) potuit 1; posse 3. s) quia inf. 1. t) daemoniis *add.* 1. u) agitantur 1; agitabatur 3. v) *ita* 2; fugere 1. 3. w) et 3. x) *ita* 2; p. quidem s. orare 3; p. et ille s. o. 1. y) se ad s. v. adventum 2; (se *om.*) a s. v. (a. *om.*) 3. z) *ita* 3; poterat 1. 2. a) m. p. 3. b) *ita* 2; r. post tergum 1; *haec om.* 3. c) et *add.* 1. d) *ita* 3; terram 1. 2. e) p. i. *om.* 2. f) i. salvi fierent. C. 2. g) o. se erexisset 2. h) *om.* 1. i) in loco 3; i. *om.* 2. k) tam 2. l) illi 3. m) benedictionem 3. n) referens 3. o) sanitatis p. ab 3; sanitate pristina adepta ab 2. p) demoniis 3. q) omnes *add.* 3.

Cap. 45. a) repro(borum *m. al. in litura*) 1.

1) *Argenton ad Creuse fl. (dép. Indre).*

conspectibus, sed maximus[a] inter sanctorum agmina praelatus. Quodam tempore in itinere positus, die quadam declinante ad vesperam[b], nec procul a vico, cui vocabulum[c] est Moeno, iussit, ut itineri[d] terminus poneretur, et sarcina[e] quae iumenta vehebant loco congruo relaxarent. Cumque locum amoenum aspectuque delectabile[f] manendi spatium vidissent, cognovit[g] vir beatissimus per spiritum prophetiae, quae essent illi postmodum ventura. Hortatur paterno alloquio[h] collegas[i] suos, quibus sciebat maximam iniuriam inminere[k]; allocutus[l] est, dicens: 'Vere[m] fratres et filii, multam[n] nos hac nocte[o] credite iniuriam perpessuros, sed confidite[p] et confortamini, nos caelesti[q] auxilio liberari'. Nec aliqua[r] mora, cum caelum[s] sidereo splendore serenissimum cerneretur, subito in tonitruo[t] commovetur terra, quasi ab stabilitate sua prae[u] sonitu gravi in tremore[v] convertitur. Denique conturbantur nubes in aera[w], apparent tetro colore per sidera, et quae fuerant candore perlucidae, vertuntur in pluviam[x] concite[y]; crebrius micat coruscus e[z] caelo, quod fuerat obfuscatum: videlicet non longe ab ipsis erant ibi[a] tria idola cultu gentili dicata. Cum[b] aera fulgoribus urguerentur, in impetu tonitrui ita eversa sunt caelitus[c], ut nullum[d] exinde in crastinum fundamenta idolis[e] repperirent. Eodem ictu fulguris igne micante, silvam, quae ab ipsis eminus cernebatur, ingens[f] ignis ex parte exusta concremavit, et arbusta eruta[g] ventorum inpulsio[h] prostravit. Sed tali timore qui cum Dei homine erant[i] perterriti sunt, ut nullus se posse evadere crediderint[k], metuentes, ut[l] plaga Dei super eos[m] descenderet. Unde frequenter hortabatur suos orationi insistere et tota nocte in[n] psallendi officio perdurare. Locus enim ille, ubi vir Dei Aridius ad manendum diverterat, humiliori[o] loco aliis videbatur, quo[p] ceteri sua tentoria fixerant[q]. Ita inormitate[r] aquae[s] cuncti sunt madefacti, ut nihil remansisset in vestibus, ubi aquae[t] impetus non percurrisset[u]; sed sanctus Dei sacerdos capsulam, quam cum sacris reliquiis collo suo adpensam portabat, circumspicientibus[v] comitibus, superposito palliolo, in[w] stratum ubi requiescere[x] debuerat posuit, et statim, tamquam si[y] solis ardore[z] adtactus, ita[a] nullum sensit[b] locus ille humorem [1].

Greg., H. Fr. VIII, 15.

(46). Neque silendum est illud, quod virtuti[a] congruit. Accidit quodam tempore, orto inter duos principes bello [2], Lemovicum populus regionis[b] civitatis ipsius

Capp. 45. 46. 1. 2. 3.

Cap. 45. a) maxime 3. b) vesperum 3. c) vocabum *pr. m.* 2. d) ut in itinere 3. e) *ita* 2; sarcina, quibus 3; sarcinas, quae 1. f) delectabilem ad manendum, *om.* sp. 2. g) cognoscens 1. h) eloquio 3. i) colloquens 3. k) et *add.* 1. l) *ita* 1; loquutus est 2; *haec om.* 3. m) *ita* 3; Viri 1. 2. n) multa 3. o) *ita* 2; cr. nocte i. 1; nocte i. cr. 3. p) confort. et confid. 1. q) a. c. 3. r) aliquam horam 3. s) celo — serenissimo 3. t) tonitruum 2. u) sua ut per sonitu — converterentur 3. v) *ita* 2; tremorem 1; terrore 3. w) aere 1. x) pluvia 3. y) concitate 2. z) choruscus quae loco fuerat 3. a) *om.* 3. b) c. ae(r *m. al. in litura*) f. urguere(tur *m. al. in litura*) 2; cumque fulg. u. 3. c) *in ras.* 1. d) nulla 1. e) idolorum 1. f) *om.* 3. g) *ita* 1; frutecta 2; et a vi *pro* eruta 3. h) pulso 3. i) *pr. m. superscr.* 3. k) crederent 3. l) ne 2. m) illos 3. n) (in *om.*) ps. officium 3. o) *m. al. corr.* humilior locis 2 *et sic* 3. p) Ubi vero c. 3. q) fixer(ant *in ras.*) 1. r) *ita* 2; enormitate 1; inernominata 3. s) atque cuncta s. madefacta 3. t) non a. i. 3. u) percurreret 2. v) circumspiciens comites 1. w) *ita* 3; et stratorio 1; et stratum 2. x) requiescebant posuit, et statim tamquam 3; posuit et statim *om.* 1. 2. y) *om.* 2. z) fuisset *add.* 3. a) *ita* 3; *eras.* 2; ut 1. b) sensisset 1.

Cap. 46. a) divine *add.* 3. b) *om.* 3.

1) *Idem fere miraculum e Gregorio depromptum biographus supra c.* 14. *iam enarraverat.*
2) *Bellum, de quo agitur, Chilpericus a.* 573. *Sigiberto fratri intulit, misso Theudeberto filio seniore, Lemovicinum, Cadurcinum aliaque loca propinqua pervadens, vastans, evertens (Greg., H. Fr. IV, 47), quae anno post reddere coactus est. Theudebertus autem, pugna cum patruo*

formidantes moenia rumpere et in[a] desolatione redigere ac destruere; quibus directis nuntius[b] a rege missus, quorum dicioni populus subderetur, et iam depopulata urbs[c] esset in obsidione. Igitur quidam ex ipsis Domaricus nomen[d], qui cum aliis ad occupandam civitatem venerat, sanctum Dei virum adgreditur, sollerti cura sciscitans[e] eum[f], ut quicquid per revelationis spiritum cognoverat, futura[g] praediceret. Quibus silentio ita locutus est: 'Quamquam sciam, vos regem metuere Theodobertum[h], hoc scitote, quod regnum ipsius nuper[i] aufertur, sed actenus citius interimitur. Rex autem vester multarum scilicet gentium agmina[k] adversus alium[l] commovebitur[m], super quem victoria ei donabitur; optenta videlicet[n] pugna, victoriae[o] fraudulenter decipitur, sed a[i] filiis nepotibusque suis regnum ipsius[p] tradetur gubernandum. Ceteri vero reges, quibus[q] stabilitate regnum stare videtur, interveniente articulo mortis, oppressos[r] ignobilitate rapiuntur[s] a saeculo'. Sed praefatus[t] Domaricus ad bellatores regressus est. Nam quod vir Dei Aridius praedixit, ita postea rei probavit eventus.

(47.)[a] Sed inter haec et[b] cetera bona sermo quoque ei[c] sapientiae atque[d] scien- V.Elig.II,32.
tiae affluenter collatus[e] erat; caritatem et humilitatem super omnia possidebat. Famulos quoque non ut servos affligebat, sed benigna caritate diligebat. Quid plura[f] inmorer? ib. I, 39.
In omni conversatione sua quasi lucifer inter astra[g] refulgens, instar magnae[h] lampadis micabat. Semper enim perfectos[i] aemulabatur ad bonum semperque aliorum virtutes sibi proponebat ad[k] exemplum. Tardus erat ad loquendum et velox ad audiendum, eratque[l] elemosynis dives[m], caritate longanimis[l], humilitate sublimis[l], sermone subtilis[n], vigil[o] ingenio, promptus[l] eloquio, flagrans[l] studio, utile nempe[p] vas in Christi domo.

(48.)[a] Plerisque[b] sanctorum convenit esse credendum, ut futura prophetantes per spiritum prophetiae aperta consideratione divinitus[c] gesta narrentur. Ita et hic vir Dei, inlustrante superna gratia, per revelationem sancti Spiritus adnuntiabat, quae hominibus essent ventura. Quidam vir ex civibus Lemovicum[d] civitatis cognomento Nectarius, non inops rebus sed locuplex[e] divitiis, unicum habens filium, intellegente beato[f] Dei famulo, subito illi mortis inminere cernebatur[g] incursus.

Capp. 46—48. 1. 2. 3.

Cap. 46. a) in *om.* 3; desolationem 2. b) *ita* 1; d. nuntiis a r. missis, q. 2; decretis (*om.* n.) a. r. missus q. 3. c) urb(s *m. al. in litura*) 2. d) *ita* 3; nomine 1. 2. e) esitans 3. f) ab eo 2. g) futuri 2; cura 3. h) Theodeberto 3. i) *om.* 2. k) augmenta 1. l) illum 1. m) *ita* 3; commovebit 1. 2. n) scilicet 2. o) *om.* 3. p) i. traditur 1; tradetur i. 3, *corr.* q) quorum 2. r) oppresso ignobilitate 2; oppressos ignobiliter 3; oppressi in ign. 1. s) rapientur 3. t) beatus 3.

Cap. 47. a) *distinctio nulla* 1. b) *om.* 1. c) eius 2. 3. d) *post* atque *littera ras.* 2. e) conditus 2. f) plurima 1; loquendo *add. V. Elig.* g) caeli *add.* 1. 2; *om.* 3 *cum V. Elig.* h) magni 1. 3. i) perfecte morabatur 3. k) *ita* 2 *cum V. Elig.*; *om.* 1. 3. l) in *add.* 3. m) largus in c. 3. n) subtili 1. o) vigebat 3; *om.* 2. p) u. enim poena in Christo domat 3.

Cap. 48. a) *c.* 35, *et sic deinceps* 1. b) *ita* 1; Plerosque 2; Plerumque 3. c) divina 3. d) Lemovecinae 2. e) *ita* 3 (*cf. Scr. rer. Merov. I, p.* 71, 18); locuples 1. 2. f) *om.* 2. g) cernebatur incursu 3; (cern. *om.*) incursum 1. 2.

commissa, a. 575. *interfectus est, atque diebus* 18 *post Sigibertus per sicarios cecidit (Greg. l. l. c.* 50. 51*), postquam, gentibus Ultrarhenanis accitis, res feliciter gessit fratremque inter Tornacensia moenia repressit. Sigiberti regnum ad filium nepotesque pervenit neque ultra; ceteri enim reges, scilicet Theuderici II. filii, mortem inhonestam occubuerunt, postquam Chlotharius II. a.* 613. *totius regni monarchia potitus est. Locum primus recte interpretatus est de Foncemagne (v. supra p.* 578*), inde concludens, V. Aridii Gregorio auctori attribui non posse; sed quod 'ceteros reges' iterum nepotes vult esse, scilicet Theudebertum Theudericumque, ea quidem in re errasse mihi videtur.*

Quapropter vir reverentissimus[a] nuntium direxit parentibus suis, ut antea[b] quam
morti puer[c] occumberet, suo praesentaretur aspectu[d]. Tum[e] audito genetrix
nuntio prorupit in lacrimis pro subolis internetione. Interea cum paucis sibi
famulantibus beati viri optemperat iussioni; cumque proficisceret[f] viam, ut prae-
dictoris[g] veritas probaretur, vi febrium ingens[h] adtacta pueri membra solvuntur,
et dimisso[i] capite clausisque[k] oculis, pene mortuus esse videbatur. Et cum vir
sanctus huius[c] rei expectaret eventum, cernentes adulescentem esse exanimem[l],
ilico erumpentes in fletu[m], vociferantes[n] famuli; qui cum summa festinatione
venientes, ad Dei hominem properant[o]. Scilicet pietate motus, suscipiens puerum
exanimem[l], ad reliquias[p] sacratas beati Helarii[q] antistitis credidit[r] exponendum.
Qui pro eo magnis orationibus et[s] precibus Domino commendavit, ut qui[t] qua-
cf. Ioh. 11,39. driduanum[u] Lazarum vivum reddidit de sepulchro, huic quoque[t] puero subveniret
propitius. Consummata igitur oratione, qui exanimis[v] esse[t] cernebatur, statim[w]
restituitur matri incolomis; et quem crediderant mortuum tradere sepulturae, cum
eodem magno gaudio exultantes domum revertuntur[x] alacres. Haec igitur, sed[t]
et alia quam plurima[y] his similia, quae per singula prosequere[z] longum est, ple-
rumque[a] vir Domini[b] Aridius prophetiae gratia[c] ornatus praenuntiavit.

(49). Multa etenim sunt, quae per beatissimum virum omnipotens Deus vir-
tutum[a] opera declaravit. Quae[b] dum saepius revolvuntur, semper adcrescunt,
quae[c] miraculis intueantur[c]; sed haec videlicet quae superius pauca de plurimis[d]
conprehensa sunt in terris exercuit[e] degens, ut in[f] loca caelestia adquireret palmam;
ad[g] Christum remeans, a[h] saeculi[i] laqueo[k] eductus[l], non minimum[m] referendum
V. Elig. I, 40. nobis reliquid exemplum, quam vivens potuisset operare[n] in mundo[o]. Sed[p] nunc
longum est per singula virtutum[q] eius miracula verbis enarrare, praesertim cum
et[r] liber[s] iam supra modum refertus[t], postulans[u] finem, sermonem[v] reiciat[w], et ari-
ditas sermonis nostri attenuata, veluti[x] quia longo tramite pene defessa succumbat:
non[y] quod omnia, quae de eo narranda erant, explicavimus, qui nec ad centesimum
quippe[z] eius virtutum operum attingere potest, quanta[a] in virum beatum ope-
rum bonorum ornamenta, quae sunt maxima vel[b] pretiosa, supernae renumerationis con-
tulerit[c] praerogativa. Haec igitur restat, ut ad[d] finem[e] terminum[f] valeamus pervenire.
ib. II, 32. O[g] vere imitabilem virum! O quam praeferendum[h] omnibus eius[i] exemplum! O semen
secundum Abrahae[k] benedictum! Nempe[l] Abrahae benedictio meruit filium; Aridius vero

Capp. 48. 49. 1. 2. 3.

Cap. 48. a) beatissimus 3. b) antequam 2. c) *om.* 3. d) *ita* 3 (*cfr. Scr. rer. Merov. I, p.* 941); aspectui 1. 2. e) Quo a. g. nuncium 3. f) *ita* 2 (*pr. m.*). 3; proficisceretur 1. g) proditoris 3. h) *ita* 3; ingenti 1. 2 (*sed* ti *e corr.*). i) dem. 1. k) clausoque oculo 3. l) exanimatum 3. m) fletum 2; lacrimis 3. n) vociferabant 3. o) Qui *add.* 3. p) sacras r. 3. q) *ita* 2; Hilarii 1; Ylarii 3; *item infra.* r) tradidit 3. s) *postea suppl.* 2. t) *om.* 3. u) quadrianum *pr. m.* 2. v) exanimes *pr. m.* 2. w) que *add.* 2. x) revertebantur 3. y) plura 3. z) prosequi 1. a) quae 2. b) Dei 3. c) gratiae 3.

Cap. 49. a) virtutes operum 3. b) quibus d. superius 3. c) quod 2; quae — intueantur *om.* 3. d) *ita* 3, *ut infra c.* 54; pluribus 1. 2 (*m. al.*); plurá *pr. m.* 2. e) *ita* 3; *om.* 1. 2. f) *ita* 3; incola (postquam *add.* 1) caelestem adquisivit 1. 2. g) a Christo 3. h) (p *expunct.*) de 3. i) saeculo *pr. m.* 2. k) laqueis 3. l) eductus. Non *interpungit* 3. m) nimum enim rel. 3. n) operari 1. o) mundum 3. p) et *add.* 3. q) v. e. m. *om.* 3. r) *om.* 1. s) libellus (*om.* iam) 3. t) refer (*spatium* 3 *litt. vacat*) 1; editus 3. u) postulet 3. v) que *add.* 3. w) retinentiam et hereditas 3. x) *ita* 2; vel (*om.* q.) l. t. 1; *haec om.* 3; veluti quae l. t. *V. Elig.* y) Nec omnia 3. z) quidem 1; eius *om.* 3. a) *ita* 1; quantum v. (v. *om.* 2) 2. 3; quanta in eo *V. Elig.* b) *ita* 3 *cum V. Elig.*; et 1. 2. c) gratia *add.* 3. d) in 3. e) *corr.* fine 1; et *add.* 2. f) *ita* 2. 3; termini 1. g) *om.* 2. h) est *add.* 3. i) *om.* 3. k) *ita* 2; Abraham 1; Habrae 3, *ut infra.* l) Nemo per *pro* nempe 2.

benedictus transfertur in caeleste regnum. Abraham[a] vero[b] tradidit heredem, hic nihilominus hereditatem. Postremo[c] Abraham quod habuit pignus exhibuit; Aridius vero totum quod potuit habere in mundo Domini scilicet iure[d] arbitrioque commisit. Sufficiat ergo[e] haec dixisse. Iam vero, ut spero, etsi rustico sensu sermonem prolixum duximus, quamquam[f] eius meritis digna praeconia nullatenus narrare sufficeremus[g]; nunc vero[h] audientium aedificationem[i] dignum esse puto, iam[k] quippe et legentium[l], si[m] quomodo ex hac vita ad Dominum migravit, paucis verbis explicare[n], adiuvante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat in unitate[o] Spiritus sancti per omnia[o] saecula saeculorum. Amen[p]. V.Elig.II,32.

INCIPIT[a] DE TRANSITU SANCTI AC BEATISSIMI ARIDII ABBATIS ET CONFESSORIS.

Greg., H. Fr. X, 29. V.Elig.II,33.

(50).[b] Igitur cum[c] iam vir Domini Aridius senilem ageret aetatem, cum iam mundi adversa cunctosque labores aequanimiter tolerasset, post[d] fidelissime dispensationis creditae sibi undique merita cumulata[e], post multiplicia misericordiae opera, post monachorum coenobiorumque[f, 1] mancipatum, post dulcia vitae exempla, post bonorum omnium[g] virtutum miracula declarata, vergente iam aetate, cum[h] esset annorum amplius octoginta[i], sciens iam dissolutionem sui corporis imminere, dixit[k] ad suos monachos: 'Scitote, karissimi[l] fratres, quia me Dominus de laqueo huius saeculi in proximo liberare dignabitur'. Cum haec[m] audissent, ex eo[n] sermone[o] cuncti tabefacti atque in angorem[p] conversi[q], coeperunt[r] merentes dicere: 'Non contingat, domine, haec famulis tuis videre, sed magis annis multis ad ornatum ecclesiae sue[s] beatitudinem tuam Christus hic vernare permittat'. At ille cum lacrimis vel longa[t] suspiria dixit ad eos: 'Non nostra, sed potius Domini ex hoc fiat voluntas'. Porro quippe[u] ad haec verba cunctis merentibus ait: 'Nolite, quaeso, fratres mei, nolite contristari, sed magis[v] gaudete et exultate, quia olim hoc tempus desiderabam, hanc remissionem[w] percipere cupiebam'. Illis itaque in angorem[x] conversis atque suspirantibus, nihilominus et rei ambiguitate detentis[y], a conloquio cessatum est. Igitur nec[z] mora aliqua post haec levissimo[a] febre infuso corpori[b] taediare[c] coepit. Deinde, vocato quodam puero, praecepit[d], dicens: 'Festina, fili mi, perge cito ad virum inlustrem Astidium[2] dicesque ad eum, ut celeri cursu veniat, quia huius coenobii regiminis V.Elig.II,33.

Capp. 49. 50. 1. 2. 3.

Cap. 49. a) Habraam *h. l.* 3. b) (v. *om.*) tradit 1. c) Postremum 3. d) *ita* 3 *cum V. Elig.*; arbitrio iurique 1. 2. e) *in ras.* 1. f) quam(vis *pr. m. superscr.*) 2. g) mus *in ras.* 1; sufficimus 3; suffecerimus *V. Elig.* h) tam ad *add.* 1; ob *add. V. Elig.* i) aedificationi 2. k) *ita* 3; iam *om.* 2; quam et l. 1. l) tium *in ras.* 1. m) si *abundat.* n) *ita* 2; curavero *add.* 1; contendam *add.* 3. o) u. — omnia *om.* 3. p) Explicit vita sancti Aredii abbatis *subscr.* 3.

Cap. 50. a) *ita* 1 *cum Greg.*; *praescr.* (I. *om.*) transitus s. ac b. A. a. et c. 2; I. transitus eusdem (!) 3. b) *nulla distinctio* 1. c) I. vir D. A. dum s. 3. d) *ita* 3 *cum V. Elig.*; postquam 1. 2. e) commolavit 1. f) coenob(ii *in rasura maiore*)que 2; cenobiumque 3. g) et *add.* 1. h) autem *add.* 1. 2; *om.* 3 *cum V. Elig.* i) octuag. 2; septuaginta *V. Elig.* k) d. autem suis monachis 2. l) f. k. 3. m) hunc *m. al. in litura* 2. n) eius 3. o) sermonem 2. p) angore 3. q) sunt *add.* 2. r) que *postea add.* 2. s) *ita* 3 *cum V. Elig.*; *om.* 1. 2. t) *ita* 3; longis suspiriis 1. 2; longa suspiria trahens *V. Elig.* u) *ita* 3; *om.* 1. 2. v) potius *V. Elig.* w) resolutionem 3; messionem *V. Elig.* x) angore *pr. m.* 2; anguore 3. y) dicentes 3. z) I. post sine mora a. l. 3. a) levissima f. infusa 1. b) corpore 3. c) taediari 1; taed(ere *m. al.*) 2. d) praecipit *pr. m.* 1.

1) *Locum V. Eligii hunc:* post monachorum virginumque multitudinem copiosam Deo traditam coenobiisque mancipatam, *satis insipienter excerpsit biographus.* 2) *Alstidius in testamento Aridii (Pardessus, Dipl. I, p.* 141) *appellatur.*

curam post dies[a] obitus mei ipse recipiet'; et rursus[b] ait: 'Quoniam[c] si moram aliquam fecerit, faciem meam in hac vita[d] iam non videbit'. Nuntius quippe iussa conplevit; nam[e] praefatus Astidius veniendi causa tarde occurrit. Cum
V. Eligii l. c. autem adfuisset, virum Dei iam superstitem in hoc saeculo non invenit. Itaque, ut tum[f] vir Dei praedixit, ita postea rei probavit eventus. Interea, ut[g] dicere coeperam, cum vir beatus ultimam decumberet[h] aegritudinem, nec sic[i] quidem a Dei opere cessabat, bonam hanc consummationem virtutum suarum existimans[k], si ad finem usque perduceret[1]. Pernox enim in orationibus et vigiliis, membris fatiscentibus[l], spiritu[m] et mente servire cogebat[n]; nimium laetus cupidum[o] iter expectabat. Igitur cum
Aug. 24. iam propinquum diem sentiret, congregatis nono Kalendas Septembris[p. 2] discipulis suis, quos iam corpore, non spiritu incipiebat relinquere, dicens[q] ad eos: 'Ultimam[r], dilectissimi fratres, parvitatis meae audite sententiam. Si vere mei amatores estis, Christi monita amate, Dei[s] tremenda iudicia iugiter formidate; quales eritis in die[t] iudicii praesentandi, sollicita consideratione cavete. Ego enim iam gradior viam meam, sed et ego cupio dissolvi et, si[u] Dominus permiserit, esse in requiem[v]'. His ita[w] dictis, cum omnes flerent et heiularent, ait ad eos: 'Ecce[x]! hodie in manus vestras commendo salutem animarum vestrarum[x]. Mementote ergo[y] admonitionem[z] meam et cogitate omnes de vobismet ipsis. Haec quae dico assidue[a] agite, haec sapite et retexite[b] et memoriam meam vobiscum[c] semper retinete[d]. Iam[e] ultra Aridius non[f] erit in hoc saeculo vobiscum'. Cum[g] haec audissent omnes[h] qui circumstabant, ingenti gemitu et fletu levatis[i], consona voce omnes flebant, dicentes: 'Cui[k] nos, pater, deseris[l] vel[m] cur tam cito a nobis recedere cupis? Scimus quidem desiderare te Christum, sed salva sunt tibi tua praemia; nostri quoque miserere quos deseris. Absentiam[n] tuam ferre non possumus, quia similem tui numquam[o] postea habebimus. Doleat tibi, pater, ne tam cito relinquas nos orfanos'. Talia quippe eis deflentibus, piissimus ille pastor faciem ubertim lacrimis rigabat, et cum esset pius, nec hos deserere nec a Christo volebat diutius separari.

ib. II, 34. (51).[a] Tandem ergo inter amaras lacrimas resumens verbum[b], dixit: 'Nolite[c] ex hoc contristari[d] et me[e], quaeso, amplius nolite fletu[f] vexare[g] de abscessu meo; gaudere[h] vos magis[i] oportet quam merere[k], quia etsi corpore absens fuero, spiritu

Capp. 50. 51. 1. 2. 3.

Cap. 50. a) diem 3. b) rursum 3. c) *om.* 3. d) luce (i. *om.*) 3. e) sed 1. f) *ita V. Elig.*; *om.* 1; ut (cum *eras.*) v. D. Aredius pr. 2; quod v. D. predixerat 3. g) uti, *ras.* i 2. h) decuberet aegritudine 2. i) *ita* 2 *cum V. Elig.*; sic *om.* 1; nec tamen 3. k) exaest. 2. l) Deo *add.* 1. m) *ita* 3; spiritum et mentem 1. 2. n) et *add.* 1. o) *ita* 2. 3 *cum V. Elig.*; cupitum 1. p) pridie Kalendarum Decembrium *V. Elig.* q) dixit 1; exorsus est *V. Elig.* r) *ita* 2 *cum V. Elig.*; Utinam 1. (3). s) tr. D. 3. t) diem 3. u) *superscr.* 2. v) *ita* 3 *cum V. Elig.*; requie 1. 2. w) itaque 3. x) Ecce — vestrarum *om.* 3. y) etiam 3. z) admonitionis meae 2; admonitionum mearum *V. Elig.* a) *bis scr.* 3. b) retexete 3. c) s. vobiscum 3. d) tenete 3. e) enim *add.* 3. f) in hoc s. non erit 3. g) que *add.* 3. h) *om.* 3. i) levata 2. k) Quur 3. l) deseres *pr. m.* 2. m) aut 3. n) absentia tua 3. o) tui post te n. h., *om.* Doleat — d. separari 3.

Cap. 51. a) *nulla distinctio* 1. b) verba 3. c) Nolite, queso, fratres mei, nolite contristari 3. d) *corr.* contristare 2. e) ne 1. f) fletibus 2. g) vexari 1. (3). h) m. v. o. g. 3. i) potius *V. Elig.* k) flere 3; lugere *V. Elig.*

1) *Verba* id quod per longa vitae spatia iugi instantia tenuisset *male omissa ex V. Eligii suppleas.* 2) *Biographus cum 'hora secunda noctis' sanctum obiisse infra scripserit, mortem eius fortasse diei insequenti* 25. *Augusti attribuere voluit, qui in praescriptione cod.* 2 *(v. supra) indicatus est. Apud Usuardum (ed. Bouillart p.* 140*) autem dies* 26. *Augusti ei sacer est:* In territorio Lemovicensi sancti Aredii presbiteri et confessoris.

praesens ero. Ego vero si quid[a] agere potui, profectibus vestris militavi. Et[b] quamquam [V. Elig. II, 34.] ego infelix sim, Dominus autem semper est, illi vos commendo ipsique[c] curam vestri[d] committo. Scio quidem, quia inutilis servus non gessi quod debui; Dominus autem scit, quomodo volui'. Post haec quoque verba, vergente iam die, subito procidit[e] in pavimento[f], et elevatos[g] ad caelum oculos, orabat suppliciter, gemens atque suspirans[h]: 'Commendo tibi, domine Iesu, oves quas mihi credidisti[i], tuoque[k] semper protegantur[l] auxilio'; commendans igitur[m] Domino cum faenore quod ab ipso acceperat talenti munus[n].

(52.)[a] Iam vero in extremis positus, vocatis[b] ad se discipulis, amplexusque, per [Ib. II, 35.] singulos flens[c] valedicensque omnibus, ait: 'Iam ultra non loquar[d] ad vos, et faciem meam amplius non videbitis; ideoque valete in pace, etiam me sinete[e] quiescere'. Hii[f] itaque qui circumstabant audientes, nullo quiverant[g] genere temperari[h] a fletu; vix tamen inter amaras lacrimas haec verba solummodo resonabant: 'Dolemus quidem nostri causa, quod nos solacio abscessus tui distituis[i], sed tui causa, pater optime, consolamur, quia post mundi huius laborem ad requiem vadis aeternam'. Tunc ille, oculis[k] ad caelum elevatis[l], tacitam precem fudit; deinde cum lacrimis ait[m]: 'Memento mei, Domine, qui solus sine peccato es, redemptor mundi, et educens[n] me de corpore mortis huius[o], salvum me fac in tuum[p] regnum caeleste. Tu es protector meus, Domine; in manus[q] tuas commendo spiritum meum. Suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam et non confundas me ab expectatione mea; sed adiuva[r] et auxiliare exitum animae meae. Aperi mihi, Domine, properanti ianuam regni tui, et principes tenebrarum non occurrant mihi; sed clementia tua[r] protegat et defendat, ac manus tua perducat[s] me in locum refrigerii et consolationis et[t] vel in ultimo tabernaculo, quod praeparasti timentibus[t] nomen sanctum[u] tuum'. Inter haec etiam addidit[v], dicens: '*Nunc dimitte*[w] *servum tuum, Domine, secundum verbum* [Luc. 2, 29.] *tuum in pace*'. Et, his[x] dictis, inter verba orationis emisit spiritum. Cum[y] sancta illa anima carnis sarcina fuisset abiecta[z], statim[a] cum esset hora secunda[b] noctis, visus est globus[c] nimia claritate resplendens super eiusdem[d] cellulam de caelo descendisse et subito[e] ad[f] sidera desuper penetrare. Hoc igitur ordine sancta eius anima terrenis contagiis liberata, deducentibus angelis[g] sanctis, ad suum auctorem revolavit laeta. Vix quidem spiritum emiserat[h], luctus et fletus ad caelum resonabat. Conpositum[i] quidem ex more corpus feretroque impositum, ibidem in psalmis et hymnis totam noctem pervigilem ducunt.

(53).[a] Cum autem lux diei fuisset exorta, convenit populi multitudo. [V. Elig. II, 36.]

Capp. 51—53. 1. 2. 3.

Cap. 51. a) boni *add. V. Elig.* b) *post* et *vocabulum eras.* 2. c) que *om.* 3. d) vestram 1. e) procedit 3. f) pavimentum, *om.* et 2. g) *ita* 3; elevatis — oculis 1. 2. h) ait *add.* 2; ita dicens *add.* 3. i) tradidisti 3. k) t. — auxilio *om.* 1. l) *ita* 2; a. p. 3. m) eos *add.* 3. n) *ita* 2 *cum V. Elig.*; munere 1. (3).

Cap. 52. a) *nulla distinctio* 1. b) vocatis — Tunc ille *om.* 3. c) flevit (valeque dicens *m. al. in litura*) 2. d) loquor *pr. m.* 2. e) *ita* 2; sentite 1. f) Hi 1. g) quieverant 1. h) temperare 1 *et pr. m.* 2. i) *m. al. corr.* destituis 1; destitues 2. k) *in* oculis *redit* 3. l) levatis 3. m) In *add., sed delet.* 3. n) *ita* 3 *cum V. Elig.*; educes 2; educ 1. o) *ita* 3 *cum V. Elig.*; et 1. 2. p) tuum regnum celestem 3; tuo regno caeleste 2. q) manibus tuis 1. r) me *add.* 3. s) me p. 3. t) *om.* 3. u) *om.* 2. v) addebat 2. w) dimittis 3. x) ita 2. y) et cum 2; cumque 3. z) absoluta 2. a) que *add.* 1. 2; *om.* 3 *cum V. Elig.* b) n. s. 3; prima n. *V. Elig.* c) *ita Greg., Gl. Conf. c.* 102, *de morte Pelagiae referens*; pharos *V. Elig.* d) eius 2. e) et super sidera subito d. 3. f) *eras.* 2. g) s. a. 3. h) et *add.* 3. i) Composito q. corpore ex m. — imposito 3.

Cap. 53. a) *nulla distinctio* 1.

V. Elig. II,36. Etiam[a] cum et ad notitiam pontificis[b] urbis Lemovicinae[c] pervenisset, quo audito, cum magno fletu celerique cursu occurrens[d], super corpus sancti viri diutissime flevit[e], quod eum vivum minime in hoc[f] saeculo invenisset. Cumque[g] eum ad ecclesiam sancti Iuliani[1] martyris, quam vir sanctus aedificaverat, de[h] loco, ubi corpus sacrum iacebat, deportare[i] voluisset, nullo modo feretrum vel paucum[k] levare potuerunt. Decreverat autem vir Domini Aridius in ecclesia[l] sancti Helarii antistitis, quam et[m] ipse suo opere aedificaverat, corpus suum sepulturae tradere. Tunc tristis valde Ferreolus pontifex effectus, indixit triduanum[n] ieiunium celebrare cum psallentio[o]. Quod[p] cum ita fieret, ipse cum suis indesinenter per illud triduum celebravit ieiunium[q]. Interea cum peractum est[q] ieiunium, ait[r]: 'Si Domini est voluntas aut sancti huius, ut illic eat, quo ego vel plebs haec cupimus, sine ulla dilatione levetur[s]'. Erat autem locus in secretiore[t] parte. Cumque accessissent ad feretrum, ut eum[u] levare conarentur, tanta mox celeritate levatum est, ut facile a duobus portaretur, qui[v] antea nec a plurimis[w] movebatur. Quod omnes qui aderant[x] cum eodem pontifice cernentes, cum magna exultatione Christi gloriam magnificabant, dicentes: 'Magna et mirabilia sunt opera tua, domine Deus omnipotens'.

V. Elig. II,37. (54).[a] Cumque[b] iam deportatum fuisset corpus ad sepulchrum, omnes qui aderant nullo genere temperabant a fletu; patrem se perdere[c] clamabant et inter fletus ac singultus vix haec verba promebant: 'Cui[d] nos, pater, deseris[e] aut cui[f] alumnos tuos[g] tradis[h] curam[i] regendos?' Igitur corpore ex more tradito[k] sepulturae, praefatus episcopus reversus est ad propria. Comparetur itaque, si placet[l], huius sancti viri, non dicam, funeris[m], sed potius triumphi[n] inanis gloria[o] saeculi. Conferatur[p], si potest, etiam virorum[q] divitum pompa huic[r] sacerdoti defuncto aequanda. Illos confusis[s] plausibus[t] honorat[u] insania; Aridium mundi erumna exutum[v] cum caelestibus[2] laudibus perferunt[w] ad regna perpetua. Illi post saeculi pompam[x] in tartara truduntur[y]; hic post mundi adversa sinu Abrahae laetus excipitur. Illi divitiarum opibus[z] oppressi et[a] defuncti praecipitantur in gehennam[b]; Aridius vero elemosynis sublimatus cum sanctis resurget in gloria. Illi postremo[c] lugent[d] in infernum[e] damnati; Aridius laureatus[f] exultat ecclesiae[g, 3] cum cunctis a

Capp. 53. 54. 1. 2. 3.

Cap. 53. a) m. lugentium et flentium. Sed et hoc ad noticiam 3. b) pontificis — audito *in litura* 1. c) Lemovicino pervenit 3. d) cumque *add.* 2; occurrit et super 3. e) fleret, quia 2. f) *om.* 1; in hoc s. m. 3. g) et mox cum ad 1. h) *ita* 2; de locum 3; *haec om.* 1. i) d. v. *om.* 3. k) *ita* 1; pauco 3; modicum 2. l) aecclesiam 3. m) *om.* 3. n) *ita* 3 *cum V. Elig.*; iei. tr. 1. 2. o) *ita* 1; psallentium 3; (si *m. al. in litura*)lentio 2, *et sic V. Elig.* p) Que 3. q) ieiunium — est *om.* 3. r) enim *add.* 3. s) *ita* 3 *cum V. Elig.*; elevetur 1. 2. t) secretiori 1. u) illum levarent tanta 2. v) *ita V. Elig.*; quia, *ras.* a 2; quod 1. 3. w) pluribus levabatur 3. x) erant 3.

Cap. 54. a) *distinctio nulla* 1. b) Et cum 2. c) *ita* 1 *cum V. Elig.*; perdidisse cl. 2; cl. perdidisse 3. d) Cur 3. e) committis *h. l. V. Elig.; cf. supra c.* 50. f) nos *add.* 3. g) *in rasura maiore* 1; *pr. m. in marg.* 3. h) trades *pr. m.* 2. i) *om.* (2). k) traditum 3. l) exsequiis *add.* 1. m) fueneris 3. n) triumphus 3. o) glorie 3. p) itaque *add.* 3. q) vivorum 1; huirorum 3. r) *post* huic 2 *litt. ras.* 2. s) confusos 3. t) turbarum *add.* 1; populorum *add. V. Elig.* u) honoret 3. v) angeli *add.* 1. w) preferunt 3. x) *ita* 2 *cum V. Elig.*; pompa 3; pompas 1. y) traduntur 2; aeterna *add.* 3. z) operibus 3; mole *V. Elig.* a) *ita* 1; et d. *om.* 2; (oppr. *om.*) post funera pr. 3. b) gehenna 3. c) *ita* 2 *cum V. Elig.*; postremum 1. (3). d) lugent in *in litura* 1. e) *ita* 3; inferno 1. 2. f) laudans et exultans cum sanctis est a saeculo coniunctus. G. 3. g) in ecclesia 2.

1) *V. supra c.* 16. 2) *V. Eligii:* cum summis caelicolae laudibus. 3) *V. Eligii:* Lesiae *(i. e. Elysiis)* in campis cum cunctis.

saeculo sanctis. Gratias tibi, Deus noster, quoniam[a] reddidisti ei magna pro parvis et quiescere eum fecisti in gloria sempiterna et illam[b] euangelicam promissionem implesti, ubi ait: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fidelis*[c] *fuisti, supra multa te constituam.* Hic meruit audire: *Intra in gaudium Domini tui;* et[d] sicut de talibus per Salomonem scriptum est: *Iustus de angustia liberatus est,* et per Hieremiam scriptum[e] est: *Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius.* Hinc et David[f] dicit: *In lege Domini voluntas eius. Et erit quasi lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Hinc etiam per Esaiam prophetam Dominus dicit: *Ego vocavi eum et benedixi ei, et directa est via eius.* Hinc quoque in libro ecclesiastico dicitur: *Timenti Dominum bene erit in extremis, in die defunctionis eius benedicetur.* Hinc et alibi scriptum est: *Bonorum laborum eius gloriosus erit*[g] *fructus, et in perpetuum coronatus*[h] *eius triumphat.* Haec[i] nos de obitu[k] sancti viri sufficiat narrasse, ut neglegentibus[l] fastidium ingererem[m], verum[1] ut[n], eius vita terminante[o], noster quoque terminetur et sermo[p]; nisi[q] de multis miraculis, quae ad sacratissimum eius[r] corpus Dominus assidue eius meritis operatur, vel pauca de plurimis[s], quae in[t] calce[2] sui[u] obitus ibi dominus[v] Christus declaravit, pro legentium oportunitate adgrediar.

V. Elig. II, 37. — Matth. 25, 21. — ib.

(55). Ideoque non valet mens humana in verbis erumpere, quanta[a] mysteria militibus suis superna gratia inlustratur. Quidam monachorum[b] de viri sacratissimi cellula nomine Baudenus cum instrumentis chartarum, quibus monasterii[c] possessio firmabatur, regionem[d] Burgundiae adire non distulit. Qui igitur expetens venerabilem et[e] egregium antistitem Syagrium[f, 3] Eduae civitatis episcopum, eumque suis precibus imploravit, eo quod honore dignissimus prae omnibus in[g] regis palatio habebatur, ut eius patrocinio diversorum[h] aemulis insidiis cellula tueretur. Qui scilicet petitionibus praefati monachi annuens, quae petivit[i], vir reverentissimus non negavit, sed etiam auctoritate regali instrumenta munivit et ad regionem propriam[k] remeandi tribuit libertatem. Cumque transissent dies plurimi, et obtenta petitione, festinaret, oppidum Lemovicae regionis ingressus est. Quodam[l] die in vico quodam nomen[m] Rigomago[n, 4] virum[o] magnificum Nectarium, cuius[p] supra[5] fecimus mentionem, ibidem repperit; et quicquid petitionibus suis eventus praestiterat, omnia patefecit. Qui dum interea percunctaretur[q] ab ipso, coepit sermonibus suis vacillare, mentemque[r] lapsam, ac furibundo vultu stare[s], statimque[t]

V. Elig. II, 44.

Capp. 54. 55. 1. 2. 3.

Cap. 54. a) quod 3. b) *ita* 3; illa euangelica promissione (*om.* implesti) 1. 2. c) fuisti fid. 3 *cum Vulg.* d) et — triumphat *om.* 3. e) dictum 2. f) Da(vid *m. al. in ras. scr.*) 1. g) *ita* 1 *cum V. Elig.*; est 2. h) *ita* 2 *cum V. Elig.*; corona 1. i) *in* Hec *redit* 3. k) obitu sancti *in litura* 1. l) *ita pr. m.* 1 *cum codd. V. Elig.*; negligentibus 3; ne legentibus *recte* 2. m) ingerem 1. n) Verum et 1; vera dixisse ut 3. o) terminetur (2). p) *subscr. et praescr.* Explicit de vita sancti Aridii confessoris Christi. Incipit de obitu sancti Aridii abbatis 1. q) Nunc 1, *ubi c.* 37. *incip.* r) *ita* 3 *cum V. Elig.*; ipsius 1. 2. s) pluribus 1. t) post *pro* in c. 3. u) eius 1. v) *ita* 2; ibi Iesus Chr. 1; dominus Iesus ibi 3.

Cap. 55. a) quantis mysteriis milites suos s. gr. illustrat 1. b) monachus 3. c) monasterio 2. d) f. a regione B. ire 3. e) *ita* 2; et egregio 1; egregiumque 3. f) Siagrium 3; Siagrum 2. g) o. regibus 3. h) p. a d. aemulorum 1. i) petiit 3. k) *ita* 3; *om.* 1. 2. l) Quadam vero die 3. m) *ita* 3; nomine 1. 2. n) Rincomago 1. 2. o) viro magnifico Nectario 3. p) c. s. f. m. *eras.* 1. q) percontaretur 2. r) menteque lapsa 2. s) *ita* 3; *om.* 1. 2. t) que *om.* 2.

1) *V. Eligii:* dignum fore iudicaveram, ut *et q. s.* 2) *Distortum enuntiandi genus ex V. Eligii restituas:* plurima ergo pro legentium oportunitate praeteriens, pauca in calce sua praesens liber ostendat. 3) *De Syagrio episcopo Augustodunensi v. Scr. rer. Merov. I, p.* 700, *n.* 2. 4) *Riom (dép. Puy-de-Dôme).* 5) *Supra c.* 48.

prorumpens in vocem, causam sui operis silere non potuit, quod adulterii[a] vicio fuerat ludibrio[b] inquinatus. Qui dum frenderet dentibus et se suis morsibus laniaret, chrismarium, quem[c] vir beatissimus Aridius gestare consueverat et reliquias[d] habere[e] sanctorum, a se concitus excutiens, proiecit in terram. Et dum furor[f] ingens illius sedari nullatenus poterat, vinctus[g] custodiae mancipatur. Interea unus e famulis praefati viri, adprehenso chrismario, quem[h] a se proiecerat, nesciens inter vestimenta reposuit. Qui, dum[i] hoc ageretur, constipatis in unum rebus, onerare[k] iumenta coeperunt. Nam cum super unum[l] onus elevatum[m] fuisset, sacro pondere constipatus, in terra corruens, gressum ultra movere[n] non potuit. Quid plura? Superponitur in[o] alio, qui[p] scilicet, suscepto pondere, pari conditione idemque[q] similiter in terra procubuit. Qui[r] dum multis stimulis cruentatus[s] urgueretur, nullatenus reddidit[t] animum se erigendi, quousque daretur causa intellegi[u], culpa facinoris patefieri[v]. Igitur dum artius furoris impetu suae vesaniae ageretur, exclamavit, chrismarium[w], quem se indigne[x] deportasse dicebat, cum suis vestimentis esset[y] adstrictum[z], et ideo vehiculum non moveretur[a], nisi hactenus[b] tollatur, ubi[c] positus est neglegentiae culpa. Quem[d] videlicet, scrutato marsuppio, ilico repperiunt[e], et pro veneranda devotione ac fidei[f] religione vir sublimis Nectarius puero innocenti cum reverentia[g] honoris superinponitur[h]; statim horarum[i] solvuntur spatia. Praefatus namque Baudenus, cum a nequam spiritu[k] perturbaretur, utpote — nec aliud[l] potest aestimari[m], — qui suo sensu non regebatur, coram omnibus extensis gressibus fugam iniit. Qui[n] in unius[o] spatio horae pene duodecim[p] milia suis pedibus velociter cucurrit[q], et fatigato corpore, semianimis corruit in terra[r]; cumque a custodibus adsecutus fuisset, adponitur mansioni[s]. Exacta namque nocte, diluculo consurgens, ad sacratissimum tumulum sancti Marcialis[t], cogente inmundo spiritu, se obtulit praesentandum; ibique ut[u] professionem sui operis patefecit, expulso quippe[v] maligno spiritu, medelam meruit recipere sanitatis.

(56).[a] Sunt multa[b] et alia, quae post transitum sancti viri omnipotens Deus operatus est. Huiuscemodi causa expectantibus populis, unus e[c] familiaribus ad virum magnificum antedictum velocissimo cursu praeveniens[d], nuntiavit[e], coniugem suam gravi mortis[f] periculo detineri; quem virum[g] admonuit, ut festinus adesset, si vellet eam reperire[h] vivam. Qui interea confidens de Domini miseratione[i], puerum, qui chrismarium sancti viri secum detulerat[k], iussit concitus in antea properari[l]. Cumque domum fuisset ingressus, omnis familia in luctu et lamenta-

Capp. 55. 56. 1. 2. 3.

Cap. 55. a) adulterio 3. b) ludibriose 1. c) *ita* 3; quod 1. 2. d) reliquiis 3. e) *in ras.* 1; *om.* 3. f) *ita* 1; f. ing. ill. seda(ri *in ras.*) null(atenus *in ras.*) (potuit *in ras.*) 2; furorem illius ingenti sedari nullus potuisset 3. g) vinctum custodia est mancipatus 3. h) *ita pr. m.* 2; quod 1. 3. i) cum hoc agerentur 3. k) onerare iumentum 1. 2; honerare iumenta 3. l) *ita* 3; ipsum onus 1; eum onus 2. m) levatum 2. n) moveri 3. o) *om.* 3. p) quod 3; quo 2. q) itemque 3; idem ipse 2. r) quod 2. 3. s) cruentatum 2. t) *ita* 2; r. animos e. 1; se dedit animus e. 3. u) intelligendi 3. v) patefacti 3. w) excl., quod chrismario, quod 1. x) indignum portasse dicebatur 3. y) esse 2. z) asstrictus 1. a) movetur 1. b) antea 2. c) ubi p. est *om.* 3. d) *ita pr. m.* 2; Quod 1. 3. e) reppererunt 2. f) *ita* 3; fidei *om.* 1. 2. g) reverentie 3. h) superinponit 1; et *add.* 3. i) hora solvitur 3. k) spiritum 3. l) alio 1. m) aestimare 3. n) dum *add.* 1. o) *ita* 1; in uno spatio 2; in unum spatium 3. p) duo miliaria 3. q) curreret, *om.* et 1. r) *ita* 3; terram 1. 2. s) mansione 3. t) Martialis 1. u) *om.* 2. v) *om.* 1.

Cap. 56. a) c. 38. *incip.* 1, *et sic deinceps.* b) et a. m. 3; et *eras.* 2. c) ex 3. d) perv. (2). e) n. igitur c. eius gr. 2. f) morte 3. g) *ita* 3; quem vero adm. 1; quemque monuit 2. h) *ita* 1; recipere 3; invenire 2. i) misericordia 2. k) tulerat 2. l) properare 1.

tione vacabant[a], eo quod tam repentinae mortis articulo subiaceret. Quae scilicet oculis clausis indicium moriturae[b] ostentu gutturis[c] apparebat, ubi gravissimus[d] exortus fuerat nodus[e]. Cui[f] etiam iam vocis officio reserato[g] ac[h] caligantibus oculis, nec virum suum agnosci[i] poterat. At ubi chrismarium sancti viri collo morientis suspenditur, mors ilico fugatur, statim[k] oculi solvuntur in lumine, spiritus[l] alitus saluti pristinae reformatur. Quae eructuans fortiter, ablato gutturis[m] nodo, quod esu[n] non acceperat evomuit, et restituitur[o] vitae, cui mors inminebat in ianuis. Ipsum vero chrismarium, convocatis sacerdotibus, venerabiliter ad monasterium sancti viri deportatum est.

(57). Sed quis singillatim omnia mirabilia, quae ad sanctum eius sepulchrum V.Elig.II,44. dominus Iesus Christus operatur assidue, verbis valeat enarrare? Quadam die decreverat[a] mulier, se sancti viri praesentia[b] esse videndam, et ut referret gratias[c]. Nocturnas[d] vigilias celebrantibus monachis[e], Babolenus[f] quidam habens filium nomine Babolenum, qui gravi fuerat membrorum[g] vulnere adstrictus[h], deportatus a parentibus, ad tumulum sancti viri exponitur. Qui dum in pavimento iaceret, nocte fere media puer prorumpens in voce, sensit membrorum compages locis quibus fuerant dissolutae adiungi[i]. Qui videlicet se erigens e[k] pavimento, solidatis membris, stetit supra suis pedibus, et qui fuerat[l] manibus exhibitus ad sepulchrum, gressu proprio[m]; cum ipso parentes[n] sui gavisi[o], gratias Christo referentes, revertuntur ad propria.

(58). Intuendum summopere est, quanta omnipotens Deus sanctis suis in hac vita gratiae suae contulit dona[a], ut ad[b] maiorem gloriae cumulum ad supernam patriam remunerentur post triumphum. Itaque quidam ex monachis nomine Gaudomeres[c] de monasterio Ambaciacinus[d, 1], qui[e] non longe ab urbe situm est; ipse vero a maligno spiritu detentus[f], ita ut visu[g] quem cerneret, morsu vellet decerpere[h], et in duabus vinctus[i] catenis deducitur, ligatis[k] manibus, quasi reus ad iudicem[l]. Quadam[m] namque die ad tumulum sancti viri deductus est, ibique redditus[n] sanitati pristinae[o], adversario hoste a quo vexabatur ereptus[p] est, et in servitium[q] omnipotentis Dei plerumque[r] convertens[s]. Nam catenae a[e] quibus[t] adstringebatur sponte solutae sunt, ut miraculo[u] duplici patefieret[v], ut in uno momento catenae[w] constipatae confringerentur, atque a daemonio obsessum[x] divina gratia absolveret, ut liber Deo serviret, cui creatura omnis ingemescit. cf.Rom.8,22.

Capp. 56—58. 1. 2. 3.

Cap. 56. a) vacabat 2. b) mortis ostendebat 2. c) *ita* 1; guttur 3; in gutture 2. d) ubi apparuerat n. e. gr. 2. e) nudius 3. f) Quae 1. g) obserato 1. h) *om.* 3. i) agnoscere 1. k) que *add.* 3. l) spirans 3. m) guttur in unum quod 3. n) aesum acc. 3. o) restituetur 2.

Cap. 57. a) e::em (*postea corr.* eadem) *add.* 2. b) presentiam 3; pr. offerendam et 2. c) concessa sanitate *add.* 2; pro beneficio incolomitatis *add.* 3. d) Nocturnis vigiliis 3. e) advenit *add.* 1. f) *ita* 1; Pappolenus 2; Pabolenus 3. g) membrum vulneris 3. h) adstrictus, deportatur 3; addictus, deportatus 1. 2. i) d. ac genue. Qui 3. k) ex 2. l) aliorum *postea add.* 2. m) incolumis recessit et *m. al. add.* 2. n) parente suo 1. o) (g. *om.*) ad propria revertuntur orantes. Intuendum 3.

Cap. 58. a) bona 3. b) *om.* 3. c) Gundomerius 2. d) Ambaciacius 2, *corr.*; Ambaciacini 1; Ambacianis 3. e) *ita* 3; *om.* 1. 2. f) est *add.* 3. g) *ita* 1; visum q. 3; q. visu 2. h) *in ras.* 1; decipere 3. i) vinctis 1. k) *ita* 3; ligaminibus quasi 1. 2. l) iudicium 3. m) Quodam 1. n) redditur 3. o) ab *add.* 1, *superscr.* 2; adversarius hostis 3. p) v. aufugit, *om.* et 3. q) servitio 1. r) *ita* 2; o. D. plerosque 1; D. o. se plerumque 3. s) *ita* 3; convertit 1; conversatur 2. t) miser *add.* 1. u) miracolu *pr. m.* 1. v) patefaceret, quod 1. w) cathena constipata confrangeretur 3; c. c. constring. *pr. m.* 1. x) :bsessum *pr. m.* 1; obsesso 3.

1) *Ambazac (dép. Haute-Vienne).*

V. Elig. II, 44. Nam si quis, exigente causa, quamcumque[a] fuerit ob culpam vinctus vel catenis adstrictus, si contigerit, ut per agrum[b] publicum, qui basilicae illius proximus est, ducatur adstrictus[c], mox ut contra eandem[d] ecclesiam ventum fuerit, confestim, disruptis omnibus[e] vinculis, solvitur reus nec patitur ulterius teneri adstrictus[f].

ib. II, 51. (59). Mirandis rebus plus adhuc miranda succedunt. Quadam vero die duo muti venientes ad tumulum sancti viri, licet lingua rogare[a] non valebant[b], sed fide. Peruncti igitur oleo, mox solvitur, imperante Domino. lingua mutorum[c] et loqui coeperunt adorantes; et quod[d] effecti[e] fuerant elingues, protinus sermocinantur ad plebem.

(60). Electi[1] quique[a] hoc in[b] munere acceperunt, ut quanto magis[c] virtutibus polleant[d], tanto etiam indignos se iudicent, ne ad inanem gloriam rapiantur, ut[e] dono non priventur superno. Igitur quattuor viri de diversis provinciis venientibus[f] una caecitate damnati[g], tunc prostrati in oratorio, expectantes[h] lumen[i], eventu quaerentes sancti viri remedium. Interea dum precibus[k] ad sacratum[l] tumulum offerunt, unanimiter postulantes, ilico caecorum oculos aperit[m]; qui longo iam tempore fuerant clausi, claro lumine adepti, poscentes[n] limina templi.

ib. II, 78. (61). Multae quidem et aliae ibidem, iubente[a] superna[b] gratia, eius meritis operantur[c] signa atque virtutes, inter quae etiam et cecindillus[d], exundante ubertim oleo, superfunditur. Ex quo etiam sancto liquore multi illic[e] peruncti a diversis sanantur[f] infirmitatibus, et benedicitur ibi[g] iugiter nomen domini Dei aeterni. Sed et ad eius nihilominus lectum, quod[h] situm est in monasterii sui praedio[i], multae virtutes similiter declarantur. Sic[k] quippe per diversa loca, ubique[l] sacratae[m] eius reliquiae deportantur, vel quo[n] etiam delatae[o] fuerint, plures[p] signa virtutum illius meritis[q], revelante gloria[r] Christi, enixius efficiuntur. Quae omnia ex ordine onerosum duximus verbis prosequere[s], et idcirco ea his paucissimis syllabis compleximus[t], quia iam[u] cessare a conlocutione festinamus.

ib. II, 79. (62).[a] Quae vero si per singula, ut[b] gesta constant, nunc enodare conaverimus[c], et modum paucissimi voluminis excedimus et pro ipsa forsitan prolixitate fastidium legentibus irrogemus[d]. Quae[2] vero nos minus[e] enarravimus, palam omnibus fidem praestant conspicientibus illa multimoda[f] vincula compeditorum, quae ad eius sepulchrum in argumento[g] rerum cernuntur adpensa[h]. Ex quibus etiam nos aut certe

Capp. 58—62. 1. 2. 3.

Cap. 58. a) *ita* 1 *cum V. Elig.*; quaecumque — culpa 2; quicumque — culpa 3. b) aggerem *V. Elig.* c) *ita* 3 *cum V. Elig.*; ligatus 1. 2. d) eadem aecclesiam 3. e) *om.* 3. f) astricus 1; (t. *om.*) ligatus 3.

Cap. 59. a) n. r. 1. b) valerent 2. c) mutuorum? *pr. m.* 1. d) qui 1. e) effati f. elinguis 3.

Cap. 60. a) quoque 3. b) inminere 1. c) magi(n *in ras.*)is 2. d) pollent 2. e) r. et ne d. 2. f) venientes 1. g) sunt *add.* 3. h) expectabant 1. i) luminis eventum 2. k) preces 1. l) sacrum 3. m) aperuit divina virtus qui 3. n) petentes 3.

Cap. 61. a) volente 2. b) superne gratie 3. c) *ita* 3 *cum V. Elig.*; inoperantur 1. 2. d) *ita* 2; cicindelus 1; cincindillus 3. e) illinc 3. f) i. s. 3. g) iugiter ibi 3. h) qui situs 1. i) predicti 3. k) *ita* 3; sed et p. 1; seu p. 2. l) *ita* 2; ubicumque 1; ubi 3. m) sacratas eius reliquias 3. n) quod 3. o) delactae *pr. m.* 1. p) plurima 1; quoque *add.* 3. q) merita 1. r) gratia 3. s) prosequi 1. t) complexi sumus 1. u) *om.* 3.

Cap. 62. a) *distinctio nulla* 1. b) *om.* 3. c) *ita* 3; curaverimus 1; conamur *m. al. in ras.* 2. d) *ita* 3; ingerimus 1. 2; inrogamus *V. Elig.* e) minime 2. f) m. de vinculo 3. g) argumentum 3. h) appensae 3.

1) *Cf. supra c.* 2. 2) Pro illa vero quae nos *V. Elig.*

pauca aut pene nulla commemoravimus, pro[a] id dumtaxat, quod in conspectu omnium adposita, velut nos totum, ita et[b] omnes non ambigimus nosse. Haec quidem quam plura infra pauco[c] tempore constant[d] acta. Illa scilicet, quae deinceps per prolixa spatia temporum agenda sunt, qualia vel quanta fiant, quis modo aestimatione comprehendere valeat[e], cum nusquam[f] a[g] praesulis tumba hodieque cessent fieri miracula? Sed cottidie aegri ad[h] tumulum sancti viri veniunt, et ibi excubantes, sani efficiuntur: caeci veniunt, et inluminantur; daemoniaci veniunt, et liberantur; periuri[i] veniunt, et aut moriuntur aut etiam a diabolo vexantur; ferro vincti confugiunt, et solvuntur[k]; clodi[l] carrucis advecti[m], consolidatis gressibus, ad propria incolomes revertuntur. Multae quidem sanitates ex eo qui illic crescit olei liquore[n] perficiuntur. (V. Elig. II, 79.)

(63).[a] Quanti rursus[b] a frigoribus vel[c] diversis infirmitatibus detenti liberati sunt post transitum beatissimi viri, quantique[d], qui fuerant ab hoste captivi, nam[e] libelli pagina singillatim non potest adnecti[f], ut[g] ne infirmioribus fide fastidium praeparet et dubitantibus sermo prolixior promulgetur. Haec igitur pauca de plurimis[h] dixisse sufficiat, ut quasi de diversis floribus in sanctae ecclesiae sinu redolentes, repleta[i] multorum corda credentium[k], ut carpere perfectos fructus valeant, quos mundialis delectatio non inquinat[l]. Non[m] potest enim et hic gaudere cum saeculo et illic regnare cum Christo nec duobus dominis servire, Deo scilicet et mammone. (cf. Matth. 6, 24.) Deponentes igitur opera tenebrarum, et[n] induamur[o] arma lucis, (cf. Rom. 13, 12.) quia creator omnium est lux vera, quae inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum (cf. Ioh. 1, 9.) per[p] dominum nostrum Iesum Christum, filium suum, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus[q] in unitate Spiritus sancti in[r] saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT TRANSITUS[s] SANCTI ARIDII ABBATIS ET CONFESSORIS.

APPENDIX.

I. TITULI ARIDII.

Titulum Aridii duplicem et ante Vitam (A) et post eam (B) positum e codice **Romano**, *olim Farfensi, exscripsit O. Holder-Egger v. c. De indole carminis prioris in angustiis positus, iterum adii, qui sua rei metricae peritia iam frequenter nobis subvenerat, Ludovicum Traube, isque quanta excellit liberalitate non solum textum multis locis depravatum optime emendavit, sed etiam de artificio poetae quae praemonenda erant rescripsit. Carmen ex versibus hexametris pentametrisque unoque heptametro (v.* 31) *constat. Poeta disticha quidem componere voluit, sed in versibus* 2. 6. 10. 12. 14. 24. 32. *id minus prospere ei processit pentametrorum loco hexametros formanti. Elisionem evitavit, vocalesque produxit aut correpit, solo pronuntiandi more ductus, atque etiam*

Capp. 62. 63. 1. 2. 3.

Cap. 62. a) per 3. b) *om.* 3. c) parvum tempus 3. d) esse *add.* 3. e) *ita* 3; valet 1; *om.* 2. f) *ita* 2 *cum V. Elig.*; c. numquam 1; cognoscat eam *pro* c. n. 3. g) ad 3. h) v. ad t. s. viri 3. i) periurii 1. k) eripiuntur 3. l) *ita pr. m.* 2; claudi 1. 3. m) adducti 3. n) liquor 3.

Cap. 63. a) *nulla distinctio* 1. b) a frigoris rursus *pr. m. corr.* r. a frigoris 3. c) a *add.* 3. d) *ita* 3; *om.* 1. 2. e) *om.* 3. f) abnecti 2. g) ut *om.* 2; ne *om.* 3. h) *ita* 3 (*cf. supra c.* 54); pluribus 1. 2. i) repleat 3. k) credentes 1; ut *abundat.* l) inquinet 3. m) Nemo enim p. 2 *cum Vulg.* n) *m. al. delet.* 1; *om.* 3. o) induamus (2). p) m. Iesus Christus dominus noster, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen *desinit* 2. q) in u. Spiritu s. D. 3. r) per omnia s. s. 1. s) *subscr.* E. obitus s. Aredii a. et c. 2; E. de obitu s. A. a. 1; xpliĉ transitus eiusdem 3.

diphthongi ab eo correptae sunt. Litteram x *pro consonante simplici (= s?) bis accepit (v.* 15. 25*). Hac igitur usus arte poeta unum solum versum omnibus numeris perfectum edidit (v.* 32*), eumque aliunde furatus videtur esse, sicut auctor meus suspicatur. Cum* quippe *pro* enim *v.* 22. *legatur, quam coniunctionem biographo familiarem fuisse supra dixi*[1], *huic ipsi fortasse titulus in capite Vitae positus attribuendus est.*

Alter titulus hymnorum more compositus a verbis Athleta Christi *initium capit, ut hymni multi*[2]. *Versus hexametri pars ultima quae ibi legitur* (tramite sensus) *e carmine priore v.* 32. *deprompta est.*

A.

INCIPIT TITULUS SANCTI AREDII.

Virtutum meritis venerandus, honoribus [altus[a]],
Praecipuus factis, ditante munere Christi,
Aredius summus sacerdos et ordine primus
  Hoc recubat tumulo, gloriae luce iunctus[b].
Nitens vitam gessit nitidam, non mundo placentem,
Gratia perfusus, sede[c] coaequatus amoena,
Praesul, pastor iustus, almitate serenus.
  Hic quoque beata sanctitas alta iacet,
Galliae quem vulgus summo[d] venerantes amore,
Saepe salutifera poscebant praemia papae.
Haec[e] praedicante legem suscepit pectore si quis,
Largam ob ammissis[f] veniam ab aethere cepit[g].
Magnus orfanorum salus captivorumque redemptor
Hic fessos lacrimis viduasque fovebat.
Efficax ingenio, largus munerator egenum,
  Carus pater aegrum[h] saepe praebendo cibos,
Dapibus humanus, placidus, affectu repletus,
  Omnibus hic placuit, hilari vultu vivens.
Tutor amicorum pius pauperumque defensor
  Advenae[i. 3] susceptor integra mente fuit.
Qualis erat quidem, nec tantum carmina conplent,
  Plectro[k] ea nec ego valeo quippe fari.
Ac veluti Phoebus radians diversa peragrat
Circuit et tota renidens[l] sub sidera saecla,
Sic sua praecellens, maxima cum ope refulgens,
  Ibat ob merito vulgans ubique fama.
Docebat multos castam prosequere[m] vitam,
  Castigansque pubes placida voce frequens,
Placabat[n] patriae principes et dogmate cives.

App. I. 2.

App. I. A. a) *om.* 2; *addidi.* b) luce nitens (*vel* micans). [Qui] vitam *coni. Traube.* c) sedem c. amoenam *pr. m.* 2. d) summa 2. e) *ita coni. Traube;* Hinc pr. lege 2. f) *ita Traube;* amissis 2. g) coepit 2. h) *ita Traube;* peregrum 2. i) que *add.* 2; *delevit Traube.* k) *ita coni. Traube;* Pectora nec 2. l) *ita coni. Traube;* residens 2. m) *corr.* prosequi 2. n) *ita Traube;* Placebat 2.

1) *V. p.* 579. 2) *Cf. Chevalier, Repertorium hymnologicum I, p.* 84. 3) *Cf. V. Aridii c.* 10.

Semper in ore ferens Christi praecepta docens,
Psalterii creberque sonus dulci modolamine canens,
Nectarios linguae fundebat tramite sensus.
Iungi[a] apostolicae meruit cum laude coronae,
Qua[b] dignus vixit Christo praesente[c] secum.

B.

INCIPIT TITULUS SANCTI AREDII.

Athleta Christi sacer, venerandus Aredius, post tenebras mundi clarus, remeans ad astra serenus, regebat corpus in fame, vigiliisque inediae fessus, ut prosterneret hostem victor, male blandientem venenum. Implebatque actu, quicquid sermone docebat; monebat namque cunctos agnum sequi per arta. Gaudent angelorum agmina talem suscipere militem post triumphum martyrum, qui consortium habere meruit in regno. In huius tegminis aula teguntur membra sacrata. Suscepit tellus suum corpus de corpore sumptum. Vaticinium fuit multis praescius pro futuris. Gestante sancto Spiritu, promebat tramite sensus[a]. Summi regis sacerdos, hostia sine macula, immolans manibus mundis, offerens innocens, de contagio mundi suscepit gratiam[b] felix caecorum reddere lumen, daemonibus imperans, claudorum gressum reformans. Ad contemplationis bravium mens elevatur ad alta, ut post laborem quandoque intueret paradisi claustra. Concurrit[c] vulgus ad antrum; mente devota adepti, cernunt magnalia aegri, ad propria remeantes alacres. En locus sacratus! Occurrit turba fidelium, honore[d] deferentes pio, poscentes praemia[e] sancta. Rex veniens regum in maiestate tremendus, in cuius adventu corpora retrusa resurgunt omnium post aevum.

II. STEMMA ARIDII.

Stemma Aridii vel potius Karissimae, de cuius indole in universum recte iudicavit Cointius, Ann. eccl. Franc. III, p. 710 *sqq., una cum charta Karissimae ab eodem monacho Attanensi confictum videtur esse, qui Ransoliaci coenobii possessionem suis aut vindicare aut confirmare voluit. Licet crassa auctoris mendacia in propatulo sint, tamen ne quid desideretur, e codice Parisiensi n.* 5365 (= 3), *ubi Vitam Pelagiae excipit, stemma exscripsi. Idem in tabulario S. Martini Turonensi olim asservabatur chartae Karissimae praefixum, illeque codex nostro melior uberiorque erat, unde editiones ex eo pendentes, scilicet*

A. Quercetani, Bibliotheca Cluniacensis, Parisiis 1614, *Notae p.* 30, *et*

Ph. Labbe, 'Meslange curieux de plusieurs titres anciens', Parisiis 1664, *p.* 405,

contuli, discrepantiam lectionum variantium littera T signans.

IN[a] NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI NARRATIO GENERATIONIS AREDII EXIMII ABBATIS INCIPIT ITA.

Waldeca[b] nobilis femina, regis Childeberti et Mathildis[c] regine filia, genuit Astidium Lemovicensem episcopum, qui Treveris ortus, favente Deo, in Lemovica urbe epi-

App. I. 2. *App. II.* 3. *T.*

App. I. A. a) *ita coni. Traube;* Dignam a. m. c. l. coronam 2. b) *ita Traube;* Quam 2. c) *ita coni. Traube;* praebente 2.

App. I. B. a) sensu 2; *cf. Carm. A, v.* 32: fundebat tramite sensus. b) gratia 2. c) concurret 2. d) honorem 2, *corr.* e) praema 2, *corr.*

App. II. a) *ita T; praescr. om.* 3. b) Suldeca *T.* c) *ita T*; Machildis 3; Nanthildis *coni. Quercet.*

scopus[a] postea sublimatus est. Ipse denique Astidius habuit uxorem[b] benignam nomine Teclam ante suum[a] episcopatum, cuius fuit germana dives Frontunia, cuius fuerunt Nataliaci[c] predia. Astidius igitur et Tecla, uxor eius, genuerunt Liverium, Adtecum, Dulcitium, Adtecam et Austilinianam[d]. Liverius vero genuit Sperium et Pientiam. Adtecus genuit Eustachium, Ruricium et Peladiam. Dulcitius autem genuit Ambrosium, Severum sanctissimum, quem veneratur Biturica plebs super Ligeris ripam, et Ravennatem Basolum. Adteca autem genuit Clarum et Yspanum martyrem. Pientia autem genuit Perogoricum[e] Leontium. Ambrosius vero genuit Iulium, Industrium et Eusebiam. Eusebia vero[a] genuit Savinam, Salicam. Savina genuit Obtatum Bituricensem venerabilem archiepicopum. Obtatus igitur genuit Pomponiam, Godefredis[f] Flandelensis uxorem, et Ocilum[g] Sessionensem nobilissimum presulem. Peladia vero genuit Carteriam[h] et Euladiam[i] et Mummulum. Carteria autem genuit Pelagiam sanctissimam et Savinam, Aredii abbatis amitam. Pelagia ergo, regis Teodeberti neptis, et vir eius Iocundus Lemovicorum princeps nobilissimus genuerunt Aredium virum eruditum, regis[k] supradicti cancellarium, et Eustachium fratrem et[l] Consortiam eius germanam. Consortia autem[a] genuit Astidium, Pientiam et Basiliam. Pientia genuit Ocilum. Basilia, uxor Dodonis Biturice principis, genuit Pugiam et Karissimam[m].

EXPLICIT[n].

App. II. 3. *T.*

App. a) *ita T; om.* 3. b) coniugem *T.* c) *ita* 3. *T*; natalitia *coni. Labbe.* d) Austilianam *T.* e) *ita T*; Petrogoricum *coni. Quercet.*; *om.* 3. f) Godefredi Flandrensis *T.* g) Ocium *T.* h) Carth. *T, ut infra.* i) Eulaliam *T.* k) *ita T*; r. s. c. *om.* 3. l) *ita* 3; fr. eius, Germanam et C. *T.* m) *ita T*; Car. 3. n) *om. T, ubi charta Karissimae subsequitur, incipiens ita*: Unde ego Karissima Christi ancilla istis supra memoratis parentibus nobilissimis, ut scriptum est, veraciter procreata, notum fieri volo *et q. s.*

VITA BETHARII EPISCOPI CARNOTENI.

Betharius, ad quem loci Saint-Bohaire ad Sissam rivum haud procul a castello Blesensium siti (dép. Loir-et-Cher) origo refertur, episcopis Carnotenis inter Pappolum et Theodoaldum adnumeratur, quorum alter concilio Matisconensi[1] *a.* 585, *alter Parisiensi*[2] *a.* 614. *intererat, neque multo post ipsius biographus*[3] *degisse voluit, cum miraculum unum enarraverit* 'memoriae nostrae insitum' *(c.* 11*). Sanctus, si huic credere fas est, Chlotharii II. archicapellanus fuerat, antequam ab eodem episcopus Carnotenus constitutus est, multaque adversa passus est a Theuderico urbem illam obsidente: is enim tyrannidem in Burgundia occupans Chlothario 'monarchiam regni Francorum' exercenti bellum intulerat, scilicet a.* 599/600.[4] *Attamen Carnoteni ad Gunthramni potius regnum pertinentes post Childeberti mortem Theuderico ipsi cesserant, neque Chlotarius monarchiam totius regni Francorum adeptus est nisi a.* 613. *Tota autem belli illius enarratio, servatis partim verbis, ex L. h. Fr. c.* 37. *exscripta est, neque vero ibi utraque pars ad Carnotenos pervenit, sed Chlotharius ad Milidunense castrum indeque Parisios*

1) *Cf. Concilia ed. Maassen I, p.* 172. 2) *Ib. p.* 191. 3) *Sane saec. VII. eum attribuunt auctores Hist. litt. Gall. V, p. V.* 4) *Fred. IV, c.* 20.

confugit, victorque usque Iscionam vicum pagi Parisiensis insecutus est. Res igitur Francorum, quales in V. Betharii enarrantur, ab imperito falsario confictae sunt, eumque manifestum est non ante Ludovicum Pium imperatorem vixisse, sub quo archicapellani nomen innotuit aevo Merovingico omnino incognitum. Quibus expositis, colligi licet, quid de concilio Senonico existimandum sit, quod biographus solus commemoravit (c. 11) ipsumque secutus F. Maassen collectioni suae inseruit[1]. Cellulam ad Sissam rivum sitam auctor asseruit, concedente Pappolo, 'in propria tellure' a sancto constructam septemque mansis ab eodem donatam esse; in eadem etiam sepulchrum defuncti posuit, quod ut sedulo visitarent, imprimis cives Carnotenos admonuit (c. 16): pro his (c. 7) quidem passiones sancti descripsit, quem 'pastorem nostrum piissimum' appellavit (c. 16), sed vici S. Betharii prosperitatem ea ipsa opera adiuvit, ideoque mihi persuasum est, eum eidem ecclesiae fuisse adscriptum neque Carnotenae, id quod vulgo opinantur.

1) Codex Rothomagensis U 3, saec. XI, olim Fiscamnensis monasterii, fol. 86. 86'. V. Betharii continet imperfectam ad verba propiciante Carnotine civitatis (c. 10), quattuor foliis excisis.

2) Codex Parisiensis n. 5296 (Colb. 53, Regius 3593), saec. XIII, fol. 154—155'.

2*) Codex olim Parisiensis bibliothecae collegii Claromontani Soc. Iesu, cuius apographon Papebrochii manu exaratum Boschius adhibuerat, hodie latet.

3a. b) Codices Chesnianus et Fuliensis item latent, sed apographon prioris lectionesque nonnullae posterioris e prologo exscriptae Boschio praesto fuerant.

3c) Codex Vindocinensis, ex quo Cointius, Ann. eccl. Franc. II, p. 92, initium c. 2. descripsit.

Libri 1. 2. 2* reliquis praestantiorem textum exhibent compluresque eorum hiatus supplent, sed prologus abest, ex codicibus 3a. b editus. Classis 3 modice retractata nitidiore sermone excellere videtur, atque finis omnino discrepat, cumque longitudinis itineris ibi ratio habita sit, conici licet, auctorem extra vicum S. Betharii et fortasse apud Carnotenos degisse. Exemplar autem, unde omnes libri pendent, mendis iam inquinatum fuisse videtur.

Particulas V. Betharii ad historiam politicam spectantes ad codicem 3a edidit Duchesne, Historiae Franc. script. Paris. 1636, tom. I, p. 560—561, totam autem Vitam Boschius, Acta sanctorum, Antverpiae 1733, Aug. tom. I, p. 169—171, eundem librum secutus, quem propter ipsum nitidiorem ac simpliciorem sermonem praeferebat, lectionibus 2* in adnotata aut in marginem reiectis.

Lectiones IX. de S. Bethario, quas e codice Carnoteno n. 479 (alias 516 5/B), saec. XV, Bollandiani in Analectis VIII, p. 203—205, ediderunt, ex Vita prolixiore excerptae sunt, sermone expolito.

B. Krusch.

INCIPIT[a] VITA SANCTI BETHARII CARNOTENSIS EPISCOPI.

(1).[b] Cum beatorum confessorum gesta religio christiana ad amorem caelestis patriae exemplarque sequacibus bonum devotissime aggreditur divinis inserere paginis, ut ea quae per eos Dominus dignatus est praesentialiter operari miracula valeant ad cunctorum redolere notitiam hominum, in eius procul dubio non dubium

Cap. 1. 3a. b.

Cap. 1. a) praescr. Item eodem die i. v. s. Be:harii (ras. t) C. e. 1; I. v. beati Beharii C. e. eodem die 2. b) numeri des. codd.; prologum om. 1. 2.

1) Concilia ed. Maassen I, p. 184.

est accumulari praeconiis, qui suis fidelibus adhuc carnis glutino circumdatis tantam excellentiam dignatur conferre. quatenus in hoc saeculo degentes erumpant. (Phil. 3, 20.) dicentes in laudibus: *Nostra conversatio in caelis est.* Obsecro itaque omnes. qui hanc lecturi sunt editiunculam, ut non attendant venustatem grammaticae artis,sed devotionem scribentis, intento audiant corde, quanta sit gloria mundum relinquere et per (cf. Matth. 7, 14.) angustum euangelii tramitem sanctorum vestigiis adhaerere. ut legendo gesta eorum (Ioh. 20, 29.) proveniat eis, quod in euangelio veritas dicit: *Beati qui non viderunt, et crediderunt.* Nos[a] quod scimus scripsimus. unde portiunculam credimus aeternae beatitudinis affuturam; nobis autem id[b] dubium non est. quod similis[c] eorum vos expectet gloria. qui posse implere Dominum creditis in sanctis suis, quae scripta cognoscitis. Aggrediar igitur iam nunc. Domino adiuvante intercedentibusque beatissimi viri Betharii[d] meritis, decerpere redolentia suavitatis lilia floresque diversorum odorum. ut valeam nardum componere una ad levamen multorum ac perungere animarum facinora et repurgare secreta. Nam qui isto perungitur odore. potest comprehendere, quanta Dominus per servum suum dignatus est operari; sicut religiosa sanctorum testantur eloquia, ipsiusque declarant miracula, qualiter lucerna illumi- (cf. Matth. 5, 14. 15.) nata cunctis propinabat fidelibus lucem super montem sita[e], nec quiverat abscondi in valle tenebrosa, cui de caelo supplementum provenerat.

(2). Beatus igitur Betharius[a] urbis Romae oriundus fuit et secundum saeculi dignitatem nobili stemate procreatus, qui ab ipsis cunabulis[b] paene puerilibus philosophiae ecclesiasticis est eruditus in moribus. Denique[c] oraculo divino admonitus Carnotis urbem advenit. disponente Domino, ibidem nutriendus. Tunc namque temporis vir Domini beatae memoriae Pabolus[1] episcopus Carnotensium[d] regebat aecclesiam. Qui cernens bonae indolis puerum omni venustate fulcitum, intellexit, illum affore totius futurum aecclesiae profectum[e]. Pulsus enim divino instinctu, comam eius[f] sancti capitis abrasit et in servitium aecclesiastici ordinis devinxit. Erat namque in aetate puerili oboedientiae et humilitati deditus. ut a Spiritu sancto non dubitaretur esse repletus; quod postea rei probavit eventus. Litteris enim decentissime erat eruditus, urbanitate[g] decorabili ornate sublimatus[h] tantoque honore institutus doctor divinarum litterarum, ut magister totius Carnotinae esset civitatis.

(3). Cum autem, annis puerilibus transactis, adolescentiae metas transiret et die noctuque sancto insisteret proposito atque oboedientiam sibi commissam totis

Cap. 1. 3*a. b.* *Capp.* 2. 3. 1. 2.

Cap. 1. a) *ita* 3*a*; Nam 3*b*. b) *ita scripsi*; Nobis autem indubium *Boschius et e coni.* dubium. c) *ita* 3*b*; *om.* 3*a*. d) *ita constanter cod.* 3*b*; Both. *constanter* 3*a*. e) Sion 3*b*.

Cap. 2. a) Beharius *saepe* 1, *constanter* 2, *ubi add.* Carnotensis episcopus. b) pene c. puerulus ecclesiasticis est e. in m. Denique a parentibus philosophiae traditur. C. u. a. D. d. (*om.* ibidem) n. T. nempe t. 3*a. c.* c) Deneque 1, *corr.* d) Carnotensem 2. e) praefectum 3*c*. f) s. c. e. 2. g) urbanitatis 1. h) sub matus 1.

1) *Pappolus episcopus Carnotenus cum sibi paroecia Dunensis erepta atque Promoto episcopo tradita esset, a.* 573. *ad synodum Parisiensem litteras dedit (Concilia ed. Maassen I, p.* 146*), ut ille removeretur, id quod demum post Sigiberti mortem factum est: eidem quoque apud Gunthramnum episcopatum vindicanti a.* 584. *fortiter resistebat, ita ut propria tantum quae in territorio illo possidebat reciperet; cf. Greg., H. Fr. VII,* 17. *In concilio Matisconensi una cum episcopo Rothomagensi a.* 585. *petivit, ut actiones in libertos ecclesiis commendatos in iudicio episcopi neque ante magistratus instituerentur (Concilia l. l. p.* 167*), eodemque anno ad Merovechi, Chilperici regis filii, cadaver requirendum a Gunthramno missus est; cf. Greg., H. Fr. VIII,* 10.

viribus exornaret vitamque solitariam toto nisu arripere festinaret, humili cum devotione bonae memoriae Pabolo episcopo studuit indicare. At ille cernens eum caelesti inspiratione irradiatum, dedit ei potestatem in propria[a] tellure et paroechiam et locum, ubicumque vellet, sibi aedificare secretum. Qui, accepta licentia, tribus leugis a castello Blesianensium cellulam sibi propriis manibus aedificavit super fluviolum Sissa. Qui et ipse locus et basilica nomen eius accepit[1]; quam eodem tempore beatus Pabolus episcopus in honore beati Georgii martyris Christi consecravit. Qui etiam superno instinctu ammonitus, lubricae vitae discrimina perpendens, pro minuendis facinoribus tam pauperrimam quam[b] sibi felicissimam dotem eidem conferens asilo, pro amore Spiritus, qui septiformis esse cernitur, septem mansos ad cumulum suae salutis collatorum praediorum relargiendos disposuit. Ibique religionis gratia remotus, trahens longa suspiria pro aeterna felicitate adipiscenda, non diebus ac noctibus vacans a colloquiis divinis, commendabat Domino quod timebat.

(4). Tunc namque cernens sanctae memoriae praefatus Pabolus episcopus eius humilitatem atque crescentem totius boni[a] testimonii virum sibique adscitum, honus[b] ei archidiaconatus imposuit et curam rei familiaris et thesauros aecclesiae illi commisit. At ille ceu fidelissimus dispensator pecuniarum Domini sui, non gerens rudes vel infantiles sicuti quidam mores, sed stans maturus atque omni bonitate conspicuus, ministrabat erogando sibi a Deo talenta credita, ita ut de illo non dubitaretur a Domino dictum: *Euge, serve*[c] *bone et fidelis, supra multa te* Matth. 25, 21.
constituam. Sed quia Dominus desiderabilem nolebat diu occultare thesaurum, sed affore totius bonitatis exemplum, ita paene per cunctam provinciam fama[d] sanctitatis eius percrebruit[e], ut usque ad palatium regis Franciae rumor illius percurreret sanctitatis. Omnes enim summa cum devotione stupentes, gratias Deo referebant, qui adhuc tantam in iuventute florente contulit beatissimo Bethario gratiam. Quanta admirationis gratia, quanta cum excellentia possumus extollere tam magnum et gloriosissimum[f] virum? Non est[g] enim dubitandum, quod is[h] par sit beati Laurentii meritis, cuius sanctitas tanta fulget in saeculis, qui et utrique thesauros aecclesiae distribuerunt egenis[2].

(5). Eodem quoque tempore Lotharius rex secundus, filius Chilperici regis, cum regina[a] Fredegunde nomine regnabat[3] super gentem Francorum. Qui audiens famam beatissimi viri, suum constituit archicapellanum[4] et pignora multa sanctorum, quae secum deferebat, ut mos est regum, ditioni illius constituit, ut sanctus cum sanctis habitaret in custodia sanctitatis, et ut merito de illo diceretur: *Cum* 2. Reg. 22, 26.

Capp. 3—5. 1. 2.

Cap. 3. a) proprio 1. b) *ita scripsi*; quasi 1 *cum Boschio*; p. sed vere f. 2.

Cap. 4. a) bone 1. b) onus ei 2*; onus eius 1; ei honus 2. c) bonę servę 1. d) s. e. f. 2. e) percrebuit (1). f) religiosissimum 2. g) enim d. est 2. h) *ita scripsi*; inpar 1. 2 *cum Boschio.*

Cap. 5. a) regine *pr. m.* 1.

1) *Locus etiamnunc Saint-Bohaire (dép. Loir-et-Cher) vocatur ad rivum Cisse situs; ecclesiam aevi romanensis diligenter descripsit J. Laurand, 'Notice archéolog. sur l'église de Saint-Bohaire' ('Mém. de la soc. de l'Orléanais'* 1851, *p.* 367—373*).* 2) *Ambrosius, Offic. II,* 28: Laurentius aurum ecclesiae maluit erogare pauperibus quam persecutori asservare. 3) *Cf. L. h. Fr. c.* 35. 4) *Archicapellani officium aevo Merovingico incognitum (cf. Waitz. 'VG.' II,* 2, *p.* 82[3]*) ex Ludowici Pii tempore in usu habebatur; cf. Waitz l. l. III, p.* 520. *Praeterea Carnotenorum rex Chlotharius minime erat; v. infra.*

sancto sanctus eris. Suscepit namque officium sibi a rege commissum et erat gratus tam Deo quam hominibus. Virtutes quoque non modicas per eum tunc temporis Dominus ostendit, quas longum est nostro inserere opusculo; sed ad illud paginula tendit, qualiter sublimatus[a] ad gloriam fuit, sacerdos ordinatus.

(6). Praefatus igitur Pabolus episcopus ipso in tempore ab hac luce migravit

Atque animam superis felicem reddidit astris.

Tunc cunctus clerus et devotissimus Carnotensis populus divina inspiratione admonitus palatium pergit, aures regis tota fortitudine pulsat, scilicet petens, ut beatum Betharium sibi daret pastorem ac episcopum. Rex vero contristatus est super hoc negotio et omnes optimates illius, quia sicut angelum Domini venerabantur eum; verumtamen non distulit vota petentium, sed ilico explevit fidelium votum. Tunc iussu regis suorumque omnium optimatum Carnotensium aecclesiae suscepit principatum; directus[a] a palatio diversis honoribus a rege honoratur, mittitur a Christo fidelissimus aecclesiae dispensator, suscipitur devotissime diverso cum apparatu aecclesiastici ordinis in cathedra sacerdotali a christicolis Carnotensibus Dei pontifex Betharius. Coepit namque florere in studiis sanctissimis et quasi prudentissima apis populum sibi subiectum quasi ex maternali utero gubernare ac pascere non cessabat.

(7). Disposuimus adnectere huic scedulae, qualiter ornatum aecclesiae sibi commissae constituit, qualiterque illi per omnia cura hospitalitatis fuit, sed existimavimus, illud non necesse habere temptare honus, quia nimirum claret manifeste, ut, cuius sanctitatis tanta patuit ordinatio, et adimpletio bonae conversationis minime defuit. Ad hoc namque curavimus stilum volvere, ut passiones quas sustinuit pro desiderio caelestis paradysi et civibus Carnotensis aecclesiae possimus sagacius intimare.

(8). Eo namque tempore Lotharius, ut supra taxavimus, monarchiam[1] regni
L. h. Fr. c. 37. Francorum regebat. Theodericus vero rex in Burgundia tyrannicam exercebat potestatem adversus eum, qui consilio aviae suae Brunichildae[a] inpulsus, cum esset acerrimus ingenioque facilis, hostilem exercitum valde innumerabilem ex Burgundia et Alemannia atque Gothia[b] ceterisque gentibus contraxit et contra Lotharium, patruelem suum, perrexit. Lotharius econtra commovit exercitum; qui convenerunt in unum. Sed Lotharius fuga lapsus, usque[2] Perticam silvam venit. Theodericus vero Burgundionum rex acriter eum insequebatur, sed Lotharius Francorum rex fugam, ut diximus, iniit. Tandem Theodericus[c] eum non valens comprehendere, cuncta quae in regno eius erant vastans et incendio tradens, Carnotum[3] urbem

Capp. 5—8. 1. 2.
Cap. 5. a) sullimatus 2.
Cap. 6. a) d. enim a p. et d. h. a r. honoratus 2.
Cap. 8. a) Brunechilde 2. b) Scothia 1; Scotia 2*; a. G. *om.* 2. c) Teod. 1.

1) *Anno demum* 613. Chlotharium regem in totis tribus regnis in monarchiam elevaverunt *(L. h. Fr. c.* 40*), dum bellum de quo agitur a.* 599/600. *geritur.* 2) *L. h. Fr. c.* 37. *ita pergit:* secus fluvium Sequana Malitonensem castrum ingressus, postea Parisius penetravit. 3) *In L. h. Fr. c.* 37. *haec sequuntur:* usque Iscionam vicum, cum multa spolia reversus est. *Carnotenus autem pagus, qui et Perticensis vocabatur (Greg., Gl. Conf. c. 97), ad Gunthramni regnum (Greg., H. Fr. IX, 20) olim pertinuerat, idque post illius mortem primo Childeberto (Fred. IV, 14), deinde Theuderico ipsi (Fred. IV, 16) cessit. Cum igitur Chlotharius in Carnotena urbe minime regnaverit, totam obsidionis enarrationem a biographo confictam esse manifestum est.*

usque pervenit. Audiens autem, quod Carnotum civitas valde[a] munitissima esset, thesaurique regis Lotharii innumerabiles illic repositi essent atque viro Domini commendati, direxit[b] contra illam maximam exercitus suis partem. Veniensque innumerabilis exercitus ac barbara multitudo Carnotis, cupiebant comprehendere beatissimum Betharium anno ordinationis suae sexto. Tunc praedictus sacerdos una cum clero et populo infra muros civitatis conclusus, fortiter se defendere est conatus. Sed beatissimus vir, accepto[c] ab eis sacramento, ut nec ipse nec sui aliquid mali paterentur, credens fidem illorum, aperuit portas civitatis. Ilico autem ut patefecit aditum, invaserunt more[d] barbarico totam civitatem, devastantes omnia; de populo vero maxima multitudo corruit gladio.

(9). Cernens autem beatus Betharius interitum suae civitatis, dedit se periculo, mediis scilicet hostibus se inferens[a]: ut se solum perimerent, postulans, et populum innocentem ab incursionis nece dimitterent. Hostes autem ira commoti, loris manus eius sanctissimi ausi sunt alligare, secumque usque perduxerunt canes rabidi ad vicum qui vocatur Velimildis[b][1] cum omni iniuria super fluvium Audure. Habebant lupi itineris sui[c] socium, cuius indigni erant sentire suffragium. Sed cum esset[d] vir Domini plenus caritate, firmissimus fide, et nullatenus valeret mitigare furorem crudelissimae gentis, elegit consilium, ut pretium daret pro redemptione captivorum; sed unde daret, omnimodis non habebat, maxime cum ligatus loris fortissimis teneretur a perfidis nullaque[e] sui corporis parte in terra cerneretur habere potestatem. Mira dispositio affuit Dei omnipotentis: nam prece effusa ad Dominum pontifex, affuerunt sibi inpraesentiarum solidi quingenti. Quos videntes canini hostes abstulerunt et aliquantulam partem captivorum reddiderunt; ipsum vero sanctum virum usque ad praesentiam Theoderici regis perduxerunt. Interea unus e barbaris gentis ipsius conatus est abstrahere a sanctis manibus ipsius manicas[f], quod vulgo wantos[2] vocant, et suas tegere indignas. Sed subito divina affuit ultio: nam arreptus a daemonio, propriis dentibus semet ipsum coepit lacerare manusque suas rodendo truncare; et qui quondam praedo alterius extitit, crudeli nece semet ipsum interfecit. Videntes talia inimici, coeperunt lapidea corda emolliri[g] sua et famulo Domini omni devotione servire.

(10). Interea beatus Betharius pro plebe sua captus atque ligatus, usque ad regem Theodericum et Brunichildem[a] est deductus, a quibus tam crudelis exercitus fuerat destinatus. Videns autem rex et obtimates illius humilitatem seu sanctitatem sanctissimi viri, comperto, quod esset Dei electus, coeperunt illum venerari cum tremore divino; insuper etiam provoluti genibus eius, rogabant, ut dignaretur eos recipere suis in orationibus, qui etiam consensit et mox quod petebatur explevit. Credimus etiam, quod ideo Dominus servum suum cum tanta contumelia ante regem ire permisit, ut perfidi videntes humilitatem ipsius et cognoscentes sanctitatem eius a ferocitate se nimia mitigarent et captam praedam, quam iniuste tulerant, redderent. Quod ita factum fuit. Imperante namque Theoderico rege, redditur omnis captivitas praedaque magna thesaurique aecclesiae; insuper etiam aliis multis

Capp. 8—10. 1. 2.

Cap. 8. a) *om.* 2. b) direxerunt 2. c) accepta 1. d) mori 1.

Cap. 9. a) inserens 1. 2. b) Velimidis 2; Vilemeldis *Bosch.* c) *ita scripsi*; sci 1. 2. d) esse *pr. m.* 1. e) nullamque s. c. partem 1. 2. f) chirothecas *Bosch.* g) *ita* 1; s. emollire 2.

Cap. 10. a) Brunichildum 1; Brunechildem 2.

1) *Villemeux ad Eure fl. (dép. Eure-et-Loir).* 2) *Cf. V. Columb. c.* 15: tegumenta manuum, quos Galli wantos vocant.

muneribus a rege cunctisque optimatibus honoratus, revertitur ad propria, Christo propitiante, Carnotinae civitatis[a]. Unum vero silendum non est, quia iste vir sanctus in suis operibus non dissimilis fuit Paulino episcopo[1], qui semet ipsum pro redemptione suae plebis delegavit in servitium pauperculae mulieris.

(11). Accidit quoque illis in diebus, ut indiceretur synodale concilium apud Senonis[2] civitatem, atque[a] cum pervenisset cum ceteris clericis, coram pontificibus cum omni honore ibidem est susceptus. Per aliquod autem tempus illis ibidem commorantibus, innotuit viri Dei fama per loca circumquaque vicina. Tunc multi infirmi venientes ad illum, orationibus mox illius salvabantur; tantam enim gratiam Dominus illi concesserat exhortationis et doctrinae, ut quicumque venissent ad illum, verbum vitae audituri, ita recedebant illuminati lacrimisque perfusi, acsi caelitus fuissent iubare Christi inflammati. Interea dicamus unum illius de pluribus miraculum memoriae[b] nostrae insitum, ne videamur[c] lectori inferre[d] fastidium.

(12). Quidam vir erat in provincia illa secundum saeculi dignitatem praecipuus nomine Portagius, qui perditum habebat auditum aurium iam annis duobus. At ubi audivit famam beatissimi Betharii, devotus ad eum pervenit, atque eius provolutus genibus, coepit lacrimabiliter rogare, ut suis orationibus auditum recipere mereretur iam diu ablatum. Cuius precibus vir beatissimus attonitus coepit reluctari atque se indignum inclamare[a] huius operis esse. At ille fatebatur, non se recessurum, antequam ab eo auditum reciperet perditum. Quod ille audiens, valde
Marc. 9, 22. admiratus est fidem hominis. Tunc confisus[b] de illo qui dixit, quia *omnia possibilia sunt credenti,* signum crucis auribus eius impressit, atque ilico auditum quem amiserat recepit.

(13). Quadam etiam die cum beatissimus Betharius episcopus iaceret coram altari beatae semper virginis Mariae toto corpore prostratus, advenit illuc quaedam puella, plurimis iam annis vexationem patiens daemonis; sed mox ut vir Domini conspexit puellam a diro hoste torqueri, mox confugit ad nota praesidia orationum, et fixis genibus in terram, diutius oravit atque hostem invidum repulit, humani generis adversarium. Moxque sana facta, gratias agens Deo et beatissimo Bethario episcopo, rediit sana, quae longo tempore fuerat a[a] daemonio vexata.

(14). Duo item[a] caeci erant in eadem Carnotina[b] civitate, qui longo iam tempore praesentis vitae lumine caruerant. Qui adducti sunt ad beatum virum ex revelatione divina; viderant enim in somnis, a beatissimo Bethario episcopo sibi manus imponi visumque recipi. Sed mox ut ante conspectum viri Dei pervenerunt, coeperunt iterato clamare: 'Sancte praesul Bethari, redde nobis lumen, quia Dominus tuus ideo nos ad te destinavit'. Quod audiens beatissimus Betharius episcopus, admirans suspiciensque in caelum, ait lacrimabiliter ad illos: 'Si dominus

Capp. 10—14. 2.

Cap. 10. a) *desinit* 1, *quattuor foliis excisis.*
Cap. 11. a) ad quam c. *Boschius.* b) memoria nostra 2. c) videamus 2. d) ferre 2.
Cap. 12. a) *ita* 2 *cum Boschio*; reclamare 2*. b) fisus 2.
Cap. 13. a) a d. *om.* 2.
Cap. 14. a) *om.* 2. b) *ita* 2; *om. Boschius, qui in marg. adscr.: 'scilicet* Senonensi', *vix recte.*

1) *Paulinum Nolanum pro filio viduae captivo vicarium se tradidisse omnesque qui in captivitatem Wandalorum incurrerant cives suos liberasse enarravit Gregorius M., Dial. III,* 1 *(SS. rer. Langob. p.* 528*).* 2) *De hoc concilio praeterea nihil constat; cf. Maassen, Concilia I, p.* 184.

meus Iesus Christus misit vos ad me servum suum, in nomine illius praecipio vobis, ut aperiantur oculi vestri'. At illi, quasi evigilantes, sani sunt facti, nullius passionem oculorum habentes, et qui aliorum iuvamine illuc venerant, habentes proprios visus, ductores[a], Christo favente, ad propria sunt reversi incolumes.

(15). Plurima namque sunt miracula, quae per servum suum Dominus dignatus est ostendere in terra, sed ut non sit honerosa lectori prolixitas lectionis, sufficiat dixisse pauca de plurimis.

(16). Sed iam nunc ad istud stilum heu[a]! lacrimabiliter figamus, quomodo saeculo decessit pastor noster[a] piissimus. Cum autem Dominus ei funus sui transitus revelasset, longo iam senio fatigatum, quem semper munierat, et vellet a labore quiescere et reddere ei praemium caelestis patriae, ut qui diu sudaverat contra diabolum praeliando, sine fine perciperet quietem cum Christo regnandi, imposuit ei modicum iniuriae pondus. Convocatis* denique fratribus innotuit sui corporis resolutionem, et monens[b] eos, ut firmi et constantes persisterent in fide Christi, sicque percepto Christi viatico, flentibus populis[c], gaudentibus angelis, transiit ad Dominum in eadem urbe die primo Kalendarum Augustarum. Ante obitum[d] enim Aug. 1.
suum petiit a clericis, magnatis[e] vel sibi subditis, ut corpus eius transferretur in pagum Blesianum ad cellam [1] quam olim aedificaverat ob memoriam sui. Qui iussis eius oboedientes, cum magno apparatu corpus eius illuc transtulerunt humandum, ubi Christus infirmis plurima praestat virtutum beneficia. Recurrunt seduli ad ipsius sepulchrum non solum Carnotensis populus, verum etiam plebs universa, flagitantes ab illo divinum adesse auxilium, ut liberari mereantur a potestate inimica et pervenire ad caelestia regna, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum aeterno Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur Deus per infinita saeculorum saecula. Amen.

EXPLICIT VITA BEATI BETHARII EPISCOPI.

*) *Cod. 3a ita desinit:* Quid moror amplius? Quamquam lacrimae operiant oculos meos, ne valeant notare apiculos, tamen venit hora referendi exitus sanctissimi patris. Flentibus populis, gaudentibus sanctis, stipatus angelorum choris, penetravit caelestia cum Domino regnaturus per saecula. Exhortor omnes qui anhelant beatissimi istius sequi vestigia, ne separentur longitudinis terrarum spatio; indesinenter adhaereant pavimento, ubi sancta illius ossa quiescunt humata, recurrunt seduli ad ipsius sepulchrum, flagitantes ab illo divinum auxilium, ut, ipsius intercedentibus meritis, dominus Iesus Christus det omnibus fidelibus intelligentiam suae cognitionis, ut cum eo pariter cuncti sacerdotes et devotissimus populus, pretioso sanguine suo redemptus, aeternum mereantur conscendere regnum, ipso adiuvante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Capp. 14—16. 2.
Cap. 14. a) *om.* 2.
Cap. 16. a) *om.* 2. b) *ita* 2*; monuimus 2. c) *ita* 2; ipsis 2*. d) e. o. 2*. e) *ita* 2. 2*.

1) *De ea v. supra c.* 3.

VITAE
DESIDERII EPISCOPI VIENNENSIS.

Desiderius claro loco natus e parentibus Romanis, qui a primis cunabulis Deo eum sacraverant, cum esset puer bonae indolis, non solum litteras divinas, sed etiam grammaticam plenissime edocebatur, quam et ipse alios docebat episcopus creatus. Multarum urbium episcopatus qui ei offerebantur non accepit humilitatis causa[1]*; Viennensem autem potiorem sedem iniit non tam sua sponte quam impulsus multisque precibus exoptatus. Erat iam cum Arelatensi, Augustodunensi, Lugdunensi inter praestantiores ecclesiae Gallicanae episcopos, per quos papa Romanus perficienda curavit quae sibi in hac orbis parte emergebant negotia ecclesiastica. Quare non solum Augustinum in Britannias proficiscentem Candidumque presbyterum, rectorem patrimonioli ecclesiae Romanae in Galliis siti, a.* 596. *eis commendavit*[2] *qui sedi pontificali tunc praeerat Gregorius M., sed etiam de disciplina ecclesiastica reformanda a.* 599. *ad eosdem scripsit, ut, synodo congregata, simonia tolleretur conciliaque quotannis per paroecias deinceps instituerentur, neve laici officii divini ignari ad honorem episcopalem admitterentur, neve mulieres cum clericis habitarent*[3]. *Privatis Desiderii consiliis idem papa parum subveniebat, denique aperte obsistebat atque auctoritatem suam fortiter exercebat in subditum. Qui cum nihil antiquius haberet, quam ut privilegia ecclesiae suae olim concessa et imprimis pallii usum sibi confirmanda curaret, chartas rei testandae causa prius proferre iussus est*[4], *atque etiam intestinis dioeceseos Viennensis rebus papa sese inseruit, episcopum admonens, ne qui in monasterium se receperat Pancratium diaconum ad ecclesiae officium revocaret*[5]. *Studia eius non sine suspicione observabat: postquam multa bona de illis audivit, fama perlata est, episcopum litteris humanioribus nimis deditum 'grammaticam quibusdam exponere', unde vehementer commotus est, 'quia in uno se ore cum Iovis laudibus Christi laudes non capiunt', neque episcopum canere decet, 'quod nec laico religioso conveniat', cumque Desiderio quicquam postulanti primo minime defuisset, de concedendis iis quae ille iam poposcerat non ante cogitandum esse a.* 601. *rescripsit, quam perlata falsa fuisse neque petitorem 'nugis et saecularibus litteris studere constitisset'*[6]. *Quod quomodo cesserit minime constat. Interim homo politus non litteris solis vacasse videtur, nam ab Iusta matrona nobili stupri*[7] *a.* 602/3. *in concilio Cabillonensi*[8] *accusatus atque ab episcopis condemnatus est, sententia dicta, honore ecclesiastico privatum eum in monasterium in insula*[9] *quadam situm relegandum esse; subrogatur autem ei Domnolus episcopus. Huius ruinae auctores fuisse traduntur ab aliis Protadius maior domus*[10], *ab*

1) *Vita I, c.* 3. 2) *Greg., Reg. VI,* 52; *Jaffé n.* 1438 [2]. 3) *Greg. l. l. IX,* 218; *Jaffé n.* 1747 [2]. 4) *Greg. l. l. IX,* 220; *Jaffé n.* 1749 [2]. 5) *Greg. l. l. IX,* 157; *Jaffé n.* 1684 [2]. 6) *Greg. l. l. XI,* 34; *Jaffé n.* 1824 [2]. 7) *Vita I, c.* 4. 8) *Fred. IV,* 24. 9) *Livisio appellatur in Vita II, c.* 3. 10) *Vita I, c.* 8.

aliis Aridius episcopus Lugdunensis[1], *regnante Theuderico cum Brunechilde. Cum Protadius per seditionem militarem a.* 604/5. *interemptus esset*[2], *eodemque tempore et Iusta diem obiisset supremum, eorum morte rex reginaque perterriti, Desiderium ecclesiae Viennensi episcopum restituerunt, Domnulo expulso*[3]. *Gratia autem, quam sibi episcopus rediens in palatio recuperaverat, mox iterum concussa est: morum enim Theuderici atque Brunechildis censorem se gessisse videtur, eo scilicet consilio, ut utrumque converteret; illi e contrario comminantes spurcissimas in eum evomebant voces*[4] *sententiamque dixerunt adversarium pertinacem, moribus operibusque suis infestum, lapidibus ictum morte multandum esse*[5]. *Sunt qui Aridium episcopum Lugdunensem et huius consilii apud regem auctorem fuisse contendant*[6]. *Desiderius a lictoribus ex ecclesia ereptus*[7], *cum e lapidum ictibus feliciter evasisset, fuste percussus a.* 606/7. *interiit*[8], *id quod in territorio Lugdunensi ad Caleronam rivum eo loco accidisse fertur, qui hodie ex ipso sancto Saint-Didier-sur-Chalaronne appellatur*[9]. *Huius rei causa Theuderici regnum destructum esse creditum est*[6]: *rex enim postquam a.* 613. *obiit, filii iussu Chlotharii aut capti aut interfecti sunt atque Brunechildis crudelissimam mortem occubuit*[10]. *Desiderius, ad cuius sepulchrum mirae virtutes ostensae esse feruntur*[11], *die* 23. *Maii colitur fastisque illatus est Martyrologii Hieronymiani, etsi non eundem locum in utraque recensione occupat*[12]. *Sedem autem Viennensem Domnolus recuperavit, qui concilio Parisiensi a.* 614. *subscripsit*[13].

I.

Vita vel passio Desiderii vetustissima, sicut in praescriptione codicis Ovetensis legebatur, 'a Sisebuto rege' composita est, quem auctorem regnum Wisigothorum per annos 612—620. *p. Chr. tenuisse constat*[14]. *Rex ille Germanicus non solum bellicis virtutibus florebat, sed etiam scientia litterarum 'ex parte' imbutus erat, atque qui id testatur*[15] *Isidorus ut eo iubente de natura rerum librum conscripsit, ingenio eius laudem suam tribuens:* Dum, *inquit*[16], te praestantem ingenio facundiaque ac vario flore litterarum non nesciam; inpendis tamen amplius curam et quaedam ex rerum natura vel causis a me tibi efflagitas suffraganda, *sic item ab eo efflagitabat, ut carmen*[17] *quoddam conderet de luna. Hac occasione, quot ipse negotiis aut forensibus aut militaribus occupatus esset, poeta idem rex versus ad amicum feliciorem mittens cecinit ita:*

At nos congeries obnubit turbida rerum,
Ferrataeque premunt milleno milite curae,
Legicrepae tundunt, latrant fora, classica turbant.

1) *Fred. IV,* 24. 2) *Vita I, c.* 8; *cf. Fred. IV,* 27. 3) *Vita I, c.* 11. 4) *Ib. c.* 15. 5) *Ib. c.* 16. 6) *Fred. IV,* 32. 7) *Vita I, c.* 17. 8) *Ib. I, c.* 18; *cf. Fred. IV,* 32. 9) *Vita II, c.* 9. 10) *Vita I, c.* 19—21. 11) *Ib. I, c.* 22; *cf. Fred. IV,* 32. 12) *Nomen auctor Eptern.* (Vienna civi. Desideri episcopi) *inter martyres Hispanienses, inter Africanos auctor recentioris recensionis* (Passio sancti Desiderii episcopi et mar.) *posuit; cf. AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* 65. *Praeterea sanctus in Bernensi redit d.* 25. *Maii* (Et Vigenna passio sancti Desiderii ep. et m.). 13) *Concil. ed. Maassen I, p.* 190. *Domnulum 'Viennae inter senatores sophisticos ac iudices philosophicos' noluisse versari post Valesium (Not. Gall. p.* 603*) fere omnes (cf. Mermet, 'Hist. de Vienne' II,* 139; *Gall. christ. XVI, p.* 29*) scripserunt, non animadvertentes haec verba apud Gregorium, H. Fr. VI,* 9, *esse Domnoli episcopi Cenomanici atque ad Avennionem potius urbem spectare.* 14) *Cf. Dahn, 'Könige der Germanen' V, p.* 177—180. 15) *Hist. Gothorum, Auct. antiq. XI, p.* 291. 16) *Isid., De natura rerum, ed. Bekker.* 17) *Ed. Georgius Goetz, De Sisebuti carmine disputatio (Index scholarum hibernarum, Ienae* 1887*); Poetae lat. min. ed. Bährens V, p.* 357.

Extant etiam quinque epistulae ab eodem auctore dictatae[1], *quarum ultimam ad Adaloaldum regem Langobardorum adversus Arianam haeresim datam Vita ipsa Desiderii in codice Ovetensi excepit. Tumidum orationis genus, quod in his deprehendisse sibi visus est Goetzius, — nitidum autem ab aequalibus*[2] *existimabatur, — idem Vitae Desiderii proprium est:*

Siseb. ep. ad Caesarium (Ep. III, p. 665, *l.* 14*).*	*V. Desiderii c.* 18.
indignus] *lege*[3] indiguus *cum M* 1 *et editione Florez (ita etiam Siseb. carm. v.* 58: Augusti solis rutilum iubar, indiga lucis; *cf. glossam in cod. Vatic.* 1469, *saec. X. traditam:* Indiga commune trium generum est, id est indigua, unde et neutrum illud in prologo Sesebuti ad Ysidorum; *Goetz l. l. p. III).*	de bonis indigui.
(ib. l. 15*).*	*ib. c.* 7.
nostrum est, quem diligimus, totumque pandere votum.	eviscerabat humor luridus totamque pene caesariem (que *abundat*).
Siseb. ep. ad Theudilanem (ib. p. 670, *l.* 19*).*	*ib. c.* 4.
clamitosa (*lege* calamitosa) fragilitas.	calamitosa nequitia.
(ib. l. 35*).*	*ib. c.* 22.
communiterve *(i. e. simul).*	communiterve.
Siseb. ep. ad Adaloaldum (ib. p. 671, *l.* 25*).*	*ib. c.* 4.
sicut de conversis — substolimur, instar de adversis (*lege* aversis) — afficimur.	aversus conversis et conversus aversis.
(ib. l. 27*).*	*ib. c.* 2.
orta de stimate claro.	de stimate claro Romanis a parentibus ortus.
(ib. p. 672, *l.* 4*).*	*ib. c.* 17.
aethereis militare per matrem ecclesiam castris.	in castris militare invitatur aethereis.
(ib. l. 6*).*	*ib. c.* 4.
praespicua dignitas.	praespicua sanctitas.
(ib. l. 16*).*	*ib. c.* 11.
Immensas tunc calamitates et diversa penuria acerbissima, crebrius bella et quotidiana miseria, indigentia fruguum et pestifera vulnera hanc insolentius gentem retroacto tempore praessit.	nam calamitatum penurias et crebras pestilentiae clades insolentesque totius urbis procellas sancti viri praesentia — — suspendit, quas — — causa eius absentiae praessit.

1) *Ed. W. Gundlach, MG. Ep. III, p.* 662 *sqq.* 2) *Cf. Isid., Hist. Goth.:* Fuit autem eloquio nitidus, sententia doctus *(scil. Sisebutus).* 3) *Item in epistula Caesarii ad Sisebutum (Ep. III, p.* 667, *l.* 1*) lectio vera* concinni ratione *(cf. V. Desiderii c.* 6: concinnis oratio*) apparatui, perversa* (concium r.) *textui illata est.*

Siseb. ep. ad Adaloaldum (ib. p. 672, *l.* 28*).*	*V. Desiderii c.* 20.
caput virtutibus sublimatum — membra torpentia consequantur.	ut morbidum caput membra torpentia ad fugae praesidium sequeretur.
(ib. p. 673, *l.* 24*).*	*ib. c.* 1.
magis fortia quam falerata.	verbis onusto faleratis.
(ib. l. 38*).*	*ib. c.* 6.
regula — nullis fuscata tenebris.	veteres semper obfuscati tenebris.

De auctore huius Vitae si adhuc dubitaretur, collato sermone, omnes suspiciones ad vanum et irritum iam redactae sunt, cumque non solum dictiones singulae, sed etiam totae sententiae in epistula ad Adaloaldum redeant, vix sufficiet, ut idem auctor statuatur, nisi etiam conieceris, eodem fere tempore atque epistulam scriptis mandatam esse Vitam, i. e. inter a. 616 — 620.

Sisebutus ille, qui epistulam quam dixi adversus Arianam haeresim conscripsit, acerrimus erat ecclesiae catholicae propugnator neque verbis tantum, sed etiam factis pro fide sua pugnabat Iudaeorum persecutor [1]. *Eadem mente clericali V. Desiderii dictata est neque aliter partes hagiographi gerere videtur rex atque ii qui in hac arte semper versati erant. 'Pro imitatione praesentium, pro aedificatione hominum futurorum'* [2] *scribens, de sancto nihil enarrare poterat nisi bona; mala autem omnia adversariis eius reservavit. Consentaneum igitur erat, res quas ille pertulerat adversas insontem eum pertulisse, neque enim homo tantae sanctitatis credendus erat stuprum vel eiusmodi crimen commisisse; Theudericum autem regem Brunechildemque aviam eius, qui ipsi mortem intulisse feruntur, foedissimis conviciis auctor consectatus est, ut 'totius hominem stultitiae dignum et fautricem pessimarum artium, malis amicissimam'* [3], *quos 'non prodesse, sed obesse et magis perdere quam regere'* [4] *contendit, magnaque cum voluptate post martyris gloriosum finem perditorum exitus (c.* 19 — 21*) et imprimis saevissima anus tormenta descripsit. Et haec ex ipso Wisigothorum genere regio orta erat! Crudele illud auctoris odium in reginam affinitate propinquam, quod hodie capi vix potest, diutinis simultatibus commotum videtur esse, Gothosque iam Gundomari decessoris eius tempore partibus illis adversos fuisse ex epistulis Bulgarani comitis Septimaniae intellegitur* [5]. *Patet autem auctorem motibus animi adeo deditum ad historiam conscribendam minus idoneum fuisse, quaeque hic laudavit, illic vituperavit, ea diligenter examinanda esse, cum mores hominum sine ira et studio minime descripserit* [6]. *Attamen quae in regno finitimo acciderant singula 'fideli fama'* [7] *vel 'vulgata opinione'* [8] *facile comperiebat rex, resque quas enarravit magna ex parte ab aliis auctoribus comprobantur, nomenque eius, cuius fatum litteris mandavit, si forte silentio suppresserit, aliunde id commode suppleri potest* [9]. *Brevi V. Desiderii a Sisebuto rege conscripta quamvis maculis non careat, tamen inter monumenta historica illius aevi haud infimum locum obtinet quodque ad genus auctoris spectat fortasse summum.*

Codex Ovetensis, *per quem unicum Sisebuti liber ad nos pervenit, Pelagio episcopo a.* 1098. *consecrato attribuitur. Vita Desiderii epistulas eiusdem auctoris ibi excipiebat, ita ut testante Ambrosio de Morales haec sibi subsequerentur hoc ordine* [10]*:*

1) *Cf. Dahn, 'Könige der Germanen' V, p.* 177. *De Iudaeis eorumque mancipiis christianis leges Sisebutus sanxit (ed. Zeumer, Leges Visigoth. p.* 305 *sqq.).* 2) *Vita I, c.* 1. 3) *Ib. c.* 4. 4) *Ib. c.* 15. 5) *MG. Ep. III, p.* 677 *sqq.* 6) *Cuius stultitiam reprehendit Theuderici regis utilitatem laudavit Fredeg. IV,* 38. 7) *Vita I, c.* 1. 8) *Ib. c.* 21. 9) *Protadius maior domus subauditur in Vita I, c.* 8. 10) *'Noticias que escribió Ambrosio de Morales de lo contenido en el famoso Codice Ovetense de Don Pelayo Obispo de esta Sede' ('España Sagrada' Matriti* 1793, *XXXVIII, p.* 368*).*

Sisebuti ad Theudilanum *(MG. Ep. III, p.* 669*)*.

Sisebuti ad Valwaldum (*lege* ad Adalwaldum) regem Longobardorum *(ib. p.* 671*)*.

Vita et passio sancti Desiderii ab Sisebuto composita.

Tarrae oratio ad Reccaredum *(MG. Ep. III, p.* 676*)*.

Bulgari epistola ad episcopum Franciae *(ib. p.* 677*)*.

Codex pretiosissimus iam latet neque supersunt nisi apographa recentiora, scilicet haec:

1*a*) *Codex Matritensis bibliothecae nationalis F* 58, *quem saec. XVII. P. Ewald*[1] *attribuit, anno autem* 1572. *ipsius Ambrosii de Morales sive iussu seu cura Oveti exaratum esse censuit reverendissimus P. Fidelis Fita, fol.* 51'—56'. *V. Desiderii continet post epistulas Sisebuti, libri deperditi accurate servans ordinem. Amanuensis qui eum exaravit 'claro, pulchro, denso litterarum charactere, ut tum moris erat', utitur; marginibus autem Ambrosii manu notae adscriptae sunt.*

Librum intercedente bibliothecae praefecto accuratissime contulit J. Devolx advocatus Matritensis.

1*b*) *Codex Toletanus bibliothecae capitularis n.* 27. 24. *inter opuscula plurima, quae Ioannes Baptista Perez collegit canonicus et fabricae ecclesiae Toletanae praefectus a.* 1587 *sqq.*[2], *Vitam Desiderii (fol.* 77—82*) exhibet epistulis Wisigothicis subiectam neque eis insertam, sicut in* 1a. *Licet ultimae Mauricii monachi ad Agapium*[3] *haec subscripta sunt:* Hactenus ex codice Ovetensi, *tamen teste P. Ewald*[4] *Vitae eadem origo in praescriptione* (ex veteri codice Ovetensi) *asseritur, unde dubito, quin Toletanum ex* 1a *pendere recte coniecerit F. Fita. Is petente E. Dümmler Toletum profectus lectiones nonnullas exscripsit, ex quibus intellegitur, id quod apparatu quoque Floreziano confirmatur, librum altero* 1a *multo deteriorem esse; praeterea autem eundem cum hoc omnino convenire auctor noster testatur.*

2) *Codex Escurialensis b III,* 14, *chartaceus, formae quadratae, saec. XVI, V. Desiderii fol.* 104 *sqq. ante epistulas Wisigothicas continet depromptam, sicut post praescriptionem notatur,* ex vetustissimo foliorum membraneorum codice litteris Gothicis conscriptorum, qui in bibliotheca eclesiae Ovetensis aservatur[5]. *Lectio vera frequenter a correctore textui illata est.*

Contulit P. Ewald b. m.

3) *Codex Matritensis bibliothecae nationalis Dd* 104, *chartaceus saec. XVIII, post epistulas regulamque Fructuosi*[6] *fol.* 129 *sqq. V. Desiderii exhibet exscriptam e codice Ovetensi vel potius ex* 1*b collatamque cum libro* 1a.

Codices 1a. 2, *quorum collatio plena penes nos est, si ex exemplari Ovetensi accurate exscripti essent, alteruter ad textum emendandum sufficeret; nunc autem, cum modo hic, modo ille librarius dormitaverit, unumque per alterum emendari liceat:*

c. 4. malesanam] mala sanam 1*a*; malam sententiam 2;
c. 9. exegit] *recte* 1*a*; erexit 2;
c. 2. annos quos fas est doceri] *recte* 2; a. quo *cet.* 1*a*;
c. 4. spiritualibus] *recte* 2; specialibus 1*a*;
c. 14. summa] *recte* 2; sūm 1*a*,

neutro carere possumus. Praeter haec aliaque eiusmodi menda restant sat multa, quae cum in utroque libro deprehendantur ad exemplar ipsum referenda esse manifestum est. Haec aliqua ex parte ipse per coniecturam iam sustuleram, cum felici casu contigit, ut P. Fidelis Fita, quem, ut dixi, codicis 1b *conferendi causa E. Dümmler adierat, textum ad librum* 1a *recognitum coniecturisque emendatum sua sponte nobis transmitteret, unde*

1) *'N. Arch.' VI, p.* 303. 2) *Cf. Gundlach, 'N. Arch.' XVI, p.* 25. 3) *MG. Ep. III, p.* 686. 4) *'N. Arch.' VI, p.* 362. 5) *Ib. p.* 234. 6) *Ib. p.* 299.

viro humanissimo iustam ac debitam gratiam publice referri decet. Plurima autem menda ex scriptura continua orta esse videntur, qua delusus librarius non solum verba singula male distinxit, sed etiam litteras praetermisit, neque omnia ex legendo duci licet, sed restant nonnulla, quae ad dictandum referenda esse videntur. Depravationis genus multiplex ut cognoscatur, exempla nonnulla addere libet, in quibus sua cuique auctori propria coniectura adiudicata est:

c. 2. iuxta euangelicum (dictum *add. Fita*) victum.
c. 4. nocuit] *Fita;* docuit *codd.*
ib. hausit] *ego;* auxit *codd.*
ib. evomens] *ego;* (a)eque mens *codd.*
ib. dedecus] *Florez;* decus *codd.*
c. 6. obserando] observando *codd.*
c. 8. decerpitur] *ego;* decipitur *codd.*
c. 12. nobilitate meri] *Florez;* nobilitatem eri (æri 1*a*) *codd.*
c. 14. quae eminus] *ego;* quae minus *codd.*
c. 15. eloquium meminens] *ego;* eloquium eminens *codd.*
ib. donec] *ego;* non haec *codd.*
c. 18. maxillam] *Fita;* Masiliam 2; Marsiliam 1*a*.
c. 21. immanem anguis] *ego;* immane magis *codd.*
ib. Dehinc (caudis *deest*) sonipedum.

Attamen vehementer cavendum est, ne emendandi cura longius progrediatur et cum librariorum peccatis ea auctoris ipsius reformentur. Sisebutum enim regem 'ex parte' tantum eruditum fuisse ut Isidorus testatur, ita scripta ipsius confirmant ubique, sermoque multis oppositionibus conditus adeoque excultus, ut elegantia quaesita et fere distorta videatur esse[1]*, mendis grammaticis inquinatus est, quibus ne prima quidem elementa auctor satis firmiter tenuisse demonstratur*[2]. *Itaque si* praespicuus *pro* perspicuus *in Vita c.* 4. *legeris, noli illud immutare, nam apud eundem auctorem et in epistula ad Adaloaldum et in lege quadam Visigothica idem soloecismus occurrit, et similiter* praestringere *pro* perstringere *(Vita c.* 14*) eadem epistula confirmatur. Epistulis cum Vita comparatis,* qua *pro* quae, *quod etiam apud Gregorium Tur. frequenter legitur, auctori adiudicandum est, et quod ad rationem scribendi pertinet, litterae* v *et* b *inter se permutatae,* abtavit *pro* aptavit *aliaque ex apographis recentioribus admittenda esse videbantur.*

Editor unicus, H. Florez, 'España Sagrada', Matriti 1751, *tom. VII, p.* 337 —346 *(= Migne, Patrol. lat. LXXX, col.* 377—384*) codicem* 1a *secutus est, lectiones nonnullas* 1b *in tenui apparatu afferens; coniectura autem textui depravato raro subveniens et partim non recte, alias satis habuit lectorem monuisse hunc vel illum locum corruptum aut obscurum esse, plerumque ne id quidem fecit.*

A Theuderico atque Brunechilde non solum Desiderius, sed etiam Columbanus res adversas passus erat, huiusque biographus etiam de illius fatis referens, scilicet exilio eum primo damnatum multisque iniuriis afflictum, postremo autem martyrio coronatum esse, haec addidit: cuius gesta scripta habentur, quibus et quantis adversitatibus gloriosus apud Dominum meruit habere triumphos[3]. *Quaenam Desiderii gesta Ionas*

1) *E. gr. verba cohaerentia locis tam alienis frequenter posita sunt, ut vix colligi possint; cf. c.* 21: in vehendis animalibus ceteris rebus praestantior, *i. e.* in veh. rebus. 2) *Futurum* dicebunt *(MG. Ep. III, p.* 663,8*) librariis imputari non licet.* 3) *V. Columb. auct. Iona c.* 27.

intellexerit, ex hoc quidem loco decidi nequit; sed paulo infra (c. 29) Brunechildem asserens 'indomitorum equorum caudis inretitam' esse, fontem suum ipse indicasse videtur, nam vocabulum 'indomitorum' Sisebuti libri (c. 21) proprium est. Eodem etiam Florum subdiaconum Lugdunensem saec. IX. usum esse locus Martyrologii[1] *testatur hic:* X. Kal. Iun. Et in Vienna depositio sancti Desiderii episcopi, qui iussu Theodorici regis et Brunechildis reginae primo est lapidatus, et cum iam animam exhalaret, fuste in collum percussus et sic interemptus est *(= Vita I, c. 18).*

II.

Altera Desiderii Vita, quae recensionum posteriorum fons communis est, Bollandianorum cura indefessa e codicibus nuper eruta[2]*, item ab auctore aequali composita esse vult, qui ita se gessit, quasi primus martyris fata descripsisset, neque Sisebuti meminit usquam. Quod licet editores in dubium minime vocaverint, tamen quicumque Vitam illam cum praecedente comparaverit, de veritate auctoris longe aliter iudicabit. Is omnia caute removens, quae cum de sede Viennensi tum de honestate sancti quicquam derogare potuissent, neque quo ille accusabatur crimen commemoravit neque Iustam atque de 'pseudosacerdote Domnolo' altum fecit silentium. Mali autem quod Desiderius perpessus erat culpam omnem in unam Brunechildem transtulit, cuius fama apud posteros raptim decrescebat. Quae 'quantos quantasque in eius crimine instruxerit praemiis', lingua promi posse negavit manifesta veritatis superlatione, nam mulierem unicam instructam esse, Iustam scilicet, Sisebutus testatur ita:* Quae instructa in concilio questa est a beatissimo vi stuprum Desiderio esse sibi quondam inlatum. *Idem tria miracula, quae sancto exulanti attribuit alter biographus, post reditum potius posuit, ibique alterutrum a vero declinare manifestum est; differunt quoque cibi genere, de quo in altero miraculo agitur: cum autem credibilius sit, piscem per aquilam allatum esse (ita Vita I, 13) quam 'manna caeleste, avicula comportante' (ita Vita II, 4), cumque certo auctori eique aequali procul dubio maior fides accedat quam incerto, testimonium ad quod hic ea occasione appellavit, 'bonorum hominum, quorum hoc meruit vita cernere visu et absque dubietate contemplari auditu', falsum fictumque esse iudico, sed auctor mendax miracula ex Sisebuti libro deprompsit, retrorsumque rediens inverso ordine ea enarravit*[3]*, ne artificium suum perspiceretur. Testes praeterea excitavit in quarto miraculo (II, 6), quod in exilio contigisse Sisebutus consentit (I, 7), cunctum populum, de sancto morituro 'iaculatores' ipsos (II, 9). Librum autem suum eodem fere modo atque decessor ordinavit, dum 'ista'*[4]*, scilicet miracula, Dominus assidue operatur, ad reditum sancti ex exilio transiens, ipsoque interfecto, ad 'persecutorum' poenas*[5]*; sed fama virtutum apud eum ad solam Brunechildem pervenit, eamque solam persecutricem habuit neque persecutorum poenas rettulit nisi ipsius, dum Theudericum regem regnantem iusto iure priore loco commemorat atque utriusque mortem describit Sisebutus. Hic, qua de causa sanctus de exilio revocatus sit, optime mihi exposuisse videtur, scilicet regem reginamque morte Protadii Iustaeque perterritos, ne pari sententia multarentur, culpam praeteritam redemisse; alter autem biographus sola nocendi cupiditate Brunechildem incitatam esse asseruit, ut exulem revocaret. Quare iterum gratiam domus regiae sanctus amiserit, causam fuisse disciplinae ecclesiasticae verbis satis vagis indicavit Sisebutus*[6] *atque*

1) *AA. SS. Mart. II, p. XX.* 2) *Analecta Bolland., Bruxellae* 1890, *tom. IX, p.* 252—262. 3) *Utriusque Vitae capita sibi ita respondent: II,* 2 = *I,* 4. *II,* 3 = *I,* 14. *II,* 4 = *I,* 13. *II,* 5 = *I,* 12. *II,* 6 = *I,* 7. *II,* 7 = *I,* 8. 4) *Vita II,* 7; *cf. Vitam I,* 8: Ista Domino solita pietate praestante *et q. s.* 5) *Vita II,* 10. 14; *cf. Vitam I,* 19: restat, ut exitia perditorum obitumque narremus. 6) *Vita I,* 15.

hac de re auctor ignotus melius instructus videtur esse[1]; *attamen Theuderici luxuriam improbatam eumque ad coniugium legitimum ineundum admonitum esse, etiam Ionas in V. Columbani c.* 18. *rettulit, hunc sanctum asserens regis censorem fuisse neque Desiderium, atque uterque scriptor eiusmodi admonitionibus in virum Dei sive hunc sive illum instigatam esse contendit Brunechildem, uterque eam hac occasione appellavit Iezabel*[2]: *ut igitur a Sisebuto h. l. discedere videtur altera Vita, ita manifestum est ex altero fonte eam pendere. Denique rationis inter utramque Desiderii Vitam intercedentis luculentum argumentum ex descriptione mortis Brunechildis colligitur, ubi ad camelum spectans adiectivum 'tortuosus' legitur apud utrumque auctorem*[3].

Alter igitur biographus ad testes oculatos frustra provocavit, dum Sisebuti vestigia persequitur, multaque praetermisit aliaque aliter exposuit, non solum ut fraudem suam celaret, sed etiam ut gloriam sancti eo magis efferret, quo peius honori famaeque Brunechildis obtrectavisset[4].

Cum vero clericus Viennensis ille fuerit, id quod cum totus liber tum c. 19. *testatur, vel ex sua locorum peritia Vitae a peregrino conscriptae nonnulla addere poterat*[5], *sed ne in his quidem eius fidei cave nimium tribuas, nam quem 's u a e ecclesiae' c.* 18. *asseruit Fasinus ager inter possessiones litigiosas enumerabatur annoque demum* 815. *Viennensibus restitutus est. Corpus sancti postquam in vico Prisciniaco ab iniquis retentum 'praesenti tempore' curatione mirabili claruit (c.*11*), — omnes autem morbos ad ipsius sepulchrum sanandos esse auctor c.* 10—13. *exposuit, — 'transacto tertio anno, quarto adveniente' (c.* 16*) a fidelibus inventum atque permissu Chlotharii Viennam translatum esse fertur, ubi in ecclesia S. Petri extra urbem sita ab Aetherio episcopo depositum esset. Quae cum 'moderno tempore' gesta esse perhibeantur, huic narrationi, quae posteriorem Vitae partem (c.* 15—19*) occupat, fides ab eruditis habita est. Attamen Chlotharius anno demum* 613. *Burgundiam accepit atque insequenti etiamtunc Domnolus*[6] *sedi Viennensi praeerat inimicus sancti: is igitur, si vera essent quae biographus affirmavit, haud citius quam a.* 611. *occisus esset, id quod re vera statuit L. Duchesne*[7]. *Hunc autem calculum Fredegarius quattuor aut quinque annis praevertit, et disceptatur, utri maior fides accedat auctori. Biographus quod 'moderno tempore' actum esse asseruit, id paulo infra scripsit 'a generatione in generationem' nullum potuisse ignorare: mendacia igitur sua ipse prodidisse videtur 'peccator' ille, sicut se frequenter appellavit, vitaque Desiderii potius ad Sisebutum Fredegariumque quam ad hunc nebulonem describenda est.*

Sermo haud ita rudis mihi videtur esse, ut creditum est, quique menda quae ei insunt saeculo VII. ineunti convenire contenderit, ei chartas Pippini regis aliasque aevi Karolingici perlegere libeat, et fortasse resipiscet: sane de auctore agitur verboso tumidoque, qualem inter clerum Gallicanum vix ante saec. VIII. med. extitisse putarim, eumque in sermone Merovingico aliquid offendisse, ex elocutione 'chorus psallentium' (c. 17*) concludi licet.*

Codicibus iisdem quibus Bollandiani usi sumus, scilicet his:

1) *Codex* *P a r i s i e n s i s* *n.* 5365 *(olim Lemov.* 204, *deinde Reg.* 3594 $\frac{b}{1}$*), saec. XII,*

1) *Vita II,* 8. 2) *Ib.*: iam dictae Iezabel; *cf. c.* 2: secunda Iezabel = *V. Columb. c.* 18: secundae ut erat Zezabelis. 3) *Vita I, c.* 21: Est animal t o r t u o s u m, immanem anguis obtinens corpus; *Vita II,* 14: t o r t u o s u m (*lege* tortuoso) — suspensa camelo. 4) *Sisebuti historiam veritati magis respondere etiam G. Kurth, 'La reine Brunehaut' ('Revue des questions historiques'* 1891, *XXVI, p.* 59*), conclusit, quocum praeterea parum convenio.* 5) *Insulam ubi sanctus exulabat 'Livisio' (c.* 3*) appellavit locumque martyrii in territorio Lugdunensi ad Caleronam fluvium situm esse voluit (c.* 9*), scilicet Prisciniaci (c.* 11*).* 6) *Cf. concil. Paris. a.* 614; *Maassen, Concilia I, p.* 190. 7) *'Fastes épiscopaux' I, p.* 148.

fol. 17—18′, *iniuriam temporum passus et manu barbara violenter laesus est litteras initiales excidente.*

Codex Parisiensis n. 5306 *(Colb.* 775, *Reg.* 36$_4$54*), saec. XIV, fol.* 117—118′, *praecedente quidem deterior, sed ex ipso minime exscriptus est.*

Menda, quibus uterque liber ex eodem exemplari pendens inquinatus est, ope coniecturae nonnulla Bollandiani iam sustulerant, alia mihi emendare successit, haud pauca posteris restituenda relinquuntur. Denique si quis cum editione principe textum meum contulerit, collationibus inter se discrepantibus, mihi credat, cum posterior advenerim.

III.

Ado episcopus Viennensis Vitam Desiderii, 'sicut antiquis scriptis commendatur', in usum ecclesiae suae, ut bono patroni exemplo fratres filiique incitarentur, retractavit, ipsisque opusculum suum a. 870. *transmisit. Textu usus eodem, quem Bollandiani nuper repperernnt, brevitati admodum studuit sermonemque ubique immutavit: causas partim alias afferens, haud pauca ipse de suo adiecit. De Brunechilde fere inaudita narravit: mulierem illam senio gravatam libidine accensam fuisse sanctumque, quia eam reprimere et corrigere cupivisset, exilio multatum, cumque in sua opinione persisteret, occisum. Eius necem, sicut in chronico, partim verbis Sisebuti descripsit. In translatione sancti omnino nova exhibet, scilicet inter Viennenses et Lugdunenses piam altercationem exortam esse, cum hi carere nollent corpore quod illi requirerent, denique sanctum a civibus suis felici furto asportatum esse: quae quidem in vetustioribus Desiderii Vitis minime leguntur, sed de S. Martino similem altercationem Gregorius, H. Fr. I,* 48, *narravit, eamque manifestum est per Adonem in sanctum suum pia fraude transcriptam esse. Pro agro Fasiano decessore fortius dimicans, Desiderio eum asseruit ex materna paternaque hereditate sorte obvenisse atque ab ipso pauperibus ecclesiae Viennensis legatum esse testamento facto, ne quis voto ipsius refragari auderet: testamentum autem illud, quo possessio litigiosa tam luculente vindicari poterat, vehementer suspicor ad maiorem Dei gloriam confictum esse.*

Hanc Vitam eodem quo absolverat anno Ado monachis S. Galli reliquias Desiderii postulantibus una cum aliis sanctorum actis misit, id quod ex indiculo intellegitur Isoni attributo coniectura fortasse falsa, cum ille a. 871. *mortuus extremos vitae annos inter Sangallenses transegisse minime videatur*[1]. *Quicumque auctor est, indiculus ille, qui in codice primario (*1*) Vitam excipit, ad commercium librarium illius aevi illustrandum aliquid confert, unde illum hic exscribendum esse duxi:*

[INDICULUM[a] ISONIS].

Hanc autem passionem praefatus Ado episcopus nobis fratribus in coenobio Sancti Galli sub Grimaldo abbate Deo militantibus reliquiasque sancti Desiderii ab eo postulantibus cum ipsius aliorumque sanctorum reliquiis, actibus quoque et passionibus infra descriptis anno supra memorato per nuntios satis fideles dirigere curavit.

Nuntium illum fidelem fuisse Beroldum presbyterum ortu quidem Viennensem, sed in castro Turico postea residentem Notkerus in Martyrologio X. Kal. Iun. testatur[2], *de passione sancti breviter disserens haecque praefatus:* Nos iuxta scriptum, quod idem apostolicus vir *(scil. Ado)* anno ab incarnatione Domini DCCCLXX, indictione

a) I. I. *m. al. in versu vacuo scr.* 1.

1) *Cf. E. Dümmler, 'Das Formelbuch des Bischofs Salomo' p.* 104; *Wattenbach, 'GQ.' I, p.* 271[6]. 2) *Canisius, Lect. antiq. ed. Basnage II, III, p.* 130; *'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XXV, p.* 201.

tertia, per virum sanctissimum Beroldum presbyterum indigenam eorundem locorum, sed nunc in castro Turico Christi servitiis insistentem, cum reliquiis ipsius sancti martyris Desiderii et aliorum sanctorum pignoribus atque agonibus nobis in coenobio beati Galli constitutis direxit, pauca de eo summatim attingentes, earundem rerum ignaris insinuare curavimus.

Cum quae Adoni praesto fuerat Vita ipsa adhuc supersit, summa libri praetermissa, eas tantum partes edendas mihi esse duxi, quae propriae auctoris inventioni debentur, scilicet praefationem, translationem, epilogum. Has autem cum duobus codicibus contuli.

1) *Codex Sangallensis n.* 566. *tres libros non eodem tempore scriptos continet, quorum alter (p.* 97—326*) in calendario praefixo* '*collectariolum passionis sancti Desiderii*' *appellatur, exaratus saec. IX/X. Liber Adonis cum indiculo p.* 98—113. *occupat.*

2) *Codex Einsidlensis n.* 257, *saec. X, p.* 399—406, *qui et praefatione et epilogo caret, varia fata subiit: saec. XIV. cum a fratribus mutuati sunt, pignore dato, sicut m. coaeva in marg. inferiore p.* 426. *adnotavit* (Iste liber est monasterii loci Heremitarum, et dictum monasterium habet pro memoriali Gregorium super Ezechielem); *tempore autem revolutionis ex spoliis Einsidlensibus a milite quodam emptus in bibliothecam Caspari Schinz Turicensis transiit, qui eum a.* 1817. *monasterio restituit*[1].

Adonis librum unicus edidit Canisius, Lectiones antiquae VI, p. 441—452 *(= ed. Basnage, Antverpiae* 1725, *tom. II. pars III, p.* 4—8*) ad duos Sangallenses codices, unum antiquum (=* 1*), alterum vastae molis, quos exscripsit contulitque Iodocus Mezlerus S. Galli professus et SS. Canonum doctor, eamque editionem iteraverunt Surii successores (a.* 1618, *tom. II, p.* 119*) et Migne, Patrol. lat. CXXIII, col.* 435—442.

IV.

Duae quae restant Vitae Desiderii, cum casu quodam ante vetustiores impressae sint, indigna opinione fruuntur neque, sicut malim, ignorari iam licet ab oblivione sine merito vindicatas.

Passio sancti Desyderii episcopi *a Mombritio, Sanctuarium I (*1497*), p.* 220'—221', *edita ab insulsa fabula exorditur (incip.* Magna sanctorum praemia*), scilicet pulcherrima sancti forma Brunechildem reginam impudentissimam adeo instimulatam esse, ut ad actus venereos eum ipsum allicere voluisset, sed castissimum illecebris restitisse insontemque a muliere insimulatum et in insulam deportatum esse, ubi quattuor quos etiam Ado tradidit annos degisset. Praeter hoc exordium, quod vel Adonis mendacia exsuperat, Vita tota ex altera a Bollandianis reperta, servatis plerumque verbis, contracta est, quare ad textum illius emendandum locis nonnullis adhiberi poterat.*

Ultimus denique auctor, quem Godefridus Henschenius, Acta sanctorum, Antverpiae 1685, *Maii tom. V, p.* 252—253, *ex* '*veteri ms.*' *a P. Fr. Chiffletio erutum edidit (incip.* Hic vir sanctus in Augustudunensi civitate*), fontem Adonis se repperisse gavisus, non solum hunc expilavit vetustioremque biographum II, sed etiam, scriptis cuiuscumque generis conquisitis, chronicon Adonis adhibuit, quod secutus de prima sancti aetate reliquis fusius disputare poterat, epistulasque Gregorii M. Huic compilationi ex Adonis libro translatio (p.* 254—255*) sola ab editore subiecta est, qui partem reliquam ex illa pendere haud recte crediderit.*

B. Krusch.

1) *Schedulae codici praefixae manibus diversis haec inscripta sunt:* 1) Hic liber emptus a quodam milite Gallo Despresse dicto ex spoliis Einsidlensibus 12. Maii 1798; 2) A Domino Casparo Schinz Turicensi, filio Praesidis Directorii commercialis, donatus anno 1817, 3) ita P. Meinradus Käli testatur.

I.
VITA VEL PASSIO SANCTI DESIDERII A SISEBUTO REGE COMPOSITA.

(1).[a] Pro imitatione praesentium, pro aedificatione hominum futurorum, pro sanctis exercendis studiis succedentium temporum vitam sancti martyris scribere Desiderii[b] disposui, quaeque nostrae cognitioni fidelis fama innotuit, sicco magis stilo[c], quam verbis onusto faleratis innotui; quae adesse [nolo[d]], nobis flagitans Dominum adfuturum, qui faciendis virtutibus ei[e] nec immerito contulit potestatem, [ut[f]] torporem mentis ac linguae nostrae discutiens, ad enarrandum gestorum ordinem indignis nobis conferat facultatem.

(2). Hic vir de stimate claro Romanis a parentibus ortus, ab ipsis conabulis[a] Deo sacratus, nobilissimam satis trahebat prosapiem. Qui cum annos quos[b] fas est doceri contigisset legitimos, traditur ad studia[c] literarum, nec multa morula concrescente, sensus sui[d] vigore iam doctos[e] transcendens, plenissime grammatica[f] edocatus, divinas autoritates[g] mira celeritate retinendo explicuit. Fuit enim capacitate strenuus, recordatione memoriosus, ingenio animi acerrimus, loquacitate clarissimus, et quod his omnibus maius est, in omni sua actione compunctus, esurienti iuxta euangelicum [dictum[h]] victum[i], sitienti obtulit potum; praebuit infirmo carceratoque solatium, peregrino hospitium; nudo vestivit amictum. Non illum cunctis inimica elatio virtutibus extulit, non languida[k] temulentia sauciabit[l], non ciborum nimia praesumptio oneravit, non vorax libido corrupit, non fallax mendositas[2] demutavit, non cupiditas nocitura persuasit. Cumque talibus divino fabore[m] virtutibus polleret, et metas temporum pubertatis elapsus[n], iuveniles annos, non desideria carperet[o], fama bonum[1], opinione crescente, sparsit, et opera luminis a vero lumine condonata multis in regionibus corruscavit[m].

cf. Rom. 12, 20.

(3). Multarum denique urbium pro beneficiis populi[a] capiendis eum sibimet[b] episcopum[c] poposcerunt[d], qui reluctans tanti ministerii[e], ut se habet humilitas, imparem fore indignum[que[f]] se fatebatur. Tandem non [tam[g]] voluntarium, quam impulsum, multis praecibus exoptatum pontificem ecclesia Bienensis[h] promeruit. Quam susceptam, praedicatione cautissima removit ab[i] ira letigiosum, a mendositate fallacem, a rapacitate cupidum, a flagitiis libidinosum; temulentiam sobrietate edomuit, voracitatem abstinentia superavit, discordiam caritatis munere vicit, superbiam humilitate sincera compescuit; inertissimum vigilantia a torpore

I. Capp. 1—3. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 1. a) *numeri des. codd.* b) Desideri 1*a*. c) stillo 2. d) *ita scripsi;* innotui, quae ad. (*om.* n.) 1*a*; innotuit (*om.* q.) ad. (*om.* n.) 2; quae[rens] ad. nobis [et] *coni. Fita.* e) *in marg. suppl.* 2. f) *ita ego et Fita;* ut *om. codd.*

Cap. 2. a) *ita* 1*a*. b) *ita* 2; quo 1*a*. c) studium 1*b*. d) sibi, *exp.* bi *et in marg. corr.* sui 2; si 1*a*. e) doctus *codd.* f) grammaticae docatus (doctus *et in marg. corr.* |ucatus 2) 1*a*. 2. g) *ita* 1*a cum lege Sisebuti (ed. Zeumer p.* 306*)*; auct. *rell.* h) *ita Fita*; dictum *om. codd.* i) et *add.* 2. k) larguida 1*b*. l) *ita pr. m.* 1*a*. m) *ita* 1*a*. n) *ita ego et Fita*; elapsas *codd.* o) *ita coni. Fita*; caperet *codd.*

Cap. 3. a) *ita ego et Fita*; populis *codd.* b) sibi *in marg. corr.* sibimet 2. c) *ita* 2; episcopi *et add.* sanctum (*i. e.* episcm) 1*a*. d) poposcerent *corr.* poposcerunt 2; poposcerint 1*a*. e) *ita coni. Fita*; misterii 1*a*; mysterii 2. f) *ita scripsi*; que *om. codd.*; atque i. *coni. Fita.* g) *om. codd.; add. Florez.* h) *ita* 2; Vienensis 1*a*. i) *ita* 1*a*; rem. ablata (*in marg. corr.* ab | . . . .) 2.

1) *V. infra c.* 5: opinione vulgata, fama bonum tacere non potuit. 2) *I. q. fallacia; v. Ducange h. v.*

excussit; edocuit in[a] elemosinis esse largiores gratificis[b], in oratione compunctos, in amicitia fixos, in rebus diiudicandis[c] sollicitos, in omni semper actione discretos. Sed haec omnia exemplo magis quam verbis edocuit, sciens Dominum adfuturum non tam eloquia quaesiturum, quam opera.

(4). Ista dum, Christo concedente, geruntur, aversus[a] conversis et conversus aversis, inventor et amicus mortis ingemuit, atque contra militem Christi omni genere septus telorum, se ipsum pugnaturus invexit; nihil sane calliditas adversantis praevaluit, nihil virum Dei calamitosa nequitia nocuit[b], quem gratia redemptoris spiritualibus[c] armis armavit. Tandem spiritus nequam quendam pestiferae mentis hominem[1] viru[d] vipereo sauciavit, ad[e] concinnationes criminum in eius visceribus pocula venenata transfudit[f], quatenus os nefandum quod malignis sensibus hausit[g] adletam[h] Domini evomens[i] infamaret. Persuasit quosdam in suo nomine compares, et adversus famulum salvatoris talia fraudis documenta fraudator abtavit[k], regnante simul scilicet Theodorico, totius hominem stultitiae[2] dignum, et fautricem pessimarum artium, malis amicissimam Brunigildem. Quandam[l] pariter matronam conveniunt, quae erat prosapiae[m] nobilis, sed mente deformis, Iusta[n] vocabulo, turpis in acto[o], decus in nomine, sed dedecus[p] magis in opere, bonis indigua[q], nimium[r] de malis onusta, a veritate externa, a crimine numquam discreta. Quae instructa in concilio[3] quaesta est, a beatissimo vi[s] stuprum Desi- 602/3.
derio esse sibi quondam inlatum[t]; mirantibus cunctis, talibus in rebus fore Dei servum implicitum, criminationes[u] et obiecta commentitia adversus eum fore pensabant. Sed praesidentes sententiam contra insontem iuxta pridem machinationes abtatas[v] ausu temerario malesanam[w] dederunt[x], quem statim homines punituri ab honore pribatum[y] exilio ad monasterium[z] insula[4] religarunt[a]: cuius abiectio fuit summa felicitas, contumelia[b] praespicua[c] sanctitas, degradatio aeterna felicitas[d]. Subrogatur ei pseudosacerdos Domnolus quidem[e] nomine, servus quidem diabuli[f], et quantum vir Dei crescebat virtutibus copiosis, e contra actibus ille foedabatur[g] nefandis.

(5). In eo sane[a] monasterio cum beatam vitam beatus[b] degeret martyr, stipem mente flagitans pauper advenit, cuius ora ingenita silentia clauserant[c], et

I. Capp. 3—5. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 3. a) *in marg. add.* 2. b) *ita scripsi*; gratificos *codd.* c) diiudicandos 1*a*. 2 *(pr. m.)*.

Cap. 4. a) *ita* 2; adversus 1*a*. b) *ita coni. Fita*; docuit *codd.* c) *ita* 2; specialibus 1*a*. d) virus 1*a*. 2 *(pr. m.)*. e) *ita scripsi*; et *codd.* f) transfundit 1*a*. g) *ita scripsi*; auxit *codd.* h) *ita* 1*a*; atletum 2. i) *ita scripsi*; (a)eque mens *codd.*; aeque amens *coni. Fita.* k) *ita* 2. l) quēdam *corr.* quadam *et in marg.* quedam 2; quaedam 1*a*. m) prosapie 1*a*. n) Iuxta (*corr.* Iusta 1*a*) vocabulo (*corr.* vocabulum 2) 1*a*. 2. o) *corr.* actu 2. p) *ita Florez*; decus *codd.* q) *ita* 1*a*; indigna 2. r) nimirum *Florez.* s) *ita corr.* 2; vim 1*a*. 2 *(pr. m.)*; viro *coni. Fita.* t) *ita* 1*a*; iniactum 2. u) *ita scripsi*; criminatione sed o. (abiecta 1*a*) *codd.* v) *ita pr. m.* 1*a*. w) mala sanam 1*a*; malam sententiam 2. x) dederint 1*a*. y) *ita Florez*; privato 1*a*. 2. z) in *add. Fita.* a) religarint 1*a*. b) contumelium 2. c) *ita codd.; cf. Sisebuti ep. ad Adaloaldum:* praespicua dignitas, *et eius legem (Leges Visigoth. ed. Zeumer p.* 309*):* a Christi grege prespicuo. d) sublimitas *coni. Fita.* e) quidam *coni. Fita.* f) *ita* 1*a*, *ut infra (cf. Leges l. l.);* diaboli *rell.* g) f(o)edebatur *codd.*

Cap. 5. a) *pr. m. in marg.* 2. b) d. b. 2, *corr.* c) claustrant *in marg. corr.* |userunt 2.

1) *Sisebutum de Protadio cogitasse e c.* 8. *intellegitur; at Aridium episcopum Lugdunensem praeter Brunechildem accusavit Fred. IV,* 24. 2) *At v. Fred. IV,* 38: Lesio Mogancensis urbis episcopus diligens utiletatem Theuderici et odens stulticiam Theudeberti. 3) *Synodus Cabilloni a.* 602/3. *collecta est; cf. Fred. IV,* 24. 4) Livisio nomine *Vita II, c.* 3.

articulatae vocis officium perpetua taciturnitas obcelabat; quem Pater omnipotens praecem sui militis non omittens munere simul et idoneum eloquio fecit. Hoc nempe quod gestum est, opinione vulgata, fama bonum tacere non potuit, sed magis universa perlustrans ad multorum notitiam duxit. Unde factum[a] est[b], spe recuperandae salutis ad eum multitudo languentium curreret; nec[c] defuerunt beneficia[d] Domini ad sanandum, pro quibus Dei famulus salvatorem exoratus est Dominum.

(6). Sufficienter, ut opinor, de gratia sanitatum sermo generalis emicuit; sed ne concinnis oratio de nimia brevitate ianuam praescrutandi[a] obserando recludat, specialiter quaedam quacumque potui continuatione huic operi praenotandum studui. Quidam veteres semper obfuscati tenebris tempus obtinebant nocturnum et sine lumine vultum, quos miles dominicus, orrido tenebrarum velamine segregato, ad cupitum fulgidum lumen per Dei gratiam orans revocavit.

(7). Post[a] talia egritudinis[b] suae tres morbo oppressi leprosi medendi ad eum gratia convenerunt, quorum corpora albedo deformis invaserat, et vulnera[c] cicatricum artus infelicium obsidebant. Eratque fetor intolerabilis, et qualitas verticosa faciei nimis abundeque horribilis; eviscerabat humor luridus totamque[1] pene caesariem, et contagio[d] purulenta, amputatis pilis, turpiter radicibus traxit. Quas laborantium Dei servus morvidas[e] passiones removit et saluti propriae sanos hilaresque restituit.

(8). Ista Domino solita pietate praestante, auribus Theuderici[a] rumor populi pariterque Brunigildi inseruit, Dei famulum opulentis[b] virtutibus sublimatum, et munere potestatis omnigenae donum ei[c] curationis magis esse contraditum[d]. Statim trepidi maximoque timore perculsi, praescrutantes ante rei negotia, quaerunt, quatenus aut honor debitus redderetur spulso, vel permansio religationis[e] adderetur frustra damnato[f]. Cumque callida[g] pervestigatio totius misterii causam egre requireret, inventorem[2] magicae artis nefandi consilii, qui dudum Christi militem visus est condemnasse, ultio divina nec immerito condigna corripuit; de cuius detestabili exitu, calamo pingente, continuata narratione notavi. Haec pestilentiosa[h] persona ac infeliciter memoranda multis vitiis criminibusque tenebatur obnoxia; proprium illi tamen inter nefanda scelera cupiditas opum[i] et criminatio fuit: quae res ad necandum monstruosum opprobrium plebem maximam excitavit. Nam quoddam[k] in tempore, dum fautoris aspectibus sui Theuderici adstaret[l], tumultuari
604/5. interitu manu Burgundionum[m] decerpitur[n] frustratim; cadaver trucidatum passim

I. Capp. 5—8. 1*a. b.* 2.

Cap. 5. a) factus 2, *corr.* b) ut *add. Fita.* c) ne 2. d) benia 2.

Cap. 6. a) *ita scripsi*; praescrutantis observando *codd.*; perscrutantibus obserando *coni. Fita.*

Cap. 7. a) Ubi tres leprosi a sancto Desiderio sunt curati *praescr. Florez ex* 1*a*, *ubi haec aliaque manu Ambrosii de Morales marg. adscripta sunt.* b) egritutidinis 2. c) *ita scripsi*; vulneratiae atricum (*corr.* atritum 2) *codd.*; vulnera tetrica eorum *coni. Fita.* d) *ita* 1*a*; contagia (2). e) *ita* 2.

Cap. 8. a) Theudurici 2, *corr.* b) opulentibus 2, *corr.* c) *ita Florez*; et *codd.* d) contradictum *codd.* e) *ita* 2; releg. (1*a*). f) *ita e corr.* 1*a*; damnatio 1*a (pr. m.)*. 2. g) calida *codd.* h) pestiolentiosa 1*a*. i) *ita Florez*; opus *codd., quam lectionem Fita tuetur.* k) *ita* 1*a*. l) adstasset 2. m) *ita scripsi*; Burbundionum 1*a*; Barbundionum 2. n) *ita scripsi* (*v. infra c.* 21: corpus — frustatim decerpitur); decipitur et frustratim *(cf. Bonnet, 'Latin' p.* 176*) codd.*

1) Totusque *pro* totus*; cf. supra p.* 622. 2) *Intellegitur Protadius Theuderici maior domus, a.* 604/5. *a Burgundionibus interfectus, de cuius avaritia et iniquitate v. Fred. IV*, 27.

cruentumque relinquitur. Tali modo vitam animamque simul miser orrificam[a] perdidit et infernalibus claustris se ipsum periturus ultroneus miscuit.

(9). Quid de illa[a] — iniuste Iustam et iuste[b] dicam Iniustam, — quam[c] taliter cruentus ut vere propriam possessionem arripuit? Tempore eodem[d], quo iam memoratus[e] condigne est interemptus[f], condigne[g] spiritus malignus invasit, omnesque copiàs falsitatum, quas dudum abtaverat[h], a domicilio rursus idem vernula[i] funesto nimis exegit[k], cuius exactiva[1] professio isto modo prolata est: 'Cognosco crimen Dei[l] contra famulum machinatum, cognosco causam, cognosco magis sentiens et debitam poenam. Haec ultor omnipotens inventrici Brunigildi respondeat, has poenas restituat vindex, ac tormentorum dextera passiones conferat ultrix, cuius persuasio me ad interitum fumea[2] traxit: munus execrandum ad mortem, promissio ad nullam peritura[m] salutem'. At[n] ubi finem loquendi dedit, enectam suffocatamque cunctorum artifex vitiorum peremit secumque semper arsuram ultricibus conflagrantibus flammis invexit.

(10). Audientibus[a] de mortibus praefatorum[b], Brunigildis simulque Theodericus expavit[c]. Opinantes divino talia iudicio fieri vehementius terruerunt[d], ac ne compari animadversionis sententia mulctarentur, dissimulata[e] pietate praecipiunt, ut vir Dei qui frustra fuerat de ordine pontificali remotus, ad suam rursus accederet regendam ecclesiam exoptatus. Qui dum postulata minus annueret[f], sese permansurum ubi religatus[g] fuerat solidaret[3], iterum iterumque oblatis praecibus poposcerunt suam illis praesentiam non negare et concinnationes suarum fraudium animo clementi laxare. Pietas quippe sincera sincerum pectus emolluit[h], ac benevolentia[i] copiosa viam[k] Dei famulo regradanti[l] aperuit. At ubi vultibus infelicium idem beatissimus patuit, provoluti eius ad vestigia corruunt, sibique eum propitium nitebantur efficere, quem fraudulenta dudum religarant[m] damnatione, utque[n] expiatio tanti piaculi a noxa redderet alienos, quos funesta contagio[o] criminibus fore fecit implicitos. Ille autem facinus perpetratum animo clementi laxavit et iuxta sententiam Domini culpas debentium non retinuit, sed cf. Luc. 11, 4.
omissit[p].

(11). Subinde cum maximo commeatu, Domnulo[a] infeliciter pulso, ecclesia suum Bienensis exultans guvernatorem[b] suscepit. Gaudebant, medicum quod repperisset egrotus, solatium quod invenisset oppressus, alimentum quod iam teneret egenus: quid multa? Reddita sunt a Domino ecclesiae Bienensi copiosa[c] suffragia: nam calamitatum penurias et crebras pestilentiae clades insolentesque totius

I. Capp. 8—11. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 8. a) orrificum 2, *corr.*

Cap. 9. a) *ita* 2; illam 1*a*. b) Iustam *iteratur, sed delet.* 2. c) quem *codd.* d) (e. *om.*) q. i. memoratum c. (est i. c. *om.*) sp. 1*b*. e) memoratur 2. f) eam *add. Fita.* g) *ita* 1*a*; condignus 2. h) *ita* 2. i) *ita scripsi*; vernulo *codd.*; vernulus *Fita.* k) *ita* 1*a*; erexit 2. l) *ita* 1*a*; contra D. 2. m) *ita codd.*; perituram *Florez.* n) *om.* 1*b*.

Cap. 10. a) Audientes *coni. Fita.* b) pręfactorum 2. c) vehementer uterque *add. Fita.* d) tremuerunt *coni. Fita.* e) simulata *coni. Fita.* f) ac *add. Fita.* g) *ita* 1*a*; releg. (2). h) emoluit *codd.* i) beniv. 2. k) vitam 1*b*. l) *ita* 1*a*; regradienti *corr.* regredanti 2. m) relegarant 1*a*; religarunt *corr.* relegarunt 2. n) *ita scripsi*; atque *codd.* o) *ita Fita*; contagia *codd.* p) *ita* 1*a*; omisit (2); dimittimus *Vulg.*

Cap. 11. a) Domulo *in marg. corr.* Donnulo 2. b) *ita* 2. c) multa *in marg. corr.* copiosa 2.

1) *I. e. invita, extorta.* 2) *I. e. ventosa persuasio.* 3) *I. q. ratum et firmum reddere; cf. Forcellini h. v.*

urbis[a] procellas sancti viri praesentia, Domino miserante, suspendit, quas indubie, remoto pastore, causa eius absentiae praessit[b, 1].

(12). Tria sane de eius virtutibus, quamlibet[a] morbo inertiae languidus sermo laboret, enarrando institui. Dum quoddam[b] ad eum tempore gratia visitandi plebs maxima convenisset, hanc ex more cibo potuque reficerent imperavit, a ministro narratum est defecisse[c] plus magis concupitam speciem vini. Ocius vas illud, ubi talis iam licor defluxerat, sibimet praecepit ostendi[d]; quod crucis munimine praesignatum gratia salvatoris nobilitate[e] meri fraglantis repletum est. Sic turba conveniens benedictione simul et mystico potu refecta est.

(13). Rursus cum longa distractione suum corpus abstinentia maceraret[a] et carnium perceptionem[b] non pro immunditia, sed pro temperantia interiecto[c] tempore castigaret, consacerdos eius haut[d] procul ab urbe ad eum visitandi gratia venit. Erat inter eos de[e] divinis oraculis inter cetera familiare colloquium. At ecce[f]! ubi peragens spatia diurna Phebus[g] orarum transcenderat axem[2], tempusque refectionis legitimum immineret, subito, desecto aere, crepitantibus plumis rapidoque volatu aquila regina volucrum a partibus caeli fulgentis apparuit, quae pulmentum aquatile deferens, aequoreum pecus coram vultibus eorum exposuit. Quod maxima cum iucunditate[h] susceptum largitori Domino grates solventes[i] adclines[k] hilaresque sumpserunt.

(14). Ante quoddam[a] suae nobilis secutae[b] passionis tempore gestum est, ut lucernam manu[c] propria replens iuxta altarem[d] accenderet, quae, eminus[e] porrectas luminis astas, inradiat ac suae capacitatis[f] mensuram sine cuiuspiam adiectione[g] crescens[h] exuberat: licor sane exundantis olei summa ratione amplectitur, qui egritudinis[i] labores per Dei gratiam pellit[k] atque morbidas hominum[l] passiones salutem conferendo remobet[m]. Ista sane qua extenuatus sermo breviter summa[n] praestringere[o] potuit[p] de vita eius dixisse sufficiat.

(15). Nunc de passionibus eius, qualiter sanctam animam omnipotenti Domino consignavit, ut nostram ad notitiam ducta sunt, ipso suffragante, expediam. Cum non prodesse, sed obesse, et magis perdere quam regere Theudericus pariter et

I. Capp. 11—15. 1*a. b.* 2.

Cap. 11. a) urbi 1*a*. b) *ita* 1*a*.

Cap. 12. a) *ita Florez*; qualibet 1*a*; quomodolibet *corr.* quolibet 2. b) *ita* 1*a*. c) deficisse 1*a*. d) astendi 2. e) nobilitatem eri (æri 1*a*) *codd.*

Cap. 13. a) *ita* 1*a*; macerasset 2. b) *ita coni. Fita*; perceptione *codd.* c) intiecto 1*a*. d) aut 1*a*. e) *ita Florez; om. codd.* f) *ita coni. Fita*; adest ubi *codd.* g) Febus 1*a*. h) ioc. 1*a*. i) *ita* 1*a*; persolventes, *exp.* per 2. k) *in marg.* acclives 2.

Cap. 14. a) *ita codd.*; Ante haec quoddam miraculum suae *coni. Fita.* b) *ita scripsi*; secta *codd.*; in insula *coni. Fita (conferens Vitae II, c.* 3). c) *ita Fita cum Vita II, c.* 3; manibus propria (*corr.* propriis 2) *codd.* d) *ita* 1*a*; altare 2. e) *ita scripsi*; minus *codd.* f) *ita Florez*; captatis *codd.* g) abiectione 2; obiectione 1*a*. h) *ita in marg.* 2; cres 1*a*; crex 2; crescendo *coni. Fita.* i) (a)egritudines laboris *codd.* k) *ita Fita*; pellet *codd.* l) *ita corr.* 2; humanu 2 *(pr. m.)*; humanum 1*a*. m) *ita* 1*a*. n) *ita* 2; sūm 1*a*. o) *ita codd.*; *cf. Siseb. ep. ad Adaloaldum (MG. Ep. III, p.* 673, 23*)*: praestringat. p) potui *codd.*

1) *Cf. Sisebuti ep. ad Adaloaldum (MG. Ep. III, p.* 672*)*: Immensas tunc calamitates et diversa penuria acerbissima, crebrius bella et quotidiana miseria, indigentia frugum et pestifera vulnera hanc insolentius gentem retroacto tempore praessit.
2) *Cf. Verg., Aen. VI,* 535: Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium aetherio cursu traiecerat axem.

Brunigildis vitiis cernerentur infestis, atque labem[a] periurii reserati et foedera sacramenti deserti, mente sacrilega perfidi ad non esse pertenderent, nec[b] quippiam de flagitiis vel facinus remaneret, his Dei martyr malis inspector et pontifex more nempe prophetico clangore tubae personuit seseque[c] totum pro depellendis erroribus eorum invexit, quatenus Deo faceret proprios quos fecerat diabulus alienos, illud divinae auctoritatis eloquium meminens[d.1]: *Qui convertit impium, salvat* Iac. 5, 20. *animam eius et suorum multitudinem operiet[e] peccatorum.* Sed vasa irae fomesque cf. Rom. 9, 22. vitiorum ac frutex damnationis amara pro dulcia[f], pro lenibus aspera obtulit, pro cf. Eccli. 3, 30. salute medicamenta mortifera, obsidebatque pectus eorum truculentior hostis, et captivos in sua dictione tenebat callidissimus[g] serpens; nec[h] poterant liberis gressibus ad portum pervenire salutis, quos addixerat praedo funestus arctioribus vinclis[i]. Satiati tamen[k] de eius labilibus[l] poculis, coeperunt contra Dei famulum rabidos latrare sermones et verbis strepentibus comminantes[m] sporcissimas[n] evomere voces; sed martyrem Dei nec comminatio mortalium fregit, nec ira perfidorum emolluit[o], nec tempestas insanientium flexit: immobilem se obtulit in persecutionibus iustitia feriendum, donec[p] repromissum caperet a Domino regnum cf. Iac. 2, 5. aethereum.

(16). Huius inlibatam[a] inimicus constantiam humanitatis aspiciens, pectora qui[b] numquam Brunigildis[c] ac Theuderici deseruit, totum ut in proprio se domicilio[d] miscuit modoque imperativo in suum magis exitium[e] eos[f] sibi debitum impulit, pollicitus eis locum in poenis primum contradere, si a corporeis vinculis Christi militis animam possint extrahere. Extemplo noxialibus verbis os sacrilegum et in convitiis semper armatum statim impietatis genere sententiam oblatravit: Desiderium moribus nostris infestum et operibus inimicum, lapidum ictibus verberatum multoque genere poenarum afflictum, animadverti complacuit. Ocius ministri compares crimine tam nefandae praeceptionis edictum[g] nequiter impleturi[h] promittunt, auribus ab imperante quam[i] nequissime capiunt; nec[k] latuerunt Dei martyrem sui laboris certamina, qui praedestinatus, immo praemonitus a Domino [ad[l]] praemia coronae fuerat capienda.

(17). Hic cum praestolatum cerneret diem, ab infidorum subito manibus e gremio raptim ecclesiae tollitur, et quasi reos[a] indemnis occisurus ad supplicium[b] ducitur. Eratque ingentis populi fletus[c] intolerabilis tanti[d] pastoris abrogata caruisse remedia, his vocibus clamitantis[e]: 'Cur ovilem tuum pie deseris pater? Cur gregem perituram relinquis? Ne, quaesumus, luporum nos in faucibus mittas; ne oves tuae hactenus nectareis floribus suabitate[f] refectae mordacibus tribulis vepribusque falcatis laniemur, minus procurante pontifice! Certum quidem est, et vox cum divinis literis consona, quod sit absentia pastoris dispersio ovium, cuius cf. Matth. 9, 36. fit earum praesentia amplissimum beneficium. Nulla ratione patimur, te[g] nobis

I. Capp. 15—17. 1*a. b.* 2.

Cap. 15. a) labe *codd.* b) *ita* 1*a*; neque 2. c) *ita* 1*a*; sesequi 2; sese quod 1*b*. d) *ita scripsi*; eminens *codd.* e) *ita* 1*a*; operit 2. f) *ita codd.* g) calid. *Florez.* h) neque 2. i) vinculis *Florez.* k) *ita* 1*a*; de e. t. 2. l) lebilibus *codd.*; levibus *Florez.* m) comminentes *codd.* n) *corr.* spurc. 2. o) emoluit 2. p) *ita scripsi*; non haec *codd.*; ut per haec *coni. Florez.*

Cap. 16. a) inlibatum (*corr.* ill. 2) *codd.* b) *ita Florez*; qua 1*a*. 2; que 1*b*. c) *ita Fita*; Brunigildi *codd.* d) dominicilio 1*a*. e) exitum 2. f) *ita scripsi*; ius *codd.* g) editum 1*a*. h) implecturi *codd.* i) qua *codd.* k) neque 2. l) *ita Fita; om. codd.*

Cap. 17. a) reus indemnes (*corr.* indemnis 2) *codd.* b) supplitia 1*a*. c) flectus 2. d) tantae 1*a*. e) *ita Fita*; clamitantes *codd.* f) *ita* 2. g) et *corr.* te 2.

1) *De hoc participio v. Bonnet, 'Latin' p.* 437.

avelli, quibus pariter si negatur cupitam carpere vitam, subire tecum mortem liceat gloriosam'. His denique verbis placida sic verba beatus intulit martyr: 'Miranda quidem intentio, sed non laudanda devotio: si tartareae[a] nos portae[1] obsiderent Averni, si claustra niterentur[b] inferni obserare funerei[c], si crepitans invadere horrenda conaretur flamma baratri[d], spiritalibus armis inimicum acrius convenerat oppugnare; nunc quoniam in castris militare invitatur aethereis, cum radiantibus turmis angelicis, cum apostolis et apostolicis viris, cum fulgentibus martyrumque[e] catervis nostra vestra redditur universitas[f]: remeare sinite, flagito, pastorem vestrum, ad pastorem omnium pervenire pastorum, quo facilius, praecedente pontifice, grex inlibatus ad locum valeat pervenire paratum'.

(18). Sic ait, et ecce! subito rabientium stipata caterva furens advenit, homines funesti et vultu teterrimo, quorum erat frons torba[a], truces oculi, aspectus odibilis, motus horrendus; erantque mente sinistri, moribus pravi, lingua mendaces, verbis obsceni, foris turgidi, interius vacui, utrobique deformes, de bonis indigui, de pessimis opulenti, delictis obnoxei[b], inimici Dei, amici sane diabuli perpetui, ad mortem nimis ultronei. Horum execranda pernicies furore ministrante arma nequissimo rapuit, atque super martyrem Christi imbrem lapidum cor saxeum fudit: quae cum maxillam[c] praeterirent dira furentium iacula et in partem aliam cursum flecterent, silicum natura durissima ipseque fragor lapidationis Dei famulo famulatum exhiberet, et quamlibet non viventia, Deo tamen divinis legibus viventia cederent, humanum pectus mansit solummodo induratum, quod pronum in miseratione[d] fore potuit atque vicinum[e]. Qui cum animam exhalaret, idem arrepto
606/7. viri beata fusto[f] colla[g] confregit. Sic carneam[h] materiem anima deserens seseque a vinclis corporalibus exuens,

Victrix in astrigeris comitem commiscuit auris.

(19). Vitam obitumque simul impolitus, ut potuit, sermo Christi militis enarravit, qui quamlibet squalore nimio peritis imperitus[a] displiceat, omissa pompa verborum, humiliter sentientes credentesque novilitat[b]. Ergo sicut vitam, virtutes[c] et eius granditer gloriosum finem descripsimus, restat, ut exitia perditorum obitumque narremus. Cum Theudericus[d] deserens Deum, immo derelictus a Deo, percepto nuntio, Christi de famulo exultaret, desinterico morbo correptus, vitam
613. foedissimam perdidit et amicam sibi mortem perpetuam acquisivit.

(20). Amissit[a] perdita Brunigildis peritura solatia atque formidans[b] torquebatur intrinsecus indice conscientia, quatenus quam[c] culpae qualitas extulit in scelere perpetrato, vindicta consequens posceret[d] acrius in tormentis excruciando. Ista secum atra mente dum volveret[e], bellum contra finitimam gentem indixit[2].

I. Capp. 17—20. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 17. a) tartareas (tartareus 1*a*) nos portas obsiderent caverni *codd.*; tartareae nos portae obsiderent crudelis Averni *coni. Fita.* b) miterentur 1*a*. c) fune||funerei 1*a*; funeri 1*b*. d) baratrum 1*a*. e) martyrum virginumque *coni. Fita.* f) u. r. *in marg. suppl.* 2.

Cap. 18. a) *ita* 1*a*. b) *corr.* obnoxii 2. c) *ita coni. Fita*; Masiliam 2; Marsiliam 1*a*. d) ministratione *in marg. corr.* ... |eratione 2. e) *ita Fita*; atque evicinum *codd.* f) *ita codd.* g) *bis scr.* 1*a*. h) *ita scripsi*; carnea materiae (matrię 2) animam *codd.*

Cap. 19. a) *ita Fita*; imperite *codd.* b) *ita pr. m.* 2. c) virtutis 2. d) Theciderius·1*b*.

Cap. 20. a) *ita* 1*a*. b) fomidans 1*a*. c) *ita Fita*; quem *codd.* d) *ita scripsi*; pasceret *codd.* e) volverat 1*a*.

1) Portae inferi *(Matth.* 16, 18*) i. e. potestas inferorum; cf. Forcellini s. v. porta.*

2) *Brunechildis contra Chlotharium bellum movit, quia ille regnum filiis Theuderici relictum ingressus erat, cumque in territorio Catalaunensi convenissent, pars reginae proditione terga dedit; cf. Fred. IV,* 40 *sqq.*

At ubi tempus certamini patuit et [e[a]] diverso stipata caterba[b] conflixit, divinus[c] siquidem terror partem pessimae mulieris invasit[d]. Unde factum est, ut morbidum caput membra torpentia ad[e] fugae praesidium sequeretur: sic passim ante faciem hostium evagans[f] primum, ab hostibus hostis regulae christianae et totius criminis artifex capta est.

(21). De cuius interitu qua[a] vulgata opinione[b] comperimus dicere non pigebit. Est animal tortuosum[1], immanem[c] anguis obtinens corpus, habens et naturaliter quosdam anfractus: summitas licet dorsi turgentior atque collectior[d] celsiorem artubus[e] reliquis obtinet[f] locum, oneri satis abundeque aptissimum et in vehendis animalibus ceteris rebus praestantior[g]. In huius centri fastigium vestibus detecta antefata sustollitur coramque vultibus hostium ignominiose[h] deducitur; aliquamdiu foedissimum expectantibus miraculum tribuit. Dehinc [caudis[i]] sonipedum indomitorum arctatur atque per invia fragosaque[k] loca raptatur: sic equis ferventibus corpus iam senio maceratum frustatim decerpitur, ac divaricata[l] passim sine nomine membra cruentaque laxantur. Taliter terrena materiae[m] anima resoluta perpetuisque poenis nec immerito relegata, tenetur piceis arsura bullientibus undis.

(22). Maior haec prosecutio occurrentibus latiorque causis evasit; sed ne fastidiosis de sua prolixitate displiceat, modica nectentes amodo de nomine[a, 2] terminum finemque ponamus, communiterve cunctos efflagitantes[b], né pigerrime velint accipere, qua dominus noster Iesus Christus non piguit per suum martyrem condonare[c]. Ad cuius venerantissimum corpus[3] tanta Christus[d] confert[e] copia sanitatum: quacumque[f] fuerit quispiam egritudine convexatus vel devilitate[g] corporis deturpatus, statim[h] divinum nomen illic toto corde poposcerit, omnes a se morbos discutiens[i] totamque maculam pellens, sanus hilarisque ad concupitam[k] per Dei gratiam pervenit sanitatem, unum[l] in Trinitate Dominum[m] semperque manentem, qui mihi vitam indignissimo[n] prosequenti conferat sempiternam et audientibus vobis gratiam tribuat copiosam.

EXPLICIT.

I. Capp. 20—22. 1*a*. *b*. 2.

Cap. 20. a) *ita ego et Fita*; *om. codd.* b) *ita* 1*a*. c) *ita ego et Fita*; divino s. (seq. 2) *codd.* d) invassit *et infra* evassit 1*a*. e) a fuge *codd.* f) *ita coni. Fita*; evagantes *codd.*

Cap. 21. a) quae (1*a*). b) opione 1*a*. c) *ita scripsi*; immane magis *codd.* d) *ita scripsi*; collecto *codd.*; collecta *Fita*. e) ártobus 1*a*; arto 2, *corr.* f) obtinent 2, *corr.* g) praestantiorem *coni. Fita*. h) innominiose 2. i) *ita scripsi (cf. V. Colomb. c.* 29: postque indomitorum equorum caudis inretitam); *om. codd.*; caudis *post* indomitorum *inseruit Fita*. k) fragrosaque 2. l) divaricatas passim 1*a*; divaricatus parsim 2. m) matriae 2.

Cap. 22. a) *ita scripsi*; denominat *codd.* b) efflagitans *codd.* c) condemnare 1*b*. d) Chris 2. e) *ita* 2; conferet 1*a*. f) cuacumque 1*a*. g) *ita* 1*a*. h) si *add. Fita*. i) discutiers 2. k) cupitam 1*a*. l) *scribas* uno in Tr. Domino s. q. manente. m) *ita* 1*a*; Deum 2. n) haec *add. Fita*.

1) *Cf. Fred. IV*, 42: iobetque eam *(scil. Brunechildem)* prius camillum per omne exercito sedentem perducere. 2) *Nomen apud scriptores ecclesiasticos pro Christo et professione christiana accipitur; cf. Forcellini h. v.* 3) *De miraculis ad sepulchrum patratis etiam Fred. IV*, 32, *rettulit.*

II.

INCIPIT[a] PASSIO SANCTI DESIDERII EPISCOPI ET MARTYRIS[b].

(1).[c] Inter diversa[d] confessorum miracula hac victorias martyrum paene totus scit[e] mundus per infinita gloriosa certamina, Deo largiente, refertus[f], quantum in finem saeculi post adventum redemptoris et Domini peragens cursum, novum martirem[g] apud nomine christianos summum pastorem et clementissimum sacerdotem Desiderium nomine nostris[h] invenitur temporibus martirium[i] pertulisse; de cuius utcumque[k] palmam victoriae vellem de plurima pauca disserere, si fas esset quidem[l] mole peccaminum circumseptis[m] iter dicendi arripere. Igitur cum indignus digna optem prosequere, et viri sancti supplicum intercessione iubatus[n], gradatim velim, Christo praestolante, disserere[o], tandem Domino iuvante[p] nequivi desistere, quousque ad confessionis eius insignia deberem, in quo posse[q] extiterit, animo devoto pertendere[r] et ipsius martyrii palmam audientibus cunctis humillima[s] prece adstruere. Cuius virtute[t] et merito, immo[u] ipsius martyrii et confessionis certamine, si per[v] ordinem temptem praesentem ecclesiae peccator congregationibus disputare, nimirum est perpensandum, aut circumstantibus praesens lectio fastidium generet[w], aut[x] per longinquitatem sermonis oblivio desidiosis occurrat.

(2). Et quidem ipse sanctus et incomparabilis, apostolorum ordinem decoratus[a], vir egregius ac nimia eruditione universae bibliotecae[b] politus, venerabilis antestis[c] Desiderius nomine, cuius[d] nullus dogmatum venas huius scientiae vas potuit preterire[e], eloquium supernae[f] pietatis admonitus olim, se[g] Deo hostiam voluisset[h] offerre, tunc usurpata daemonio secunda Iezabel[i, 1] nostris est suscitata[k] temporibus et[l], dum se sub specie Christum diceret[m] confitere, non unum in Christo christianos[n] suis temporibus fecit crucifigi. Inter cetera durum[o] et nefandum censeo[p], si de sancti[q] et incomparabilis[r] ipsius viri confessionem pauca in tempore minime[s] incipiam explicare. Nam Iezabel illa superius nominata quam teste[t] mundo sequipeda est malitiae[u] super ipsius sancti confessoris persecutione[v] ex falsitate reperta[w], quantos quantasque in eius crimine et[x] instruxit premiis et, ut dicerent, duxit[y] invitus, quis aut ore[z] valeat aut tantum mali lingua promere

II. Capp. 1. 2. 1. 2.

Cap. 1. a) *om.* 2. b) qui passus est sub Theodorice rege x. kl. maii *add.* 2. c) *numeri des. codd.* d) diversas 1. e) *ita coni. Boll.*; sit *codd.*; exultat *Mombr.* f) *ita coni. Boll.*; repertus *codd.* g) martiri 2. h) *ita coni. Boll.*; *pro* nostris *habent* a xpianis 1, nisi 2; ultimis saeculis, hoc est nostris temp. *Mombr.* i) martirum *codd.* k) *ita Boll.*; utrumque *codd.* l) quidam mola 2. m) *ita scripsi*; circumsepti *codd.*; circumseptum *Boll.* n) *ita* 1 *(pr. m.).* 2. o) *ita scripsi*; discere 1; discernere 2; dicere *Boll.* p) iuvantem nequi 2. q) p. exuterit 1; possis existere 2. r) *ita scripsi*; praetendere *codd.* s) humillimam precem 2. t) virtutem 2. u) ympno 2. v) *ita scripsi*; pro ordine t. pr. 1; pro ordinem temptatum pr. 2; pro ordine t. in praesentia *Boll.* w) generans 2. x) ut 2.

Cap. 2. a) decollatus 2. b) biblioteca 1; bibliocete 2. c) *ita* 2; antistes 1. d) *ita scripsi*; cui nullius *codd.* e) cum per *add. Boll.* f) superna pietate adnitus 1. g) sed eo 2. h) *ita* 1; voluisse 2. i) *ita* 1; Gezabel *saepe* 2. k) *ita Boll.*; sciscitata 1; sciscitata 2. l) *ita scripsi*; ut *codd.* m) d. confiteri 1; dicere confitere 2. n) *ita codd.; v. infra c.* 6: non unum — — fuisse sanatus. o) dirum *Boll.* p) *ita scripsi (cf. infra p.* 639, *l.* 8*)*; censeo fide s. 1; censere hoc fide de s. 2; scelus hoc perfidae de s. *Boll.* q) sanctis 1. r) increpabilis 2. s) minimo *Boll.* t) testem 2. u) in elancie 2. v) persecutionis 2. w) reperte 2. x) *om.* 2. y) *ita* 2; dixit invitos 1. z) *ita scripsi* (*cf. infra c.* 14: nec lingua — nec ore); auctore *codd.*; narrare *Boll.*

1) *Ionas, V. Columb. c.* 18: mentem Brunichildis aviae, secundae ut erat Zezabelis, antiquus anguis adiit.

possit? Quid illius impietas[a], inmensa[b] magestas, qui se et testem tribuit et iudicem adsignavit? In illo[c] ostendit merita, per quem praeparavit multis esse vindictam. Quid plura? Sanctum Dei virum imminente[d] perfidia tyrannidis, cum fratres et socii formidarent[e] diabolum[f], cuius superius fecimus mentione[g], in nece et morte eius persistere, ex falsitate adstruentium dampnatio iusti consentitur[h] a fratribus.

(3). Sed mox ut deputatur exilio, Christi[a] gratia comitante, ingressus est paradiso[b]. Cuius loci dignitatem et ordinem onerosum me censeo subportare[c], si vestris, ut votus[d] postulat, minime[d*] audeam auribus adsignare[e], cum tantas[f] ibidem [Dominus[g]], sancti ipsius Desiderii intercessione placatus, et operasset[h] virtutes assidue et sine intermissione per eius viri memoriam videatur in omnibus operare. Cumque ipsius insulae Livisio[i, 1] nomine vir[k] christianissimus superius dictus crederetur a perfidis esse retrusus, tantam ibidem Dominus cecindele[l], quem ingressus manu propria credidit accendendum[m], dignatus est ostendere gratiam, ut a die dominico, Christi Dei misericordia[n] concedente, [sicut[o]] singillatim per singulos alios venientes cunctis est patefactum, nec oleum minuit usque in praefinitum tempus nec assidue lucere desivit. Sed statim ut ipse pontifex suum ex more, ut consueverat, perageret cursum, ita[p] ipse cecindelis[q] in plenitudine vertebatur, [ut[o]], cum indesinenter arderet quantum acceperat, cunctis videntibus[r], sanctus ille oleus[s] colligeretur assidue. Nullus fuit a turba petenti, cuiusvis fuisset corpus inaequalitate[t] iactatus aut inpulsu[u] adversitatis[v] temptatus, qui ut meruit ipsius sancti ab ipso pontifice olei liquore[w] perungi[x], quod non et sanitati pristinae et summae incolomitati fuisset protinus restitutus.

(4). Nam et hoc nullus fabulosum censeat esse, [si[a]] antefatum bonitatis[b] virum militantem in Christo, ut Antonius meruit, aviculam[c] comportantem, manna caeleste patuit fuisse refectum. Nam et hoc[d] relatione bonorum hominum, quorum hoc meruit vita cernere visu et absque dubietate[e] contemplare auditu[f], me peccatorem peccati macula subiacentem[g] constitit[h] cognovisse.

(5). Cum a Deo timentibus in poculo fuisset[a] baccos[b] oblatus, hac vas ille ferme quatuor urnas[c, 2] vix potuisset[d] accipere, et exinde[e] longo tempore universis venientibus fuisset convivus praeparatus, atque dierum spatia longa viderentur habere transgressa, nec se existimarent unius[f] exinde refecturi refectionem iam posse post tantam unitatem excipere[g], unus ex vernaculis, ymbre lacrimarum ora perfusus, ad refectorium properat, suam[h] valde dolentem iniuriam, ipsi pontifici[i]

II. Capp. 2—5. 1. 2.

Cap. 2. a) pietas 2. b) i. maiestas 1; inmense magestas 2. c) illa 2. d) *ita scripsi*; eminente *codd.* e) formidarem 1. f) diabolo 2. g) *ita* 1; mencionem 2. h) consensitur 2.

Cap. 3. a) Christo, *om.* gr. 2. b) *ita* 2; paradisum 1. c) subportaret 2. d) *ita* 1; notus 2. d*) *ita scripsi, collato loco p.* 638, *l.* 26; indignus *codd.* e) adsignaret 2. f) *ita* 2; cantas 1; Christus *Boll.* g) ibidem dns sancti *scripsi*; dns *om. codd.: v. infra l.* 13. tantam ibidem Dominus. h) operas et v. 2. i) Visio 2. k) *ita* 2; vix 1. l) cecindelem 1. m) dum *add.* 1. n) misericordiam 1. o) *om. codd.* p) ut *add.* 2. q) cecinderet 2. r) videntis 2; advenientibus *Mombr.* s) oleos 2. t) nequalitate 2. u) impulso 2. v) adversitate *codd.* w) liquoris *codd.* x) perungui 2.

Cap. 4. a) si *om. codd.* b) benignitatis 2. c) avicula 2. d) ex *add.* 2. e) dubitate 2. f) auditum 1. g) maculas subiacentem *Boll.*; maculas ubi iacentem *codd.* h) c. c. *om.* 2.

Cap. 5. a) fuisse 2. b) *ita* 2; bacco 1. c) ornes 2. d) possit 2. e) et hec inde 2. f) Unus 2. g) *ita* 1; accipere 2. h) sua v. dolentem iniuriâ 2. i) pontificis 2.

1) *Insulam, cuius situs omnino ignoratur (cf. Hauréau, Gallia christ. XVI, p.* 29*), sanctus per quadriennium inhabitasse dicitur teste Adone.* 2) *Mensura liquidorum; cf. Ducange h. v.*

dicens, summam se cognosceret[a] de[b] vino sustinere deceptam. At ubi vir sanctus et inclitus Dei confessor, non[c] tristicia deceptus[d], merore detentus, sed ylari corde exultaret[e] in Domino et se pocius accusaret[f], quod digna factis indignus videretur recipere[g], tunc eidem revelare dignatus est Dominus, ut quod[h] credebat esse vacuum, cognosceret[i] esse repletum. Statim[k] iussa dominantis famuli obaudita locum, in quo vas cum vino fuerat positum, crediderant[l] accedendum[m], ibique[n] cf. Ioh. 2. meruerunt[o] Trinitatis misterium reperire, quod Dominus in euangelio ad nuptias invitatus in ydriis[p] aqua[q] repletis dignatus est ostendisse.

(6). Nam et hoc cunctus populus, populo[a] dicente, cognovit, non unum ibidem dextera Christi per confessoris ipsius interventu leprae[b] macula vulneratus, suam imminentem misericordiam, fuisse sanatus[c].

(7). Et dum ista et his similia per famulum sanctum Christus dominus operaretur assidue, invidet insaciabilis persecutrix, et nimio livore redacta, quod per sanctum Dei virum magis magisque inclita apud Deum fama adcresceret, tunc per simulationem[a] temptat adpetere, qualiter Dei hominem posset[b] suis studiis supplantare. Quod credentes synodalis congregatio fratrum, revocatur de insulae[c] loco ad ordinem sacerdotii, quem numquam ipsum[d] apud Deum constitit[e] perdidisse; iam inibi et merito excipitur[f], et receptam urbem, ut decet pontificem, operi[g] adsignatur. Et cum post tanta et talia tempestate quassatus[h] ac suae meniae[i.1] civitatis[k] recuperandi eversione cunctaret in Domino, omnemque nutrituram et familiam circumdatus, moti pietate caelesti[l] plus adsimilarent plangere quam gaudere, cum ipse sanctus, nimio honore colendus, fessus saeculo isto, quiete gauderet[m] in Domino, tunc persecutrix, pro[n] pio seminario suo serpentino[o] repleta consilio, temptat dolo occidere, quem[p] antea[q] ex falsitate nulla ratione potuit immolare[r].

(8). Rogatur[a] servus Dei a principe, ut ad suam deberet, ut sanctum decet, praesentiam ambulare; quod iussa miles Christi studuit adimplere. Interrogatur ab ipso principe[2] mundi, si[b] melius esset sortire coniugium, quam per carnis miseriam[c] debaccari. Quid vir sanctus suadere potuit, nisi[d] quod dominus Christus per apostolorum dogma euangelicamque doctrinam dignatus est praedicasse: Bonum est uxorem accipere atque, ut decet, legitimos filios procreare[e]? Sed ut haec suasio iam dictae[f] Iezabel[g] est fama currente perlata[h], tunc de repente[i] ardenti[k]

II. Capp. 5--8. 1. 2.

Cap. 5. a) *ita* 1; cognoscere 2. b) *ita coni. Boll.*; divinum *pro* de v. *codd.* c) et 2. d) decepta 1. e) exultare cum D. 2. f) accusare 2. g) accipere 2. h) ut concredebat 2. i) cognoscere *pr. m.* 2. k) *ita* 2; Saltem 1. l) crediderat 1. m) accendendum 2. n) *ita codd.*; Hique *Boll.* o) merunt 2. p) *ita* 1; ydrias 1. q) (a. *om.*) repletas 2.

Cap. 6. a) populorum 2. b) interventulae prae *Boll.* c) senatus 2.

Cap. 7. a) simulationes 2. b) potuit 2. c) insulis 2. d) *ita codd.; om. Boll.* e) constiti 2. f) *ita scripsi*; scriberetur *codd.* g) operari 2. h) cassatus hac 2. i) *ita* 1; menii 2; moenia *Boll.* k) civitate 2. l) celeste 2. m) gaudere 2. n) *ita scripsi*; proprio s. *codd.* o) serpentina repleto 2. p) *ita Boll.*; quam *codd.* q) occidente *add.* 2. r) *ita* 2; ymmolari 1.

Cap. 8. a) Rotur 2. b) (si *om.*) m. esse 2. c) miseriis debacari 2; miseriae vacare *Mombr.* d) *om.* 1. e) procrearet 2. f) dicta 1. g) Iezabelem f. 2. h) prelata 2. i) *ita Boll.*; de repetenti *codd.* k) que *add.* 2.

1) *Cf. Anon. Vales.* § 67 *(Auct. antiq. IX, p.* 324*)*: ad restaurationem palatii seu ad recuperationem moeniae civitatis. 2) *Scilicet Theuderico,* ad quem saepissime cum veniret, coepit vir Dei *(scil. Columbanus)* eum increpare, cur concubinarum adulteriis misceretur et non potius legitimi coniugii solamina frueretur *(V. Columb. c.* 18*)*.

consilio vernaculum Christi ⌈conatur[a] occidere⌉, quod nullatenus de eius crim⌈ine ipsa desuper[1] poterat⌉ nec dicenda voluntas ⌈licentiam[b] promereri: non⌉ ut martyr Christi palmam ⌈martirii mereretur acci⌉pere, sed[c] quos diabolus pro⌈prio templo adquisierat⌉ unum eodemque, p⌈ari mererentur ruina⌉ subcumbere. Qu⌈id amplius huic operi⌉ petulans animus et brutus se⌈nsus debeat emorari?⌉ Excitatur seditio populi plus te⌈rrore principis, quam⌉ voluntatis exigisset perfidia. ⌈Quam nefanda causa⌉ et dolenda conditio! Intr⌈a fores[d] ecclesiae sacerdos⌉ Dei et[e] martyr Effane[f], ⌈Gaissefredo, Betone⌉ comitibus ab[g] impiis custod⌈ia[h] mancipatur.

(9). Tunc vir⌉ sanctus et nimia humilitate ⌈colendus[a], animo[b] in Domino in⌉trepidus accedit[c] excipere[d], quod sibi, angelo euangelizante, olim cognoverat[2] esse promissum. Quid ergo[e] asseram? Iaculatorum[f] dicta testantur, quam mitis[g] et placidus sepius memoratus sacerdos et confessor, hinc et inde utrumque acies[h] constipatas, se martyrio optato velle excipere, cursum celeri[i] videtur ingredere. At ubi hostium manus, territurio[k] Lugdunensi fluvium cuius vocabulum est Calerona[3] adstantes, aspicerent iustum velle iniuste occidere, et multi ex ipsa plebe cum[l] nimio fletu testarent talia se nulla ratione velle admittere, tunc sanctus Dei, publice genu[m] fixo in terra, completa oratione, caput obtulit hictu ferientis excipere. Subito unus[n] ex satellitibus impiorum insipiens et infelix proiecto lapide caput[o] conlisit pastoris; unum tantum colapum templum celeberrimum terra claruit excepisse[p]. Et dum diuturno spatio placita anima nullatenus propriam[q] sedem relinquerat, tunc perfidus ille adprehensum ab utraque parte acuto stipite, confracta cervice, anima sancta migravit ad Dominum. O admiranda[r] causa, sed plus dolenda perfidia! Heu virum sanctum a Brunichilde[s] regina nequiter fuisse dampnatum!

(10). Quid sanctus meruisset[a] in praemiis, quid persecutorum machinae[b] mox recepissent[c] in tempore[d], non est praetereundum[e], [sed[f]] huic opusculo[g] adnectendum. Nam quid quantumque ad sacratissimum eius corpus aut operasset Dominus aut operatur assidue, affatim pauco[h] in tempore praesens lectio demonstrabit. Quidam homo pauperculus Romana origine natus, iam per multa loca iactatus, ita, intercedente peccato, imminente diabolo, universa loca membrorum suorum sua nervorum fuerant nimietate adtracta, ut solo tanto capud et lingua a gestantibus[4] agitaret. At ubi coffino[i] quo[k] ferebatur devota mente petisset, et[l] ubi sanctus martyr, ipso momento nominis sui Desiderius, meruerat martyrii finem

II. Capp. 8—10. 1. 2.

Cap. 8. a) *uncinis inclusa perierunt, excisa littera initiali,* 1. b) *ita scripsi*; dicenciam 2. c) et *codd.* d) fore 2. e) *om.* 2. f) E. ab im(piis) *pr. m. corr.* ab im(piis) E. 1; ab impiis Efane 2; Bettone, Gasifredo et Aephanę comitibus impiissimi sceleris consiliatoribus custodiae m. *Ado*; ab Epiphanio, Zasifrit et Bittone commitibus *Mombr.* g) *ita codd. cum Mombr.* h) *ita* 2 *cum Mombr.*

Cap. 9. a) *ita scripsi*; colenda 2. b) anime *pr. m.* 2. c) accidit 1. d) accipere, quid 2. e) ego 2. f) iaculorum 2. g) mitti et plaudus 2. h) a. et constipates 2. i) cleri 2. k) *ita* 2; territorii Lugdunense 1; Leudonensis in finibus *Mombr.* l) conminuo fl. 2. m) ienu 2. n) unius ex satellites 2. o) capite 2. p) excipere 2. q) propria se derelinquere 2. r) O ad miracula 2. s) Brunechilde 2.

Cap. 10. a) meruisse 2. b) *ita* 2; maxime 1. c) recepisse *codd.* d) *ita* 2; temporum 1. e) preterendum 2. f) *om. codd.; habent Boll.* g) opusculum *codd.* h) pauca 1; pauco — lectio *om.* 2. i) capulum *Mombr.* k) qua 2. l) *ita scripsi;* ut *codd.*

1) *I. q. caelitus; cf. c.* 14. 2) *V. supra c.* 2. 3) *Chalaronne rivus Ararim influens.* 4) *Gestantes sunt patrini, qui baptizandos infantes brachiis gestant (Ducange h. v.), unde elocutio* a gestantibus *pro* prima ab infantia *accipi videtur.*

accipere, veluti ut truncum se precatus est proiciendum: nam ubi sancti[a] sanguinis loca sunt doloris[b] ex fide cruore[c] peruncta, aeterna[d] pietate manente, reddidit Christus quod, loco invento, dampnaverat inimicus.

(11). Interea quam egregio et valde non tacendo miraculo ad confessionis ipsius confessoris et martyris Prisciniaco[1] vico, ubi quemadmodum[a] ipsius sancti corpusculus[b] tenebatur ab iniquis casa[c] captivus, praesenti tempore claruit evenisse! Quidam homo nomine Claudius, commanens territurio[d] Lugdonense, habebat[e] Sinclisia[f] filia nomine[g]. Et cum, exigente causa peccati, a nativitate verme[h] adherente crudele, absque aliqua salute dampnata claudicaretur assidue et paene diffideret[i] se nulla posse sanandi invenire fortuna[k], prefatus genitor postulat[l] filiam, ut ad[m] limina martiris cum nimia humilitate deberet accedere. Postulatio genitoris desiderio ardenti[n] impletur a sobole. Statim ut coopertorium[o] illum, Christi gratia imminente, adtingere meruit ac oleo sancto[p] illo linire contigit[q], et itineris gressus recepit, et in postmodum nullus apud ipsam vestigius[r] claudicationis de hac conditione remansit.

(12). Quid huic opusculo[a] pusillus sensus et insipiens[b] animus studeat[c] emorari vel indignus digna coram stantes adserere? Si eius viri sancti et in Christo nimia virtute pollentis[d] Desiderii sacerdotis et martiris[e] facta[f] per dominum Iesum visus fuero[g] singillatim opera et signa describere, quantae virtutes, dum et huius saeculi mare ipse sacerdos fluctuavit[h] in corpore, aut fecit hucusque aut ad eius memoriam[i] fiuntur[k] assidue, quis aut[l] iter dicendi possit arripere aut sub unius volumine codicis[m] valeat explicare? Quid prius adgrediar? Quid pauca de plurima loquar? Si quis, exigente peccato, nefandi[n] illius deceptoris avitae tabernaculum diaboli[o] aut fuit aut fuerit usquequaque effectus, ad eius sancti limina, fide fixa manente in Domino, cum integra visus fuerit devocione accedere, deceptor gratia[p] Christi dampnatus reliquid[q] famulum, quem per[r]
cf. Ioh. 2, 21. peccato a Deo fecerat[s] alienum. Non[t] unus humanitatis corporis templus[u] dicendum est a[v] sancti ipsius intercessione de infestatione inmunda fuisse mundatus[w]; non memoria capere, non ullus[x] suis dictis poterit explicare, quantas animas ab inpugnatione adversa, Dei misericordia comitante, ita claruit, intercedente pastore et martyre, fuisse sanatas[y], ac deinceps in[z] perpetuo credimus Christo praesule esse solutas[a].

(13). Nam ut breviter disseram, et auditum[a] habemus et ex parte assidue

II. *Capp.* 10—13. 1. 2.

Cap. 10. a) sanctus 2. b) dolores *codd.* c) *ita scripsi*; cruor per cuncta *codd.* d) aeternae *codd.*

Cap. 11. a) *i. e.* quodammodo. b) corporis ius 1. c) causa *codd.* d) territuro Lugdonense 2; territorio Lugdunense 1; in finibus Leudonensium *Mombr.* e) habeba 2. f) Sinclisiam *Mombr.*; Si inclisia 1; Siclisia 2. g) *om.* 1. h) *ita Mombr.*; vermis *Passio Henscheniana*; ferme *codd.* i) defiderit 2. k) fortunam 1. l) postulam 2. m) a 2. n) ardentis 1. o) cop. 1. p) i. s. 2. q) contingit 1. r) vestigiis 2.

Cap. 12. a) opusculum *codd.* b) incipiens 2. c) *ita scripsi* (*cf. supra p.* 641, 5); studeam memorari *codd.* d) pollentem *codd.* e) martiriis 2. f) factam *codd.* g) ferro 1. h) fluctavit 2. i) memoria 2. k) *ita scripsi*; finiuntur 1; fiunt 2. l) auciter 2. m) codices 1; quo dicis 2. n) nefando 2. o) *ita* 2; d. aut *om.* 1. p) gratie 2. q) deliquid famulo 2. r) *ita* 1; pro 2. s) *ita coni. Boll.*; fuerat 1; *om.* 2. t) *ita scripsi*; nonne *codd.* u) *ita scripsi*; templis 2; templi 1. v) ad 2. w) mundatos 1; mundatur 2. x) *ita* 2; non nullus 1. y) sanatos 1; senatos 2. z) *om.* 2. a) salutans 2.

Cap. 13. a) audito 2.

1) *Hodie Saint-Didier-sur-Chalaronne (dép. Ain).*

cernimus, conportante[a] peccato, nequiciante[b, 1] diabolo, multos duo luminaria capitis fuisse dampnatos; sed, ut praesertim ad sacratissimas viri ceneres[c] a sodalibus noscuntur fuisse[d] adducti, martire[e] obtinente, mox luce donante, mereantur[f] petitores recipere lucem. Scilicet de adtractus et clodus[g] numquid amplius, quam supra diximus, est dicendum, quod non[h] unum per sanctum antistitem[i] Desiderium videmus caeleste beneficium[k] contigisse? Haec[l] non duorum aut trium testium qui pertulerunt testimoniis[m] est tantum fama rumore[n] perlata, sed turba, Christo donante, sanitate redacta praesens indicat[o] iam dicta calamitate fuisse sanatas[p]. De residuo vero, ut humanitas habet, quanticumque fuerint qualibet inaequalitate corpore[q] isto terreno vexatione temptati, simulque triduana atque[r] quatriduana febre vexati, et ad sancti et[s] sepius memorati antistitis[t] et martiris memoriam animo devoto accesserint[u], aut etiam de stipite illo, unde martir[v] Dei meruit martirio[w] consummare, auxilio divinitatis conscientia[x] pura et fide non ficta sub omni aviditate, ubicumque fuerint, [aqua[y]] accipiendum[z] sub quolibet pretexto expeterint, vel si eius sancti martiris et sacerdotis nomen inter divina misteria quesierint nominandum, et incolomitate recipiant[a] et de credulitate[b] lucra mercedis[c] adquirant.

(14). Quapropter[a] plus quam ignavus et nimium insipientes[b] esse confidimus, cuius sexus sint, huius saeculi mortalitate timentes[c], cum videant divino imperio sancti sui et martiris Desiderii confessionem virtutes[d] assiduas operare, ut[e] non credidissent aut credant, absque aliqua[f] difficultate ipsum acsi tandem sortisse vindictam, quem gloriamur apud Deum[g] superno fuisse beneficio exaltatum[h]. Igitur numquid apud ipsum Christum dominum parvam[i] in postmodum contemplavimus esse[f] sententiam, ut quae[k] imperaverat regna in fascibus et in eius discrimine fuerat excitata, recto iudice et iusto principe iudicante Clotario[l], tortuosum[m] esset fautrix malorum, ut sarcina consueta gibbo[n], suspensa camelo atque exitio debito cauda[o] ligaretur equorum, et quod multis intulerat, coniuncto exercito[p], ab omnibus uno crimine sustineret? Cuius regis et principis[q] mundo et populo moderantis[r] si paciencia, quae[s] virtus est animae, aut bonitatem incipiam disputare, huius mansuetudinis virum virtute cum pietatem[t], iusticiam et severitatem[u] tenentem, tantam bonam in unum hominem desuper fuisse fundatam nec lingua promere nec[v] ore possumus enarrare.

(15). Nam breviter huic libello[a], dominum Christum iuvantem, obtamus in-

II. Capp. 13—15. 1. 2.

Cap. 13. a) conportantem 2. b) nequitia ante *Boll.* c) cerneres 1; ceueris 2. d) fuissent 2. e) martirem 2. f) mererentur 2. g) *ita* 1; claudus 2. h) *ita Boll.*; in *codd.* i) antistem 1. k) beneficio 2. l) Hoc *codd.* m) testimonium 2. n) *ita* 2; famarum ore 1, *corr.*; famarum ore perlato *Boll.* o) indicata 2. p) sanitas 2. q) o corpore 1; corpus 2. r) a. q. *om.* 2. s) ad 2. t) antestiset et m. 2. u) accederint 2. v) martiri 2. w) *ita codd.* x) conscienti hec p. 2. y) *ita scripsi*; fuerit in aqua acceptum *Mombr.*; aqua *om. codd.* z) accipiendi 2. a) repiant 2. b) crudelitate 2. c) mercedes 2.

Cap. 14. a) Qua plus propter 2, *corr.* b) insipiens 1; incipiens 2. c) *ita scripsi*; mortalitate mentis *codd.*; mortalitate manentes *Boll.* d) virtutis 2. e) *ita* 2; *om.* 1. f) *om.* 2. g) Dominum super nos f. ab eo b. 2. h) exaltato *codd.* i) parva *codd.* k) qui 1; quid 2. l) Clotarium 2. m) *ita codd.*; animal tortuosum *Siseb. c.* 21. n) gimpo 2. o) clauda 2. p) *ita* 2; exercitu 1. q) principi 1. r) moderante *codd.* s) quod 2. t) *ita* 2; pietate 1. u) *ita* 2; veritatem 1. v) nec — inserere *om.* 2.

Cap. 15. a) libellum *codd.*

1) Nequitare *et* nequitari *verbum monstruosum apud Priscianum olim legebatur; cf. Forcellini h. v.*

serere, quod[a] moderno tempore cuncto populo patuit contigisse. Cum ipsius summae clementiae et, ut[b] rursus dicam, Dei pietate[c] et bonitate repletus Clotharius[d] princeps et dominus ab omnium suorum martiris[e] nutritura, tam clero quam populo, cum summa veneratione fuisset[f] plenius postulatus, ut tanti viri et martiris[g] corpusculus suae mereretur[h] ecclesiae restaurare, tunc princeps, Spiritu sancto admonitus, noluit denegare[i], quod, suo[k] exigente merito, apud Trinitatem inseparabilem per misterium divinitatis cognoverat Deo placitum[l] reformari. Auditur suggestio postulantum[m], et templi[n] aditus, qui est culmen martirii adquisitus, conceditur[o] loco debito reformari.

(16). Sed qualis ipse venerabilis corpus, transacto tercio anno, quarto adveniente[1], a cunctis circumstantibus fuisset[a] inventus, teste[b] populo a[c] generatione in generationem nullus[d] potuit aut poterit ignorare; super quod[e] oporteat dicere. Presens sibi successor episcopus[2], seniores et fratres, presbyteri una cum diaconibus cum caritate divina opera[f] manifestant[g], simulque filium chorus una et consona voce, una testatur ecclesia[h] solidum et inlibatum, absque ullius[i] capitis diminutione capilli, tempore praedicto transacto, ubi habitaculum dignatus fuerat eligere Christus, inlesus patuit fuisse[k] inventus atque sub omni soliditate corpusculi velut[l] superstite reperta; ut nullus credentium dubitaret, martirem sanctum Desiderium episcopum apud Dominum obtinuisse triumphum et in saeculo cum summa claritate sortisse[m] tropheum.

(17). Ad[a] ubi duce Christo domino[b] locum quem iacuerat sua est nutritura coniuncta, et una dilectione[c] unus inter omnibus, non cessante voce, plancto[d] exigente, doluerunt, non quod apud Deum ipsum crederent esse mortuum, ubi saltim divina mirabantur patefacta misteria, sed ut dilectionis beneficia redderent et de tanti viri intercessione beatorum[e] praemia expectata gauderent, — quid multa? — sancti[f] hominis corpusculus[g] levatur e tumulo, cum summa diligentia ac spiritalibus cymbalis[h] et organis, voce indefessa[i] manente, ducitur sibi praeparato sepulchro. Cumque hinc inde chorus psallentium ac[k] plebs credentium exultarent in Domino, remeantibus illis, inter diversa signa virtutum et, ut cetera[l] dicam, mugitus pecudum, tam[m] praecedentium quam[n] subsequentium gemitus quis[o] tolerare poterat[p], voce incontinuata manente, quamvis pectus ferreum possideret[q]? Aliter nulla ratione poterat transire[r], nisi ut et animum integre declinaret ad Dominum et una cum omnes inaudita mirabilia adclamaret[s].

II. Capp. 15—17. 1. 2.

Cap. 15. a) quo 2. b) *om.* 2. c) pietatem et bonitatem 2. d) Lotharius 2. e) martires 2; martiris — viri et *om.* 1. f) fuisse 2. g) martires 2. h) meretur 1. i) *ita* 2 *cum Mombr.*; negare 1. k) sua 2. l) placito 2. m) *ita* 2; postulantium 1. n) templum sanctum, qui 2. o) concedetur 2; caeditur *Mombr.*

Cap. 16. a) fuisse 2. b) testo 2. c) *om.* 2. d) nullius 2. e) quos 2. f) *ita codd.*; onera *Boll.* g) *ita scripsi*; manifestanti *codd.* h) ecclesie 2. i) *ita* 2; illius 1. k) *ita* 1; fuisset 2. l) *ita scripsi*; vel a superstite 1; velati sunt superste 2. m) sortisset 2.

Cap. 17. a) *ita* 2; At 1. b) *ita* 2; *om.* 1. c) dilectio 2. d) *ita* 2; planctu 1. e) peccatorum 2. f) viri *add.* 2. g) corpusculum levatus et tumulum 2. h) simbalis 2. i) indefensa 2. k) ac p. cr. *om.* 2. l) ceteris 2. m) tum *codd.* n) *ita codd.*; tum *Boll.* o) qui 2. p) poterit 2. q) possederit 2. r) *ita scripsi*; transigere *codd.* s) *ita scripsi*; adclamarent *codd.*

1) *Huic calculo Fredegarius obsistit; v. supra p.* 627. 2) *I. e. Aetherius; v. infra c.* 19.

(18). Nam iter agentes, suae ecclesiae agrum nomine Fasino[a. 1] sancti viri corpusculus[b] est auspice Christo abductus[c]. Ibique mulierem[d] a legione demonum longo tempore iam proscriptam[e] cum omni stupore simulque et[f] omnes qui aderant ecclesiae filii mirantur accedere. Sed ubi eius confessoris[g] et martiris dormientis[h] in Domino meruit ipsa portatrix[i] demonum cancellum contingere, ab omni temptatione inmunda Christi est gratia liberata[k]. Quam magnum[l] et maximum valde miraculum, fama currente, cognovi[m], et nescio quam obligationem[n] mente detentus[o], paene[p] me peccatorem[q] constiterat[r] obmisisse.

(19). Antedicto agro egressi, cumque intra septa[a] sancti et incomparabilis[b] viri domni et patris nostri, qui meruit per praedicationem divinam attollere caput Petri apostoli, cuius sunt Viennae[c] reliquiae foris murum civitatis fundatae[2], et ipsius hominis Dei corpusculus[d] cum nimia hominum[e] veneratione debitum locum meruisset ex devotione plantari, ibique socia et iugalis viri venerabilis Aetheri[f. 3] episcopi, soror in Christo effecta[g], a nativitate cecum[h], cunctis admirantibus, adducit infantulum. Quem ut[i] devota mente propinquavit altario[k], intercedente discipulo, obtinente magistro, recepit lumen, protinus vidit et ductorem[l] itineris ulterius non quesivit.

(20). Nam et ego peccator cunctis audientibus[a] audacter praesumo suggerere. Cumque omne datum optimum et omne[b] donum perfectum, adsignante apostolo, videtur esse[c] desursum, sola res est, ut dilectione et opere fides nostra sequatur auctorem; nam beneficia sanctitatis ex[d] se collata ad quem necesse apud infinita clementia iugi benefitio permanent inconvulsa, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. cf. Iac. 1, 17.

EXPLICIT[e] PASSIO SANCTI DESIDERII EPISCOPI ET MARTYRIS.

II. Capp. 18—20. 1. 2.

Cap. 18. a) Fasinum 2. b) corpusculum 2. c) obductus 2. d) m. a legionem 2; a l. m. 1. e) *ita scripsi*; perscripta *codd.*; praescripta[m] *Boll.* f) et o. *om.* 1. g) confessionis 1. h) dormienti 1; dormenti 2. i) portitrix 2. k) libertate 2. l) magna et maxime 2. m) cognovit 2. n) obligatione 2. o) devotus 2. p) *ita codd.; om. Boll.* q) peccatore 1. r) constituerat omisisse 2.

Cap. 19. a) septem 2. b) comparabili 2. c) vivente 2. d) corpusculum 2. e) *om.* 2. f) Etheri 2. g) eficia 2. h) caeca 1. i) Q. indevota 2. k) altaria 2. l) *ita Boll.*; ducem *Mombr.*; auctorem *codd.*

Cap. 20. a) audientes 1. b) omnem 1. c) d. e. 2. d) hec se consolata 2. e) *subscr. om.* 2.

1) *Ager Fasinus (hodie Feyzin, dép. Isère), qui ecclesiae Viennensi expressis verbis hic asseritur, usque ad a.* 815, *quo a Ludowico Pio restitutus est (cf. Bouquet VI, p.* 473; *Sickel, Acta Caroling. II, p.* 97*), ei ereptus inter litigiosas possessiones enumerabatur, unde etiam Ado fortiter eum tutatus est; v. infra p.* 647. 2) *Cf. Librum episc. Vienn. eccl. (ed. Duchesne, 'Fastes épisc.' I, p.* 195*):* Desiderius — — iacet sepultus retro altare Apostolorum extra urbem honorifice. 3) *De Aetherio episcopo Viennensi praeterea nihil constat.*

III.

PREFACIUNCULA[a] ADONIS VIENNENSIS AECCLESIAE ANTISTITIS, ANNO INCARNATIONIS DOMINI DCCCLXX. INDICTIONE III. CUM PASSIONE SANCTI DESIDERII EPISCOPI EIDEM ECLESIAE DIRECTA.

ADO PECCATOR ET HUMILIS EPISCOPUS VIENNENSIS ECCLESIAE DILECTISSIMIS FRATRIBUS ET FILIIS EIUSDEM ECLESIAE IN PATRE ET FILIO ET SPIRITU SANCTO, VERO ET ESSENTIALI UNO DEO SALUTEM.

(1).[b] Beatissimi Desiderii patris vestri vitam et martirium, sicut antiquis scriptis commendatur, vobis idcirco revolvere et stilo committere adgressus sum, ut eius incitamentis et studiis ad amorem vitae aeternae vos amplius inflammarem, ut qui pastor vobis munere superno datus est, pascua[c] verae innocentiae et postmodum eternae sacietatis intercessione sui apud Deum optineat. Nec enim deerit vobis illius patrocinium, si eius exemplo domino Iesu Christo casto amore heseritis, qui est verum (cf. Coloss. 1, 18.) et aeternum principium. Habetis enim non mediocre solatium, cum cernatis ecclesiam vestram praeclarissimis confessorum et martyrum irradiatam fulgoribus, quorum splendore tenebras omnis erroris domino Deo nostro protectore pedibus liberis (cf. Philipp. 4, 1.) evadere sufficitis. Gaudium et corona ipsorum, obsecro vos ego ipse servus et minimus illorum[d]: State in Domino, doctrinis, exemplis, intercessionibus tantorum muniti[e], karissimi.

INCIPIT[a] PASSIO SANCTI DESIDERII EPISCOPI VIENNENSIS.

(2). Desiderius Viennensis ecclesiae clarissimus pontifex fuit — — —

(3). Populi tam Viennenses[a] quam Lugdunenses in unum conveniunt. Fit pia altercatio[1]: Lugdunenses martyrem habere, Viennenses[a] pastorem[b] referre, atque inter utrosque carissima concertatio, cum isti adquisitum, illi reposcerent patronum; isti, cum quibus martyr in Deo vivebat, illi, cum quibus et carne magister vixerat. Quid longius morer? Dum perseverantissime utrinque pro amore martyris in sententia durarent, ruit nox. Viennenses[c], qui plus dilexerant, et quibus iustior causa famulabatur[d], consilium subtilius capessunt. Furtim aegesta humo, et sanctum sepulchrum reserantes, navicula cum rete piscatorio parata, subcelant corpus atque per Sequanam[e] et Rodanum[f] antemittunt. Laetis undis tam sanctum funus et ipse Rodanus suis civibus serviturus excipit. Crepusculum rediit, atque caterva Viennensis[c] cum feretro vacuo pedestris revertitur. Exultant Lugdunenses, decepti vana spe; sed non diu tam felix furtum eos latuit, sicque laetitiam[g], desperata victoria, perdiderunt.

(4). Illi autem, qui navi transferebant membra pontificis, ut venerunt contra Fasianam[a] villam, appulerunt ad litus, sustinentes sanctam catervam pedestrium.

III. Cap. 1. 1. *Capp.* 2—4. 1. 2.

Cap. 1. a) *praefationem om.* 2. b) *numeros addidi.* c) pascuae 1. d) ipsorum *Canis.* e) minuti 1, *corr.*

Cap. 2. a) Incipit vita sancti Desiderii episcopi et passio, quod est X. Kl. Iun. *praescr.* 2.

Cap. 3. a) Vienens. 1, *corr.* b) martyrem 2. c) Vienens. *pr. m.* 1, *ut infra.* d) famulatur 2. e) *ita* 2; Saonam *m. al. in ras.* 1. f) Rhod. 2. g) laetitia 2.

Cap. 4. a) Fassianam 2.

1) *Hanc altercationem ad eam Pictavorum Turonumque de corpore S. Martini certantium (Greg., H. Fr. I, 48) confinxit Ado.*

Erat tunc temporis ager Fasianus[a] iam ut proprius delegatus pauperibus[1] sanctorum martyrum, in quorum honore Viennensis[b] ecclesia fundata consistit; nam ante, sicut idem martyr in testamento suo, quod fecit sanctis martiribus Machabeis et sancto Mauricio ac sex milibus sexcentis LXVI[c], commemorat, ex maternis et paternis[2] eadem villa sorte beato Desiderio obvenerat. In quo testamento, quod praesentibus sanctis coepiscopis manu propria fecit, sub Dei omnipotentis obtestatione constituit, ut nullus praesumeret votum ipsius intuitu pietatis perfectum in aliud quam ipse statuerat mutare; quod si aliquis spiritu cupiditatis incitatus fecisset, si sententiam[d] suae actionis paenitendo[e] non mutaret, anathema in aeternum fieret. Sustinentes igitur vectores sancti funeris in hac villa illos qui per terram pedestres veniebant, in loco mundissimo interim sancta membra conposuerunt. — — —

(5). Ut autem beatus Aetherius tunc Viennensis antistes cum reliquis qui in urbe remanserant advenit, et sancto feretro ulnis piorum subvecto, chorusque beati populi voces cantantium Deoque nostro psallentium in altum sustulit, quis ibi tam ferreum pectus, tam dura praecordia habere potuit, qui non aut gemitum prae nimia exultatione cordis emiserit aut lacrimis[a] ora rigaverit? Tali igitur caelesti agmine praeeunte et subsequente, pervehitur[b] beatissimi viri corpus usque ad locum sepulchri, quod digna veneratione paratum erat in ecclesia beatissimorum apostolorum Petri et Pauli extra civitatem, ubi et multorum pontificum eiusdem urbis Viennensis membra tumulata servantur. Cumque iam odoramentis et preciosissimis[c] linteaminibus involvendum sanctissimi martyris corpus episcoporum manibus tractaretur, quod in laude omnipotentis Dei reticendum non est, ita sanctissimi capitis vulnera integra[d] paruerunt[e], ut penitus, ubi cutis rupta fuerit, non pareret[e]; nam et reliquum corpus suis iuncturis et nervis constrictum sana pelle sua vestitum manebat[f]. — — —

Vita II, c. 17.

(6). Passus est autem beatissimus Desiderius ecclesiae Viennensis episcopus temporibus Theoderici Burgundiorum regis factione Brunnehildis incestuosissimae[a] reginae, iniquitati illius consentientibus et faventibus Betthone, Ephane atque Gasifredo comitibus. Dies passionis illius celebris habetur X. Kl. Iun., regnante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum[b]; dies translationis eius, quando translatus est ab territorio Lugdunensi de Prisciniaco villa in suburbio Viennensi in ecclesia beati Petri agitur III. Id. Feb.

Mai. 23. — Febr. 11.

ABHINC DICTA EPISCOPI ADONIS VIENNENSIS.

(7). Haec vobis, beatissimi fratres et filii, plena veritate, sicut in membranis

III. Capp. 4—6. 1. 2. *Cap.* 7. 1.

Cap. 4. a) Fassianus 2. b) Vienens. *pr. m.* 1, *ut infra.* c) *ita* 2; sexaginta *m. al. in ras.* 1. d) sentiam 2, *corr.* e) penitudo 2.

Cap. 5. a) lacrimas 1, *corr.* b) perveitur 1. c) preciosis 1. d) integrata 2. e) *m. al. corr.* appar. 1. f) mane 1, *corr.*

Cap. 6. a) *ita* 2; incestŏ osissimae 1, *ubi insequentia in ras. scr.* b) *verbis additis:* Amen. Explicit passio beati Desiderii episcopi *desinit* 2.

1) *Pauperibus peregrinisque villa Fasiana a Ludowico Pio a.* 815. *assignata est, eodem quo ecclesiae Viennensi illa restituebatur; cf. supra p.* 645, *n.* 1. 2) *Unde concludi licet, testamento ficto, sicuti Remensem ita Viennensem clerum possessiones ecclesiae suae defendisse litigiosas; v. supra p.* 242 *sqq.*

antiquioribus insertum vidi, ad commonitionem vestri transposui, obsecrans et pietate qua vos diligo sanctitatem vestram commonens, ut huius aliorumque patronorum vestrorum meritis assurgere totis viribus elaboretis. Sedeat vestro animo illorum fervens in Deo[a] religio[b], caritas pura, assiduitas totius honestatis, patientia in varietate temporis[c] perseverans, modesta et bonis christianorum moribus decens verecundia et pudica mansuetudo, in omni habitu et continentia Deo cara et amabilis unanimitas, ut cum cursum huius vitae per viam patrum vestrorum consummaveritis, laetitia sempiterna pariter cum eis intercessione illorum perfrui mereamini; sitque cumulus iustitiae ipsorum profectus vitae vestrae et gaudium perpetuum corona glorificationis vestrae.

III. Cap. 7. 1.

Cap. 7. a) Deum *Canis.* b) regio 1, *corr.* c) temporum? *pr. m. corr.* temporis 1.

VITA
GAUGERICI EPISCOPI CAMARACENSIS.

Episcopus qui agmen claudit nec praeclare factis eminet nec mali quicquam aut egit aut passus est, quod historiam eius memorabiliorem redderet, sed miseris subveniens nullumque offendens munus suum impigre sustinuit, et fortasse nullus eius memoriam hodie recoleret, nisi biographum nactus esset satis vetustum. Gaugericus parentibus Romanis iisque christianis nomine Gaudentio et Austadiola in castro Eposio natus erat, quod ad provinciam Treverensem pertinebat, cumque Magnericus episcopus locum visitans audisset, nullum diligentiorem magisque idoneum esse discipulum, ad clericatus officium eum promovit; diaconum autem non ante ordinavit, quam totum psalterium memoriae mandavit. Sede Camaracense vacante, a clero populoque idem episcopus eligebatur; quod cum ad Childebertum regem relatum esset, consensit, litterisque ad Aegidium episcopum Remensem datis, eum ordinari iussit. Urbs autem Camaracensis Chilperici[1] *regno a.* 584. *subdita erat annoque* 590. *Aegidius in exilium relegatus est: unde patet hoc intervallo electionem factam esse. Gentilitatem, cui ille iam diaconus leprosum quendam Eposii eripuerat, episcopus creatus Camaraci exstirpare studebat, idolisque destructis, basilicam S. Medardi ibi aedificari iussit; praecipuam autem curam in captivis liberandis ponebat neque visitandi officio deerat, quo imprimis eae curtes egebant, quae extra dioecesim, in territorio Petrocorico alibique, sitae erant. Chlotharium regem, cuius in dicionem urbs Camaracensis interim transierat, in villa Cala salutabat iussuque eius Turonos ad sepulchrum S. Martini profectus est, ut munera inter pauperes erogaret; anno autem* 614, *mense Octobri, ab eodem evocatus concilio Parisiensi intererat*[2]. *Episcopatum per* 39 *annos feliciter egerat, cum die* 11. *Augusti*[3] *defunctus est, in basilica S. Medardi sepultus in montis vertice sita, qui postea ipsius sancti nomen ferebat. Bertoaldus natione Francus successor lectulum eius ex cubiculo in eandem basilicam deduxit, sed visione commotus eum in locum pristinum restituit cubiculumque altari instruxit. Concilium, cui ille cum Somnatio episcopo Remensi intererat, si idem est atque Clippiacense a.* 626/7. *celebratum, id quod L. Duchesne statuit*[4], *Gaugericus episcopatum ab a.* 585/7. *auspicabatur, dum finis eius inter a.* 623—626. *fluctuat.*

Vita Gaugerici primigenia, cum per tot saecula latuisset, nuper a Bollandianis *indagata et in eorum Analectis, Bruxellae* 1888, *tom. VII, p.* 388—398, *publici iuris*

1) *Greg., H. Fr. VI,* 41. 2) *Subscriptio:* Ex civitate Marace Gaugericus episcopus *(Concil. ed. Maassen I, p.* 191*) corrupta est.* 3) *Idem ei natalis dies in codice Weissenburgensi Martyrol. Hieronym. attributus est (AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [104]*):* et in Cameraco nat. sancti Gaurici conf., *dum in diem XVI. eiusdem mensis depositio eius reservatur in Bernensi:* In Cameracense civitate depositio sancti Gaurici episcopi et confessoris *(ib. p.* [106]*), sanctusque omnino non commemoratur in vetustiore recensione.* 4) *V. infra p.* 657, *n.* 1.

facta est. Auctor, sicut demonstrasse mihi videor[1], *clericus Camaracensis instituta descripsit ea aevi Merovingici moreque Fredegarii, cuius quisque nationis fuerit, utrum Francus an Romanus, accurate indicavit; cumque etiam sermone usus est admodum barbaro, 'psallentium' pro psalmorum cantu aliaque vetustiora adhibens vocabula, concludi licet, eum post Bertoaldum labente saec. VII. neque insequenti degisse. Miraculis quidem enumerandis imprimis vacabat conciliumque Parisiense praetermisisse videtur, quia iis locum non dederit; sed ea ipsa naturae haud ita contraria sunt, sicut apud alios hagiographos. Licet historia politica parvum fructum ex Gaugerici Vita capiat, tamen in hac fontium penuria etiam parca seges laete ferenda est: Camaracum autem ad Childeberti regnum pertinuisse aliunde notum non est.*

Codices Vitae primigeniae qui supersunt plurimi in duas classes divisi.

1*a*) *Codex Monacensis lat. n.* 14364 *(Rat. S. Em. n.* 364*) saec. IX. post inventionem S. Quintini fol.* 133—137'. *V. Gaugerici continet in verbis c.* 14. praecipe deportare *desinentem, cum post fol.* 137'. *complura folia exciderint. Visio Baronti quae subsequitur manu alia exarata novum quaternionem occupat.*

1*b*) *Codex Carnotenus n.* 27 (68), *saec. XII. in., olim monasterii S. Petri ibidem siti, fol.* 117—119.

1*b**) *Codex Parisinus n.* 5296 *(Colb.* 53, *Regius* 3593*), saec. XIII, fol.* 179'—181.

1*b***) *Codex Parisinus n.* 15437, *saec. XII, olim ecclesiae S. Marcelli Paris., deinde Petri de Blanger doctoris Sorbonici et ab eo bibliothecae Sorbonicae a.* 1667. *dono datus, fol.* 109—110'.

2*a*) *Codex Bruxellensis n.* 7984, *saec. X, olim Weissenburgensis, deinde Molshemensis, tum Musei Bollandianorum Antverpiensis, ibique notatus P. ms.* 20, *fol.* 165—168.

2*b*) *Codex Parisinus n.* 9742 *(Suppl. lat.* 196[2]*), saec. XIII, legendarii S. Maximini Trevirensis volumen mensem Augustum comprehendens, p.* 122—125.

2*c*) *Codex Bruxellensis n.* 9636, *saec. XI/XII, olim monasterii S. Laurentii prope Leodium siti, ibique notatus primo* $\frac{M\ M}{4-3}$, *deinde* $\frac{L\ L}{4-2}$, *fol.* 64'—66'.

2*c**) *Codex Hagensis I.* 3, *saec. XIV.*

2*d*) *Codex Bruxellensis n.* 98—100, *saec. XII, fol.* 141'—142'.

Denique codex Parisinus n. 12612, *saec. XIII, defectus causa extremam tantum Vitae partem a verbis c.* 13: Idus Augustas, auxiliante D. *exhibet.*

Utraque classis imprimis eo inter se discrepat, quod modo haec modo illa plenior est, ita ut quod in una neglegentia praetermissum est, id in altera legatur. Saepius in 2 *syllabae vocabulaque complura desiderantur:*

c. 2. ieiunans] 1*; om.* 2*a. b.*
c. 3. gentes] 1 *(habet Ps.* 2, 8*); om.* 2*a. b.*
c. 4. studiret ei officium diaconati] 1*; om.* 2*a. b.*
c. 11. ut] 1*; om.* 2*a. b.*
c. 12. oratio] 1; ora 2*a. b.*
c. 14. lectulo suo] 1 *(infra* lectulum meum *vel* tuum *codd. omnes);* lecto suo 2*a;* lectum suum 2*b,*

locusque hic:

c. 1. non primis *(*1*;* infimis 2*a. b),* non ultimis

ibi immutatus videtur esse; pauca autem quae altera classi plura exhibet fide digna esse putem:

c. 1. genetrix vero] 2*a. b;* vero *om.* 1.

1) *'Das Leben des Bischofs Gaugerich von Cambrai' ('N. Arch.' XVI, p.* 227—234*).*

c. 2. quicquid] 2*a*. *b*; qui 1*a*; quae 1*b*.
ib. puerolus] 2*a*; puerulus 2*b*; puero 1*a*; puer 1*b*.

Codex 1**a** *omnium vetustissimus atque praestantissimus est, quo cum carerent Bollandiani de textu restituendo parum recte iudicaverunt. Dictio agrestis, quae in eo deprehenditur, saepe optimo alterius classis codice* 2*a confirmatur; saepe autem uterque hac in re ita inter se differt, ut* 2*a cum plerisque libris grammaticae legibus oboediat, altero ab eis recedente. Attamen nullo modo dubitandum erat, quin lectio vera in hoc accuratius conservata esset, quam in recentioribus codicibus, unde eorum consensui in rebus grammaticis parvam tantum fidem attribui. Deteriores prioris classis libri* 1*b*. 1*b**. 1*b*** *mendis hiatibusque communibus laborant, itemque alterius classis pessimi* 2*c*. 2*c**. 2*d ex uno eodemque exemplari pendere videntur. Nova editio ne sarcina inutili oneraretur, ad meliores codices* 1*a*. *b*. 2*a*. *b solos instituenda erat, e quibus* 1*b*. 2*b tantum curavi cum uno alterove libro consentientes.*

Inconditum ac rude dicendi genus alter biographus expoliens nihil fere utile addidit nisi ea quae ad situm basilicae S. Medardi nundinasque ibi celebratas spectant; nam quod Gaugerici decessori dedit nomen Vedulfi suspectum est per se ad illud Vedastis procul dubio formatum, aerique Merovingici admodum imperitum se gessit auctor, Egidium Remensem faciens 'Romanae urbis episcopum'. Eum non multo ante saec. IX/X, quo codex vetustissimus[1] *exaratus est, vixisse ex peritia linguae Latinae concludi licet. Hanc vitam sermone immutato edidit L. Surius, De probatis sanctorum historiis, Coloniae Agrippinae ed. alt.* 1618, *tom. VIII, p.* 103—104, *et restituto primigenio colore,*

Petrus Boschius, Acta sanctorum, Antverpiae 1735, *Aug. tom. II, p.* 672—675 *(= Ghesquierus, Acta sanctorum Belgii, Bruxellis* 1784, *II, p.* 271—277*), codice usus Musei Bollandiani P.* 155, *hodie Bruxellensi n.* 7482, *saec. XIII. Prologus metricus, quem e codice Phillippsiano (hodie Bruxellensi) n.* 8391, *saec. XI, Bollandiani in Catalogo Bruxell. I,* 2, *p.* 512, *ediderunt, quin eiusdem auctoris sit, dubito.*

Gerardus I. episcopus Camaracensis cum in historiam ecclesiae suae incumberet, a senioribus didicit, de vita Gaugerici 'grandem et miraculosum codicem' extitisse, ex quo permodica quam habebat Vita II. excerpta esset, sed paganis Gallias vastantibus cum cum aliis quam multis voluminibus concrematum esse. Neque bibliothecarii vel remoti, quos de thesauro pretiosissimo consuluit, de eo quicquam compertum habebant. Attamen advena quidam ex finibus septemtrionalibus 'librum vetustissimum' detulit venumdandum perdito quidem breviorem, sed Vita II. prolixiorem. Qui cum agresti et minus culto sermone horreret, ecclesiae canonico eidem, qui postea Gesta episcoporum Camaracensium inter a. 1041—1043. *composuit*[2], *emendandum eum et ex duobus libellis et vetustiore et recentiore unum corpus efficiendum commisit, isque tribus libris propositum suum peregit, ita ut in primo Gaugerici historiam ad episcopatum, in secundo ad mortem deduceret, tertium autem miraculis reservaret. Iam felix Gerardus prolixiore cultioreque patroni Vita delectari poterat, dum hodie laetamur, breviarium illud agreste genuinumque adhuc superesse; eam autem de qua audierat ampliorem Gaugerici Vitam numquam extitisse vix commemorari necesse est. Tertiam Vitam P. Boschius l. l. p.* 675—690 *(= Ghesquierus l. l. p.* 278—310*) ex codice D. Preud-homme canonici Camaracensis, hodie Camaracensi n.* 768, *saec. XI. in., potissimum edidit.*

1) *Codicem Palatinum lat. n.* 582, *saec. IX/X, intercedente Th. de Sickel, transcripsit Tangl v. c. Adde quos ipse vidi Luxemburgensem n.* 97, *saec. X, Coloniensem archivi urbani n.* 163, *saec. XI/XII, Bruxellensem n.* 18018, *saec. XII.* 2) *Wattenbach, 'GQ.' II,* 2, *p.* 165^{6}.

Gesta ipsa episcoporum Camaracensium in 'sermone de elevatione corporis eiusdem sancti', scilicet Gaugerici, citantur, quem e codice Phillippsiano (hodie Bruxellensi) n. 8391, *saec. XI, Bollandiani, Catal. Bruxell. I,* 2, *p.* 513—517, *ediderunt.*

B. Krusch.

INCIPIT VITA SANCTI[a] GAUGERICI[b] EPISCOPI ET[c] CONFESSORIS[d] III. ID. AUG.[e]

(1).[f] Igitur beatissimus Gaugericus episcopus Germani[g.*] oppido Ebosio[h.1] castro oriundus fuit parentibus secundum saeculi dignitatem non primis[i], non ultimis, Romanis[k] nationes, christianitates[l] vero religionem[m]. Integritate[n] colens[o], genitor eius Gaudentius, genetrix vero[p] sua Austadiola[q] nomen accepit.

(2). Cumque provintia ipsa et caster[a] memoratus a[b] pontifice Treveris civitate[c] ad[d] doctrinam Christi aspicere videretur[e], contigit, iuxta canonum statuta ipse pontifex nomen Magnericus[2] sollicitudine[f] pastorale[g] ipse[h] parrotia[i] circuiret, ut, quicquid[k] ibidem pro Dei opus[l] cognosceret oportere, omnimodis ordinaret. Veniens[m] in memorato[n] castro Ebosio, interrogans[o] sacerdotem, cuius[p] sollicitudinem de ipso castro conmiserat, quos haberet ad officium praeparatos[q], illi[r] ita respondens, ait: 'Abemus, domine pontifex, officialibus[s], inter quos quidam[t] puerolus nomine Gaugericus, adhuc in scolis ad magisterium[u] eruditionibus conmendatos[v], multum se divinis eloquiis noscetur[w] enutrire[x]. Audiens[y] signum, ad[z] eclesiam adhuc in habitu saeculare[a] maturius primus adcurrit, et cum[b] paris sui, qui cum ipso ad studium litterarum noscuntur esse sociati, cybum accipere accedunt, ipse diebus singulis ieiunans[c], cybum quod accipere debet[d] pauperibus adsidue erogatur'.

*) Galliarum oppido *Vita II.*

Capp. 1. 2. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 1. a) hac beatissimi *add.* 1*a (om. rell.).* b) Gauvorici 2*a.* c) et c. *om.* 2*a.* d) quae est *add.* 1*b.* e) III. I. A. *om.* 2*b*; depositio eius *add.* 2*a.* f) *capita non distincta sunt in codd.* g) *ita* 2*b et pr. m.* 1*a.* 2*a*; *corr.* Germania 1*a*, Germaniae 2*a*; Germaniae oppidum 1*b.* h) Eposio 2*a. b*, *ut infra.* i) infimis 2*a. b.* k) Romanis nationibus 2*b et pr. m.* 2*a*; Romanae nationis 1*b.* l) *ita* 1*a*; christianitatis 1*b*; christiani::::s *m. al. corr.* christianae 2*a*; christianitatem 2*b.* m) *ita* 1*b et pr. m.* 2*a*; religione 1*a*; religionis 2*b.* n) integritatem 2*a*; integre 1*b.* o) colentis *pr. m.* 2*a*; colentes 2*b.* p) *om.* 1*a. b.* q) Custodiola 1*b.*

Cap. 2. a) *ita* 2*b et pr. m.* 2*a*; castra m. 1*a*; castrum memoratum 1*b.* b) *ita* 1*a*; ad pontificem *rell.* c) civitati 1*b*; civitatis 2*a. b.* d) a doctrinam 1*a.* e) videtur 1*a.* f) sollicitudi 1*a.* g) *ita* 1*a*; pastorali *rell.* h) ipsam 1*b.* 2*b.* i) parrochiam 2*a. b*; parroechiam 1*b.* k) *ita* 2*a. b*; qui 1*a*; que 1*b.* l) opere 1*b.* 2*a.* m) ergo *add.* 1*b.* 2*b.* n) morato 1*a*; memoratum castrum 2*b.* o) interrogat 1*b*; interrogavit 2*b.* p) cui 1*b.* 2*b.* q) paratos 1*a*, *corr.* r) *ita* 1*a*; Ille *rell.* s) *ita* 1*a*; offic(t)iales *rell.* t) *ita* 2*a*; quidam puerulus 2*b*; quędam puero 1*a*; quidam puer 1*b.* u) *ita* 1*a*; ministerium 1*b*; magistrum 2*b et pr. m.* 2*a.* v) *ita* 1*a*; commendatus *rell.* w) *ita* 1*a*; noscitur 2*a. b*; nascitur 1*b.* x) *ita* 1*b*; enutriri 2*a. b*; nutrire 1*a.* y) audietis 1*a.* z) (ad *om.*) ecclesiae 2*a. b.* a) h. sa(e)culari 2*a. b*; habitaculari 1*b.* b) *ita* 1*a*; compares 1*b.* 2*a*; et cum compares 2*b.* c) *om.* 2*a. b.* d) debeat 1*a.*

1) *Hodie Carignan (dép. Ardennes), locus olim Yvois a Gallis, a Germanis Ipsch appellatus; cf. Longnon, 'Géogr. de la Gaule' p.* 369. 2) *Magnericus Nicetii episcopi Trevirensis et discipulus et successor (cf. Fortunati carm. ed. Leo, App.* 34; *Scr. rer. Merov. I, p.* 733*), magno a regibus honore affectus, Theudobertum, filium Childeberti, a.* 585. *e sacro fonte suscepit (Greg., H. Fr. VIII,* 37*), unde auctoritate ipsius supplicium evadere voluit qui ad eum a.* 587. *confugerat Gunthramnus Boso (cf. Greg., H. Fr. IX,* 10*).*

(3). Et cum haec praedictus pontifex audisset, praecepit, ut ipsum suo[a] conspectui praesentaret. Cumque in eius praesentia advenisset, et[b] cum paterna discussione adloqueretur et in ipso vultu ilari[c], facie formonsa[d. 1], decoro[e] aspectu, inspirante Domino, cognovisset, eum manibus suis clericati[f] officium Dominum[g] serviendum continuo coronavit. Interrogatus ad[h] ipso pontifice, qualem lectionem de[i] divinis scribturis quas[k] usitare[i] videbatur[l] haberet[m], in ordine ei[n] patifacere deberit[o], ei[n] taliter respondens, ait: 'Domine sanctissime, pater episcope, hoc clericati[p] officium, quem[q] mihi inponere dignatus es[r], gavisus suscepi. Tamen capitulus lectionis mei[s] hec habetur in ordine, Davitica sententia nuntiante[t], quae in secundo psalmo noscetur[u] retenire[v]: *Postula a me, et dabo tibi gentes*[w]'. Ps. 2, 8.

(4). Et cum haec ipse pontifex cognovisset, quod cum integra devotione clericati[a] officium suscepisset, et in ipsum[b] divinam vidisset conpunctionis[c] pietate retenire[d], ei[e] praecepit, ut, cum alia vice ad ipsum castro[f] ipse pontifex adveniret, totum psalterium ei memoriter recitaret[g], modis omnibus studiret[h]; ei officium diaconati[i], actori[k] Domino, continuo tradere destinaret. Cumque ordinatione[l] pontificis cum multo gaudio suscepisset, iugiter[m] die noctuque vigiliis[n], ieiuniis, elimosinis usitans, memoriter totum psalterium pontifice recitavit. Cumque ipsum divinis eruditionibus vidisset instructum, eum diaconati[o] honore continuo benedixit.

(5). Et dum ministerium suum adsidue, ut decet dignum levitae Christi, fideliter[a] adimpleret, quoddam[b] vero[c] die, dum orationibus circuiret, obviam[d] abuit in castrum[e] Ebosium quendam[f] leprosum, quae[g] adhuc gentilitatis[2] errori[h] tenebatur. Et cum[i] divina inspiratione commotus, continuo[k] ad sacerdotem perduxit et baptismi[l] gratia[m] condonavit, quem manibus suis de lavacro fontis excepit et clericati[n] officium[o] coronavit, quem postea in suum episcopatum diaconum et presbiterum benedicens, quasi numquam fuisset a lepra[p] infestatione[q] nullatenus occupatus.

(6). Cum adsidue beatissime[a] Gaugerici fama, inspirante Dominum[b], in bonis

Capp. 3—6. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 3. a) sui 1*a*. b) ac(?) *m. al. corr.* et 2*a*. c) *ita* 2*a*; clari facię 1*a*; hilari (hylari 2*b*) f. 1*b*. 2*b*. d) *ita* 1*a*; formosa *rell.* e) decorum *pr. m.* 2*a*. f) clericali officio 1*b*; clericatus o. 2*a*. *b*. g) *ita* 1*a*; Domino *rell.* h) *ita* 1*a*; ab *rell.* i) de — usitare *om.* 1*b*. k) qui suscitare 1*a*. l) vide::: (*ult. litt. erat fortasse* d) 1*a*. m) habere 1*b*; ut 2*b*. n) ei — ei *om.* 1*b*. o) dederit 1*a*; deberet *rell.* p) clerici 1*a*; clericatus *rell.* q) *ita* 1*b*; quae 1*a*; quod 2*a*. *b*. r) multum *add.* 2*a*. s) meae 1*b*. 2*a*. t) *om.* 1*a*. u) noscceretur 1*a*; noscitur *rell.* v) retinere 1*b*. 2*a*; retineri 2*b*. w) *om.* 2*a*. *b*.

Cap. 4. a) cleritati 1*a*, *corr.*; clericatus 2*a*. *b*; cl. o. s. *om.* 1*b*. b) *ita* 1*a*; ipso *rell.* c) c. pietatem 2*a*. *b*; compunctionem (*om.* p.) 1*b*. d) retinere 2*a*; retineri 2*b*; *om.* 1*b*. e) *om.* 2*a*. *b*. f) *ita* 1*a*; castrum *rell.* g) recitari 2*b et pr. m.* 2*a*; Quod faciens *add.* 1*b*; et *add.* 2*b*. h) studeret 1*b*; st. ei o. d. *om.* 2*a*. *b*; eum *m. al. in ras. scr.* 2*a*. i) diaconatu 1*b*. k) *ita* 1*a*. 2*a*; auctori 2*b*; auctore 1*b*. l) *ita* 1*a*; ordinationem *rell.* m) igitur *eras.* 2*a*; iug. *om.* 2*b*. n) vigilans 2*a*. *b*. o) diaconatus 1*b*. 2*a*; eum ad diaconatus officium c. 2*b*.

Cap. 5. a) videlicet 1*a*. b) quodam 2*a*; quadam 1*b*. 2*b*. c) *eras.* 2*a*; *om.* 1*b*. 2*b*. d) obvium 2*a*. *b*. e) in castro Eposio 2*a*. *b*; (in c. *om.*) Eposium 1*b*. f) quidam 1*a*. g) *ita* 1*a*; qui *rell.* h) *ita* 1*a*; errore *rell.* i) *ita* 1*a*; *om. rell.* k) continua 1*a*. l) baptissimi *pr. m.* 2*a*. m) *ita* 1*a*; gratiam *rell.* n) *ita* 1*a*; clericatus *rell.* o) offitii 1*b*; officio 2*b*. p) lepr(a)e 2*a*. *b*. q) infesta:tione (*ras.* n?) 2*a*.

Cap. 6. a) *ita* 1*a*; beatissimi *rell.* b) *ita* 1*a*; Domino *rell.*

1) *Cf. Isid. Orig. I,* 26, 9: Formosus sine n scribitur; *Forcellini ed. de Vit III,* 124.
2) *Dianae simulacrum Eposii repperit Wulfilaicus; cf. Greg., H. Fr. VIII,* 15.

operibus provocaret[a], contigit*, Camaracinse[b] civitate episcopum fuisse defunctum. Cumque a clericis vel cuncto populo ad ipsum episcopatum Camaracinse[c] civitate peteretur, et Hildeberto[d] praecelso rege[e] Austrasiorum, ut[f] ipsum in praedicta civitate ordinaret episcopum, fuisse[g] suggestum[h], divina inspiratione permotus, continuo a pontifice beato Egegio[i, 1, **] episcopo Remensium[k] civitatis dedit epistolas[l], ut eum cum dignis honoribus in praedicta civitate Camaraco deberet episcopum ordinari. Accepta[m] principali praeceptione[n], ut decuit[o] Dei servum,
585/587. taliter ipsum ordinavit episcopum, ita ut omnis populus vel clerici et universa pleps[p] una voce clamarent, Gaugericum[q] episcopatu esse dignissimum; felicem eclesiae[r], qui[s] talem meruit recipere sacerdotem.

(7). Eodem vero die[a], cum prius beatus pontifex, accepto episcopatum[b], in memorata[c] civitate fuisset cum multis honoribus, ut decuit, introductus, dum ante ostium carceris, ubi XII vincti tenebantur, praeteriret, postulans comitem loci illius nomen[d] Wadone[e], ut ipsius[f] iuberet de vinculum[g] carceris relaxare, dum nullatenus petitio pontifice[h] a comite fuisset impleta, Dominum ante ostium carceris[i] deprecans, ut, qui sevitiam[k] comitis vincti tenebantur in carcere, iuberet sua pietas[l], expectante[m] populo, de vinculo relaxatus[n], in eclesiam adducere absolutos, cumque oratio pontifices[o] apud Dominum[p] obtenuisset effectum, statim ostium carceris et catene, qua[q] vincti tenebantur[r], confracte, eclesiam, qua[s] beatus pontifex ducebatur, angelum[t] Domini perducenti, fuerunt ingressi, beato pontifice, expectante clero et populo, suggerentis[u]: 'Nos sumus, sanctissime pater, qui ante paulolum de vinculum[v] carceris orationibus tuis, opitulante Dominum[w], fuimus relaxati'. Beatus pontifex coram omnibus Dominum[x] gratias agens, comite[y] dixit: 'Pior[z, 2] fuit Domini[a] pietas, qui[b] dignata est absolvere vinctos, quam impietas comitis, qui voluit subplantare obpressos'.

(8). Quoddam[a] itaque tempore, cum triduano conventu rogationis[b], quas

*) Vedulfum *add. Vita II.*

**) ad Igigium Romanae urbis episcopum *Vita II.*

Capp. 6—8. 1*a. b.* 2*a. b.*

Cap. 6. a) provocanda 1*b*; cresceret 2*b*. b) C. civitatem 1*a*; Camaracinsae civitati 1*b*; Camarincinse civitate *pr. m.* 2*a*; Camaracensis civitatis 2*b*. c) Camaracinsę civitati 1*b*; Camaracense civitatis 2*b*. d) Child. 1*b*; Hildebertho 2*a*. e) regi 1*b*. 2*b* (*post* A.). f) *m. al. in ras. maiore* 2*a*. g) fuisset 2*a*. h) sugestum 1*a*. i) Agegio ep. 1*a*; Egegio (*om.* ep.) 1*b*; Egigio ep. *pr. m.* 2*a*; Eligium episcopum 2*b*. k) Reminsium *pr. m.* 2*a*. l) epistulam 1*a*. m) ergo *add.* 1*b*; itaque *add.* 2*b*. n) praeceptio 1*a*; iussione 2*b*. o) docuit 1*a*, *corr.* p) *ita* 1*a. b*; plebs 2*a. b*. q) Gaugerico episcopatum 1*a*. r) ecclesiam 2*a. b*. s) qu(a)e 1*b*. 2*b*.

Cap. 7. a) diem 1*a*. b) *ita* 1*a*; episcopatu *rell.* c) memoratam civitatem 2*a. b*. d) *ita* 1*a*; nomine *rell.* e) Wadonem 1*b*; Waddoni *pr. m.* 2*a*; Waldonem 2*b*. f) *ita* 1*a* (*pro* ipsus, *ut saepe; cf. Bonnet, 'Latin' p.* 385); ipsos *rell.* g) *ita* 1*a*; vinculo *rell.* h) *ita* 1*a*; pontificis *rell.* i) carcerem 1*a*. k) *ita* 1*a*; s(a)evit(c)ia *rell.* l) pietate 1*b*. 2*b*. m) spectante 2*a. b*. n) *ita* 1*a*; relaxatos *rell.* o) *corr.* pontificis 1*a*, *et ita rell.* p) Deum 1*a*. q) qui 1*a*; quibus 2*b*. r) sunt *add.* 1*b*. 2*b*. s) quae 1*a*. t) *ita* 1*a*; angelo D. perducente *rell.* u) suggerentes 2*a. b*; dicentes 1*b*. v) *ita* 1*a*; vinculo *rell.* w) *ita* 1*a*; Domino *rell.* x) Domino 1*b*. 2*a*; *om.* 2*b*. y) *ita* 1*a*; comiti *rell.* z) *ita* 1*a*; pientior 2*a*; proclivior 1*b*; benignior 2*b*. a) p. D. 2*a. b*. b) *ita* 1*a*; qu(a)e *rell.*

Cap. 8. a) *ita* 1*a*; Quodam *rell.* b) rogationes 2*a. b*; irrogationes 1*b*.

1) *A.* 590. *in exilium relegatus est; v. supra p.* 251, *n.* 1. 2) *Comparativus omnino inusitatus teste Donato (apud Neue, 'Formenlehre' II,* 204[3]*):* pius, piissimus duos habet gradus, positivum et superlativum.

cunctos[a] excolit populus veneratione[b] plenissima, ieiuniis, elymosinis atque psallentiis[c] praeparatus, videretur excolere diligentissime, et[d] dum basilicas cum suum[e] clerum psallentis[f], defferentes crucibus[g], multo populo prosequente, circuirent[h] et ante ostium carceris praeterirent, ubi tres vincti iussionibus iudicis tenebantur, precans[i] Walchario[k,*] tribuno[l], ut eos de ipso carcere eieceret absolutos, et cum nullatenus potuisset beatus pontifex obtinere, ut[m] vinctos de vinculo carceris tribunus ipse deberet absolvere[m], ante ostium carceris genibus provolutus[n], se in[o] oratione prosternens, piis precibus Dominum deprecans[p], ut retrusus[q] in carcere dignaretur, populo precante, absolutos foris[r] educere condemnatus[s], et completa oratione, caput ad caelum erigens, voce[t] magna cum psallentium[u] quam pergebat 'Agius[v], agius, agius' per trinum numerum inposuit[w]. In nomine Trinitatis divina pietas ipsius[x], qui videbantur in carcere retinere[y] ingradi[z], dignata[a] est reddere ad precationem beati pontificis absolutos.

(9). Aliquo vero[a] tempore, cum ad occursum piissimi Chlodharii[b] regis ad villa[c] noncupante[d] Cala advenisset, et ipsum cum summa[e] veneratione qua decuit[f] recipisset, audiens duos pueros ad[g] virum inlustrem Landericum tunc tempore maiorem domus[1] praefati principis vinctos, quos vitae terminum continuo disponebat inponere, ibidem[h] retinere, deprecans[i] beatus pontifex, ut eis vitam concederit[k] et de vinculis qua[l] tenebantur absolverit[m], et cum nullatenus petitio pontificis obtenuisset effectum, tota nocte cum ministris in eclesia Domino[n] deprecans, maturius[o] in praesentia pontificis, adiuvante Dominum[p], in ipsa eclesia fuerunt absoluti. Et cum ipsi[q] inluster[r] vir Landericus solida[s] consuetudine ad oratione[t] maturius advenisset, invenit in praesentia pontificis[u] absolutos[v], quos voluerat interficere conprehensos.

(10). Quodam itaque tempore, dum ad sepulchrum beati Martini confessoris a memorato piissimo Chlodhario[a] rege cum multis muneribus in dispensatione pauperum erogandum Toronis[b] fuisset directus et terreturium Toronicum praeteriret, invenit in itinere caecum iam triginta annorum spatia ab hac luce damnatum.

*) iussu Walcharii iudicis vinculati *Vita II.*

Capp. 8—10. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 8. a) *ita* 1*a*; cunctus *rell.* b) venerationi in pl. 1*a*. c) *ita* 2*a*; silentiis 1*a*; silentio 1*b*; orationibus 2*b*. d) *om.* 1*b*. 2*a*. e) *ita* 1*a*; suo clero *rell.* f) *ita* 1*a*; psallentes differentes *pr. m.* 2*a*; psallentes et deferentes 2*b*; psallendo deferentibus 1*b*. g) cruces 2*b*; reliquiis 1*b*. h) circumirent 2*a*; circumiret 1*b*. i) precatusque est 1*b*; rogavit 2*b*. k) Walacharium 2*a*. *b*. l) tribunum 2*a*. *b*. m) ut — absolvere *om.* 1*b*. n) provolutis 1*a*. o) (in *om.*) orationi 2*a*; in orationem 2*b*. p) precabatur 1*b*; exoravit 2*b*. q) *ita* 1*a*; retrusos *rell.* r) foras 2*a*. s) *ita* 1*a*; condem(p)natos *rell.* t) vocem magnam 2*a*. u) psallentio 2*a*; psallemptio 1*b*; cum multitudine psallentium 2*b*. v) Aius, aius, aius 1*b*. 2*a*; Agyos, agyos, agyos 2*b*. w) imposuit in n. Trinitatis. Divina *distinguunt* 2*a*. *b*. x) *ita* 1*a*; ipsos *rell.* y) retineri 2*b*; *om.* 1*b*. z) *ita* 1*a et pr. m.* 2*a*; ingrati 1*b*; *om.* 2*b*. a) dignatus 1*a*, *corr.*

Cap. 9. a) quoque 2*a*. *b*. b) Chlotharii 1*b*; Hlutharii *pr. m.* 2*a*; Lotharii 2*b*. c) *ita* 1*a*; villam *rell.* d) *ita* 1*b*; nuncupante *pr. m.* 2*a*; nuncupato 1*a*; nuncupatam 2*b*. e) semina 1*a*. f) docuit 1*a*. g) *ita* 1*a*; a viro inlustri (illustri 2*b*) Landerico *rell.* h) m r *pr. m. in ras.* 1*a*. i) deprecavit ei b. 1*b*; rogavit eum b. 2*b*. k) concederet 2*a*. *b*. l) quibus 2*a*. *b*. m) adsolverit 1*a*. n) *ita* 1*a*; Dominum *rell.* o) maturus 1*a*. p) *ita* 1*a*; Domino *rell.* q) *ita* 1*a*; ipse *rell.* r) vir inl. 1*b*; illustris vir 2*b*. s) *ita* 1*a*; solita *rell.* t) *ita* 1*a*; orationem *rell.* u) pontifics 1*a*. v) adsolutos 1*a*.

Cap. 10. a) Clhothario 1*b*; Hlothario 2*a*; Lothario 2*b*. b) Tur. 1*b*. 2*b*, *ut infra.*

1) *Landerici maioris domus a.* 603/4. *Fredegarius IV,* 25. *meminit.*

Postulans beato[a] pontifice, ut signum crucis super oculos eius iuberet inponere[b], ille fidus de misericordia caelesti[c] dextera[d] levavit, quae[e] super oculos ceci signum crucis inposuit, et continuo lumen, quem[f] ex fide petierat, intervento[g] beati[h] pontificis de presenti recepit et cum pristina sanitate pluris[i] postea vixit annis[k].

(11). Contigit aliquos[a] dies, ut curtis[b], quas eclesia sua in terraturium[c] Petracorico habebat, accederet visitandum. Et cum ad sepulchrum beati Frontis[d. 1] confessoris devotissime[e] ad oratione[f] venisset, ingressus eclesia[g], baculum quem in[h] manu adsidue deportabat ministris, extensa retrorsum manum[i], porrexit. Et dum ministri ad ipsum recipiendum tardassent[k], et beatus pontifex credidisset, ad[l] ipsis ministris baculum fuisse receptum, et oratione[m] beati[n] Frontis sepulchrum incubuisset, taliter[o] in media eclesia Domini ordinatione ipse baculus, dum beatus pontifex de oratione surrexit, ut[p] inplumbatus stetit firmatus, quasi ad studium hominis ibidem fuisset plantatus[q]. Et cum haec beatus pontifex cognovisset, Dominum[r] gratias agens, qui dignatus est[s] baculum sustinere, quem[t] ministri prae tarditate minime occurrerunt retinere[u].

(12). Post haec cum Fano-Martinse[2] terreturium beatus pontifex consisterit[a], et quidam negotians aliquos[b] puerus[c], ligatis manibus, in itinere duceret venundandus[d], et beatus pontifex humili[e] prece, ut eos absolverit[f], supplicasset, nihil obtinuit: postulans divinum[g] auxilium[h], ut iuberet absolvere vinctos, quem beati[i] pontifices negotians negavit[k] intentum[l. 3]. Cumque negotiator ad diversorium[m] somno fuit[n], Deo[o] volente, obpressos[p], surgentes a somno qui[q] in vinculis tenebantur, beati pontifices[r] praesentiam[s] in eclesia adfuerunt. Cumque negotians expergefactus cognovisset, vinctos fogaciter[t] subtraxisse, cogitans, eo quod oratio[u] beati pontifices[r] ipsius[v] vinctos exinde subduxisset, ad sanctum Gauge-

Capp. 10—12. 1*a*. *b*. 2*a*. *b*.

Cap. 10. a) beato pontifici 1*b*; beatum pontificem 2*a*. *b*. b) impore *pr. m.* 2*a*; (iub. *om.*) imponeret 2*b*. c) regi *add.* 1*b*; divina *pro* cael. 2*b*. d) dexteram 2*a*. *b*. e) quā *corr.* qua 2*a*, *et sic* 2*b*; *om.* 1*b*. f) *ita* 1*a*; quod *rell.* g) interventu 1*b*. 2*a*. h) beato 1*a*. i) *ita* 1*a*; plures *rell.* k) *corr.* annos 1*a*, *et sic rell.*

Cap. 11. a) aliquus *pr. m.* 2*a*; aliquando ut 2*b*. b) *ita* 1*a*; curtes *rell.* c) territurio Petrocorico 2*a*. *b*; territorio Petrogorico 1*b*. d) Fronti 2*a*. *b*. e) devotissimi 1*a*. f) *ita* 1*a*; orationem *rell.* g) aecclesiam 1*b*; ingr. in ecclesiam 2*a*. *b*. h) *om.* 2*a*. i) manu 2*a*. *b*. k) tardantis (?) *m. al. corr.* tardarent 2*a*. l) *ita* 1*a*; ab *rell.* m) orationi *et add.* ad 2*a*. *b*. n) b. Fronti s. 2*a*. *b*; *haec om.* 1*b*. o) taliter — surrexit *om.* 1*b*. p) *om.* 2*a*. *b*. q) platatus 1*a*. r) Domino 2*a*. s) *om.* 1*a*. t) qui 1*a*; quem — retinere *om.* 1*b*. u) retineret 1*a*.

Cap. 12. a) *ita* 1*a*; consisteret *rell.* b) aliquis 1*a*. c) *corr.* pueros 1*a*, *et sic rell.* d) *ita* 1*a*; venundandos *rell.* e) humilem 1*a*. f) *ita* 1*a*; absolveret *rell.* g) divino 1*a*. h) deprecabatur *add.* 1*b*; rogavit *add.* 2*b*. i) beati pontificis *pr. m.* 2*a*; beatum pontificem 2*b*; quem illi negotiator negavit 1*b*. k) neg:::avit 2*a*; expectavit 2*b*. l) *ita scripsi*; intentus *codd.* m) diversorum 1*a*. n) fuisset 1*b*. 2*b*. o) dum 1*a*. p) *ita* 1*a*; oppressus *rell.* q) quos 1*a*. r) *ita* 1*a*; pontificis *rell.* s) praesentia *pr. m.* 2*a*; pr(a)esenti(a)e 1*b*. 2*b*. t) foraciter subtraxisse 1*a*; fugaciter abstraxisse 2*a*; foras exisse cogitare cępit, quod 1*b*; fuga elapsos esse cogitans 2*b*. u) ora 2*a*. *b*. v) ipsos 2*a*. *b*; i. v. *om.* 1*b*.

1) *De eo v. AA. SS. Oct. XI, p.* 392 *sqq.* 2) *Tertius biographus, V. Gaugerici II,* 3, § 54: castellum, quod fere XIIII milibus ab urbe *(scil. Camaracensi)* semotum, ab antiquitate gentilium de Fano Martis adhuc tenet vocabulum, *situm loci recte descripsit. Est enim Famars vicus parvulus a Valentinianis ad meridiem situs, per medium aevum caput pagi Fano-Martensis; cf. Piot, 'Les pagi de la Belgique' p.* 201 *sqq.; Longnon, 'Atlas hist. de la France' II, p.* 124. 3) *I. e. finem, consilium, scopum; cf. Forcellini h. v.*

ricum[a] velociter festinans, invenit in[b] eius praesentia absolutos, quos ante paulolum habuerat[c] obligatos.

(13). Egit[a] autem beatus pontifex episcopatum suum cum digna veneratione triginta et novem[b] annos feliciter; semper[c] tamen se multis virtutibus publicavit. Obiit[d] III. Id. Aug., auxiliante Domino, in pace et sepultus est in basilica* sancti 623/629 Aug. 11. Medardi, quem[e] ipse vivens edificare iussit in loco, unde idola distruere[f] procuravit, quae est in oppido[g] Camaracinse[h] civitate**.

(14). Post eius quoque glorioso[a] discessu vir apostolicus[b] Bertoaldus[1] ex[c] Francorum natione successit episcopus. Et dum lectulo[d] suo, ubi beatus pontifex obierat[e], cum digno silentio[f] basilice sancti Medardi confessoris cumstabilisset[g], lectulo[h] suo ipsi[i] successor in ipso cubiculo constabilivit. Cumque ibidem paucas noctes quievisset, quadam vero[k] nocte apparuit ei beatus pontifex per visum, ait[l]: 'Sic voluisti, frater karissime, agere, ut lectulum meum de locum[m] suum educeris[n] et lectulum tuum in ipso cubiculo constabiliris[o]. Quod si meam disponis ante Dominum in futurum habere caritatem, reduc[p] lectulum meum in locum suum et lectulum tuum exinde praecipe deportare[q]'. Cumque vidisset hanc visionem, gaudio repletus, beati pontificis lectulum[r] cum digno psallentio[s] in locum suum reduxit et in ipso cubiculo[2] altarium[t] constabilivit, et reliquiis positis, cum veneratione qua decuit benedixit, ubi adsidue[u] vota redduntur, et ministeria divina a clericis celebrantur.

(15). Contigit[a] quadam nocte, instigante parte[b] adversa, veniente quidam[c]

*) basilica quae est in montis vertice ab ipso sancto viro in honore beati Medardi constructa *Vita II. Unde montem ipsum antiquitus Bublemontem vocatum postea S. Gaugerici nomen tulisse rettulit tertius biographus.*

**) Est etenim et memoria viri Dei venerabilis locus et celeberrimis nundinis[3] longe lateque institorum ore vulgatus *add. Vita II.*

Capp. 12—14. 1*a (ad l.* 16*). b.* 2*a. b.* *Cap.* 15. 1*b.* 2*a. b.*

Cap. 12. a) Gaugerico 1*a*. b) *om.* 2*a*. c) invenerat *pr. m.* 2*a*; habuit 2*b*.

Cap. 13. a) *ita* 1*b*; Igitur 1*a*; Regit 2*a*; Rexit 2*b*. b) XXXVIII. 2*a. b.* c) semper — publicavit *om.* 1*b*. d) que *add.* 1*b*; autem *add.* 2*b*. e) quam 1*b.* 2*b*. f) *ita* 1*a*; destr. *rell.* g) oppidum 1*a*. h) C. civitatem 1*a*; Camaracinsę civitate 1*b*; Camaracisse civitate *pr. m.* 2*a*; Camaracensis civitatis 2*b*.

Cap. 14. a) *ita* 1*a*; gloriosum discessum *rell.* b) apostolice 1*a*; apostolicae 1*b*. c) et 1*a*. d) lectulum (*om.* s.) 1*b*; lecto s. 2*a*; lectum suum 2*b*. e) ubi erat 1*a*; iacuerat 1*b*. f) *i. e. 'psallentio'*. g) *ita* 1*a*; constab. *rell.* h) lectulum suum 1*b*; lectum suum 2*a. b.* i) *ita* 1*a*; ipse *rell.* k) *om.* 1*b.* 2*b*. l) ei *add.* 2*a*; v. dicens ei: Sic 2*b*. m) *ita* 1*a*; loco suo *rell.* n) *ita* 1*a*; educeres *rell.* o) *ita* 1*a*; constabilires *rell.* p) perduc 1*a. b.* q) *reliquo versus spatio eraso foliisque excisis, desinit* 1*a*. r) lectum 1*b*. s) d. honore 1*b*; digna reverentia 2*b*. t) altare 1*b.* 2*b*. u) assidua 1*b*.

Cap. 15. a) vero *add.* 1*b*. b) (p. *om.*) adversario 1*b*. c) quodam homine (n. *om., versu exeunte*) Launerico 1*b*.

1) *Bertoaldum cum Somnatio episcopo Remensi aliisque synodum quandam celebrasse rettulit Flodoardus, Hist. Rem. II,* 5, *eaque creditur fuisse Remensis inter a.* 627—630. *habita, sicut novissimus statuit Maassen, Concilia I, p.* 203. *Attamen Flodoardi relationem ad concilium Clippiacense a.* 626/7. *spectare coniecit L. Duchesne (cf. 'Bulletin critique'* 1889, *p.* 159*) sine dubio recte, licet nomina eorum qui interfuerunt non plane eadem sint.* 2) *Cellulam etiam suo tempore a multis visam esse ecclesiae S. Mariae, i. e. maiori, adhaerentem tertius biographus (III,* 1, § 67*) asseruit.* 3) *Alexander III. papa charta a.* 1180. *data vectigal Camaracense duobus festis S. Gaugerici exhibendum confirmavit; cf. Jaffé, Reg. n.* 13703[2].

homo nomine Launericus, nocte in ipsa[a] basilica ingressus, sepulchrum beati pontificis furtu[b] sceleris expoliavit[c]. Apparuit[d] beatus pontifex per visionem custodi, cuius[e] sollicitudo de ipsa basilica habebatur, nomine[f] Baudegisilo[g], dicens: 'Surge velociter et[h] in eclesiam festinanter ingredere, quia a latrone sepulturola[i] mea expoliare[k] dinoscitur'. Continuo ipse custos[l] surrexit a somno et in eclesiam secundum visionem quam[m] viderat velociter introivit[n], ad beati pontificis sepulchrum accessit[o], latronem[p] ipsum invenit; retentis[q] spoliis, latronem ad basilicam sancti Quintini fugere permisit: excussatus[r] exinde egressus est et[s] paucos postea vixit annos.

(16). O magna[a] et inenarrabilis Dei omnipotentis pietas, qui tanta[b] dignatur beato confessori suo concedere, ut ad eius sepulchrum cotidie mereatur caecitas recipere visum, debilitas[c] gressum, surdus[d] auditum, mutus[e] eloquium, vel[f] qualibet[g] infirmitate oppressus ad sancti confessoris[h] sepulchrum fideliter[h] expetierit, continuo pristinam recipit sanitatem, prestante unigenito[h] domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre[i] et Spiritu sancto vivit et regnat in[k] saecula saeculorum. Amen[l].

Capp. 15. 16. 1*b*. 2*a*. *b*.

Cap. 15. a) ipsius basilicam 1*b*; ipsam basilicam 2*b*. b) furti 1*b*; furto 2*b*. c) exspoliabat 1*b*. d) vero *add.* 1*b*. e) qui sollicitudinem de i. b. habebat 1*b*. f) nomē 1*b*. g) Baudegislo 2*a*. h) et vade in aecclesiam. At ille (*om.* festinanter — s. et in ecl.) secundum 1*b*. i) sepultura 2*b*. k) expoliari 2*b*. l) custor 2*a*. m) quem 1*b*. n) et *add.* 2*b*; ad — accessit *om.* 1*b*. o) atque *add.* 2*b*. p) que *add.* 1*b*. q) ergo *add.* 1*b*; que *add.* 2*b*. r) *ita pr. m.* 2*a*; excusatus — v. annos *om.* 1*b*. s) *ita* 2*b*; *om.* 2*a*.

Cap. 16. a) magnam et inenarrabilem D. omnipotentem pietatem 1*b*. b) tantam (tantem *pr. m.*) gratiam dign. 1*b*. c) debitas 2*a*. d) surdi 1*b*. e) muti 1*b*. f) *ita* 1*b*; et 2*b*; *om.* 2*a*. g) quilibet 1*b*. h) *om.* 1*b*. i) et Filio *add.* 2*a*. k) regnat Deus per omnia s. s. 1*b*. l) A. *omisso, add.:* Explicit vita sancti Gaugerici 1*b*; Explicit vita sancti Gaugerici episcopi et confessoris *add.* 2*b*.

INDEX.

SCRIPSIT BRUNO KRUSCH.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

Aug-, Ag-.

H *cf.* Ch.

Hilar-, Hylar-, Helar-.

I.

Q.

R.

U.

V *cf.* W.

LEXICA.

SCRIPSIT BRUNO KRUSCH.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat[1].

[1]) *Asterisco * Ionae sermo distinctus est.*

CORRIGENDA.

Pag. 159, *l.* 13. *scribe:* armariolo. — *P.* 163, *l.* 37. *lege:* velut in. — *P.* 267, *l.* 11. *lege:* merito prudens. — *P.* 274, *l.* 2. *lege:* largitate. — *P.* 276, *l.* 24. *scribe:* ab. — *P.* 448, *l.* 9 *lege:* '*monachi*'. — *P.* 488, *l.* 31. *scribe:* tessellis. — *P.* 490, *l.* 21. *dele:* in-. — *P.* 561, *l.* 1. *scribe:* Narbonensem. — *P.* 568, *l.* 46. *lege:* '*saeculis*'.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 1, *l.* 7. *Ad S. Mariae basilicam titulus Valentiani falsa interpretatione siglorum* SCE M(emoriae) *relatus est; cf. E. Egli, 'Die christl. Inschr. der Schweiz vom* 4.—9. *Jahrh.', Turici* 1895 *('Mitth. d. antiqu. Gesellsch. in Zürich' XXIV,* 1, *n.* 37*).*

P. 8, *l.* 27. *lege: 'Ubi cum basilicam'.*

P. 24, *l.* 25. *Dies anniversarius in stela marmorea allatus est, nuper reperta Bellegarde prope Beaucaire (C. I. L. XII, p.* 499, *n.* 4083*):*

[I]N VNO [X. KALENDAS OC]TOBRES AN[NIVERSARI]O SANCTO[R]VM MARVM A[C]ANIMSIVM ET [OBII]T OCTABO KL . . . . VALERIO CC *(i. e. a.* 521. *p. Chr.).*

P. 34, *n.* 2. *adde: 'A loco S. Maurice ad Bouveret, ubi Rhodanus in lacum influit, indeque per lacus ripam Sabaudicam ad Genevam numerantur chil.* 85 *sive m. p. c.* 58, *teste Mommsenio, C. I. L. XII, p.* 24'.

P. 65, *l.* 18. *lege: 'non Anisio quidem, sed Savo'.*

P. 104, *l.* 10. *emendes:* locum *et adde notam:* 'a') lacum *edd. et (c)'.*

P. 166, *l.* 22. *De Severino aliisque quas edidi Vitis disputans G. Kurth, 'Clovis', Turonis* 1896, *fidem quam in dubium vocavi plerumque tueri ausus est more suo et in hoc Severino vana argumenta mihi supposuit (p.* 609*), suppressis iustis quae attuleram, sed ingruentem ruinam avertere nequibat, nam argumentationi meae accesserunt et Bollandiani (Anal. Boll. XV, p.* 91*) et A. Giry, 'La vie de Saint Maur du Pseudo-Faustus' ('Biblioth. de l'école des chartes',* 1896, *LVII, p.* 152*).*

P. 172, *l.* 11. *Acrostichon animadvertit qui titulos Hymnemodi (n.* 4*), Ambrosii (n.* 5*), Achivi (n.* 6*), Tranquilli (n.* 7*) ex editione Arndtiana Vitae abbatum Acaun. iteravit amplissimoque commentario instruxit E. Egli l. l.*

P. 205, *l.* 18. *Verba* honoris eius gratia *idem valere atque* in honorem eius *locumque V. Genovefae c.* 56. *ita intellegendum esse, sicut eum ipse intellexeram, scilicet in honorem sanctae basilicam a Chlodovecho constructam esse, hanc autem opinionem scriptoris aequalis esse non posse aliosque locos cum praetenta Vitae aetate conciliari nequire mecum consentit G. Kurth l. l. p.* 601. *Socium igitur optatissimum in ipsius adversarii castris nactus sum, et spero fore ut qui falsa nunc omnia librario saec. IX. retractante illata esse contendit postea totus in meam deducatur sententiam, ubi primum*

animadvertit, falsis detractis, nihil remanere. Dissertationem autem Georgii Wallini-Filii de sancta Genovefa (Wittebergae 1723*), quam me ignorasse putavit, non ignoravi, sed ad rem ea fere nihil facit, cum auctor doctissimus Carpentarii usus editione recensionem E falsam esse demonstraverit.*

P. 205, *l.* 32. *scribe: 'Symphoriani Augustodunensis' pro 'Iuliani Arvernensis'.*

P. 205, *n.* 8. *scribe: 'Cap.* 8*'.*

P. 237, *l.* 4. *adde in marg.:* 'cf. 2. Cor. 5, 6'.

P. 238, *n.* 1. *scribe: 'Haec ex Passione Symphoriani deprompta sunt'.*

P. 238, *n.* 7. *adde: 'At G. Kurth l. l. p.* 591. 606. *sustinere ausus est ea quae antea affirmaverat meque existimavit verba importuna neque argumenta proba protulisse. Iudex igitur in causa propria extitit, sed alii aliter iudicaverunt meaque argumenta approbaverunt reverendi socii Bollandiani; cf. Anal. Boll. XV, p.* 348*'.*

P. 241, *l.* 6. *ante 'Hieronymi' adde: 'Gregorii M. Homilias et Pastoralia (c.* 17*)'.*

P. 309, *l.* 38. ne aut — *p.* 310, *l.* 10. deterior *ex Greg. M. Pastoral. II,* 7, *deprompta sunt.*

P. 368, *l.* 6. *emendes* icto, *collato loco Ov. Met. IX,* 583*:*

Linguaque vix tales icto dedit aere voces.

P. 399, *l.* 32. *Etiam G. Kurth l. l. p.* 610, *opinioni meae nuper accessit.*

P. 518, *l.* 22. *Cum Nicetii 'ordinatio episcopatus' d.* 19. *Ianuarii in Mart. Hieronym. (AA. SS. Nov. II,* 1, *p.* [10]*) attributa sit, sanctum patet a.* 553, *die* 19. *Ianuarii dominico ordinatum esse.*

P. 559, *l.* 26. *emendes:* nulla *et adde notam:* 'q) nullam 1'.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HANNOVERAE.
TYPIS CULEMANNORUM.